
LIBRI DE RE RVSTICA, M. CATONIS, M. Terentii Varronis, L. Iunii Moderati Columellę, Palladii Rutilii: quorum summam pagina sequēs indicabit.



1529

Vęnundantur Iodoco Badio Ascensio.

SEQVENTIS OPERIS FARRAGO.

COLVMELLÆ VITA,ex ipso opere collecta.

GADITANVS fuit,id quod coniicere licet ex lib.v.cap.v.cum ait, M.quidem Columella patruus &c.item lib.vii.cap.ii.vbi ait,Nam cum in municipium Gaditanũ &c. item lib. viii. cap.xvi.vbi est,Vt Atlantico Faber qui generosissimis piscibus adnumeratur in nostro Gadium municipio &c. item lib.x. de lactuca hoc versu,Et mea quã generant Tartesi littore Gades. VIXIT.Claudii Imp. tẽporibus,id quod coniiciatur ex lib.iii.cap.iii. vbi Senecę,eiusq; vinearũ, & Nomentanę meminit regionis.Corn.Celsi coętaneus, cuius non sine honoris præfatione,animiq; candore sępius mentionem facit. SCRIPSIT.XII.de re rustica libros(de eo aũt qui est de arboribus ambigitur) nõ minus docte,q̃ diligenter. Librũ itẽ lustrationũ sacrificiorũq; priscorũ pro frugibus:cuius meminit lib. iii. cap.xxii.Libros quoq; aduersus Astrologos & Chaldęos: quos se profitetur cõposuisse,lib.xi.cap.i.Hactenus quod astruere possumus.

ENARRATIONES GEORGII ALEXANDRINI PRISCARVM VOCVM IN HIS DE RE Rustica Libris, ordine literario.

Abacus, mensa structoria, & coquinaria. ca. 10. pa. 4. Cato.
Ablaqueare a lacu deriuatur, & est quando terra refossa, radices superiores recidim⁹. ca. 27. p. 7. Cato.
Abortet, abortum faciat. lib. 2. ca. 4. Varro.
Aceat, acidum fiat. c. 148. p. 22. Cato.
Acetabuli mensura cum dicitur, heminę signatur pars quarta. i. drachmæ quindecim.
Acheloides nymphæ a fluuio Acheloo. Dryades, deę arborum. Napeę colliū dictę. Col. in hort. lib. 10.
Achras adis, genus est syluestris pyri. in hort. Col.
Acratophoron, vineam: puto legēdū grece ἀκρατοφόρον οἴνου. lib. 1. c. 8.
Amores acrisioneos, id est, Danaes filię Acrisij quā cōuersus in imbrem aureum compressit Iuppiter. Col. in hort. lib. 10.
Adiicialis cœna, erat adipalis & opipara ab adiiciendo. lib. 3. c. 5. Varro.
Adferunt iuxta ferunt. lib. 1. ca. 25. Varro.
Æacij flores, hyacinthus, quem e sanguine Aiacis natum dicunt. Co. in hort. lib. 10.
Æditiuus, is dicitur, qui sacras ædes curat, prisci tamē dixere æditimum. lib. 1. c. 1. Varro.
Æstiua, vbi æstatem: hyberna, vbi hyemem agunt armenta & greges. lib. 2. ca. 8. Varro.
Sine afflatu, id est sine nota aspirationis. li. 3. ca. 1. Var.
Albuelis, vini genus, sicut item visula. li. 13. Col.
Alica fit ex zea. ζέαν græci speltā dicūt. c. 76. p. 13. Ca.
Alicastrum ea forma ab alica deriuari putamus, qua a siliqua siliquastrum. li. 2. c. 6. Col.
Allobrogica & Biturica a gēte nomē habuerunt. lib. 13. Col.
Alopecis a cauda vulpium dicta. lib. 3. ca. 2. Col.
Altera genitrix, Cretę promethee, alludit ad fabulā, quia Prometheus ex creta terra hominem formauit. Col. in hort. lib. 10.
Altinates, ex Altino, quę vrbs olim in littore Venetię florentissima fuit. li. 7. ca. 2. Col.
Amaranth⁹ flos ab immortalitate nomē trahēs: vñ immortalesq; amaranthi: nūq̄ eñ marcescit: fitq; ab a priuatiua pticula & μαραίνω sicco. li. 9. ca. 4. Col.
Amelus, flos est, quem eleganter Virgil. 4. Georg. describit. lib. 9. ca. 4. Col.
Amerā apud Columellā legimus, q̄ dictio semē vlmi significat, Plini⁹ tñ Samerā vocat. li. 5. ca. 5. Col.
Amerino ab Amerino oppido, vbi plurima erat salix amerina, quā nūc vulgus appellat agnū castum. ca. 10. p. 4. Cato.
Amlyum sine mola factum. c. 87. p. 14. Cato.
Amineū genus vitis, a regione Aminea. c. 6. p. 3. Cat.
Amites, perticę aucupatorię. Pall.
Amythaon, Melāpodis pater fuit, similiter & Chirō. Col. in hort. lib. 10.
ἀμπελόεσσαν, ἀμπέλους ἔχουσαν, vitibus plenam. lib. 1. ca. 2. Varro.
Amphibion dicitur duplicis vitę. lib. 3. ca. 10.
Amphitrite, vxor fuit Neptuni. Tethis vero Oceani senis. Col. in hort. lib. 10.
Amphrysus, fluuius Thessalię. Col in hort. li. 10.
Amula, vas ad aquam gestandā. Col. in hort. lib. 10.
Amurca, fęx olei, quæ contra culices & limaces vim habet maximam. Col. in hort. li. 10.
Andrachnæ, hęrba, q̄ portulaca dicit. Col. in ho. li. 10.
Antepagmenta, valuarum ornamenta, quę antibus adpinguntur, id est affiguntur. ca. 14. p. 5. Cato.
Gallinæ Aphricanæ, quas Græci μελεαγρίδας vocāt: nūc Pharaonis aues dicuntur. li. 3. c. 10. Varro.
Apinia, ab Apio, brassica, quam Gręci σελινάδα vocant. c. 157. p. 25. Cato.
Apianis vuis apes dedere cognomen præcipue earū auidę. lib. 13. Col.
Apyrenū, malū granatū ꝓprie dulce vocauerūt prisci medici: verū si Gręcā dictionem latine ex etymologia explanare voluerim⁹, Apyrenū dicitur cui nulla inest granorū duritia vel minor q̄ aliis. li. 13. cap. 22. Col.
ἀποδυτήριον, apoditerion, locus vbi deponebant vestes ante ingressum balnei. in pręfat. lib. 2. Varro
Apothece vbi reponitur vinū. lib. 1. ca. 6. Col.
Apparuit, presto fuit, obsecutus est, vnde & Apparitores. li. 3. ca. 2. Varro.
Apri miliarij dicebantur mille librarū, quos solebāt in cœnis apponere Romani. lib. 3. ca. 2. Varro.
Aquifolios ab arbore aquifolio. ca. 3. p. 8. Cato.
Arbustiuū ab arbusto possessiuū. lib. 12. c. 41. Col.
ἀρχέτυπον græce, latine exēplar. lib. 3. ca. 5. Varro.
Arelatę, vrbs Narbonensis Gallię. li. 3. ca. 7. Col.
Aritia mater Porri. Ex Aritia porrū erat capitatū & genus caulium non excelsius, folio numerosius, quoq; & tenuius. Col. in hort. li. 10.
Armenia, cereola, & damascena prunorum genera: Col. in hort. li. 10.
Armeniaca, pręcocia persica quidam putant: nam tuberes & armeniaca proxime ab amygdala florent. li. 11. ca. 3. Col.
Armoracea, genus est raphani. lib. 6. ca. 17. Col.
Artrare est aratrare, & est quādo sata inarantur postq̄ & nata sunt & excrescunt. lib. 13. ca. 23. Col.
Asiatica persica frigoribus proueniebant, contra gallica tempestate fiebant. Col. in hort. lib. 10.
Asinarię molę grauiores sūt & imobiles. c. 4. p. 10. Ca.
Asini, pisces, q p diminutionē aselli. li. 3. ca. 17. Varro.
Asserculus diminutiuū ab assere. li. 8. ca. 2. Col.
Assyrio semine radix, hæc syriaca vocat radix, q͛ ex hortis Syroꝝ translata sit. Col. in hort. li. 10.
Atriensis is erat, cui credebat cura atrij. li. 12. c. 3. Col.
Atriplex, hęrba est syluestris. s. & satiua, accusata a Pythagora. Col. in hort. lib. 10.
Attęi, hymeti. id est, attici mellis qđ optimū nascebatur in Hymeto mōte Athenarū. Col. in hort. li. 10.
Auerrunces, auertas, depellas. ca. 141. p. 20. Cato.
Autolycus. maternus Vlyssis auus omniū furacissimus. lib. 1. ca. 3. Col.
Bacchi, q orchestra saltabant, hoc noīe dictus est priapus, ἰχθυφαλλος gręce. Col. in hort. li. 10.
Balausus, hęrba est nō multū dissimilis a Narcisso. Col. in hort. lib. 10.
Balsamū hęrbā significat & arborē balsami, sicut & casia hęrba & arbor. Col. in hort. li. 10.
Basculi, populi item Hispaniæ. lib. 7. c. 10. Varro.
Basterna, genus rhedę. Pallad.

Battilus hęrba aculeata sponte nascens,& est marina & hortensis.lib.12.ca.8.Col.

Bestiarijs,qui bestias cõficiebãt. Si vestiarijs legat locũ significat seruandarũ vestiũ.lib.1.c.7.Col.

Betica pars Hispanię a flumine dicta.li.7.ca.2.Col.

Bilis atra,melancholia dicitur.c.156.p.23. Cato.

Bima,duorũ:trima,triũ:quadrima,quatuor annorũ. lib.3.cap.1.Col.

Bionias,hęrba est.quę pampinorũ amœnitatẽ pstat, & alligat quicquid obuiã habet. Col.in hort.lib.10.

Bipalium,iustrumẽtũ est ad fodiendũ.lib.1.ca.42.Var.

Biturici,populi Gallię,iñ biturica vitis.li.3.c.20.Col.

βούμαστος,magnam mammã habẽs. li.2.c.5.Varro.

βούπαιδα,magnum puerum.lib.2.ca.5.Varro.

βούπρια,magna fames.li.2.ca.5.Varro.

Boni cõsulat,hoc est bene statuat,in bonam partem vt aiunt,accipiat.in prefat.lib.10.

βοῶπις,magnos habens oculos.li 2.c.5.Varro.

Bosphorus,bouis transitus, ratio tamen exigit, vt bosporus dicamus.lib.2.ca.1.Varro.

Branchię dicuntur in piscibus secundũ ceruicẽ,folliũ more hiantes partes,quibus anhelitũ reddere,ac p vices recipere existimantur.lib.8.ca.17.Col.

Brissam vuã,tũc dicimus, cũ pedibus ad exprimendum vinũ calcatur. Col.li.12.c.39.

Brutia pix,secũdus est liquor crassior defluẽs a ligno igni circũdato,quę rursus in cortinas æneas cõiecta spissatur & coagulatur.li.12.c.19. Col.

Brutij,populi sunt vltimi habitatores Italiæ Siciliã versus.Col.in hort.li.10.

Bulbus apud idoneos scriptores,non tm̃ pro cepa capitur,sed etiam pro omni radice rotũda.vnde legimus bulbos Narcissi,& bulbos cannarũ.li.4.ca.39.

Bulbi megarici,a Megaris ciuitate Grecię, veniebãt etiã ex Africa bulbi maxime laudati: vtrũq; gen⁹ Col.scribit,cũ dicit Megaris & Getulis glebis. Col. in hort.lib.10.

Bumastus a bouis mamma.lib.3.ca.2.Col.

CÆcilia,genus serpentis.li.6.ca.16.Col.

Cædua sylua,a cędendo. lib.1.ca.7.Varro.

Cæliaci dicunt,q vẽtris fluxũ patiũt.li.3.c.16.Va.

Cęllarius,qui habet curã cellarij. Cellariũ aũt est vbi reponunt ad annuũ vsum necessaria.li.12.c.3.Col.

Cęmenta,lapides quibus ædificia cõsurgunt.Cat.

Cęsim.i.vno ictu.lib.4.ca.25.Col.

Calendę Veneris,Calendę Aprilis: nã a Venere Aprilis nomen traxit Col.in hort.lib.10.

Calta, hęrba est nascens in segetibus flore purpureo Col.in hort.lib.10.

Campe,vermis gen⁹ hortenses hęrbas infestãs,dicta a verbo gręco κάμπτειν.i.flectere.Col.in hort.li.10.

Canabinę possessiuũ a canabe hęrba.li.3.c.8.Varro.

Cancelli ligna sunt inter se modicis interuallis in transuersum annexa, quibus scœnę, & tribunalia atq; fenestræ muniebantur.lib.3.ca.5.

Canterius,ordo vineę simplici iugo porrectæ. lib.4. cap.18.Col.

Canteri⁹,equ⁹ cui adẽpti sunt testiculi. c.149.p.22.Ca.

Caphisterium,genus vasis rustici putamus. Scaphisterium melius legendum.li.2.ca.8.Col.

Capitis porri,id est,capitati porri.Col.in hort.li.10.

Capis capidis,genus vasis: inde per diminutionem Capidula a capiendo.c.154.p 24.Cato.

Capulatores, qui capulis oleum deplent. Sunt enim Capulę vasa ansata.ca.66.p.11.Cat.

Cariosus a carie. est enim Caries putrilago & vetustas.c.34.p.8.Cato.

Carpathium pelagus, ab insula Carpatho dictũ, inter Rhodum & Cretam.lib.8.ca.16.Col.

Cassiope,astrum,in quod relata fuit Cassiope mater Andromedę.Col.lib.11.ca.2.

Cataclysmus,diluuiũ inundatio.lib.3.ca.1.Varro.

Catellę,diminutiuũ a catena.ca.135.p.19.Cato.

Catulo feceris,id est sacrificaueris caniculę, ad qđ sydus placãdũ frugibus inimicũ canes immolabant: facere enim est sacrificare.lib.2.ca.22.Col.

Caules,in hęrbis dicuntur,hoc est ipsum robur,siue stipes.lib.9.cap.4.Col.

Caurus,ventus qui & Corus dicit. Col in hort.lib.10.

Cauterum siue cauterium ferrum ad vrendum.Pall.

Cedria, primus sudor, q defluit a canali dũ pix fit, cui tãta est vis, vt in Ægypto corpora hominũ defunctorũ ea pfusa seruẽtur.lib.6.ca.32.Col.

Centones ex pãnis,vel lanis diuersorũ colorũ in vnũ cõdensatis,vel consitis fiebãt.ca.2.pag.1.Cato.

Cerr⁹,arbor glãdifera:iñ possessiuũ cerre⁹. li.8.c.17.Co.

Cherephyllum, hęrba est frondibus luxurians,ab hocq; nomen cepit.Col.in hort.lib.10.

Chalbanũ,succus est ferulę Syrię,& Greci χάλβανον dicunt p χ,nostri vero in g,ch vertunt.li.9.c.19.Col.

Chalcis, piscis est de gñe romborũ.li.8.ca.17.Col.

Characatę vineę.i.pedatę a gręco χάραξ,acos fœminini generis dũtaxat,pedamentum vitis significat. lib.5.ca.4.Col.

Charchari,elachatę,camar⁹,gobio pisces.li.8.c.17.Co.

Chelas,cancri brachia,qui facere vident Librę sidus. Col.lib.10.in hort.

Chiron & Melãp⁹,medici pstãtes,a quorũ noie hęrbę quoq; dictę sunt cẽtaurea,melãpodiõ.li.3.Col.in pfa.

Chœnis,genus vasis.Pall.

Cicures,domestici,& contrarij feris.li.3.ca.11.Varro.

Cicuta,hęrba venenosa.Col.in hort.lib.10.

Cylindrus,lapis teres,quo terra densatur & æquatur. Col.in hort.lib.10.

Cymata in brassica dicunt,q vere pximo post primã sectionẽ e caulibus colligũtur, vel (vt alij dicũt) teneriores cauliculi.Col.in hort.li.10.

Cimeri⁹,vbi iũgit põtus Meotidi paludi. li.7.c.2.Var.

Cimolia creta ab insula Cimolo, qua vtuntur fullones in vestibus abluendis:hanc nunc vulgus terram saponariam vocat.lib.6.ca.17.Col.

Cyperon,genus hęrbę palustris.lib.3.ca.16.Varro.

Citheron,Parnassi iugum,vbi erat Nyssa vrbs dicata Baccho.Col.in hort. li.10.

Citrum,lignum preciosissimũ,quo lectos prisci exornabant: & neutri est generis.lb.3.ca.2.Varro.

Chlatri ligna sunt cauearum,vel quibus aliquid munitur,aut sepit: inde chlatratę fenestrę.c.14.p.4. Ca.

Claui,morbus pedes fere tentãs.lib.7.ca.5.Col.

Clitellę dicuntur ea quibus sarcinæ colligatę mulis portantur: inde muli clitellarij.ca.10.p.3.Cato.

Cloaca,p quã sordes publice eluũtur.Col.in hor.li.10.

Clostra,a cludendo.pag.10. Cato.

Coagmenta,coniunctiones arctę & compares a cogẽdo,id est stringendo.ca.19.pa.6.Cato.

Coagmentare, est cõpares cõiũctiones arcte cogere & stringere.lib.4.ca.28.Col.

Cocula,vasa ænea coctionibus apta.ca.10.pa.4.Cato.

Codicillus diminutiuũ a codice.eſt autem Codex arboris robur,c.130.p.19.Cato.
Cohortales gallinę,q̃ in corte domi alũt.li.8.c.2.Col.
Cohortes ſunt villarũ itra maceriã ſpatia li.1.c.17.Va.
Colocaſia,hęrba eſt Nili.lib.8.cap.15.Col.
Colliciares tegulę quęre deliciares.
Collucare,eſt cum profanę ſyluę rami deciduntur officientes lumini.c.139.p.20.Cato.
Coloſtrũ dicitur ſpongioſa lactis denſitas, q̃ poſt partum prima eſt,& morbus coloſtra, quo lactantes tẽtantur.li.7.ca.3.Col.
Comitia ędilitia,in quibus ędiles creabant.li.3.ca.2.
Compaſcat,inde cõpaſcuus ager dicit,q relictus ad paſcendũ cõmuniter vicinis. lib.1.ca.2.Var.
Compẽdiũ,vtilitas,cõtrariũ diſpẽdiũ li.3.ca.20.Col.
Compitalia dies feſti a cõpitis:nã Cõpita dicunt in q̃ multę vię conueniũt.ca.57.p.12.Cat.
Compluuiata vitis,dicta a cauis ędium compluuiis. lib.1.ca.8.Varro.
Concinnare apte componere: nam cinnus cõmiſtio eſt.ca.106.p.15.Cato.
Concoqui dicitur cibus calore ſtomachi.c.156.p.23.Ca.
Condepſere eſt cõmiſcere,& mollire ſubigẽdo qd verbum a græco fit δέψειν.c.76.p.13.Cat.
Olea conditanea,quę condi,vel condiri poteſt apte. lib.1.ca.24.Varro.
Congylis,rapi genus.Col.in hort.li.10.
Coni,nunc cupreſſi.li.5.ca.7.Col.
Conſenteis deos,e qbus cõſentia ſacra dicunt q̃ ex cõſenſu multorũ ſunt ſtatuta.lib.1.ca.1.Varro.
Conuoluolus,a cõuoluẽdo, & eſt vermiculi gen⁹ qui ſe inuoluit pãpino.vñ & iuolutus dict⁹.c.95.p.15.Ca.
Coracinam picem,nigram.Pal.
Corãbla,hęrba eſt,quę oculos retundit & hebetes facit:ideoq; dicta,nã κόρα pupillã ſignificãt ἀμβλὺ vero retuſum & hebes.Col.in hort.li.10.
Cordum,fœnum ſero natum.li.7.ca.3.Col.
Corycium,antrum in Cilicia vnde primũ delatum eſt crocum.lib.9.ca.4.Col.
Corymbus,vua eſt ederę.Col.in hort.li.10.
Corrudam,ſylueſtrem aſparagum vocãt.ca.6.p.3.Cat.
Cortina,vas quo oleũ vel liquidũ aliud influit. ca.66. p.12.Cato.
Cortinale,a cortina,dum menſam aut parietẽ ſignificat,defendit.lib.1.ca.6.Col
Cotila,genus eſt menſurę.Cato.
Coturnices,aues ſunt aduenę terreſtres potius q̃ ſublimes,has nũc vulgus qualeas appellat,quib⁹ veneni ſemen gratiſſim⁹ eſt cibus:quã ob cauſam eas dãnauere mẽſe,ſimulq; ꝓpter comitialẽ morbũ.li.3.c.5.Va.
Coxendicẽ,coxam exponit Nonius, de qua dictione enarratius tractabimus.c.159.p.25.Cat.
Cremor lac expreſſum ex grano aqua macerato. cap. 86.p.13.Cato.
Crepida,prupti ſaxi margo,& extremitas viarũ vel ripes paulo eminẽtiores crepidines dicũt.li.3.c.17.Col.
Crepitaculum a crepitu.lib.9.ca.11.Col.
Crocodilus, lacerta eſt Nili immeſę magnitudinis, quã debellauit ichneumon. Pall.
Crocomaga,hęrba eſt.
Crotum venatorẽ fuiſſe dicũt,ꝓcibuſq; muſarum in aſtra relatũ,& ꝓ ſagittario ponit. Col.in hort.li.10.
Cruditas redũdantia ſtomachi,quæ naſcitur ex ægra concoctione.in præfa.lib.1.Col.
Cucullones idem putamus qđ cucullos.c.2.p.1.Cato.
Culcitra dicta,ꝙ in ea tomentum vel ſaxum inculcetur.lib.3.ca.5.Varro.
Culigna,vas proprie vinarium.c.132.p.19.Cat.
Cumę,vrbs cãpanię, vnde Cumana braſſica, ſeſſilis folio,& capite patula.Col.in hort.lib.10.
Cunila bubula,hęrba eſt qua ſe tuẽtur teſtudines cõtra ſerpẽtes pugnaturę: nũc dicitur cotula.& bouis ocul⁹,& flos ei⁹ eſt maior q̃ chamęmilla.li.6.c.17.Co.
DActylides,a digitali gracilitate dictę.li.13.Co.
Dardanię artes,Phrygij faciebãt mulierẽ mẽſtruatã,nuſq̃ cinctam,ſolutis capillis,nudis pedibus,contra erucas,& cętera hortũ circuire.Col. in hort.lib.10.
Decemmodię & trimodiæ vaſa ſunt ruſtica qbus ruſtici in ferẽdo frumẽto dũ ſerũt vtũtur, necnõ pollintor in frumẽto per molas frãgẽdo trimodia vtitur.lib.12.ca.50.Col.
Decoxit domino,debitam pecuniam,cum non eſſet ſoluendo,abſtulit.Col.lib.11.ca.1.
Decumano.i.limite decumano, qui fit ab ortu ſolis ad occaſum,vt ſupra diximus: alter vero limes ex tranſuerſo currens vocatur cardo.li.12.ca.41.Col.
Decuſſis etiam dicitur a decem aſſibus.li.3.c.13.Col.
Decuſſatim.per decuſſes.lib.11.ca.53.Col.
Decuſſare i decuſſes foiare atq; diuidere.li.3.c. 13. Col.
Defrutaria,vaſa ad defrutũ idonea.li.12.ca.6. Col.
Defrutũ vinũ ad tertiã partẽ decoctũ: de quo & paſſa, & ſapa,idem Col.ſcribit.li.9.ca. 12.Col.
Delibrare eſt librum tollere.li.4.c.24.Col.
Delphica laurus, ꝙ victores delphis ea coronarẽtur, & eſt viridior laurus,cypria vero folio breui,nigro, per margines imbricato,criſpa.c.10.p.3.Cat.
Delitiares tegulę a delitio tigno dictę: has alij Colliciares vocant.ca.14.p.5.Cato.
Ferię denicales colebantur,cũ hominis mortui cauſa familia purgabatur.lib.2.cat.22.Col.
Depangere,plantare inde depactus lib.3.ca.16.Col.
Deplere euacuare.c.64.pa 12.Cato.
Deſpondere animũ,eſt ſtatuere finẽ vitæ. li.3.c.5.Var.
Deſpondent,hoc loco ſtatuũt Plautus & Varro addũt animũ.lib 8.ca.7.Col.
Depſiticiũ a depſendo.eſt enim depſere,ſubigendo manibus aliqd molle & tenerum reddere.c.74.p.13.Ca. quo verbo vtitur Cato frequenter.
Deſultor,vñ & deſultorij equi,q & deſultores,q olim in curſum agebant ſingulos equos vt nũc faciũt, q eos ad brauiũ,vt currant,alunt.li.2.ca.7.Varro.
Digitelli,diminutiuũ a digito,& videtur eſſe genus hęrbę.lib.11.ca.7.Col.
Dyndimus,mons Phrygię Cybelę ſacer,q̃ dea ſacerdotes ſuos in furias agebat.Col.in hort.lib.10.
Dioneis floribus,id eſt,Veneris.Col.in hort.li.10.
δυσπεψία gręce,latine male & difficilis concoctio.ca. 127.p.9.Cato.
διφθέρα diphthera,veſtis paſtoritia,ex pellibus ouiũ aut caprarum.lib.2.ca.11.Varro.
Diſtabeſcat,valde tabeſcat,abſumatur, corrumpatur colliqueſcat.ca.24.7.Cato.
Diſtichon,duorũ ordinũ,ſiue verſuũ.li.2.ca.10.Col.
Dodrans,nouem partes aſſis.li 3.ca.13.Col.
Dolabella diminutiuũ a dolabra.lib.4.c.24.Col.
Draco,appellatur palmes emeritus, pluribuſq; induratus annis.li.5.ca.5.Col.

Dolus Mědesius scriptor Ægyptius.lib.11.ca.5. Col.
Draco appellatur palmes emeritus, pluribusq; induratus annis.lib.5.ca.5.Col.
Ductarius funis qui per orbiculos trochleę traiicitur cap.13.p.20.Cato.
Ductim,cum mora.lib.4.c.25.Col.
EAbus pro eis. c.152.p.23.Cat.
Ebulus herba est faciens baccas in similitudinē sambuci.in horto Col.lib.10.
Elices dicuntur reuolutiones. Col.lib.11.c.2.
Embāmata a gręco ἐμβάπτειν fieri vident, & significāt immersiones,qn̄ intingim⁹ vel panē vel obsoniū in vasculis repletis re liquida.lib.12.c.54.Col.
Emblemma,ex origine dictionis,quę gręca est,significat tesserulas,quibus instrata pauimēta variantur & versicoloria fiunt.lib.3.c.2. Var.
Ephippiū, stragulū quo equus insternit. li.2.c.7.Var.
Epistates,pręceptor,siue pręfectus rei faciendę.c.56.p.11.Cato.
Epistomiō,dicit foramē,p qd aqua effluit. li.3.c.4.Va.
Epityrum,vel sine e,pityrum,ex confractis oliuis fit ex quibus nomen traxit,græce πιτυρις dicitur. cap.19.p.18.Cato.
Equienti mulæ,equū appetenti,vt credimus (iam febrienti legitur).lib.6.c.37.Col.
Equile,ab equo,vt ouile & bouile. Ca.
Canis erigones,id est canicula sidus Col.i hort.li.10.
Eruca,vermis rodens herbas. Col.in hort.li.10.
Esculentum dicitur ab esca.lib.9.c.12.Col.
Esitare,forma frequētatiua,a supino esum deriuatū. cap.57.p.24.Cato.
Ethesię,vēti stati,qui quotānis in vigore æstatis perflant.xxx.diebus.Col.lib.11.c.2.
Etymon,recta interpretatio.lib.1.c.48.Varro.
Euante,genus vitis.Pall.
Euerriculum,genus retis piscatorij a verrendo dictum.lib.3.c.17.Varr.
Euie nos legendū esse dicimus, q̄q̄ interposita aspiratione euhye legant:Nam ab εὐοῖ,quę vox est bacchantium,nascitur.Col.in hort.lib.10.
Exanietur,exudando siccetur.lib.12.c.50.Col.
Excudere dicunt aues post legitimū incubatū pullos ex ouis:alibi legitur excludere.lib.3.c.9.Varr.
Exgrumantes,de mensura,& recta via excedētes,vel grumos eruentes.li.3.c.14.
Eximij,proprie sunt porci,qui de grege accepti ad sacrificandū liberius pascuntur.li.7.c.9.Col.
FAbis habilis,herbas significat,quibus fabę cōdiri solebāt. sunt enim fabę fabrorum conuiuia.Col.in hort.lib.10.
Factores dicuntur qui oleum faciunt inde factus. c. 64.p.12.Cat.
Fastus,libri,in quibus cuiusq; anni gesta continebātur.li.9.c.14.
Factum quid sit,vide Ostum.
Fauces Caudinę,loc⁹ vbi Rom.exercit⁹ fraude Sānitium interceptus fuit.Col.in hort.li.10.
Feles,aīal,qd Gręci αἴλουρον vocāt.li.3.c.11.Varr.
Ferali mense lupercus.i. februarius mensis, in quo sacra feralia mortuis fiebant & ludi lupercales. Col. in hort.lib.10.
Ferrugineis,purpureis:nam ferrugo est purpura intensior.Col.in hort.lib.10.
Fertum,dictum q feratur ad sacra,& est sacrificij genus.c.132.p.19.Cato.
Fiber animal est extremas fluuiorū oras accolēs. Hūc gręci κάστορα dicūt: latini vero fibrū pōticū:huius pilus pluma mollior habetur.li.13.c.17.Col.
Ficorū genera sunt,chalcidicę,chię, purpureę,chelidoneę, mariscę, colistrutię,Libycę, libyssę, flauę, & reliqua.Col.in hort..lib.10.
Figlinę,a figulis dictę.lib.1.c.2 Varro.
Filicula,puto diminutiuū a filie. li.6.c.30.Col.
Fiscina,vasis genus.Col.in hort.li.10.
Flaccescat.i.flaccidum fiat.li.12.c.8.Col.
Flaccidi,a flaccis,quorum aures pendulę,& non arrectæ sunt.li.7.c.5.Col.
Flammeola,rubea: nam flammeum rubeum. Col. in hort.li.10.
Floces,fęces vini.lib.6.c.13.Col.
Flutę,murenę dicebantur in freto siculo quę græce πλῶται .li.2.c.6.Varro.
Fœnisecę dicuntur qui fœnū secant.li.2.c.22.Co.
Forda, dicitur bos grauida. vnde etiā sacra fordicalia.li.6.ca.24.Col.
Foriculis,diminutiuū videtur a foris.li.1.c.50. Varr.
Fortis fortunę dies appellatus a Seruio Tullo rege, qd in fanū fortis fortunæ secūdū Tiberim extra vrbem dicauit.Col.in hort.lib.10.
Fracescere dicuntur oliuæ,quæ collectæ caldore & vetustate putrefiunt.c.65.p.12.Cato.
Fraces,oliuarū sunt carnes,& feces.cap.65.p.12.Cato.
Frietur,teratur digito,iā cōpositū affrio. li.1.c.9.Var.
Fructuis,gtūs a fructu,vt ab an⁹ anuis. li.1.c.2.Var.
Fruge salis,mica salis.Col.in hort.lib.10.
GAlactopotæ,lac potantes.li.7.c.9. Col.
Garum,liquamen ex pisce.li.6 c.5.Col.
Gemellę vites ab vuis semper geminis nomē habuerunt.lib.13.Col.
Gemellar vasis genus videtur.li.12.c.50.Col.
Gemino astro,id est,signo geminorū.Col.in hor.li.10.
Gerulus a gerendo,& is est qui corpore aliquid gerit. Col.in hort.lib.10.
Gilbus,color est.Pall.
Glaber,bra,brum,depilē significat.lib.1.c.2.Varro.
Glabrata,nuda & sine pilis.li.12.c.53.Col.
Glyciridię.dulcis radicis.
Gladiolus,folium narcissi in gladij formam figuratum.li.9.c.4.Col.
Gleucinū,gręce dicitur oleum mustum, hoc est expressum ānq̄ oliuę calcentur atq; premantur.Nam γλεῦκος mustum latine.lib.12.c.50.Col.
Glaucina,herbę genus syluestris & erraticę, Niagrū vocatur: alij Paralion dicunt,nascitur enim in afflatu maris,aut nitroso loco,inde nomen sumpsit, nam glaucus cęruleum significat,qui color est maris.Col.in hort. li.10.
Gliscere,est crescere. vnde perglíscit valde crescit per instructionem epularum.lib.8.c.4.Col.
Glubito,corticē detrahito,de quo plura in Plautinis quęstionibus.c.33.p.8.Cato.
Grauedo,grauior pituita & crassior:inde grauedinosi.li.7.c.3.Col.
Grossi sunt primitiuę ficus c.94.p.15.Cato.
Gumus,collectio terrę minor tumulo.li.3.c.14.
Grumę dicitur ager vel cliuulus.Col.li.5.c.8.
Gurgulio,pars gutturis, per quam pulmo attrahit & reddit spiritum.lib.2.c.4.Varro.

HÆrediolũ,duorũ mẽſura iugerũ, ꝙ heredẽ ſequeretur,in pfat.Col.lib.1.
Halcyonij, ab halcyonibus auib⁹ nomẽ traxere,quarũ fœturę ante brumã ſeptẽ dieb⁹ & totidem poſt mare ſternitur.Col.lib.11.ca.2.
Halecẽ fœ.gñ.apud Catonẽ minuti & vilis piſcis genus putam⁹ eſſe,q̃q̃ alibi ex inteſtinis piſciũ fecẽ legam⁹,quę ganeę olim materiã pbuit.c.58.p.12.Cat.
Haleſus,flu.& mõs nõ lõge ab æthna.Col.i hort.li.10.
Hamoniũ,coloris gen⁹tẽdẽtis in ſubrufũ.li.3.c.2.Var.
Hara,pabulũ dicit,tã de porcis q̃ de auib⁹.li.3.c.10.Va.
Haron,in ægypto vocãt bulboꝝ genus,ſcyllę proximũ amplitudine.Col.in hort.lib.10.
Heluolę,inſignes ſunt colore iter purpureas nigraſq; medio ſæpius variante,& ob id varianæ appellatę. Col.lib.3.
Heluenaci gñis.i.vitis heluenacę, cui⁹ duo ſunt gña maior & minor & eſt in fertilitate princeps. lib.5. cap.4.Col.
Heluolũ,color inter rufum & albũ,vnde heluolę vuę & heluolum vinum.
Hexaſtichõ,ſex ordinũ,ſiue verſuũ.lib.2.ca.10.Col.
Hybernus oriens dicitur,vnde ſol per hyemem oritur.lib.9.cap.7.Col.
Hybero,hiſpano.Col.in hort.lib.10.
Hydromelli,mellitæ aquæ.
Hyęna,aial eſt ferũ atq; agreſte,quã dicũt alternis annis marẽ,alternis fœminã: ſermonẽ quoq; aſſimulare,in cuius ſpina articulus, ſiue nodus eſt ad medicamina efficax.lib.2.cap.9.Col.
Hyoſciamos,herba eſt.lib.6.ca.38.Col.
Hypenemiũ a vẽto natũ,vel factũ.lib.2.ca.1.Var.
Hyperionis,id eſt,ſolis:nã ſol ab Hypione progenitus eſt.Col.in hort.li.10.
Hipparchus,Eudoxus,Meton,philoſophi, qui de ſiderib⁹ & tpib⁹ anni ſcripſerunt.li.9.ca.14.Col.
Hornotinum dicitur huius anni, alij annotinum legunt.lib.4.cap.17.

Ithyphallus ꝓprie mebrũ virile erectũ dicit. Dicitur & Ithyphalli curatores.Col.in hort. li.10.
Iligneas ab ilice.ca.18.p.5.Cat.
Illiciũ ab illiciendo dictum.li.3. ca.16.Var.
Imbuere,inficere,& primũ intingere.c.59.p.13.Cat.
Incerniculũ ab incernẽdo gen⁹ eſt cribri.c.10.p.4.Col.
ἰχθυοτροφεῖα, loca in qb⁹ alunt piſces.li.8.c.1.Col.
Inciles,foſſę dicunt ad deducẽdã aquã factę. idẽ & Incilia.ca.155.p.23.Cat.
Indidẽ,idẽ,mox,ab inde & idẽ.ca.15.p.7.Col.
Inerticula,gen⁹ vitis qm̃ iners ſit & viribus innoxia lib.13.Col.
Infriare eſt terendo aliquid digitis leuiter inſpergere.ca.95.p.15.Cat.
Infũdibulũ,quo i vaſa liquores ĩfũdim⁹.c.10.p.4.Cat.
Inibi ſic & mox.ca.10.p.4.Cat.
Inire,eſt cõcũbere,qñ fœia marẽ recipit. vnde legim⁹ fœminas a viris iniri.lib.6.ca.37.Col.
Initia latine,μυστήρια gręce.li.3.ca.1.Var.
Inſipiat.i.alterãdo fiat inſipidũ, q̃q̃ alibi legat cũ far incipiat.cap.113.p.17.Cat.
Inſolare & inſolari dicit ſolẽ admittere.li.4.c.18.Col.
Interdius pro interdiu.lib.1.ca.9.Var.
Interordiniũ,ſpatiũ qđ eſt inter ordines.li.3.c.13.Col.
Intertrigo ab intertero,qñ ſimul mẽbra interteruntur & cõfricant,accedẽte ſudore.ca.157.p.25.Cat.
Intrita,ab intero verbo,cuius pteritũ eſt intriui & intritum ſupinum,& proprie dicitur cibus de alleato mortario factus.Col.li.12.c.40
Inula,herba q̃ ſuo aſpectu atq; natura triſtitiã affert, nomẽq; ſuũ adhuc ſeruat.Col.in hort.lib. 10.
Iolchos,Theſſalię ciuitas.Col.in hort.lib.10.
ἱππιον ἄργος,qđ & achaicũ dicebat,Pelopõneſi vrbs, & videt ab equis dictũ.lib.2.ca.1.Var.
Iſchiaci dicunt ἀπὸ τῆς ἰσχίου.i.a coxendice de qua dictione plura alio loco.c.127.p.18.Cat.
ὕστερα grecẽ,latine ſecũdę,folliculi ſunt cõtinẽtes fœtũ in matris vtero cũ mẽſtruis.lib.7.c.6.Col.
ἱστῶνας,textoria.lib.1.c.2.Var.
Iubar,lumẽ eſt,& ꝓ aurora ponit. Col.in hort.lib.10.
Iugata vitis,a iugo,ꝙ ad ſimilitudinẽ militaris iugi fiebat:nã duabus defixis haſtis,tertia ſuperligabat. lib.4.c.18.Col.
Iuglãdes ſunt nuces,quaſi Iouis glãdes.li.1.c.16.Var.

LAc cyrenaicũ,ſilphiũ eſt.lib.13.c.23.Col.
Lacinię de veſtibus dicunt:diſcreta itẽ aialia & in partes diuiſa,in lacinias ſegregari dicuntur.lib.7.c.5.Col.
Laconicũ, fornax cõcameratus ad thermas cõcalefaciendas,in pręfa.lib.1.Col.
Lactis guſtus quę cõdiat herba. De lepidio intelligere videt,cui⁹ vſus nõ eſt ſine lacte, emẽdat eñ cutẽ in facie,& lepras tollit, & cicatricũ vulnera, & nomen trahit a gręco.Col.in hort.lib.10.
Lactucarũ quoq; plura ſunt gña,hoc eſt,Cęcilię,Cappadocię,Tarteſiacę,Paphia ſiue Cypria: eſt etiã ſeſſilis lactuca.Col.in hort.lib.10.
Lactucula,q̃uis deſcẽdat a lactuca,tñ alia eſt herba lac habens.Col.in hort.li.10.
Lageos,herba leporaria.lib.13.Col.
λαγοτροφεῖα,leporaria.lib.8.ca.1.Col.
Lanatę vuę,a lanugine,quę eas veſtit.lib.13.Col.
Laniſtę dicebant qui domi gladiaturã docebãt gladiatores,quos deinde vẽderẽt munerarijs. li.3.c.2.Col.
De lapide noxiũ,cõſuetudinẽ exprimit Romanã,nã ſolebãt damnatos mortis de Capitolino lapide deijcere.lib.3.ca.3.Col.
Lapſana,braſſica ſylueſtris.eſt enim braſſica alio noiẽ caulis,& vtraq; dictio latina.lib.3.c.16.Var.
Laſerpitiatũ,a ſerpitio. eſt autem laſerpitiũ ſilphiũ, aſam nunc vocant.c.116.p.18.Cat.
Latrina,loc⁹ eſt priuatoꝝ ſordiũ.Col.in hor.lib.10.
Lubrica lapathos,quã ὑδρολάπαθον vocant.Col.in hort.lib.10.
Lauream,& laurũ, & mutata diphthongo loream ꝓ eodem accipit Cato.alij folia diſtingunt appellatione laurę.
Lauticia,eſt epularũ magnificẽtia.lib.9.c.1.Col.
Leguli olearum lectores.c.64.p.12.Cat.
Lentorem,tenacitatẽ & viſcoſitatem ex humore procedentẽ:nã lẽtus tenacẽ & viſcoſum ſignificat,vnde & lẽteſco verbum.lib.5.ca.4.Col.
Lentiſcus arbor eſt,ex qua colligitur maſtix & eſt trifera.lib.13.c.20.Col.
Ora leonis,herbã ſignificat leoninã in mõtibus naſcentẽ,cuius flores cũ emittuntur ſimiles ſunt ori leonino aperto.Col.in hort.lib.10.
Lernei cancri.i.q ex palude Lerna exijt,dũ Herculis pedem momordit pugnantis,& in ſidus relatus eſt. Col.in hort.lib.10.

Leucoia, alba viola.lib.9.c.4.Col.
Lyce⁹ & Cyllen⁹, mõtes Arcadiȩ.Col.in hort.lib.10.
Ligula genus mensurȩ.lib.12.Col.
Limaces, cochleȩ a limo appellatȩ.Col.in hort.lib.10.
Limes decumanus in semitis, & limitatione agrorũ is vocatur, qui agrũ ab exortu equinoctiali ad occasum ȩquinoctialem secat.lib.3 c.20.Col.
Lingula diminutiuũ a lingua, videturq; signare hic lignũ vel lapidẽ cõcauũ, qua aqua vel vinũ confluit. sed de hac dictione plura in Plautinis quæstionib⁹. cap.18.p.5.Cat.
Ligusticum, herba est in liguriæ montibus nascens. lib.12.Col.56
Lyra, signũ cȩleste.Col.in hor.lib.10.
In speciem literæ græce, id est Δ deltæ vel λ laudæ. lib.3.ca.16.Col.
Litera ꝓxima primȩ, id est, b, Beta.Col.in hor.lib.10.
Lithostrat⁹, locus lapidib⁹ strat⁹, si verbũ grȩcũ ꝓprie interꝑtari volumus. Verũ Lithostrata ex paruulis crustis constabant, quibus solum pauimentũ incrustabatur.lib.3.ca.1.Var.
Loci locoꝝ, vulua, ꝓprie dũtaxat in fœia, de qua plura alibi dicã.c.157.p.24.Cat. (Dicũtur etiam loca locorum vt apud Col.lib.8.c.11)
Loculamẽta, a loculis deriuari videntur, & significãt capsulas.lib.8.ca.8.Col.
Lõgurius, ꝑtica est lõgior.lib.1.ca.19.Var.
Lomentum panis ex faba.Pall.
Lorea & lora fit maceratis aqua vinaceis.c.25.p.7. Ca.
Lotium vrina est.c.122.p.18.Cat.
Lotus arbor est dicata matri deũ. est etiam herba in Phrygia laudatissima & aphrice peculiaris, cui⁹ baccȩ vescuntur hoĩes.Col.in hort.lib.10.
Luridus, supra modũ pallidus.lib.1.ca.2.Var.
Lupus, piscis est olim ꝑciosus, qui lanatus erat, & sub ostia fluuiorum captus.lib.3.c.3.Var.
Lusitania, ꝑs ẽ vlterioris Hispaniȩ, quã nũc Portugalliã appellãt, dictã dicũt a lusu Bacchi.li.2.c.1.Var.
Luxa & luxata, membra suis locis mota & soluta.ca. 159.p.25.Cat.

MÆna piscis est.c.88.p.15.Cat.
Maguderis, laserpitij genus: alij dicunt caulẽ laserpitij esse.li.6.c.17.Col.
Malagma a verbo græco μαλάττω, qđ est emollio & eo vtimur in duritie molliẽda.lib.6.ca.17.Col.
Malleolus dicebatur surculus vtrinq; capitulat⁹ ęduro.lib.4.ca.22.Col.
Mãdragorȩ duo gña, cãdida, q̃ mas: nigra quæ fœmimina existimatur: ferunt mala nucũ auellanarum magnitudine.Col.in hort.lib.10.
Mareotides Ægyptiȩ, nam Mareotis pars est Ægypti.lib.13.Col.
Marrȩ, bidentes, & sarcula, rustica sunt instrumenta. Col.in.hort.lib.10.
Mauricini, ꝑp̃li ꝑpe Marsos.Col.in hort.lib.10.
Matellionẽ a matella deriuari sentimus, & est aquarium vas.c.10.p.3.Cat.
Matrices dicunt quȩ ad ꝑgenerandũ aptȩ sunt, & plerũq; a gallinis.lib.2.c.4.Var.
Mazonomũ, grȩca dictio, & proprie lãcẽ significat ad ferẽda obsonia in mẽsam.lib.3.ca.4.Var.
Me cessa, pro mihi quȩ cessit: & secũdũ priscos locut⁹ est: qui tibe, & sibe, & mihe, ꝑ tibi sibi mihi dicebãt. lib.3.c.16.Var.
Mediastinus, incola medię vrbis, vel balneatoꝝ minister & curator ędiũ.lib.1.c.9.Col.
Medica hȩrba est, q̃ & melica, quȩ semel sata decẽ annos durat.lib.1.c.42.Var.
Medipõtus instrumẽtũ funariũ.c.3.p.2.Cat.
Melãthi⁹ apud Homerũ in Odyssea, seru⁹ Vlyssis quẽ her⁹ fœda morte domũ reuersus affecit.li.2.c.4.Va.
Μελάνθιον græce, latine git dicit.alio noĩe melanspermon.i.nigrũ semen, alij nigellã.Col.in hort.li.10.
Melanurium, piscis a nigra cauda nomen trahens. lib.8.cap.16.Col.
Meleagrides & Numidicȩ, & Gutterȩ, aues sunt, quæ & Afrȩ dicuntur.lib.8.c.2.
Meles, itẽ aĩal, auib⁹ inimicũ: puto esse id, quod vulg⁹ fouinũ & maturellũ appellant.lib.3.ca.12.Var.
Melicȩ gallinȩ q̃ in Media id gen⁹ auiũ corpore amplissimo fiat.l litera pro d.substituta.Media regio orientis: ex qua Medi qui & Persȩ dicũtur.li.8.c.2. Col.
Melimela p vnũ l, vtrobiq;, sũt mala mustea a μέλι.i.mel & μῆλον malum q̃ mellis saporẽ retinẽt. lib.1.ca.59.Var.
Melissophyllus, herba est.
Μελιττῶνας, apiaria, vbi apes nutriuntur. Μελιττοτροφεῖα etiã dicuntur.lib.3.c.16.Var.
Menalippa, mulier, q̃ cũ Booto filio ad metapõtũ delata fuit, vbi sacrã ędẽ habuit.lib.2.c.5.Var.
Mẽdesius, possessiuũ a ciuitate ægypti.lib.7.c.5 Col.
Meta dicit cõgeries, vel strues in acutũ tendẽs q̃ græce πυραμὶς dicitur.c.46.p.10.Cat.
Inuersȩ metȩ similis, hoc est turbicinã habens figurã cui⁹ ima pars angusta est, suꝑior vero lata. At meta inferiorem partem latã habet, superna vero tendit in acutum.lib.9.c.14.Col.
Metreta, vas est.
Miris, siue smirza, vel vt alij mira, herba est simillima cicutȩ, caule, flore folijsq; minor.Colu.in hort. lib.10.
Mirtũ cõiugulũ.i.cõiugalẽ a cõiugijs.c.8.p.3.Cat.
Molle pec⁹, tectũ: hirsutũ vero, colonicũ.li.7.c.2.Col.
Molochon, agrian ibiscũ appellãt. Quidã alij dicunt malachon, hoc est, maluã.Col.in hort.lib.10.
Muceat, mucorẽ cõtrahat.c.148.p.22.Cat.
Mucrone, graphio, quo in pugillaribus cereis scribimus.Col.in hort.lib.10.
Mulsum, vinũ cum melle mistum.lib.3.c.16.Var.
Mundus muliebris, ornatus, græce κόσμος, lib.12. cap.3.Col.
Mugiles, pisces sunt tã ꝓcipitis velocitatis vt trãsuersa nauigia interim supnatẽt.lib.8.c.16.Col.
Mullus, piscis olim ꝑciosus: & cũ barbatus sit, putant quidam eum esse quẽ vulgus barbonũ dicit. lib.3. cap.17.Var.
Munerarij dicebãtur qui munera.i.ludos populo dabant.lib.7.c.7.Col.
Murena tartesia, a Tartesso oppido hispaniȩ sito quõdam inter Betis ostia, quo noĩe etiã fluuius appellatur.lib.8.cap.16.Col. (alij tharsensis tñ legũt)
Murgẽtinã, alij Pompeianã vocant.lib.13.Col.
Muria, sal cũ aqua medicatũ & induratũ, de qua plura Col.lib.7.c.8.Col.
Muscãtur, musco integũtur.Col.li.11.c.2.
Muscipulis.i.ĩstrumẽtis ad mures capiẽdos.li.1.c.8.V.
Mustella, piscis in lacu Brigantino Rhetiæ gñatus. lib.8.c.17.Col.

Mustus,nouus.

NArcissus,herba est, eiusq; duo genera.Colu.in hort.lib.10.

Pix naricia,ab insula maris Ionij dicta.Col.in hort.lib.10.

Nasiterna,vas aquale est.c.10.p.4.Cat.

Nasturtiũ,herba dicta,q; nasum torquere faciat.lib.3. cap.9.Col.

Natrix,gen⁹ natãtis serpentis lib.1.c.5.Col.

Naxius ardor, Bacchi coronę sidus significat (nã vt ferũt poetę)in insula Dia,q̃ postea Naxos dicta fuit, relicta Ariadnę a Theseo nuptiascũ Baccho fecit,do nataq; corona iter sidera illata fuit. Col.i hor.li.10.

Νησσοτροφεῖον,locus ad alẽdas aues.li.3.c.10.Var.

Nepa,scorpiũ significat.alij cãcrũ dicũt.Col.i hor.li.10

Nepita,herba,q̃ gręce καλαμίθη.lib.7.c.5.Col.

Nexus,dicitur obligatio quędam,quæ per ęs & librã fiebat.lib.1.cap.3.Col.

Nidor,odor rerũ assarũ.lib.8.ca.4.Col.

Nocturnas volucres,noctuã, bubonẽ, vlulã,vespertilionẽ.solebãt eñ Prisci ad hortos tuendos noctuã pẽnis patẽtibus figere.Col.in hort.lib.10.

Nomades,pastores dicuntur, quorum vita omnis in pascendis gregibus habetur a verbo νέμω.i.pasco. lib.7.ca.2. Col.

Nomẽculator is erat qui noĩa citabat,ciuiũq; & seruorũ noĩa nouerat:inde nomẽculatio.li.3.c.2.Col.

Optima nomina,optimos debitores.vnde& pecunię in nominibus.lib.1.c.7.Col.

Nomophylaces,dicunť legũ custodes & seruatores ἀπὸ τ͂ νόμου.i.a lege: & φυλάκοος.i.custos.l.12.c. 6.Co.

Nouacula,culter tonsorius lib.12.c.53.Col.

Noxis præstari, id est p̃ damno satisfacere & emptorem indẽnẽ facere.lib.2.c.4.Var.

Numellę,genus vinculi, quo quadrupedes alligantur lib.6.ca.19.Col.

OBęrati,dicunť obligati ab ære lib.1.ca.17.Var.

Obstrigilandi causa,detrahendi mordendi,repugnandi.lib.1.c.2.Var.

Ocymũ hęrba est,quam basilicon alij appellant,sunt qui per z ozymũ scribant a verbo gręco ὄζω.Col. in hort.lib.10.

Oculi in arborum surculis proprie vocantur vñ germinantur.lib.4.ca.22.Col.

Offulæ, paruæ offæ, & hoc loco carnis frusta. lib.12. cap.53.Col.

Ogyges,rex Thebarum, sub quo diluuium factũ est. lib.3.c.1.Var.

Οἶστρος oestros,asylũ Latini vocãt,siue tabanũ:nõnũq; furorẽ significat.lib.9.c.14.Col.

Oleagina ad similitudinem oliuę.lib.13.Col.

Oleastellũ,diminutiuũ ab oleastro.li.2.c.50.Col.

Oleitas,siue oletas,vt oliuitas, est tẽpus legẽdarũ oliuarum,& fructus oleę.ca. 68.p.13.Cat.

Oletum,consitus oleę locus.c.1.p.1.Cato.

Olysippo,Lusitanię vrbs,quę nostris tẽporib⁹ Vlisbona dicitur.lib.2.c.1.Var.

Oliuitatem appellarunt prisci cum olea cogebatur. lib.12.c.50.Col.

Olus pullũ, alio noĩe olusatrũ.Col.in hort.lib.10.

Omphacomelli, immaturo melle.Pallad.

Pruna onychina, quæ vnguis colorem habent. ὄνυξ enim est vnguis.lib.12.c.10.Col.

Opon Cyrenaicũ,succus sylphij.Pall.

Oporothecę,vbi seruanť fruct⁹.lib.1.ca.2.Var.

Orchites testiculares oliuę.c.6.p.3.Cat.

Orbiculata poma,a figura orbis in rotũditatem circũacti.lib.1.c.59.Var.

Onyx,gis,fera est quę contrario pilo,hoc est ad caput verso vestiť,orietẽq; caniculã cõtueť & adorat,nasciturq; p̃cipue in Getulia.lib.9.c.1.Col.

Ornithia,ab auib⁹ tractũ nomẽ: appellãtq; tẽpus q̃d est septuagesimo die post brumã, ab aduentu auiũ: tũc eñ adueniũt hirũdines,ciconię,coturnices,& reliquę aues aduenę.Col.lib.11.c.2.

ὀρνιθοβοσκεῖον, locus ad alẽdas gallinas & aues.lib.3. cap.9.Var.

ὀρνιθὼν ornithon,auiariũ.in p̃fat.lib.1.Var.

Orthocissos,recta edera & rigens, quę sola sine adminiculo stat.Col.lib.11.c.2.

Oscitat leo,apiť flos leonis.Col.in hort.lib.10.

Ostũ vocauerũt prisci q̃d ex vno facto olei reficitur: factũ dicebant,quod vno tẽpore cõficerẽt, q̃d alij 160 modiorũ,alij 120 faciebãt.c.6.p.3 Cat.

Oxygarũ,acetũ cũ garo significat. ὄξος eñ gręce acetũ,γάρον liquamẽ ex pisce. lib.12.c.57.Col.

PÆan, laus in Apollinẽ pro victoria, vel peste auertenda.Col.in hort.lib.10.

Paliurus,arbor est Africę,suauẽ fructũ faciens, quo vina cõmendantur.lib.7.c.9.Col.

Paliurus,herba palustris.Col.in hort.li.10.

Palmaria,insula in mari Tyrrheno.li.3.c.5.Var.

Panace herba est,quę alio nomine diciť cẽtaurea,cui⁹ plures sunt species, interpretaturq; remedium ad omnia.Col.in hort.lib.10.

Pãdatharia,insula in Puteolano sinu.lib.1.c.8.Var.

Parilia,festa palis pastorũ deę.vbi notãdũ q; in hac dictione mutatur l,in r,lib.2.cap.1.Var.

Parthenope,Neapolis.Col.in hort.lib.10.

Partiari⁹,a partiẽdo dict⁹.& is est, cũ quo aliq̃d cõmune habemus & partimur.c.136.p.20.Cat.

Patibulum,fera est lignea.Cat.

Pauimẽtũ a pauiẽdo.i.a feriẽdo dictũ.li.3.c.1.Var.

Pauicula a pauiẽdo.i.feriẽdo.c.107.p.16.Cat.

Pauito,ferito & percutito.Cat.

Pausia,a pauiẽdo,oliua.c.6.p.3.Cato.

Paxillus,diminutiuũ a palo.lib.8.c.8.Col.

Pectita,participiũ videť,noue dictũ a pecto. alij legũt parcita.Col.in hort.lib.10.

Pectũcul⁹,piscis p̃ diminutiuũ a pectine.li.8.c.17.Co.

Pedamẽtũ,palus,quo vinea sustineť. lib.1.c.7. Var.

Pedari⁹ q̃n pedamẽtis vinea fulciť.lib.4.c.11.Col.

Pedes,apud hũc pediculos significat.lib.3.c.9.Var.

Pedicin⁹,idẽ q̃d pes,& petiolus& pedicul⁹.c.10.c.4.Ca.

Pegasidũ,musarũ a pegaso equo.Col.in hort.lib.10.

Pelamides,a luto nomẽ traxerũt,q̃ primum cordilę, mox cũ annũ excessere,tynni vocãť.li.8.c.17. Col.

Pellib⁹ oues vestiri.quõ oues pellitę pellib⁹ vestirenť ad custodiẽdã lanã Var.docet lib.2.c.22.Col.

Pelliculare a pelliculis fit,& videť esse circũligatis vel positis pellibus obthurare lib.12.ca.39.Col.

Pelusiaci,id est Ægyptij zithi potus,quem e fruge excogitauit Ægyptus,ab alijs ceruisia dicitur. Colu. in hort.lib.10.

Pinicillũ,diminutiuum a peniculo:Peniculus vero a pene.i.cauda deriuať.lib.12.c.18.Col.

περιπετάσματα sunt vela, q̃ extẽdũtur ad occludẽdũ & ornãdũ locũ.lib.3.c.5.Var.

περιστερεῶν colũbarium in p̃fat.li.1.Var.
περιστεροτροφεῖον seu περιστερεῶν,id est columbariũ. lib.3.cap.7.Var.
Peristylus,locus colũnis clausus in pręfat.lib.1.Var.
Perna a pede dicit̃,vel a græco πέρνα.c.158.p.25.Cat.
Persica peregrina fuerũt,vtpote quę a Persia ad nos transierint.Col.in hort.lib.10.
Pestũ oppidũ in Cãpania rosis gnosũ.Col.in hor.li.10
Petaso,est coxa cũ crure porcino salita. lib.2.c.4.Var.
Petiolis,paruis pedib⁹,diminutiuũ est.li.12.c.44.Co.
φαγέδαινα phagedęna,morb⁹ vlcerosus,vsq; ad ossa celeriter carnẽ depascẽs cũ adustiõe,emittitq; fœtẽtem saniẽ:& puto hoc in loco esse malũ qd̃ in iumentis vermẽ appellant.lib.9.c.12.Col.
φυτῶν historias,plantarũ historias:sic φυσικῶν αἰτιῶν.i.causarum naturalium:sic enim Theophra. librum inscripsit.lib.1.ca.1.Var.
Phrygia & Lycaonia regiões Asię minoris.li.2.c.9.V.
Pyctes,pugillator interp̃tat̃.lib.8.c.2.Col.
Pinacothecę vbi tabulę reponũtur.lib.1.c.2.Var.
Pinso & piso in eodẽ sensu,est in pila tundere vel molis frangere.136.p.20.Cat.
Pyrois,gẽma a colore igneo dicta.Col.in hort.li.10.
Pituita,est catharrus.lib.6.cap.7.Col.
πολυάρνας polyarnas,multoꝝ agnoꝝ. lib.2.c.1. Var.
πολυβούτας polybutas,multorũ boũ.lib.2.c.1.Var.
Pocillũ a poculo deriuari videt̃.c.156.p.23.Cat.
πολύπυρον multi frumenti.lib.1.c.2.Var.
Polycletes phragmõ & Ageladas, statuarij fuere generosi.Col.in hor.li.10.
πολυμήλας polymelas,multarũ ouiũ. lib.2.c.1. Var.
Pollentia,vrbs iuxta alpes, diuidens Italiam a Gallia.lib.7.ca.2.Col.
Polintorẽ,curatorẽ pistrini,a polline dictũ.c.5.p.2.Ca
Pollucere,verbũ est sacrificale,& reddẽtium libamenta deis.de quo plura in Plautũ.c.132.p.19.Cat.
Polubrum vas aquatile.Cat. (nũc polulũ legit̃)
Pomœriũ locus post mœnia.lib.1.c.2.Var.
Põpeij,& herculaneũ,oppida Cãpanię. Colu.in hort. lib.10.
Portitor helles, Aries qui in cælum deportatus est. Col.in hort.lib.10.
Portũnus deus maris,quem Græci Palemona appellant.Col.in hort.lib.10.
Precia,q̃ cito maturescit,quasi pręcoqua.lib.13.Col.
Præcidanea,a pręcidẽdo,queadmodũ succidanea a succidẽdo,& erat hostia ꝓ frugibus.c.149.p.22.Cato.
Pręliganeũ vinũ,a p̃legẽdo.c.23.p.7.Cato.
Post principia,locus in castris a principibus militibus dictus.lib.3.c.4.
Procyon,stella,q̃ antecanis dicit̃ latine.Col.li.11.c.2.
Prodromi aq̃lones appellant̃,q octo ferme dieb⁹ exortũ caniculę p̃cedunt.Col.lib.11.c.2.
Promus a promẽdo dicitur,& est qui victum m ilię promit.lib.12.c.3.Col.
Protocomos,primũ comãtes, alij prototomos legũt .i.primę sectionis.Col.in hort.lib.10.
Prouincia dicebatur extra Italiam,& ideo legim⁹ vineas ꝓuinciales & Italicas.lib.4.c.1.Col.
Ptisana,videtur esse pultis genus ex farina ordeacea lib.2.ca.7.Col.
Psitię,etiam vites sunt.lib.13.Col.
Pullationẽ idem putamus,quod pulliciũ,hoc est fœturam pullorũ.lib.8.c.4.Col.
Pulex,vermiculus herbis infestus & pręcipue brassicis.Col.in hort.lib.16.Var.
Pulliciũ,a pullis deriuat̃ & est fœtura pulloꝝ. lib.3.V.
Pumiles & pumiliones in hoĩb⁹ dicunt̃,græce quoq; gallinę dicuntur pumiles,νᾶνοι.lib.8.c.2.Col.
Putearius possessiuũ a puteo.Var.

Q Verq̃dulę phalagrides aq̃ticę aues.li.3.c.11.V.
Quinquatria, dies Mineruę sacer.Col. lib.11. cap.2.

R Adula,istrumẽtũ ferreũ a radẽdo. l.12.c.18.Col.
Ramẽtũ,a radẽdo dicit̃,id est qd̃ de raso ligno, vel alia re decidit.lib.4.c.28.Col.
Rapina,a rapo sit̃r & rapitiũ.c.35.p.8.Cat.
Rapistrum,diminutiuũ a rapo.lib.9.c.4.Col.
Raui coloris appellant̃, qui sint inter flauos & cęsios. lib.2.c.2.Var.
Recipere est excipere ad vsũ suũ & reseruare: inde recipit̃ dño.i.reseruat̃ dño.c.149.p.22.Cat.
Referre acceptũ,est fateri se ab alio accepisse.li.1.c.2.V.
Reijculę oues q̃ ętate vel morbo graues reijciantur. cap.2.p.1.Cato.
Repastinari ager is dicit̃,cuius natura fodiẽdo mutat̃ de origine & significato plura Columel.Var.
Resoluit nex⁹.i.peperit & enixa est. Col.in hor.li.10.
Retorridũ dicitur,qd̃ intẽpestiue amissis viribus a sole torretur.lib.3.cap.18.Col.
Retrimẽtũ,a reterẽdo videt̃ deduci:Plinius recremẽtum dicit.lib.1.c.64.Var.
Rhetica a Rhetis populis alpiũ.lib.13.Col.
Rhynton,Tarẽtin⁹nugator vilissim⁹in agẽdis pręcipue fabulis,ad quem alludũt tã Varro q̃ Col. apud quos mõ legit̃ mythõ,mõ rhynton.li.3.c.3.Var.
Ricinus,vermis est exitũ nõ habẽs,canes acrius infestans atq; boues.lib.2.c.9.Var.
Ricin⁹ gen⁹ cucumeris rotũdi, a verme,nã oblõgus: cylindro nõ est absimilis.Col.in hort.lib.10.
Riphęi,mõtes septẽtrionales.Col.in hort.li.10.
Robigo,de⁹,quẽ putabãt rubiginẽ auertere,est autem Rubigo morb⁹ segetũ.li.1.c.1.Var.
Robusteus,a robore.Cat.
Rododaphnes rosa laurina, quã Nereũ vocant.Pall.
Romanẽsis sal,q Romę vẽdit̃.c.156 p.15.Cat.
Rosea,cãpus appellat̃ in agro Reatino,q̃ i eo arua rore humida semp̃ ferant̃.lib.1.c.7.Var.
Rubelię nomẽtanę dicunt̃ a rubẽte materia.li.13.Co.
Rudetũ,terra quę pri⁹ rudis fuerat & inculta,tũ autẽ arata.c.34.p.8.Cat.
Rufrimaterię & Põpeij sũt oppida Cãpan.c.22.p.6.Ca.
Rusc⁹,herba est aspa & horrida.Col.in hor.lib.10.
Rustica vinalia quartodecimo Calẽ.sep.celebrabant̃, quo die primũ vinũ in vrbẽ deferebãt. li.1.c.1.
Rusticę,gallinę sunt agrestes,rostro lõgiore,q̃ ꝑ diminutionẽ rusticulę quoq; appellant̃.lib.8.c.2.Col.
Rutabulũ dictũ in ꝓruendo.lib.12 Col.

S Abelli populi a Sabinis orti,qui incolunt montes qui sunt inter Sabinos & Marsos.Colu.in hort.lib.10.
Sabeũ,arabicũ:nã in Arabia felici odoramenta ꝓciosa nascũt̃,vt balsam⁹,casia,thus.Col.in hort.lib.10.
Sacer mons,est (vt opinamur) sacrum promontorium,quod modo appellant caput sancti Vincentij.lib.2.c.1.Var.
Salaria via,dicta q̃m ex illa sal in Sabinos portari cõsueuerat.lib.3.c.1.Var.

Salentini populi Calabrię.lib.2.c.10.Varro.

Salgama appellabātur a priſcis,quęcūq; cōditanea ad victū noſtrū in vaſis ſeruabātur. Col.in hort. li.10.

Salire ꝓprie dicunt aīalia rōne carētia,qn̄ fœtum mares ineūt. Ab eo fit ſalior.vn̄ leta ſalit ouis.Et ſalax eſt nomen.i.in coitu fortis & creber. li.7.c.7.Varro.

Sampſucus, hęrba quā nunc appellant maioranam alioq; nomine amararus dicitur. Col.in hort.li.10.

Sanſam,Gregorius Tifernus, vtriuſq; linguę interpres,qd̄ Strabo gręce dicit πίτυρα ſanſam interp̄tatur,ſignificatq; gręce os oliuę.li.12.c.49.Col.

Hęrba ſantonica,gen⁹ eſt abſynthij amariſſimi,dicta a ſantonibus Gallię populis.lib.6.ca.24.Col.

Sarranę,violę,purpurę:vn̄ ſarranū oſtrū.li.5.c.4.Co.

Satureia thymus,& thymbra, hęrbę ſunt .Collu.in hort.lib.10.

Scapus,eſt fruticibus & iis hęrbis,quę per hyemē nō demoriuntur.lib.9.c.4.Col.

Scarificatio,eſt quando tenui vulnere ſanguis emittitur.lib.6.ca.12.Col.

Scarus piſcis,qui ſolus piſciū dicitur ruminare hęrbiſq; veſci.lib.3.ca.3.Varro.

Scandulę fiunt ex robore,abiete,etiā picea fiſſis, vel aſſulatim deſectis.lib.8.ca.3.Col.

Schœnus,arbor lentiſci.c.105.p.16.Cato.

Scylla,genus eſt bulbi.Col.in hort.li.10.

Scylla,cepę eſt genus.li.13.c.23.Col.

Scipio,baculum ſignificat.li.12.ca.39. Col.

Scirpiculas falces a ſcirpādo,id eſt ligando: nam his vtuntur in vinea liganda.c.11.p.4.Cato.

Scobē dicimus quod ꝑ terebrā & ſerrā in perforādis rebus teritur atq; educitur.lib.4.c.28.Col.

Scopula diminutiuū a ſcopa.li.12.c.18.Col.

Sculponeas,calceos putamus ex lana confectos.c.59.p.12.Cato.

Scutriſcum,vaſis genus, & videtur ex figura græca deriuari a ſcutra.c.11.p.4.Cato.

Scutulas,ſcutis intertextas,qd̄ opus a Gallis eſt inſtitutum primo.Pal.lib.1.c.9.

Sebetis nympha.Sebetos fons eſt Neapoli,cui⁹ aqua vicatim decurrens, omnes fere vſus Neapolitanis pręſtat.Col.in hort.lib.10.

Sectarius,porcus qui gregē ꝓcedēs ducit.c.150.22.Col.

Sectio,ſectiuo.Col.in hort.lib.10.

Sectores,dicti ſunt,qui ſpe lucri ſui ſecuti,bona condēnatoꝝ auctionabātur,proq; his pecuniā penſitabāt ſingulis.Sectio vero ipſa auctio.li.3.c.2. Varro.

Sedētaria opa,q̄ ab artificib⁹,ſedēdo fiūt.li.1.c.12.Col.

Sedum,alij ſadum, alij ſeſſuuiū vocant, hęrba eſt in tegulis naſcens.li.11.c.8.Col.

Sedum,hęrba eſt,quam anagorum alio nomine vocant.lib.2.c.22.Col.

Sementinæ feriæ,a ſemente, q꜄ ſationis cauſa ſuſceptæ.lib.1.c.2.Varro.

Seminio pro ſemine.li.2.c.1.Varro.

Septimūtialis ſatio dicta a ſacrificio ſeptimūtialioꝝ q꜄ fiebat in ſeptem locis vrbis Romæ nominatæ, ſeptimūtium a ſeptem montibus,in queis Roma ſita eſt.li.2.c.10.Col.

Serra campanica,hęrba eſt quam millilotum dicim⁹ ca.10.p.16.Cato.

Serum,aqua lactis.Col.in hort.lib.10.

Seſquiculleareva s qd̄ continet culleum & dimidium alterius.lib.12.c.18.Col.

Seſquilibra,libra vna cū dimidio alteri⁹.li.12.c.11.Col.

Seſquimenſis dicitur menſis vnus cum dimidia parte alterius,hoc eſt octaua pars.lib.1.c.25.

Seſqpes,pes vn⁹ cū dimidio alterius. c.46.c.10.Cato.

Seſtiana mala a Seſtio nomē accepęrūt.li.12.c.44.Col.

Sybaris,ciuitas Calabriæ.lib.1.c.7.Varro.

Sicilire eſt ea ſecare quæ fœniſecę pręterierunt. lib.2.ca.22.Col.

Signia vrbs Campaniæ.Col in hort.lib.10.

Signinū opus,vt diximus,fiebat calce addita confractis teſtis.li.8.c.17.Col.

Silenti luna,coeunte luna,hoc eſt int erlunio. c.29.p.7.Cato.

Siler,fluuius iuxta ꝓdicta oppida.co.in.hort.li.10.

Similago & ſimila ſunt delitię farinę tricee. Cat.

Simus,qui preſſis naribus: inde Reſimi, qui ſurſum verſus reſimas gerunt.li.6.c.1.Col.

Siphones fiſtulę q̄bus aquas,vel aliud liq̄dū interueniēte ſpiritu attrahim⁹ atq; emittim⁹.li.3.c.10.Col.

Sirpiculū,caniſtrū ex ſirpis cōfectū. Col.in hort.li.10.

Sirpus,iuncus eſt.lib.8.c.15.Col.

Siſer hęrba,cui⁹ radicē olim nobilitauit Tyberi⁹ Cęſar,flagitās eā oīb⁹ ānis a Germania. Col.in ho.li.10.

Solea,quę ſolo pedis ſubiicitur lib.6.c 12.Col.

Solea,rombus & paſſer,piſces plani.li.8.ca.17.Col.

Solitaurilia,hoſtiarū triū diuerſi gn̄is īmolationē ſignificāt,hoc eſt tauri,arietis,verris.c.141.p.20.Cat.

Soliū & labrū vaſa q̄bus in balneo vtātur. c.10.p.4.

Spartęe a Sparto.Eſt eñ Spartum hęrba hiberica: latini quidā geniſtā interpretātur.c.11.p.4.Cato.

Sphęricum,a ſphęra.i.rotunditate.Cato.

Spira dicit̄ baſis colūnę vni⁹ tori & gen⁹ opis piſtorij & funis nauticus,in orbē cōuolutus.c.77.p.14.Cat.

Stabię,vetus Campaniæ oppidū.Col.in hort. li.10.

Staphylinus,paſtinaca eſt agreſtis & erratica. Col. in hort.li.10.

Statumina a ſtatu arborum dicuntur, prout creſcēdo ſtatum accipiunt rami.lib.4.c.2.Col.

Stellio,genus eſt ſtellati lacerti.lib.9.ca.7.Col.

Stephanitis a coronario naturæ luxu folijs acinos intercurſantibus.li.3.ca.2.Col.

Stramenta a ſternendo.Cato.

Stranguria,difficultas vrinę,quando guttatim micturiunt.c.127.p.18.Cato.

Strepitus q꜄ cum ſole circūagatur.lib.12.Col.

Strigę appellant ordines rerū intra ſe cōtinuate collocatarū a ſtringendo dictę.li.2.ca.19. Col.

Strigoſum dicitur iumentum, cuius corpus fame, aut alia vitij cauſa ſtringitur: nam ſtrigoſus quaſi ſtringoſus a ſtringendo.li.6.c.37.Col.

Stringere decerpere & colligere:inde ſtrictiuę oliuę q̄ manu legūtur ad differentiā caducarū.c.66.p.12.Ca.

Strues,dicebantur extructiones rerū,& proprie in ſacrificiis.c.134.p.19.Cat.

Sublinat,pinguat.c.15.p.5.Cato.

Subſcribere,fauere,proprie in cauſis agendis, vnde & ſubſcriptores,fautores.li.1.ca.2.Col.

Subſcudes, appellātur tabellę,quibus tabulę inter ſe configuntur,quia quo innituntur, ſucciditur. Pacuuius.Nec vlla ſubſcus cohibet compaginē. Cato.

Subſtillū a ſtillando dictū. eſt autē ægritudo quando ſtillatim vrina emittitur,c.156.p.23.Cato.

Succidia,a ſuibus edendis dicta.ſuccidiū exponit Nonius pro larido.lib.2.c.4.Varro.

Suffitas,suffumigatas a verbo suffio.li.9.ca.14.Col.
Suffragines, nodi sunt sub crure,Suffraginosa mula,cuius suffragines morbo vitiatæ sunt.lib.6.cap.38. Col.
Suffriare a sub & frio,hoc est paululū conterere. li.12. ca.56.Col.
Suggestus vel suggestum,vt hic,a suggero fit, & est locus editior.lib.3.ca.5.Varr.
Suppuratio,est cū vlcus ad saniē tēdit.lib.6.ca.9.Col.
Susum pro sursum dicebant antiqui. li.3.ca.20. Col.
TAges,is fuit,qui primus Hetruscis aruspicij disciplinam tradidit.Col.in hort. 10.
Taleę,scissiones sunt lignorum & pręsegmina: cap.45.p.10.
Tamaricum quoq; frutex est.li.8.ca.15. Col.
Tamus hęrba est minutis foliis & aculeata. Colu. in hort.lib.10.
Tarcon,Hetrurię dux & haruspex.Col.in hort.li.10.
Tardipedi sacris.i. vulcanalibus. Col.in hort.li.10.
Tarentinę, oues a Tarento,de quibus plura in Plautinis quęstionibus.li.7.ca.2.Col.
Porrū Tarentinū,alio noīe sectiuū dicit̄.li.8.ca.11.Col.
Tarentina nux dicitur a mollitie corticis eo ꝙ vix attrectata frangatur.li.12.ca.22.Col.
Tartessi littore.Tartesiā lactucam suā dicit, ꝙ Columellarum familia ex municipio Gaditano progenita erat.Col.in hort.lib.10.
Tyrsos tartesiacos.i.lactucę tartesiacę, Paphios.i.Cyprię.Col.in hort.lib.10.
Taxus arbor est ex qua fabricantur arcus. Toxica quoq; inde sudare di untur.Col.in horto.li.10.
Tectorium, illinimentum,& quasi pauimentum parietis atq; incrustatio.li.3.ca.1.Varro.
Tectum pecus dicit̄ ad differentiā colonici, appellatū tectū,ꝙ operimentis tegeretur.li.7.ca.2.Col.
Tempori⁹, aduerbiū deductū a tempori aduerbio,qd̄ significat opportune & tēpestiue.li.8.ca.4.Col.
Teredo,vermis est lignū terens atq; exedens. li.4.ca. 24.Col.
Termes,itis.ramus de arbore recisus.lib.7.cap.8.Col. nunc autem tamaris legitur.
Tesseras appellat lapillos frusta quadrata.li.1.c.9.Pal.
Thalli dicūtur in porris & cepis medii stipites ἀπὸ τοῦ θάλλειν virescere.lib.11.ca.3.Col.
Thasię vites a Thaso insula nominatę.li.13.c.23. Col.
Thaumātias iris,filia Thaumātis. Col.in hort.li.10.
θεατρίδιον diminutiuū,forma gręca a theatro. li. 3. cap.5.Varro.
θηριοτροφεῖον,locus vbi ferę aluntur.li.3.c.13.Varro.
Tholus,lignū,cui inhęret tectum tēpli.gręci quidam exponunt domum esse rotundam.li.3.ca.5.
Thracius a Thracia, ostium ponti,per quod in propontida influit pontus.li.2.ca.1.Varro.
Tibe trado,pro tibi,& respicit ad morē currētiū cum facibus in festo Cereris: quorū primus,cū ad locum statutū venisset,facem sequenti dabat.li.3.c.16.Var.
Tibur,ciuitas haud longe ab vrbe olim fertilis pomis.Col.in hort.li.10.
Tomacinę,quæ apud alios tomacula, & canacę, edulia ex carne porcina.lib.2.ca.4.Varro.
Tomices gręco noīe appellant̄ ex cānabi impolito,& sparto leuiter tortę restes,ex quibus funes fiunt.Pal. lib.1.ca.13.
Trepidanę a mensura dicuntur. Alij legūt crepidaneas a crepida.lib.3.ca.2.Col.
Tribulariū,a tribula fieri videt̄. est eīn tribula instrumētū ad terenda frumēta.lib.1.ca.7.Col.
Tricliniū est conclaue a tribus lectis sternendis. lib.1. ca.17.Var.
Trochleę siue trochalia,instrumenta cū orbiculis ad subleuāda & deprimēda onera.c.136.p.20.Cat.
Trulleū,vas,quo man⁹ pluūtur.Trulla tamen & trua vas quo e culina in latrinam aquā fundant. cap.10. p.4.Cat.
Trusatiles molę, alio nomine manuariæ, ꝙ manib⁹ trudantur.c.10.p.4.Cat.
Tuberes, peregrina poma ex Africa in Italiam delata.Col.lib.11.ca.2.
Tubuli,fistulę sunt maiores fictiles lib.1.ca.8.Var.
Turiones dicuntur teneritates summitatū arborum vel arbustorum.lib.12.c.49.Col.
Turduli,populi Hispanię.lib.2.ca.10.Var.
Turdus,merula,varij,pisciū noīa.lib.8.ca.17.Col.
Turnilacus,locus ex cōualli Aricina, vbi quōdā fuit lacus Turni:inde subierunt lacutures caules.Col.in hort.lib.10.
Turunda panificij genus. c.157.p.24.Cat.
Tormina a torquēdo,morbus,ꝙ torqueat, vnde torminosus.ca.26.p.18.Cato.
Tortiuū vinū,nouissime expressum.c.23.ca.7.Cat.
VAcerra,stipes est,ad quem equos solent religare.li.5.ca.19. Col.
Valetudinarium,locus in quo ægroti stāt vt curentur.lib.12.
Valuuli,folliculi sunt leguminū.lib.6.ca.9.Col.
Vari dicuntur obtortis cruribus introrsum vt putamus: Nam in exteriorem partem obtorta crura habētes Vacii dicunt̄.li.2.c.9.Varro.
Vegrādes,male grādes,parui & minutę. li.2.c.2.Var.
Veratrum,helleborus.ca.113.p.17.Cat.
Vergilię,stellę sunt,alio noīe pleiades.lib.9.ca.14.Col.
Veruactū,quasi vere actū,& est qn̄ vere primū agri ꝓscindūtur,ad differentiā restibilis dictū.li.2.c.4. Col.
Vesuuiū siue vesuiū, mons ardens in eadē Campania Col.in hort.lib.10.
Veterina animalia dicūt,quę vehere qd possunt. li.1. cap.38.
Veterinarij medici sunt veterinorū, hoc est aīalium quę aliquid vehūt:hos nūc marescallos vocāt.hinc & veterinaria medicina.lib.6.c.7.Col.
Veternū,morb⁹ ex nimio ocio.lib.4.c.24.Col.
Viduertas,calamitas dr̄,ꝙ bonis viduet.c.141.p.10.Ca.
Viere,est vincire vel inflectere.lib.1.ca.54.Var.
Vitibus albis,vite bionia,quæ dicitur ἄμπελος λευκή.Col.in hort.lib.10.
Viuiradices dicunt̄ surculi cum radicibus ad differentiā malleoli & talearum.lib.3.ca.13.Col.
Vlpicū gen⁹ allij qd̄ alio noīe dr̄ albū libycū.c.70.p.13.
Vrinare,est mergi: inde vrinatores, qui sub aqua natant.lib.8.c.14.Col.
Vulturnus vēt⁹ qui & gręco εὖρος,& flat ab oriēte brumali.lib.12.Col.
χηνοβοσκεῖον,loc⁹ ad pascēdos anseres,li.3.ca.10. Var.
Ziziphū,arbor est,nō pridē in Italia nota: ex Syria enim ad nos venit:puto id esse qd̄ Zizapha creat. lib.9.c.7.Col.

FINIS

ENARRATIONES PHILIPPI BEROALDI IN XIII. COLVMELLÆ LIBROS, SERIE LITERARIA DIGESTÆ, Sequũtur.

A.

Ablaqueare incipito) Ablaqueare circũfodere est Itali excodicare appellãt, vt docet Palladius .i. circa vitis codicẽ dolabra terram diligẽter aperire, & purgatis omnibus velut lacus efficere, vt solis tepori bus & imbribus prouocẽtur. Itaq; a lacubus deductũ verbũ est ablaqueare: hinc ablaqueatio: hinc ablaqueatę vites vineęq; dicuntur. lib. de arb. cap. 5.

Achrades) vt Gręci dicũt ἀχρας εἶδός ἐστιν ἀπίου id est achras species est pyri, cui⁹ miminit Aristophanes. Olim Trasibulus (qđ annotatu dignũ est) cum deberet contradicere Lacedæmonijs legatis, muneribus corruptus simulauit se comedisse achradas, c est pyra syluestria, & ob id loqui nõ posse. li. 7. ca. 9.

Acorẽ) acidũ saporẽ. Lex vino vendẽdo est, ne aceat, ne muceat.

Acus) Purgamenta frugũ acus vocãtur, ex quo genere est & Apluda. Plinius, Milij, & panici, & sisamæ apludã vocãt purgamẽta. Gelli⁹ tñ apludã interptat esse frumẽti furfurẽ furfurẽq; panẽ. M. Varro pcipit gallinę parturiẽti i cubilib⁹ ac⁹ eẽ substernẽdũ. li. 2. c. 10

Adminiculato.) Adminiculis fulcito adiuuatoq;, qualia sunt pedamẽta & arbores ad vitẽ adminiculãdã fulciẽdãq;. M. Tulli⁹ vsus est in studiis literarũ Tirone adminiculatore, hoc est adiutore auxiliatoreq;. lib. de arb. cap. 16.

Admissariis) Admissarij dicunt mariti equarũ q admittunt ad coitũ, vñ & admissura dicta. admissariũ periphrasi poetica decenter expssit Virgili⁹ scribens. Quẽ legere ducẽ & pecori dixere maritũ. lib. 5. ca. 26.

Ære commutato.) Id est, vendito. li. 11. ca. 27.

Æstuosissimũ) Æstuosa dicunt animalia quę calore & ęstu infestant, sicut alsiosa q frigore vexant. li. 7. c. 10.

Affatim) Large, abũdãter, copiose, media correpta p nũciãdũ. Iũgitur freqũter & elegãter cũ genitiuo, vt affatim lignoꝝ est, affatim numoꝝ, affati hoim. li. 6. c. 3

Africus) Nomẽ est vẽti q gręce vocat λίψ, aduersus aqlonẽ flat, De quo Plini⁹, Gelli⁹, Seneca, cęteri. De quo ait & poeta: creberq; pcellis Africus. li. 11. ca. 2.

Allectores) Id est cõciliatores cõsolatoresq;, q alliciãt oblectentq; captiuos turdos mitigentq; mœstitiam captiuitatis. lib. 8. cap. 10.

Allecula(Nomẽ est pisciculi quẽ riualẽ vocat, quia in riuis nascitur. infra ait, Pręberi conuenit tabentes alleculas. nam id genus pisces qui sunt incrementi minuti, maiores alunt. li. 8. ca. 15.

Allucinãtẽ) Sõniculosum, stupẽtẽ, incuriosum. Allucinari est errare: allucinatio erratio. Cloatius docet lucũ dici tarditatẽ quãdã animi & stuporẽ qui allucinãtibus plerũq; vsu venit. M. Cicero inquit Epicurum in rebus naturalibus allucinari. li. 7. ca. 3.

Alsiosa) quæ frigore vexantur. li. 7. ca. 10.

Aluos castrare) Castrant alui, qñ faui eximũt. li. 11. c. 2.

Amarition) Legẽdum amethyston. Nã inerticula vua cũ a nostris ita nominet, qa temulẽtiã sola non facit, merito a Gręcis appellat amethystos, hoc est sine ebrietate. Pli. elegãter, inqt, q nostri iusti⁹ hãc vuã sobriã appellassent, quã inerticulã dicunt. li. 3. ca. 2.

Aminę) Nomẽ est vuarũ generosarũ. Quas grãmatici tradũt amineas dici quasi sine minio. i. rubore, tãq albũ sit id vinũ. Macrobius vero cẽset ab Aminea regione nominari. fuerũt enim Aminei populi vbi nunc Falernũ est. Pronũciãda autẽ dictio hęc est penultima correpta, qđ satis liquet ex illo Ausonij versiculo, Solus q Chiũ miscet & Amineũ. Illud Vergilianũ ex scdo Georgicon (Sũt & Aminęę vites) ita legẽdũ est, ne versus claudicet. Sũt etiã Aminęę vites vt prima syllaba pducat, penultima corripiat. li. 3. c. 2.

Amphibion) Animalia, qb⁹ vict⁹ est in aqua & terra, vocabulo Gręco appellant amphibia, de qbus M. Varro sic scribit. Transi nũc in id genus, qđ nõ est villa vlla ac terra cõtentũ, sed requirit piscinas, qd vos philogręci vocatis amphibion. lib. 8. ca. 12.

Apianę) Plinius. Apianis vuis apes dedere cognomen pręcipue earum auidę. li. 3. ca. 2.

Anguinei cucumeris) Cucumerẽ anguineũ multi eẽ arbitrãtur cucumerẽ syluestrẽ q erraticus vocatur, ex quo fit medicamẽtũ, qđ elateriũ appellãt succo expsso ex semine, nec vllũ ex medicamẽtis longiore æuo durat, annis ducentis seruatũ esse auctor est Theophrastus. li. 7. ca. 10.

Ansatũ) habẽs ansas qb⁹ cõtineat. nõ min⁹ elegãter q festiuiter Plaut⁹ appellat hoiem ansatũ q brachiis i speciẽ ansarũ deformatis gloriosus inãbulat. li. 9. ca. 15.

πϱὶ ἀυζπαθῶν) Opinor legẽdũ esse ἀντιπαθῶν; hoc est, de repugnãtib⁹, discordãtibusq; dissidio quodã naturali ac potẽtia. Plini⁹ ex hac (vt cõiectare licet) doctrina Democritica pdidit cũcta cõstare ex sympathia atq; antipathia: hoc est, ex cõcordia rerũ atq; discordia. Nã ignes aquę restingũt, aquã sol deuorat, luna parit, ferrũ ad se trahit magnes, adamas dissidet cum magnete intãtũ, vt iuxta positus ferrum nõ patiatur abstrahi: aut si admotus magnes apprenderit, rapiat atq; auferat: at ipm adamanta rũpit sanguis hircin⁹ recens & calidus. Igit Democritus p hãc antipathiã scripsit fœminã mẽstrualẽ repugnare erucis vermiculis vt decidant emoriãturq; repente oẽs: si ea solutis crinibus & nudo pede ter circũeat areolam, in quã erucę olera infestant: super qua re Palladius sic refert, Aliqui fœminã menstruãtem, nusq cinctã, solutis capillis nudis pedibus contra erucas & cętera infestãtia hortum faciunt circuire. li. 11. ca. 3.

Apyrinũ facit) Malum Punicũ, appellãt apyrinon cui lignosus nucleus abest. auctor Plini⁹. Verum Seneca tradit apyrina dici nõ qb⁹ nulla sit duritia, sed quibus minima. De apyrinis ait Epigrammatarius. Non tibi de Libycis tuberes & apyrina ramis De nomentanis, sed damus arboribus. lib. de arb. cap. 23.

Apothecas.) Corrigẽdus est obiter publicus error male literatorũ, apothecas dici tabernas officinasve existimãtiũ: sed q pure & mũditer loquũtur apothecarũ noie significãt quasdã quasi cellas vinarias, & ea pprie repositoria qbus vina fumo vetulescũt. Hinc illud Plinianũ, apothecas fuisse & diffundi vina solita anno. dc. xxxiii. Vrbis apparet, indubitato Opimiani vini argumẽto. Itẽ vinũ si sit fumo inueteratũ insaluberrimũ est. Mangones ista in apothecis excogitauere. Infra pcipit Columella apothecas his locis eẽ supponẽdas, vnde plerũq; fumus exorit, cũ vina celerius vetulescũt: quę fumo quodã genere pcoquẽ maturitatẽ trahũt. id fumariũ vocãt. Victruuius quoq; meminit apothecarũ, ostendẽs eas faciẽdas magis esse ad fructus seruãdos, q ad elegãtię decorẽ. Vlpianus elegãter inqt & sciẽter vina etiã quę in apothecis sunt nõ cedẽt. Iulius Pollux in. vi. onomastici docet ἀποθήκας

οἰνῶν, id est apothecas vini dici vocabulis Græcis οἰνῶνας καὶ πιθῶνας.lib.1.cap.6.

Appellando) Significãter & proprie locutus est.Nã appellare dicit creditor debitorẽ,qñ ab eo reposcit qd debet Quintilianus.Pauper eras,& a creditoribus appellabaris.Item nõ debui tibi pecuniã,nũq̃ me appellasti.M.Tullius in oratione ꝓ Quintio.Eũ tũ impudẽter appellare nolebas.Ne multis agam,sic loquuntur qui pure, mũditer, latine loquũtur.lib.1.cap.7.

Arborideum) Arborideus ramus dicitur qui alitur vt arborescat,hoc est,vt arbor fiat,& arborea magnitudine adolescat.lib.5.ca.4.

Arbustus) Legendũ arbut⁹,nomẽ est arboris fraga gignẽtis:alio noĩe vnedonem appellãt ex argumẽto vnũ tãtũ pomũ eius edendi:duobus hoc nominibus appellãt Græci comaron & memecylõ.Iuba auctor est quinquagenũ cubitorum altitudine in Arabia esse arbutos.lib.7.ca.6.

Arbustũ) Veteres rei rusticæ scriptores arbustũ peculiariter appellãt arbores vitibus maritatas:vñ & arbustiuũ vinũ dictũ qd in arbusto ꝓgignit. Plinianũ verbũ est arbustare agros:qd significat arbustũ i agris facere & arbores idoneas vitibus maritare: æuo teste iudicat nobilia vina in arbustis gigni,& laudatiora in summis,vberiora in imis.Vites eñ maxime gaudẽt arboribus:qa naturaliter in sublime ꝓcedũt. Sicut territoriũ nostrũ pene totũ arbustis cõsitũ mira pulchritudine nec minori vuarũ largitate spectat. li. de arb.cap.1.Hinc arbustiua vitis q̃ scilicet in arbusto ponitur,arboriq; copulatur. li.13.ca.16.

Arcturus) Sidus est qd auctore Plauto vehemens est cũ orit,cũ occidit vehemẽtius, de quo Poeta: sub ipsum Arcturũ tenui sat erit suspendere sulco. Autumat Plinius arcturum occidere tertio idus Augusti, quo fere tempore initium est autumni.li.9.ca.14.

Arcuato) Laborãti icterico morbo. Arquatũ morbũ veteres dixere,q alio noĩe regius vocat,eo q arqu⁹ cœlestis ei cõcolor sit de virore.græci ἴκτερον vocãt,& vulgo ictericã.Icterici hoĩes fiũt aureoli coloris & lutei:vnde & auriginẽ appellãt.Corneli⁹ Celsus, Æque notus est morbus,quẽ interdũ arquatũ,interdũ regiũ nominãt:quẽ Hippocrates ait, si post septimã diẽ febricitante ægro supuenit tutũ esse mollibus tñmodo ꝓcordiis subsistẽtibus. Diocles ex toto, si post febrẽ orit,etiã ꝑdesse:si post hũc febris,occidere.Color autẽ eũ morbũ detegit maxime oculoꝝ: in qbus qd albũ esse debet,fit luteũ. Cur autẽ regius morbus dicatur, docet Quintus Serenus scribẽs.Regius a vero signatus noĩe morbus, Molliter hic quoniã celsa curat in aula.Cõsimiliter Celsus tradit vtẽdũ esse in hoc morbo frigidis natationibus:lecto etiã & cõclaui cultiore clauso loco ludis lasciuia:p quę mens exhilaretur,ob quę regius,inqt,morbus dictus videtur.Plinius memorat icteron auẽ vocari a colore:quę si spectetur,sanari id malũ,& auẽ mori.Est & gemma nomine icterias lucido colori similis,ideoq; existimata salubris contra regios morbos.li.7.ca.5.

Argitis) De hac ait poeta,Argitisq; minor cui nõ certauerit vlla, Aut tãtũ fluere,aut totidẽ durare per annos.Videtur argitis nuncupari a candore, ἀργὸς enim albus dicitur.li.3.cap.2.

Arũdo castratur) Plini⁹,Reficit ex sese vetere arũdineto extirpato, quod vtilius repertum q̃ castrare sicut antea.Inspice quid sit castrare animal & id trãsferto ad arundinem & plantas.li.4.ca.32.

Asphaltion) Græce ἄσφαλτος dicitur bitumen vñ asphaltites lacus dict⁹ quasi bituminalis. li.6.c.16.

In assem) In totũ & in totã summã: noĩe eñ assis totũ significat, sicut & hereditas plena & solida noĩe assis cõtinetur apud iurisco.& oratores.Sidoni⁹ Apollinaris frequens est in hac locutione, vt dicat ex asse turbatus.i.ex toto penitusq; turbatus.Itẽ neminem ipsoꝝ nos docet ex asse damnabilẽ ꝓnũciare dũ viuit. Item ex asse vegetus.i.totus vegetus.li.5.ca.5.

Atinia) Plinius de vlmo scribens sic refert.Græci duo eius genera nouere. Montosam,quę sit amplior. Cãpestrẽ,quę fruticosa.Italia atinias vocat excelsissimas,& ex his siccanas illis ꝑfert,quę nõ riguę. Alterũ genus Gallicas.Tertiũ nostrates,densiore folio & ab eodẽ pediculo numerosiore & quartũ siluestre,itẽ quę atinię nõ ferũt samarã.Ita vocatur vlmi semen, oẽsq; e radicũ plantis ꝓueniũt,reliquę semine.Hactenus Plinius:q semen vlmi vocat samarã quę amera vocatur a Columella, proinde aut hic aut illic dictio corrigẽda:ne sit dissidiũ inter duos scriptores, quoꝝ alter ex altero non pauca exscribit.lib.5.ca.34.

Atriensibus) Atrienses erãt serui honoratiores in magnis domib⁹,qualis est apud Plautũ in Asinaria Atriensis sauuea.M. Tullius in Paradoxis. Atq; in magna familia stultoꝝ sunt alij lautiores,vt sibi videntur,serui,sed tñ serui atrienses.li.11.ca.5.

Mel Atticũ) Antiqui mel hybleũ qd est Siculum & hymetiũ qd est Atticũ ꝑconio bonitatis extollũt. Galenus in medicamẽtis maxime ꝓbat mel Atticũ tanq̃ preciosissimum.li.11.ca.38.

Auiaria) Auiũ receptacula & gallinaria. Auiarius dicit pastor auiũ & custos,quẽ vulgo gallinariũ vocãt. Virgilius auiaria ponit ꝓ nemoribus,quę ab auibus frequẽtãtur:sic eñ inquit in Georgicis: inculta rubent auiaria baccis.li.8.cap.3.

Auitus color) Ab auo auitus dictus.Nam in mulis progenerandis non solum color patris,sed etiam aui est spectandus.li.6.cap.35.

B.

Decẽ bambatę) Lego bambatas,vel bãmatas, hoc est, scyllas decẽ liquefactas redactasq; ad intinctũ vel salsuram.qd Græca voce dicitur βάμμα. li.11.ca.34.

Bidentibus) Ferramẽtis rusticis. Satyrographus. Viue bidentis amans & culti villicus horti.li.4.ca.5.

Bigemmes) Duarũ gẽmarũ,sicut trigemmes triũ gẽmarũ .i.oculoꝝ,sic eñ in arboribus & vitib⁹ nominant:vnde & gẽmare & gẽmascere dictę sunt. li.5.c.3.

Bipalio) Genus est rustici ferramẽti ad fodiendũ accõmodati,cuius crebra mentio est apud scriptores rerum rusticarum.lib.3.ca.13.

Branchiam) Piscium alij branchias multiplices habent,alij simplices,alij duplices,his aquã acceptã ore remittũt:sup qua re sic scribit Ambrosius in Hexamero.Pisces branchias habẽt quas nũc plicant & colligũt,nũc explicãt atq; aperiũt:in hac,ergo collectione & apertione dũ suscipitur aqua & trãsmittitur ac penetrat,respirationis mun⁹ vident implere.li.8.c.17

Brisam) Videtur brisa poni ꝓ vinaceis.Nã Plinius hoc idẽ memorãs de passo conficiẽdo sic infit.Quidã ex quacũq; vua dulci dũ percocta illa faciũt siccãtes sole,donec paulo ãpli⁹ dimidiũ põdus supsit:tusasq; leuiter vuas exprimũt,deinde quãtũ expressere adiiciunt vinaceis aquę puteanę:vt & secũdariũ passum faciant

diligētiores eodē modo ſiccatis acinos eximūt: ac ſine ſarmētis madefactos vino excellenti, donec intumeſcāt exprimūt: & hoc genꝰ ante cętera laudāt. Diſpice an ex hac briſa deduci cōmode poſſit briſeus ꝓpter illud Perſianū. Eſt nūc briſſei quē venoſus liber Acci. Quo in loco interꝑtes multi multa cōminiſcuntur, pauci pauca bene. Nihil decerno vt dogmatiſtes, ſed opinor vt opinator. Scio apud Macrobiū cognominari Bacchū briſſea. Quidā autumāt briſſam vuā tūc dici, cū pedibꝰ calcatur ad vinū exprimēdū. li.12. ca.39.

Picis brutię) Plinius. Pix in Italia ad vaſa vino cōdendo maxime ꝓbatur brutia. li.12. ca.19.

Bucolos) Nouellos boues & tirūculos Gręci βουκόλον vocāt bubulcū, & βουκόλιον armētū boū. li.6. ca.2.

Bulbus radicis) Cor. Celſus in bulbis numerat allīū & cepā: Pliniꝰ diſcriminat docēs quo modo ſerēdi ſint. Megaricos bulbos laudat Cato. A poetis optimo epitheto ſalaces nominanť: qm̄ ſtimulāt venerē. Verū de hiſce bulbis nihil ad rē ꝑſentē. ſunt ꝑterea bulbi ī radicibus arūdinū lilioꝝ aliarūq; plantarū ſimilitudine dicti. Hinc Pliniꝰ ſcribit radicē lilii vnā ſępe bulbos quinquagenos emittere. Itē ſcribēs de aſphodelo herba ſic refert. Radix eius napis modicis ſimilis eſt, neq; alia numeroſior, octoginta ſimul aceruatis ſæpe bulbis. & mox radicē id eſt bulbos interꝑtať. Idē Plinius ſcribēs & ipſe de arūdine enarrat qd ſit apud Columellā bulbus in radice arūdinis. Plinij verba ſunt hęc: Seriť arūdo bulbo radicis quā alii oculū appellāt dodrantalis ſcrobe. ab eodē Plinio bulboſę & bulbacęę radices appellātur, in quibus bulbi tales cōſpiciūtur quales in radicibus arundinum. lib.4. ca.23.

C.

Caducā oliuā) Eſt oliua ſtrictiua, quę manu legiť. Eſt caduca, quę cadit & pertica ſiue arundine decutiť. laudabilior eſt quę manu ſtricta colligitur. li.12. c.49.

Cæpina) Id eſt cæpa ſatioq; cæparū, eo inclinamēto cæpina dicta, quo rapina ꝑ ſatione raparū. li.11. ca.3.

Cęſale) Vocabulū id infrequēs apud ſcriptores: ſignificatq; locū vbi purgamus ventrem. M. Var. decenter nominauit ſellam familiarem. li.2. ca.15.

Calami pondo) Conſimiliter Cato inqt ſchœnū & calamū in pila cōtundito. Calamū intelligit odoratū qui naſcitur in Arabia. Calamo odorato preciū in libras vnius aſſis. Plinius in cōpoſitione vnguentorū cōmiſcet calamū. Plautus in Perſa. Bene vt in ſtrutheis concaleat calamū iniice. li.12. ca.21.

Calculo) Ratiocinio. Itidē Iuuenalis. Ponať calculus, adſint Cū tabula pueri. Inde calculator dictꝰ ratiocinator. Infra quoq; ait. hic calculꝰ quē poſuimꝰ. li.3. c.3.

Calda) Caldum veteres dicebāt, nos calidum, qđ & Quintilianus annotauit. Martialis. Iā defeciſſet portātes calda miniſtroꝝ. Caldor ꝓ calore poni. li.6. ca.29.

Caſtaneta caluēſcūt) Ex caluitio hoīs cognoſces quo modo caſtanee vineęq; caluefcāt. Nā ſicut ī capitē hoīs calui vel nullus vel rarus eſt capillus, ita caſtaneta caluefcere dicunť, qn̄ rarę ſunt arbores caſtanearū & ſine ſtirpibus ſine fructibus loca nudata cōſpiciuntur. Hęc inter ſę opponunť caluata & frequētia vt pro raro & infrequenti caluum accipiās. lib.4. cap.33.

Quis cuſtos incorruptior?) Garamantū regē canes ducēti ab exilio reduxere ꝑliātes cōtra reſiſtētes. Propter bella Colophonij. Caſtabalenſeſq; cohortes canū habuere, & primę dimicabāt in acie nūq̄ detrectātes: hęc erāt fideliſſima auxilia, nec ſtipēdioꝝ indiga. Pugnaſſe aduerſus latrones canē ꝓ domino accepimus. Fideliſſimi, vt inqt Pliniꝰ, ante omnia homini ſunt canes & equi. li.7. ca.12.

Canterio) Genus eſt ſimplicis iugi ſiue iugatę vineę porrecto ordine quē canteriū appellāt, meliorq; ea vino eſt, qn̄ ſibi ipſa nō obūbrat, aſſiduoq; ſole coquitur & afflatū magis ſentit & celeriꝰ rorē demittit, pāpinationi quoq; omni facilior, ſup cętera defloreſcit, vtilius fit id iugū pertica aut arūdinea, aut funiculo. li.4. ca.18. Hinc Canteriatę vites. lib.5 ca.2.

Canteriolis) Sicut in ædificio ſunt canteri & p diminutionē canterioli qbꝰ cōtignationes & tabulata fulciunť: ita p trāſlationē ait cāteriolos, hoc eſt, adminicula adhiberi oportere capitibꝰ cœparū. Infra quoq; ait harūdinibus humiles canterii fiūt. Eſt & in vinea canterius de quo dictū eſt ſuo loco. li.11. cap.3.

Capulis ſuis) Quid ſi legas capillis. Nā ſunt in vitibus capillamēta quędā capillos imitātia. Inferiꝰ ait Columella. Is ex quolibet & minimo capillamēto fieri poteſt. Eſt & capreolus coliculus intortus vt cincinnus ſiue capillus qui ad capiendum ſe erigit: ex quo a capiendo capreolus dictus. lib.4. cap.15.

Capitatas vineas) Quę creſcunt in caput & robur craſſitudinis accipiūt in ſtirpę dicūtur capitatę. Quę vero brachiornm & ramorū incrementis adoleſcunt brachiatę nuncupantur. lib.5. cap.3.

Carex) Nomē hęrbę aculeatę noxię eſt: vnde carectum dicimns locum carice refertū. Virgilius: tu poſt carecta latebas. lib.11. cap.2.

Carioſa) Putrida exeſa ſitu ſenioq; corrupta. Caries putrilago eſt ex vetuſtate: Carioſi dentes dicūtur putridi foraminatiq;. lib.4. ca.26.

Catulorum caudas) Plinius mentionē faciēs huiuſce rei & loci ſic refert. Columella auctor eſt, ſi quadrageſimo die qn̄ ſit natus, caſtreť morſu cauda, ſūmuſq; eius articulus auferatur, ſequenti neruo exempto, nec caudā creſcere, nec canes rabidos fieri. li.7. ca.12.

Catulo feceris) Catulū ſacrificaueris. Tradit Pli. catulos lactētes adeo puros habitos dīc apud priſcos, vt placādis numinibꝰ hoſtiarū vice catulis vtereņť. Genito mane Catulo res diuina fit. In canario ſacrificio rutilę canes immolabanť ꝓ frugibꝰ, vt ita deꝑcarenť propulſarētq; ſęuitiā ſideris caniculę. lib.2. ca.22.

Forantur cauis.) Foraminibus, nomē eſt ſubſtātiuū Oratiꝰ, Ne ſylua cauuſq; Tutus ab inſidiis tenui ſolabitur eruo. lib.8. cap.3.

Cecilia) Nomen eſt ſerpētis. Quidā apud Pliniū mēdoſe legūt cecas ſerpētes, cū legēdū ſit cecilias. li.6. c.16.

Ageratori) Vtinā tā facile veras dictiones poſſem inuenire q̄ facile falſas adulterinaſq; cognoſco, qualis eſt hęc exploſa ꝓcul a latinitate, futilis caſſa, nihili dictio obelo fodiēda. Cuiꝰ ī locū ſubſtituo laſerato, vt ſit ſenſꝰ medicamēto ex laſere & laſerpitio: de quo allati ſuo loco dictū eſt. Vel potius corrige cerato: quod & magis quadrat: & tali medicinę eſt accōmodatius. Nā ceratū liqdū ait immittēdū eſſe intra locos caprę genitales. A cera ceratū dictū, qđ vulgo cerotū nūcupāt. Pliniꝰ. Non fecit, inqt, cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota, parēs illa, ac diuina rerū artifex officinarū, immo verius auaritię cōmēta ſunt. li.7. ca.7.

Cedrino liquore) Liquor picis qui aquę modo fluit ex teda dū coquiť, cedriū vocať, cui tāta vis eſt, vt in Ægypto corpora hoīm defunctoꝝ eo ꝑfuſa ſeruētur. Eſt etiā oleū cedri quo puncta materies nec tineā nec

cariem sentit. Hinc illud Epigrãmatarij. Cedro nunc licet ambules punctus. Cedriam quoq; accepim⁹ appellari humorẽ manantẽ ex ambusta picea. li. 7. ca. 11.

A cellariis.) Cellarij dicũtur q ex cella prõptuaria siue ex cellario promũt necessaria familiæ: vocabulo Plautino promus & condus nominãtur. lib. 11. ca. 1.

Censoriũ opus.) Censores sunt castigatores mo℞ & rectores. Hinc ait M. Tulli⁹ in libris legũ, Cẽsores mores populi regũto. Censura est regula morũ & castigatrix: quã idẽ M. Tullius magistrã pudoris & modestię appellat in oratione cõtra Pisonẽ. Opus ergo cẽsoriũ significatur castigatio vitio℞ & morũ regula. Nã, vt inqt Liui⁹, penes cẽsurã erat regimẽ morũ disciplinę Romanę. Prętera vectigalia P. R. erãt sub nutu atq; arbitrio censorũ. inde supciliũ censoriũ ponitur pro grauitate austeritateq; castigatoria. li. 12. in p̃fatione.

Cepheus) Inter sidera cepheus est quẽ Æthiopum regẽ fuisse tradũt Andromedę patrẽ quę ceto proposita a Perseo liberata est, qui oẽs inter sidera recepti esse memorantur. Cepheus, vt ait M. Cicero sequitur manibus passis terga septentrionis. lib. 11. cap. 2.

In ceretano tuo.) Ceretani populi sunt citerioris Hispanię qui Iuliani cognominant. De his intelligẽdũ est apud Epigrãmatistam scribẽtẽ. Ceretana mihi fiat vel massa licebit. Nãq; ab his ceretanis mittebant pernæ optimę: qd & Strabo memorat. Apud eosdem nascebant vina generosa quę scriptores magna cum laude nominitãt. De qbus idẽ Epigrãmatarius intellexit scribens. Ceretana nepos ponat, setina putabis. Male literati enarratores ceretana vina & salsamẽta falso existimãt referẽda esse ad Ceretes Ethrurię populos. Ego olim puer in Pliniana recognitione annotaui qdã annotamẽta nõ indigna cognitu sup ceretanis vinis & pernis, quę legũtur in calce Pliniano℞ codicũ, qui impressi Parmę fuerũt. Apud Columellam & hic & alibi fit mentio vinorũ Ceretanorũ: & de Hispaniensibus est intelligendum. li. 3. ca. 9.

Ceratura, quęre Gummitio in g.

Cerris) Inter arbores glandiferas est cerrus. ex glãde cerrea, vt Nigidius tradit, porcina caro fit solidior. Autumat Plinius cerrum ne Italię quidẽ maiori ex parte notam esse. lib. 7. cap. 9.

Sacro℞ certaminũ) Sacra certamina sunt apud gręcos famigerata Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia appellãt Gręco vocabulo ἱεροὺς ἀγῶνας, vt docet Pollux in tertio onomastici. Inde hieronicas vocãt victores in sacris certaminibus, de quibus copiosissime scripsi in commentariis Tranquilli. lib. 3. ca. 9.

Charcatas vocãt) Legẽdũ characatas. Est aũt χάραξ fœminino genere pedamẽtũ vitis: vnde vites characatę dictę pedaminibus adnixę. Prouerbiũ Gręcorũ est χάραξ τὴν ἄμπελον, id est palus vitem ἐξηπάτησε accepit. lib. 5. cap. 3.

Chenoboscia) Loca in quibus anseres aluntur chenoboscia Gręco vocabulo appellãt. Nã χὴν gręce, anser dicitur, βόσκω pasco. M. Varro. Vbi anseres aluntur nomine chenoboscion appellatis. li. 8. ca. 14.

Cylindro) Lapis teres instar columnę & volubilis dicitur Gręco vocabulo cylindros. Virgili⁹ p̃cipit areã cylindro ęquari oportere. Cylindraceę figurę sunt siliquę pisi. De cylindris geometricis dictum est in cõmentariis Tusculanarum. lib. 11. cap. 3.

In ciman) Cima est quidã caulium delicatior teneriorq; cauliculus li. 11. ca. 3.

Ciminus) De hoc lacu Virgilius, & Cimini cũ monte lacum. lib. 8. ca. 16.

Creta cimolia.) Cretę terrę plura sunt genera: ex his cimoliæ, duo ad medicos pertinẽtia, ab insula Cimola dicta cimolia. li. 6. ca. 16.

Cinerę) Nomẽ est oleris cui inditũ videt nomen a cinere. quoniã huic herbæ id genus stercorationis est aptissimũ. plura vide in hortũ Colu. Bapt. li. 11. ca. 3.

Quę circo) id est ludis circensibus qui & Romani & magni nominant de sacris certaminib⁹, quo℞ victores vocãt hieronicas, supra explicatũ est. lib. 6. ca. 26.

Cita) Euocato, educito, citato, verbum est imperatiuum. Col. de arbo. cap. 8.

Acit aluũ.) Legendũ cit hoc est mouet concitatq;. Verbũ Plinij p̃pe peculiare in hoc significatu. li. 6. c. 4.

Citra hoc experimẽtũ) Sine hoc experimento, Locutio est elegãs & celeberrimis scriptorib⁹ frequẽtissima citra musicen. Citra suspitionẽ dixit Quitilian⁹. Citra fastidiũ, Citra perniciẽ Plini⁹ & citra salẽ p̃ sine sale. Citra ebrietatẽ. Citra cruditatẽ. Seneca. Dicimus citra calendas p̃ ante calẽdas, & multa cõsimiliter ab eodem fonte deriuata. lib. 2. cap. 2.

Cyperũ) Cyperus in Ægypto est arbor semine coriãdri, cãdido, odorato, qd coquit in oleo, & inter odoratos frutices numeratur. Hieronym⁹ in cõmẽtariis Cantici tradit cypron esse genus virgulti qd fructũ ferat odoratũ in modũ vuę florẽtis: & cypros vua florens appellat. Prętera cyperon vocãt iũcũ quẽdã triãgulũ, quẽ multi nõ discernũt a cypiro vicinitate nominis. Plinius distinguit vtrũq;: aitq; cypirũ esse gladiolũ radice bulbosa: cyperũ vero iuncũ angulosum, iuxta terrã candidũ, cacumine nigrũ, folia porraceis exiliora: radicem oliuę nigrę similem cyperida vocari, magni in medicina vsus. li. 11. ca. 21.

Clatris muniantur) Clatri sunt ligna transuersa, quibus aliqd munit: a qbus fenestrę clatratę dicũtur: Cancelli quoq; nominantur. Oratius. Obiectos caueę valuit si frangere clatros. Cato. Clatros oportet inter se pede distare. hinc clatrare verba immunire & cancellos inducere. li. 8. ca. 3.

Clauorũ) Inter vlcera sunt claui, quorũ quidã morticini appellãtur: nascit clauus nõnũq alibi sed maxime in pedibus, vt docet Cornelius Celsus. Clauo periit Silius Italicus. li. 6. ca. 14.

Clibano) Id est furno, cuius pars prima patentior Gręci κλίβανον vocãt κάμινον. Vnde clibanicij panes dicti i clibanis cocti: quo℞ mẽtio fit a Plinio. Dicit & κρίβανος vnde ἄρτοι. i. panes dicti κριβανῖται quorũ Pollux. Suidas Aristoph. meminerũt. Col. lib. de arb. cap. 19.

Clima) Docet hoc in loco Columella quia sit clima in mẽsuris agro℞. Apud astrologos clima in situ terrarũ dicit spatiũ quo regionatim variat horologiũ. Vniuersa terra diuidit in septẽ climata: q nostri circulos appellauere, Gręci paralellos. Plini⁹ noster segmẽta, a quo p̃ter illa septẽ notissima addunt quinq; exquisitissima quadã subtilitate, vt ita fiãt climata siue segmẽta nũero duodecim. Bononia patria mea septimo segmento siue climate cõtinetur. li. 5. cap. 1.

Clitellis aptior mulus.) Clitellas vocãt strata iumẽtorũ quibus sarcinę alligantur: vnde muli clitellarii dicti. Prouerbiũ est boui clitellę sũt impositę, cũ bos naturaliter sit impatiens insolensq; clitellarũ minimeq; ferendis clitellis idoneus. Plautus festiuiter ap-

pellat homines clitellarios, q̃ onera imposita vehũt & dorso portant quasi dossuarij.lib.6.ca.36.

Secũdũ codicẽ) Iuxta caudicẽ & stirpẽ.Itali dicebãt excodicare id qd̃ ablaqueare dicũt scriptores agricolationis. Id autẽ nihil aliud est q̃ circa vitis caudicẽ circũfodere & quosdã quasi lacusculos efficere. lib.de arb.cap.10.

Coeant) Coagulentur & vnitas fiat.li.12.ca.21.

Cohortalis est auis) In villa cohors est, ex eo dicta q᷑ circa eũ locũ pecus cohercetur:auctor M.Varro.Inde aues dictę cohortales quę intra cohortẽ villaticã cõtinẽtur:quales potissimum sunt gallinę. Ouidius. Abstulerat multas illa cohortis aues.Apud Martialẽ per cõtractionẽ dictionis scriptũ est. Raucę cortis aues & oua matrũ. Itẽ.Accipe cortis aues.li.8.ca.2.

Cola vasa siue instrumenta ad colandũ vinũ defecandũq; accõmodata,a colando nominata:de quibus Virgilius.Colaq; prelorum fumosis deripe tectis.Villicus,vt inquit Cato,habere debet cola tria,cola, qs florem demat,tria.li.11.cap.2.

Coliculus) Cauliculus est scapus.lib.11.ca.2.

Colymbadas) Plinius in.xv.Colymbades frangũtur,eędẽq; hęrbarũ viridiũ sapore cõdiunt.li.12.ca.46.

Colliquias deriuemus) Videt legẽdum in collicias. Sũt autẽ collicię siue colliquię sulci maiores amplioresq;,& quasi loculamẽta,quib᷒ humor agrorũ noxi᷒ ex minorib᷒ sulcis deriuatur extra segetes.Victruui᷒ appellat colluuiaria,omnis colluuiei & purgamẽtorum receptacula. Plinius meminit colliciarũ his verbis: In vsu est & collicias interponere si ita locus poscat ampliore sulco quę in fossas aquã deducãt.In Plinianis codicibus fere oĩb᷒ legit collectritas.Verũ siue colliqas siue collicias siue collectritas legere libet,haud equidẽ in magno ponã discrimine, dũ modo nouerimus vocabulũ hoc ab humore colligẽdo vel eliquãdo esse deductũ.Fiunt autẽ in agris huiuscemodi collicię ad colligẽdas aquas atq; educẽdas extra segetes: sicuti quoq; sunt elices sulci aquarij ab eliciẽda aqua nominati.Cato cloacale flumẽ dixit ꝓ colluuie cloacarũ.M.Varro collicias signari videt,cũ ait: Sulcant in fossas quo pluuialis aqua dilabatur.li.2.ca.8.

Collyria) Attẽde collyria dici nõ solũ medicamẽta oculorum,sed aliarũ quoq; rerũ.Itẽ Cor.Celsus,collyria pónit ꝓ medicamẽtis fistularũ docẽs quo modo fieri debet collyrium ad fistulas curãdas. Scribit Suidas. κολλύρια, id est colyria esse pharmaca iatrica.i.medicinalia. Idem docet panes quosdã quasi mutilos eodẽ nomine appellari.lib.6.ca.6.

Neq; arborẽ collucare) Tria sunt priscorum verba ab eodẽ fonte deriuata,collucare sublucare, interlucare: quę hoc discerniculo disparant.Collucare est arbores siluę officiẽtes lumini succidere, & succisis arboribus locũ luce cõplere.Sublucare minus est q̃ collucare.significat em̃ ramos arborum supputare & veluti subtus lucẽ immittere. Docet M. Cato queadmodũ Romano more lucũ collucare oporteat.Interlucare vero est in arboribus frugiferis ꝑ interualla deputare ramos in dẽsitate ramorum,q sunt supuacui vnde nata interlucatio est,cui in vitibus cõsimilis est pãpinatio. Plinius.Interlucatio arboris prodest,sed omniũ annorũ trucidatio inutilissima.lib.2.ca.22.

Colocasiis)Nomẽ est hęrbę,de qua Martial.Niliacũ ridebis olus lanasq; sequaces.Plini᷒,In Ægypto nobilissima est colocasia quã cyamon vocãt.Aliqui hãc a Nilo metũt,caule cũ coctus est arenoso,in mandendo spectabilis est,foliis latissimis,quibus implexis in variã speciẽ vasorũ potare gratissimũ habẽt. li.8.ca.15.

Colũbaria)Vulgo colũbariũ vocãt stabulũ colũbarũ ipm ædificiũ & locũ colũbis alẽdis accõmodatũ, & ita Palladi᷒ quoq; appellat:verũ Columella & M. Varro colũbaria capiunt pro nidis & loculamentis & cellis in quibus singula paria foetificãt.M.Varro sic refert. Columbaria singula esse oportet vt os habeant quo introire & exire possint.Columbarius dicitur custos & pastor columbarum.li.8.ca.8.

Colostrã vocãt)Dicitur colostrũ neutro & colostra foeminino genere:q̃ nil aliud est q̃ spongiosa dẽsitas lactis a partu.Plini᷒,Ex prĩo sẽp lacte a partu colostra fiũt. Hinc colostrati infantes dicti quibus perniciosum fuit gustasse id lac. Plautus. Mea colostra, meus molliculus caseus.Epigrammatista.De primo matrum lacte colostra damus.lib.7.cap.3.

Cõmeat᷒ apũ)Itiones & reditiões a comeãdo.li.9.c.8.

Iugerũ cõpluuia) Ante dictum est vineã dici cõpluuiatam a cõpluuiis domorum quibus consimilis est in longitudinẽ latitudinẽq; iugata. li.4.ca.24.

Condititia) Quę recõdunt & diuturno tpe seruant lõgę vsionis gratia,ea vocãt condititia cibaria. Cato conditiua appellat poma quæ cõduntur in hyemem duratura.lib 8.cap.8.

Vicini cõditionib᷒) Emendo villici tã q̃ ad villicũ parũ ꝑtineat cõpositio olei gleucini.Cõditiones autẽ accipe ꝓ cõdituris.Sic em̃ M. Tullius,sic veteres frequenter appellant, vt inter conditiones & conditu ras nihil quicq̃ intersit: cum vtraq; dictio a condiẽdo deflexa sit.lib.12.cap.50.

An consemineis vineis) Consemineas vineas videtur intelligere eas, in quibus aceruatim multa semina vitium cõfusa sunt, nec propriis generibus distincta,quę etiã cõseminales dicũtur.lib.12.ca.3.

Consiliginẽ vocãt.)Plini᷒ lib.xxvj. scribit hęc:Radix vero hęrbę cõsiliginis quã nup inuẽtã diximus suũ qdẽ & pecorum oĩm remediũ ꝑsens est.Pulmonum vitio vel traiecta tãtũ in auricula bibi debet ex aqua, haberiq; in ore assidue sub lingua.Idem.xxv.Nostra ætas meminit hęrbã in Marsis repertã,nascit & ęquiculis circũ vicũ Ninneruesię,vocat consiligo.li.6.ca.5.

Tanq̃ olitę reductum) Emẽdo tanq̃ liturę ductus appareat.lib.6.cap.5.

Coni cupressum) Conus dicit fructus cupressorum vnde coniferę dictę a poetis.κωνοφόροι Gręce nominatur:quoniã rotũditate in acumẽ attollit: κῶνοι auctore Suida sunt strobuli:vbi strobulos accipere malo ꝑ nucleis pineis q̃ pro fructibus cupressi.Nã & Galenus in septimo librorum qui μέγα inscribuntur,docet conos antiquitus appellatos esse ab Atticis strobulos,id est,fructus pineos. M. Varro galbulos nominat,pilas istas cupressorum cortinas,in quibus inclusa sunt semina primigenia.lib.6.cap.7.

Cordũ vocat) Plinius. Rursus rigari defecta oportet vt secetur autũnale foenũ qd̃ vocãt cordũ. Antiq cordũ dixere serotinũ,vnde & frumenta corda q̃ sero maturescũt,& agnos cordos q serius nati forẽt.Et in homnib᷒ dicti cordi sunt vltimo foetu ꝓgeniti,hoc est qd̃ ait Quintilian᷒ pręceptorẽ subtilẽ & eruditum scrutaturũ origines verborum vnde cordi nomẽ traxerint.Lego fuisse cordos duos scriptores historiarum lib.7.cap.3.

Corrudam.) Corruda est syluestris asparagus. Cato prȩcipit corrudā seri debere eo in loco in quo fuerint harūdines vt ita asparagi fiant: Nā cōuenit harūdine tū cū corruda. Plini⁹. Syluestres, inqt, fecerat natura corrudas vt quisq; demeteret passim, ecce altiles spectātur asparagi. Item hortorū indicauimus corrudā, hūc intelligimus siluestrē asparagū quē Grȩci, ormi non aut myacanthon vocāt aliisve noībus. li.11.ca.3.

Cortinale.) Non id est cortinale qđ glossematici opinātur, neq; a mēsa parieteq; deducitur. Sed cortinale dicitur proprie locus in quo sapa & defrutū coquūtur in cortinis. Sūt autē Cortinȩ scriptoribus agriculationis vasa defrutaria, hoc est defruto sapȩq; coquēdȩ accōmodata, quȩ magis plūbea q̄ ærea esse debēt. Plinio cortinȩ sunt vasa, quibus vellera tingūtur sorbētia succū & medicamina infectoris, a quo cortina dicitur viridis & immatura quādo nōdū lana ebibit ad plenū eximiū illū colorē, qui expetitur in vestimētis. Idē ait, Vela pingi in cortina: & cū sit vnus in cortina color aliū atq; aliū fieri in veste accipientis medicaminis qualitate mutatū. Alio significatu apud ecclesiasticos scriptores, alio apud poetas cortina vsurpat̄, qua nil notius est vulgatiusq;. lib.1.cap.6.

Vel coro.) Nomen est venti, quē & caurū vocāt: de quo Iuuenalis. In caurū atq; eurū solitus sȩuire flagellis. A Grȩcis argestis nominatur. Plinius ab occasu æquinoctiali fauonius, ab occasu solstitiali corus: zephyron & argeston vocant. lib.11.cap.2.

Crudum.) Id est, intactū sine sulco & pastinatione. lib.3.cap.13.

Cubitorem bouem.) Qui libenter decūbit in sulco & vitio decumbendi obnoxius est. lib.6.ca.2.

A cudentibus.) Cudentes dicuntur qui in area baculis excutiūt exteruntq; legumina ac frumenta: a cudendo.i. feriendo nominati. lib.2.cap.10.

De collo cucurbitȩ.) Semina in cucurbitis quȩ pxima collo fuerint, pceras pariunt: quȩ in cibis sunt, esculentiores: quȩ in medio sunt, rotundas: quȩ in lateribus, crassas breuioresq; progenerant. Cucurbitarium locum vocant consitum cucurbitis sicut Cucumerarium vbi sati sunt cucumeres. lib. 11.ca.3.

Cum culabula.) Emendo cunilia bubula: hoc enim nomine appellatur herba, cuius plura sunt genera. Est enim cunilia quȩ bubula appellatur: cuius semen contra serpentes vino bibitur. Est alia cunilia gallinacea appellata a nostris, a Grȩcis origanū Heracleoticū. Tertiū genus est eius quȩ a Grȩcis mascula, a nostris cunilago vocatur. Vires cuniliȩ vehemētissimas in omnibus his generibus tradunt. lib.6.ca.11.

Custos summittendus.) Alendus palmes quē custodem vocāt & prȩsidiariū: de quo Plini⁹ hȩc. Et qui vocatur custos hic est nouellus palmes, non longior tribus gemmis proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se cōsumpserit. lib.4.cap.24.

D.

Dactylicȩ.) Vuȩ sunt prȩlongis acinis porrectȩ, vnde & nomen a digitorū lōgitudine sortiūtur: sicut & dactylides dictȩ a digitorū gracilitate. Bumasti vero ab eo nominātur q̄ tument māmarū modo. De q̄bus poeta, tumidis bumaste racemis. Alio nomine bamāmāv ocāt. Mos est Grȩcorū in magnitudine rei demōstranda, apponere hanc particulā, Bu. vt docet Suidas, hinc βούπεινα ἡ μεγάλη πεῖνα .i. magna fames. Hinc βούλιμον καὶ βούγλωσσοι, aliaq; cōplusculam autumat M. Varro a bobus dici pleraq; id genus magna. lib.3.cap.2.

Dapsilis musto.) Larga copiosa & musti vbertatē luxuriās. Dictio græca est nostris frequēter vsurpata. δαψίλεια dicitur largitas: & opulētia, vt inquit Suidas, πολυτέλεια. δαψιλὴς ὁ πολυτελής. lib.3.cap.2.

Decacuminanda.) Cacumine priuāda. Decacuminare est cacumen decutere, vnde decacuminatio. Pli. Hæc similes & decacuminatio rationē habet cupressi, piceȩ, cedri. hȩ enim detracto cacumine aut ignibus adusto intereūt. lib.5.ca.4.

Delibretur.) Decorticetur. Decorticatio, id est corticis detractio, infesta est & exitialis arboribus. Nā nouellȩ in primis arbores cortice in orbe detracto necātur. Excipitur suber, qđ sic etiā iuuatur. li.5.cap.4.

Decemmodiȩ.) Capaces decem modiorum, vt trimodiȩ trium. lib.12.cap.18.

Decoxit.) comminuitur fitq; minor atq; deterior. Trāslatio sumpta ab his quȩ coquūtur ad ignē, fiūtq; coctura longe minora. Inde verbū trāslatū in eos qui ære alieno cooperti cū soluēdo nō sint vel latitāt vel solum vertunt. nā decoxisse dicūtur & decoctores nominātur. Epigrāmatarius. Nihil colonus villicusq; decoxit. Crassus qui primus diues est cognominat⁹ decoxisse suis creditoribus traditur. Notissimū est illuc Catullianū. Decoctoris amica formiani. li.1.ca.8.

Iuxta decumanū.) Supra docuimus decumanū dici limitem secantē agrū ab exortu ad occasum, vineas quoq; limitari decumano. lib.4.cap.20.

Decussabimus.) id est deformabimus ducemusq; in decussas.i. denormabim⁹ digeremusq; ad æquilibriū. Hoc verbo vtit̄ & Vitruuius, dictūq; videt̄ a decussibus, hoc est a denario numero, qui pfectus & absolut⁹ est. Quidā legunt decussauim⁹, vt sit pteriti tēporis, qđ intellectui magis quadrat. Q̄ autē ait in speciē Grȩcȩ literȩ neq; δ, intelligo, neq; λ, vt quidā opinātur, sed χ. Talis em̄ litera stellȩ similior est, cuius effigiem rp̄sentare ait hanc machinā. lib.4. cap.13. Hinc in stellā decussare ait lib.4. & decussatim p decusses & p frusta cuiusdā magnitudinis absolutȩ, sicut decussis hoc est denarius nūer⁹ pfect⁹ habet̄. li.12.c.53.

Cellā defrutariā.) Impositū est nomē villȩ defrutariȩ, ab eo q̄ in ea fit defrutū. Est autē defrutū vinū ad dimidiā mēsurȩ partē decoctū, vt docet Plinius. Autumat Palladius defrutū a deferuēdo dictū esse, quod vbi ad spissitudinē fortiter despumauerit, effectū est. Calenū vero dicitur cū ex tribus partibus perdita tertia, duȩ remanserunt. Sapā vero appellant vbi ad tertias decoquitur, qđ Grȩci syriū & exsema nuncupant & ita frequenter a Galeno nuncupatur. lib.1. cap.6. Hinc defrutarium locus in quo fit, & defrutaria vasa defruto coquēdo maxime idonea. lib 12.cap 21.

Defrutare.) A defruto inclinatum est verbum defrutare qđ significat defrutum conficere & sapam coquere. Vnde & defrutariæ cellæ nomen est inditum. Defrutum vero a deferuēdo dictum est, significatq; vinū decoctū ad dimidiā mensuræ partē redactūq; ad spissitudinē mellis, cuius vicē quoq; pstat. li.2.ca.22.

Ferijs denicalibus.) Festi Pompeij verba hȩc sunt: Denicales ferȩ colebātur cū hominis mortui causa familia purgabatur. Græci em̄ νεκρὸν mortuū dicūt. Tu dispice an ex hisce doctissimi grammatici verbis scribendū sit denicralibus ferijs, tanq̄ ἀπὸ τοῦ νεκροῦ formato vocabulo. possumus & denicales legere, vt a

numero denario dictio ducta sit,sicut nouẽdiales dixere a numero nouem dierũ.lib.2.cap.22.

Depingere.) Vnius literę immutatione tollẽdũ est mendũ,vt legas depangere,q̃d plantare significat: iti dẽ paulo mox quinq; maleoli pãgẽdi sunt. li.3.ca.16.

Depletur.) Exhauritur,educitur ex vasis post pressuram. Statius. Digno depleuim⁹ haustu: Cato. Oleũ si poteris bis in die depleto. Idem dixit amurcam dehaurito in eodẽ significatu. Plinius noster verbo infrequenti sed elegantissimo ait: Oleum sępius die decapulandũ,pro eo q̃d est,deplendum dehauriendũq;. A Catone dictus capulator is cuius officium est vt concha oleũ diligentissime tollat ac depleat: de quo mox paulo sic scribit Columella. Protinus capulator depleat,vtiturq; persępe hac dictione. Dicitur autem capulator a capula q̃d nomen est vasis cuius nominis Nonius & Varro meminerunt.lib.12.cap.49.

Desponderis sapientiã.) Desperaueris te sapientiã ad perfectũ posse percipere & ad eã peruenire. Despondere animũ dicitur apud auctores pro eo q̃d est finẽ suę spontis statuere ac mori velle ex desperatione. M. Varro. Hoc ideo iri secluso clam,ne reliqui si videant despondeant animũ,atq; alieno tempore venditori moriantur. Liuius. Nec ipsi solũ desponderãt animos sed contemni cepti erant a finitimis populis. Plaut⁹. Ne lamentetur ac ne animũ despondeat. lib.11.cap.1. Dicimus & Despondere sine additamento pro eodẽ, vt idem Col.lib.8.cap.10.

Deuerrendus.) Scopis purgandus. Deam nomine Deuerram coluit antiquitas q̃ pręerat domibus euerrendis. Conuerritores dicti scoparii, illi scilicet qui scopis a prandio a cœna pauimenta deuerrũt & purgamenta escarum tollunt.lib.7.cap.4.

Deustię.) Id est crematę tostęq; in pruinis.li.6.c.17.

Diffusa.) Id est recondita in doliis,vina diffundi dicũtur in apothecis in vasis vinariis in quib⁹ diu seruantur. Iuuenalis. Ipse capillato diffusum consule potat. Horatius. Vina bibes iterũ Tauro diffusa. Verbũ hoc est frequẽs: is vsus apud Pliniũ iurisconsultosve cęterosq; classicos scriptores.lib.3.cap.21.

Plus dipondio & semisse.) Id est plus duobus pedib⁹ & dimidio. Peculiaris hęc elocutio est Columellę. de qua iam supra diximus.lib.4.cap.1. & dipondio & dodrante i. duobus pedibus &.ix.vnciarũ. lib.3.ca.13.

Dispendium.) Damnũ.compẽdiũ,lucrum. lib.6.in præfatione.

Differenda.) Per interualla ferenda.lib.10.cap.3.

Sub diuo.) Sub Ioue,sub celo libero & aperto dicimus & sub dio,vnde subdialis deriuatur.li.6.cap.3.

Dolabella.) Diminutiuũ a dolabra q̃d genus est ferramenti.lib.4.ca.24.

Sint duramina.) Brachia in vitibus moderamẽta vocant modo duramina. Pliniuis. Relicto semper duramento in singulis tabulatis.lib.4.cap.22.

E.

Elices sulcosq; aquarios.) τὸ αὐτὸ .i. bis idem dixit nãq; elices vocant sulcos aquarios per quos aqua collecta educitur ex liris agrorũ non longe distant fossę inciles quę & incilia appellant,de quibus sic scribunt iuriscõsulti: Titulo de riuis. Incile est locus depressus ad latus fluminũ,ex eo dictus q̃ incidatur. Inciditur enim vel lapis vel terra: vnde primũ aqua ex flumine agi possit.lib.11.cap.2.

Eluenaci generis.) Inter vites generosas nominatur eluenaca quam fertilitas cõmendat. Duo eius genera. Maior,quã quidã longã: minor,quã arcelacã appellant,nõ tã fœcũdã sed gratiorẽ haustu.lib.5.ca.5.

Emacietur.) Fiat macrum.lib.7.cap.10.

Embammata.) Plinius noster intinctus subinde vocat quę Gręco vocabulo embãmata nũcupantur. Sũt autẽ liquamina multiformia quibus intingim⁹ bucellas escarũ,gulę prorsus irritamẽta,vulgo sapores appellãt. Gręci dicũt ἐμβάπτειν intingere, vnde & embammata intinctus. Illud ex Euãgelio,qui manum intinxerit in catino: Gręce dicitur ἐμβάψας τὴν χεῖρα ἐν τῷ τρυβλίῳ. li.12.cap.54.

Emittet in iugũ.) Lego emicet,id est,prosiliat, tale est illud poeticũ. Emicat Euryalus,sic & Plinius,q̃ ita emicuerit materia fructũ dabit ãno sequẽte.li.4.ca.20.

Emplastraturus es.) Id est insiturus eo genere insitionis quã emplastrũ & emplastrationẽ vocant, quæ ita fit: Detrahit cortex ex parte arboris nitidissima eiq; imprimit cortex cũ gemma ex alia arbore par: sic cõpage densata vt delibratę parti bene conueniat tessella hæc siue scutula insiti corticis mox oblinit intrita,integiturq;. Huic emplastrationi consimilis est inoculatio,q̃ excidit in arbore oculũ cũ fistula gẽmãq; includit sumptã ex alia arbore. Inoculationẽ signauit Virgilius numeris poeticis scribens. Nec modus inserere atq; oculos imponere simplex. Et mox paulo. Huc aliena ex arbore germen Includunt vdo q̃ docẽt inolescere libro.lib.5.cap.9.

Epihoram.) Lege epiphorã,morbus est ocularius. cuius crebra mentio apud Pliniũ. Nascitur & epiphora in genitalibus.lib.6.ca.16.

Epityrũ.) Columella euidenter ostendit epityrum dici in oliuis genus cõditurę,docetq; queadmodũ id fiat. Cato quoq; ante Columellã tradidit cõpositionẽ epityri,cuius verba hęc sunt: Epityrũ albũ nigrũ variũq; sic facito: ex oleis albis, nigris variisq; nucleos eiicito. Sic condito concidito ipsis addito oleũ,acetũ, coriãdrũ, cyminũ,fœniculũ,rutã,menthã,in orculã cõdito, oleum supra fiet, ita vtitor. M. Varro libro de lingua latina tertio,enarrans illud Plautinũ. Si vnũ epityrũ estur. Epityrũ (inquit) vocabulũ est cibi quod frequentius Sicilia q̃ Italia vsa. Quidam,quia apud Grecos caseus dicitur τυρὸς, opinati sunt epityrum dici cibũ caseatũ,quibus reclamat auctoritas scriptorũ classicorũ quos nominauimus. Videtur autem appellari epityrum a confracta oliua, quæ Græce dicitur πιτυρίς.lib.12.cap.46.

Equienti mulę.) Equũ appetenti & maritũ desiderãti. Canes cõsimiliter dicũtur catulire quãdo cupiũt maritari. Tradit Plinius equas domitas sexaginta diebus equire anteq̃ gregales.lib.6.cap.37.

Equus.) Hunc Aratus & alij complures Pegasum esse dixerunt,qui in Helicone saxum vngula feriens fontem aperuit qui ex eius nomine Hippone dictus est.lib.10.cap.2.

Ereungij.) Legẽdũ eryngij. Est enĩ eryngion siue eryngę herba inter aculeatas imprimis clara contra serpentes & venenata omnia nascẽs. Eius radix bibitur aduersus ictus morsusq;: Apollodorus aduersus toxica cum rana decoquit. lib.6.ca.5.

Ergastularij.) Quidã autumãt ergastularios dici seruos vinctos in ergastulo. Tu cape ergastularium pro eo qui prępositus ergastulo & mancipijs. q̃d genus seruos prisci habebant in ergastulo compeditos

ad culturã rusticationis exercendam. Plinius coli rura ergastulis pessimum censet esse, tanq̃ quicquid illi agunt, a desperantibus agatur. lib. 1. cap. 8.

Erronem) erraticũ & fugitiuũ. Labeo iurisconsultus vt scriptum legimus titulo ad ædilitiũ edictum, definit erronem esse pusillum fugitiuũ & ex diuerso fugitiuũ magnũ errone᷑ esse, sed proprie erronem sic definiunt iurisconsulti eum qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis ad dominũ redit. De errone terno, ait Horatius, Fugitiuꝰ & erro. lib. 9. ca. 10.

Erui) Eruũ genus est leguminis qd̃ vim medicaminis obtinet, quippe quo diuus Augustus est curatus. Innoxium est bobus primo vere satum: autũno vero grauedinosum. De hoc Horatius. Tenui solabitur eruo. Fresum dicitur qd̃ infractum & comminutum est: sicut & faba fresa nuncupata quæ molis frãgitur. Col. lib. 6. ca. 3.

Euanidę fiũt.) Imbecillę languidęq́. a Seneca gaudiũ euanidũ decẽter dictũ. Col. de arb. ca. 17.

Eugenię.) Eugeniæ vuę a generositate nũcupant᷑. Greco enim vocablo εὐγένεια dicitur nobilitas. Euganei quoq́ populi alpiũ incolę traxere nomen a p̃stantia generis. hoc est ab eugenia. Itaq́ eugeniæ vuę respondent suo nomini, quando vinum generosum fundunt. lib. 3. cap. 2.

Euronotus.) Nomen venti est qui medius flat inter eurum & notum: vnde & nomen accepit, auctor Plinius in secundo. lib. 11. cap. 2.

Exacuit.) hoc est vt ego interpretor, acorem fecit & aceti saporem concepit. lib. 12. cap. 17.

Exaltant.) Exaltare sulcum est alta fossione deprimere. Est enim altitudo superior & inferior. Col. lib. 3. ca. 13.

Exaniari.) Quasi sanie purgari defecariq́, quo verbo vtitur Cor. Celsus. Consimile est Apuleianũ verbũ examurcari, pro eo qd̃ est amurca emũdari & sanie repurgari, & quicquid est feculentum extillare. infra ait Columella scribens de salsura suillę carnis, Cõpositis in tabulatum tergoribus pondere imposito, vt exanietur, hoc est, noxiꝰ humor emũdetur li. 12. ca. 46.

Excerni.) Id est expurgari ventilariq́. Consimilia sunt subcernere, & incernere, inde excernicula incernicula dicta genera cribrorũ. Alias excernere est vẽtrem purgare: vnde excrementa dicuntur quę & retrimenta. lib. 2. cap. 21.

Excludant.) Gallinæ dicuntur excludere, cum post incubatum pulli maturi rupto ouo nascuntur. Plinius Celerius excluduntur calidis diebus. Item q̃dã gallinę gemina oua pariunt & geminos interdũ excludũt. Dicit᷑ & excudere in eodẽ significatu. li. 8. ca. 2.

Exhęrbat᷑.) Hęrbis liberatur repurgaturq́. li. 4. c. 3.

Exudent.) Quasi sudando siccescant exuantq́ noxium succum. li. 12. ca. 5.

F

Fecinium.) Inter genera vitium est fecinia, ex eo dicta, q̃ plus q̃ cęterę fecis affert. qd̃ tamẽ incõmodũ repensat vuarũ multitudine, ventos & imbres patienter suffert, æstu infestatur, minuti acini & duræ cutis vuas habet. lib. 12. cap. 45.

Flaccescat.) Languescat & quasi flaccidũ fiat. Pliniꝰ a flaccidis auribꝰ autumat deriuari cognomina Flaccorũ. ait Apuleius. Flaccet rebus oratio, id est, languescit & iacet. Potes legere fracescat pro eo qd̃ est putrescat & corrumpatur. lib. 5. ca. 10.

Fastus.) In notis Seruij annotauimus Seruiũ errasse dũ erroris arcessit Lucanũ, qui scribit fastus esse quartę declinationis qñ significat superbiã. Secundę vero qñ significat librũ qui dierũ habet cõputatione᷑. Vnde errauit (inq̃t) Lucanꝰ dicẽdo: Nec meꝰ Eudoxi vincet᷑ fastibus annus. Nãq́ indiscriminatim dicimꝰ fastos & fastus in secũdo & quarto ordine p̃ libris, qd̃ & Priscianus tradit, & magnoꝝ scriptoꝝ confirmat auctoritas, quę pro ratione est. lib. 9. cap. 14.

Fatiscit.) Resoluitur, languescit, deficit. Plinius. Sine calciatu fatiscunt. lib. 7. cap. 3.

Fefellerit.) Latuerit. Oratius. Nec vixit male qui natus moriensq́ fefellit. Liuius. Explorator Carthaginensis Romæ bienniũ fefellit. lib. 12. cap. 3.

Feles.) Animal est familiare ac domesticũ oĩbus notũ: vulgo catus nominatur, vt opinor, a solertia. Nã catũ sapiẽtẽ dicũt & acutũ, Gręci αἴλουρον vocãt. Plinius tradit felium oculos in tenebris fulgere. Idẽ alibi sic refert: Feles quidẽ quo silẽtio, q̃ lenibus vestigijs obrepũt auibus, q̃ occulto speculatu in musculos exiliunt, excrementa sua effossa obruũt terra intelligẽtes odorẽ illum indicẽ sui esse. Verũ apud Columellã & Varronẽ feles accipi videtur p̃ fouino: sic eñi vulgus appellat bestiolã gallinis maxime infestã noxiãq́ & sępe gallinaria tota contrucidantẽ. li. 8. ca. 3.

Fellicula.) Legendũ filicula. Est eñi diminutiuũ a filice hęrba. de qua Persius. Non tñ ista filix vllo mãsuescit aratro. Pterin Gręci vocant. Pręterea alia est hęrba nomine filicula, quã Græco vocabulo polypodion appellant: similis est filici, bilem detrahit, in petris nascitur. lib. 6. cap. 26.

Femina.) i. femora coxę interiores sine diphthõgo scribi debet cũ prima syllaba corripiatur. Virgiliꝰ Eripit a femine. hinc subfemina. i. subfemora interiora. Interfemineũ elegãti vocabulo Apuleiano dicit᷑ genitale muliebre quasi inter femina collocatũ. lib. 6. cap. 37.

Fellicij fibri.) Latini fibrũ dicũt Gręci castorem, q̃ amputatione genitaliũ liberat se a venatoribus, gnarus ob medicatos testes se peti. lib. de arb. cap. 15.

Testaceis puluinis fibulantur.) Id est alligantur, & quibusdã quasi fibulis coagmẽta cõnectũtur. Fibulationes a Victruuio dictę cõiũctiones fibularũ in machinationibus. Diffibulare est fibulam dissoluere, qd̃ & refibulare dicimus: q̃uis apud epigrammatistam id verbum dicatur in re obscœna de fibula citharedorum & comedorum, cuius cum mordacitate satyrica mentio est apud poetas. Testacei autem puluini in pauimentis dicuntur coagmenta spicata & loricationes, quibus ad regulam perfricantur, vt nullæ lacunæ insunt. Et sunt quasi extãtes cumuli. Item puluini sunt eminentiores parteis in areis agrorum & quasi tori. lib. 1. cap. 6.

Fidelię.) Nomen est fictilis vasis, de quo Persius. Respondet viridi non cocta fidelia limo. Plinius. Mulsi congialem tibi plenam faciam fideliam. Fideliæ crebra mentio est apud Columellam hoc volumine vtpote vasis condendis salgamis maxime idonei. lib. 12. cap. 7.

Fidicula.) In cœlo sidus est qd̃ appellatur modo lira, modo fidis, modo fidicula. Alias fidiculas accipimus pro genere tormenti vt in commentarijs Suetonij est explicatum. lib. 11. cap. 2.

Fisco)Fiscina iuncea.Col.lib.12.cap.48. hinc fiscu lus paruus fisc⁹ siue fiscella iūcea lib.12.ca.49. & lineū fiscum vocat lib.12.cap.38.

Flutas)Murenę & anguillę vocantur.Gręco vocabulo plotæ,Latino flutę:q; in summo supnantes sole torrefactę curuare se posse & in aquā mergere desinūt. atq; ita faciles captu sunt. Auctor Macrobius Col.lib.8.cap.17.

. Focaneus)dictus est palmes quasi in faucibus vitis enatus:nā,vt inquit Columella, solet in bifurco medius prorepere:illud aūt bifurcū veluti fauces in vite repręsentat.lib.4.cap.24.

Ferramentū fœnisecis)Fœnifex, sic enim elegantius dicitur q̄ fœnisecus siue fœniseca:est is qui fenū secat.Fœnisecia dicūtur fœni sectiones.Persius.Fœnisecas crasso vitiarūt vnguine pultes.lib.2.cap.18.

Pręcipue fœtę)Fœtas fere semp idonei scriptores appellant puerperas,hoc est,eas quę pepererūt. Inclytus tamē poeta dixit,loca fœta furētibus austris.pro plena.Idē ait.Non insueta graues tētabūt pabula fœtas:pro pregnātes. Verū alio in loco posuit Fœtā ꝑ ea quę iam peperisset. Sic enim inquit: in aspido poea Fecerat & viridi fœtā Mauortis in antro Procubuisse lupam.Plinius noster fœtā semper vsurpat pro ea quę a partu cubat.Col.lib.7.ca.6.

Forda non admittit) Vacca pręgnans dicit̃ Forda a fœtu.Ouidius.Forda ferēs bos est: Ab alijs horda appellatur quadā cognatiōe literarū vt hedus fedus. Inde in fastis dies hordicalia siue fordicalia nominātur,quę nōnulli appellant fordicidia,quib⁹ hordę siue fordę .i. grauidę vaccę immolabātur. lib.6.ca.23.

Fossas veteres tergere)Verrius Flaccus iuris pontificij peritissimus,quia ferijs tergere veteres fossas licebat,nouas facere ius nō erat,festiuiter dicere solebat, ferias idoneas magis viduis esse q̄ virginibus ad nubendum,tanq̄ fossæ veteres sint viduę, quas feriatis diebus tergere fas esset.lib.2.cap.22.

Cum fracibus)Sicut floces prisco vocabulo significāt vini fecē e vinaceis expssam:ita fraces ex oleis. Plini⁹ dixit fraces esse carnes oliuarum & inde feces. Oleum,vt inquit Cato q̄diu in amurca & in fracib⁹ erit tā deterrimū erit.Hinc verbū factū videtur Fracescere qd̄ est fracibus resolui corrūpiq; atq; putre fieri vetustate. M.Varro. Olea lecta si nimiū diu fuerit in aceruis caldore fracescet. Item hęc de qua fit oleū cōgeri solet acceruatim dies singulos in tabulata,vt ibi mediocriter fracescat.lib.de arb.cap.14.

Infriatur)Friare quod & infriare dicitur,est in puluerē redigere & minutim digitis terere atq; inspergere.vulgo dicunt puluerizare.lib.8.cap.5.

Vis frigoris excoquit) idem est effectus frigoris & caloris iuxta illud Maronianū penetrabile frigus adurit.Cōsimiliter Lucanus,Vrebant mōtana niues. In hanc sententiam Palladius. Ita vtraq; pastinatio decoquetur beneficio algoris & solis.lib.11.ca.3.

Furunculus)Palmes est iuxta palmitē,custodē nūcupatum,qui est verrucę magnitudine,vocaturq; furunculus. Alias furūculus dicitur vlcus nascens passim in quacūq; parte corporis ac maximo icōmodo. mortiferū aliqn̄ malū cōfectis emaciatisq; corporib⁹. Alias furūculus pusillus fur vt latrūculus.li.4.ca.24

G

Galactopotę)Id est potores lactis & lacte victitātes Græce γάλα dicitur lac.Suidas ait γαλακτοπότης ὁ γάλα πίνων,id est galactopotes est lac bibens. lib. 7.cap.2.

Casei Gallicū)laus apud priscos erat præcipua caseo Nemausensi(sic enim a ciuitate Gallię nominatur)cuius meminit Plini⁹ in.xj.qui scribit caseo Nemausensi fuisse cōmendationem, sed musteo tātū ac recenti.lib.12.cap.56.

Gallinaria) Quę superi⁹ Græco vocabulo dicta sunt ornithotrophia & ornithones,nunc latina voce appellat gallinaria: videlicet stabula gallinarum & receptacula.lib.8.cap.3.

Sextarios gari) Genus est liquoris exquisiti qd̄ garon vocauere a pisce garo noīato ex quo antiquitus conficiebatur. Autumat Plinius garū fieri intestinis pisciū sale maceratis.Martialis.Nobile nunc sitio luxuriosa garum.lib.6.cap.33.

Gemellar)Nomē est vasis, cui fortassis ex eo inditū hoc nomē q; gemias mēsuras cōtineat. li.12.c.49.

Glaber)sine pilis,Glabella fœmina decēter dicitur Apuleio,cuius corpus est lęuigatū,politū,nulloq; pilo hispidū.lib.7. cap.3. hinc glabrescit.i.fit glabra & polita lęuigataq;.lib 2.cap.20.

Locis glabrentibus)Glabrentia loca dicuntur quasi caluentia,quę & glabreta nūcupant sine stirpe,sine stipula,siue frōdibus, vt hoīs caluitiū sine capillo est. Gręci cōsimiliter loca nudata fruticib⁹ phalacras vocant,a quibus φαλακρὸς dicitur caluus. Vnde phalacrocaraces dicti corui aquatici caluitio monstrabiles.Caluescere de arboribus quoq; vsurpat̃. Infra ait Col.Sępe nouella castaneta caluescunt.Vinea caluata dicitur Catoni Plinioq; in qua rarę sunt vites.lib.2. ca.9.Et glabrata.i.depilata.lib.12.cap.52.

Gleucini)Gręci τὸ γλεῦκος mustū vocant:Græca quoq; voce dicitur aigleuces,hoc est semper mustum qd̄ inter dulcia est.Id euenit cura:qm̄,vt docet Plini⁹ feruere prohibetur.Hinc oleū gleucinū dictū ab eo. γλεῦκος.i.mustū incoquitur vapore lento, consumiturq; mustū,oleo cui admiscent etiā odoramēta.Plinius oleū gleucinū memorat inter genera olei factitij qd̄ nunc quomodo fiat eleganter Columella perscribit.lib.12.cap.50.

Glycorhizes)Vocabulū gręcū est qd̄ significat dulcē radicē,tanq̄ id vini genus a dulcedine musti & radice herbę cū qua fit,sit noīatū.lib 12.cap.35.

Quasi pabulo glifcit)Crescit,piguescit, saginatur, Gliscere em̄ crescere est,Vnde glires dicti, qui somno gliscunt,id est,crescunt fiuntq; pinguiores.Glisceras mensas dicebant antiqui opimas & lautas quasi gliscentes per instructionem epularum.Alibi Columella scribens de gallinis farciendis sic inquit:Prima luna saginari cœpta vicesima pgliscit.li.2.cap.5.

Graminoso) Herboso a gramine ducto vocabulo, Est autem gramen inter herbas vulgatissimū, iumētis herba nō est alia gratior,siue viridis siue in fœno siccata. Sunt qui & aculeatū gramen vocent cū in cacumine sint aculei. qd̄ Gręci dactylon vocant quia digitis medeatur.lib.6.cap.1.

Grauedinē)Grauedo,vt docet Cor.Celsus,humor est ex capite distillans.Apuleius.Nares grauedine oppletę.Gręci vocāt coryzas, nostri grauedinem:vnde grauedinosi dicti qui ad morbū grauedinis ꝓcliuiores sunt.M.Tullius.Itaq; dicim⁹ grauedinosos quosdam,quosdā torminosos,non quia iam sint,sed quia sæpe sint.lib.7.cap.3.

Gummitione) Inspersione gūmi & quasi tectorio. Itidem ceratura dicitur inductio cerę & quędam quasi incrustatio ex cera facta in dolijs olearijs. lib. 12. ca. 49.

H

Obseruare halitus septētrionales) Plinius, qui mares concipi volet, in aquilonem pascito, vt sic in eundem ineāt: qui fœminas cōcipi volet, in austrū spectātes iniri cogito: tradunt oēs ferme scriptores hoc fieri, sed cur fiat minime causas explicāt. videor itaq; facturus operępreciū si ea, quę apud Albertū Magnū rerū naturę cōsultissimū legi conducentia ad hāc rē, hoc in loco explicauero: qui in libris de aīalibus tradit, ideo flante Aquilone cōcipi mares, quia is vētus calorē naturalē intus cohibet & ita corpora fiūt valētiora firmioraq; & ipsum semē siue sperma meliorescit: contra flante austro corpora fatiscūt, & resoluto calore fiunt imbecilla: vñ fœminę tūc facili⁹ cōcipiūtur, qui fœtus est q̄ masculus longe imbecillior molliorq;. lib. 7. cap. 3.

Hallecula.) Pisciculi nomē est, potest esse diminutiuum hallecis quę fex est murię imperfecta nec colata. lib. 6. cap. 8.

Harę) Stabula porcorū atq; cubilia. Plautinū illud notū est, in hara habitare videor, nō in ędib⁹. li. 7. c. 9.

Albi vel helui.) Est enim color heluus siue heluolus inter purpureū & nigrū. Vnde vuę heluolę nomē acceperūt, quę a quibsdā appellatę sunt variarę a colore sępius variante. Grāmatici heluū colorē appellari dicunt mediū inter ruffum & albū qualis est color boū. M. Tullius hinc videt heluolas herbas scito epitheto nūcupasse cū ait: Heluolas herbas ita condiunt vt nihil possit esse suauius. lib. 3. ca. 21.

Rustici hexastichon) Vulgo dicitur hexasticon sex versibus constans. Distichon duob⁹. Hic hordeū noīatur hexastichon, quasi sex ordinū: sicut alterū genus distichon duorū ordinū. Nā in hordeo spicę quędā binos ordines habent, & id distichon vocant: quędā senos, & hoc a numero ordinū hexastichō appellatur. lib 2. cap. 9.

Cū distendetur aqua cutis) Id est laborabit hydropesi, sic eñ Gręco vocabulo appellāt morbum aquæ subter cutē fusę: cuius tres sunt species: Tympanitis, hyposarca, & ascites: Cōmunis est oīm nimia humoris abundantia: Olim quidam hydropicus sitis impatiens bibit suā ipsius vrinā atq; ita in exitiū semet p̄cipitauit. Ita aūt ordināda sunt verba Columellæ vt aqua sit septimus casus, cutis vero rectus, vt exponas cutem distendi aqua & nimio humore subter cutē fuso corpus extuberare. lib. 7. ca. 7.

Hippomanes, vt eximius poeta describit, virus est lentum distillās ab inguine equarū p id tēpus quo libidine extimulantur. Hippomanes est caruncula nigra ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ πώλου. i. in frōte pulli eqni veneficiū amoris: de quo intellexit poeta in serio opere: Quæritur & nascētis equi de frōte reuulsus Et matri pręreptus amor. de quo Plini⁹, Solinus, Aristoteles, cęteri. Est & hippomanes authore Theocrito φυτὸν ἵππων i. planta siue hęrba qua gustata equi in furias aguntur vnde & nomē. lib. 6. cap. 26.

Q̄ in hircis) Lego in hirtis vt ad gen⁹ ouiū hirtū hoc est hirsutū referas, qđ min⁹ pciosum est. Si mauis hircis, intellige in gregib⁹ ouiū plures parandos masculos, q̄ in gregibus caprarū hircos. lib. 7. ca. 4.

Hornotinas plantas) Ab horno hornotinus fit vt aprisco pristinus auctore Prisciano, & pro re annuā siue ipsius anni accipitur. Dixit Oratius, Si thure placaris & horna fruge lares. Cato. Hornotinę nuces virides sunt. Col. libro de arborib⁹, cap. 30.

Sit vtriq; proximū horreū) Nomine horrei significatur repositoriū vnde horrearius dictus, sup quo affatim in cōmētarijs apuleanis annotauim⁹. li. 1. ca. 5.

Pensile horreū) Repositoriū sublime & editū. Plini⁹ & Varro pbauit suspēsa & sublimia, hoc est pēsilia horrea. Cōsimiliter pensilis vua dicitur quæ suspēdi solet ad perennitatē, pēsiles horti erant Thebis Ægyptijs memorabiles. Sergius Orata habuit pēsiles balneas. lib. 12. cap. 49.

In hortensi lyra) Id est in areola & sulco horti: hortēsia appellant oīa quæ serunt & nascuntur in hortis. Gręco vocabulo dicitur cepurica. lib. 9. ca. 4.

I

Ichthyotrophia) Vox gręca ē, qua viuaria pisciū significatur, quę & piscinę nominatur. Plinius noster hęc omnia receptacula auiū, piscium, ferarū generali vocabulo viuaria appellat. lib. 8. cap. 1.

Impetigines) Pustulæ sunt infestātes corpora: quarū, vt docet Cor. Celsus, species sunt quatuor ab impetu inditū nomē, vt ostendit Quintus Seren⁹ illo versu. Si vero vitiū est qđ ducit ab impete nomen. Vulgo volaticā dici autumāt. Impetiginē Plinius lichenas esse sentit hęc memorās: Arida cū resina impetiginē & scabiē quā psorā & lichenas vocāt. Nam ψώρα gręce scabies relinquit, vt lichen sit impetigo. lib. 6. cap. 30.

Incanę) Canescētes & albę. Virgilius, Incanaq; menta Regis Romani. li. 8. cap 2.

Incernemus) Cribrabim⁹. Incerniculū gen⁹ cribri est: incernere cribrare cribroq; trāsmittere. li. 5. ca. 4.

Incilia) Incilia fossę sunt quę in agris fiūt ad aquā deducendā, dicuntur & deriuationes de riuo cōmuni factę. Portius Cato. Incilia aperire, aquā deducere, vias & segetem curare oportet, vt fluat: itē in mōte fossas inciles puras habere oportet. lib. 5. cap. 7.

Ineptas dapes) Versus Virgilij ex quarto georgicō quos hoc in loco citat Columella, sūt hi, Regū ęquabat opes animis, seraq; reuertēs Nocte domū dapib⁹ mensas onerabat inemptis. li. 11. ca 2.

Incūt) Coeūt. & primū initū facere icipiūt li. 7. ca. 9.

Inexputabilis) Infinitus, qui supputari ob multitudinē non poterat. lib. 9. ca. 4.

Nec inficior) Nō nego, ire ificias est negare, inde status inficialis apud Oratores. Inficiator pro eo qui negat. Epigrāmatista, In ius o fallax aut ificiator eam⁹. lib. 4 cap. 28.

Infriata) Minutim insparsa. Friabile id latine vocatur qđ facile disteritur: vulgo vocant puluerizatum. lib. 7. cap. 5.

Velut per infundibulū) Instrumēti rustici nomē est quo vina diffunduntur in dolia in vsu cellę vinariæ frequentissimo. Portius Cato scribit oportere villicū habere in instrumēto fundi infundibilia duo. Refert Flauius Vopiscus in Aureliano, fuisse quendam bibacē qui bibere solebat infundibulo apposito plus orca. Est aūt orca genus vasis. lib. 3. ca. 12.

Infusci) Nigrantis coloris. li. 9. ca. 10.

Ingluuies) Albertus Magnus doctior q̄ eloquētior Pappā vocat in auibus quā Columella vocat ingluuiem. Itidem Virgilius illo versu, Improbus ingluuiē

ranisq́ loquacibus implet. A Plinio dicit sinus gutturis. Est aūt capacitas gulę patentior qua mergūtur recentia cibaria. lib 8. cap. 5.

Inire gregem) Id est coire cum grege. Ausoni⁹, Sic me taur⁹ init sic pxima buccula mugit. Ouid. Ineas quālibet ante velim. Hinc initus ponit p coitu. Plinius tradit equos & canes & sues initum matutinū appetere. Idē de bobus scribēs ait: Conceptio vno initu peragitur. lib. 7. cap. 3.

Innotat) Inurit signat inscribit. lib. 7. ca. 9.

Inodare) Plinius ptinētia ad hanc sentētiā hęc scribit. Cęterū vt odore careant, oia hęc iubentur seri cū luna sub terra sit, colligi cū in coitu. sine his Menander ę gręcis author est alliū edentibus, si radicē betæ in pruna tostim supederāt, odorē extingui. li. 11. ca. 3.

Impicato) Pice oblinito: picare, impicare, oppicare verba sunt ab vno picis fonte corriuata. li. 12. ca. 29.

Irim) Hęrba est iris laudatissima in Illirico. Floret diuersi coloris specie sicut arcus cælestis, vnde & nomē: natura est feruens. lib. 12. ca. 28.

Insolatis) Insolati dicūtur dies multo sole & puro intepescentes: insolari etiā est sole impleri cōcoquiq́ lib. 11. cap. 3.

Ad instrumēti curā) Titulus est apud iuriscōsultos de fundo instructo & instrumento legato. Vbi docet Vlpianus instrumētū dici apparatū rerū sine quibus exerceri nequeat possessio. Idē ait instrumēta fundi ea esse, quę fructus quęrēdi cogēdi cōseruandi gratia parata sint. Triplex est instrumētū rusticū, Vocale, Semiuocale, mutū. Vocale, in quo sunt serui: Semiuocale, in quo sunt boues: Mutum, in quo sunt plaustra, ligones falces, & alia. Hoc genus gręci vocant ἐργάλεια γεωργικὰ καὶ ἀσκευα. lib. 1. cap. 8.

Insuccanda) A spergēda & quodā quasi succo irroranda madefaciendaq́. lib. 7. cap. 4.

Iteratos tertiatos esse) Iterati dicuntur agri, qñ secunda aratione colūtur, qd̄ & offringere nūcupāt, vnde & iteratio. Tertiari vero, quando tertia aratione & tertio sulco repetuntur, tuncq́ boues lirare dicūtur. lib. 2. cap. 4.

Interordiniū) Spatiū qd̄ est inter duos ordines dicitur interordiniū, sicut iteruallū inter colūnas, intercolumniū nominatur. lib. 3. cap. 13.

Ad intertriginē) Intertrigo corporis vitium est fit aūt id malū quādo fœmina. i. coxę interiores equitatu aliave de causa atterūtur. Græci dicunt pacatrimma. Docet M. Varro intertriginē & intertrimētū ab eodem verbo deriuari: cuius verba sunt hęc: Intertrimentū ab eo ꝙ duo quę inter se trita & diminuta, a quo etiam intertrigo dicta. M. Cato. Intertrigini (inquit) remediū est cū in via ibis absinthij pōticū surculum sub anulo habeto. lib. 6. cap. 31.

Intritam) Intrita vocabulo generali dicta est ab interitu. Interdum esculenta est, sepius aliis rebus accōmodata. Ait Terētius in Phor. Tute hoc intristi, tibi omne est exedēdū. Exposuit Donat⁹ hoc inter rusticos de alliato mortarij dici solere: Proprie enī, inquit, intrita dicitur huiusmodi cib⁹. Alia res est Catonis intrita, hoc est emplastrū ad insitionē cui emplastrationi nomē est maxime idonea. Pli. in. 17. Sed id etiā apud veteres Grecos inuenitur: & apud Catonē qui oleā ficūq́ sic inseri iussit mensura etiā præfinita: secundū reliquā diligētiā suam cortices scalpro excidi quatuor digitorū longitudine & triū latitudine, atq́ ita coagmentari & illa sua intrita oblini: hic videtur intrita pro fece vini poni, sicut infra ponitur intrita folliculoꝝ quibus acina vuarū contegun tur. lib. 12. cap. 40.

Nisi interuaseris) Sicuti supra, ita hic quoq́ corrigendū est interraseris. Nāq́ interradi dicunt arbores quando rami intermedij succidūtur, quoniā densitas officit, ideoq́ laxioribus interuallis serendę sunt arbores: interradi gaudēt oliuę, auctore Plinio. Col. lib. 5. cap. 8. & 12. ca. 19.

Inula) Iulia Augusta illustrauit inulā dum ea vesci tur quotidiano cibo, hęrba est hortensis amara & p se stomacho inimicissima, eadē dulcib⁹ mixtis saluberrima. Defectus pcipue stomachi excitat. li. 11. ca. 3.

Inurinare) Innatare & mergi: vrinātes vocāt q sub vndis natant quorū frequēs mentio apud Plinium. Vrna, vt docet. M. Varro, ex eo dicta ꝙ vrinat, id est, mergitur ad hauriendā aquā. Firmicus Matern⁹ docet vrinatores habere in horoscopo sidus delphini. lib. 8. cap. 14.

Totius iugi) Vinearū multę species sunt, alię humiles ac sine palis, alię sublimes, vt quę appellantur iugatę, vt plereq́ in Italia: quibus stat recta vinea dicitur pedamēta, quę trāsuersa iugātur, iuga nominātur, ab eo quoq́ vineę iugatę dictę. Iugorū fere sunt genera quatuor. Pertica, arundo, restes ac vites. Iugationis species duę vna directa, altera cōpluuiata hoc est in longitudinē & latitudinē iugata, dicta a cauis ędium compluuijs. lib. 4. cap. 18.

Iugario ad circūeūdū) Noīe iugarij is significatur, qui iungit boues iugūq́ imponit demitq́. lib. 1. ca. 6.

Iugeratim) In singula iugera: Aduerbiū est ea figura formatū, qua templatim, pagatim, vicatim, & alia sexcenta hoc genus. lib. 3. cap. 3.

Fracta iuga) Genus vineę est quā vocāt iugū. Fit aūt cū defixis humi palis annectūtur singulę transuersę perticę p quas, prepūt vitis pāpini. Id gen⁹ iugi canteriū vocāt rustici: inde iugata vinea scriptoribus rusticationis nūcupata. lib. 11. cap. 2.

Ad iusta) Integra & plena sine diminutiōe. li. 6. c. 29.

Iuuētus) In apibus dicitur decenter iuuētus gēs populus plebs & cętera hoc genus, trāslatione ab hominibus facta. lib. 9. cap. 12.

L

Labello) Nomen est vasis, diminutiuū a labro de quo M. Tulli⁹. Labrum si in balneo nō est, cura vt sit. villicus habere debet ex pscripto Catonis labrū vinarium vnū, labra aquaria quinq́, labrum lupinarium vnum. lib. 12. cap. 28.

In Lacinias) In particulas, vt separatim distribut⁹ & particulatim diuisus bene cōualescat: vocabulū ductum a lacinijs vestimētorum quæ cæsuratim sectæ & quasi diuisæ sunt. Infra ait separatim lacinię deducantur. lib. 7. cap. 4.

Laconicis excoquimus) Balneæ ardentes ne dicam calentes fuerunt in vsu quotidiano priscorum: quibus psuasissimū habebāt in corporibus cibos coqui, & cruditatē digeri. In balneis erant tepidaria Caldaria frigidaria. erant & sudatoria: quo ex genere est Laconicū: vbi sudando exercendoq́ corpus, cruditatem digerebant, & appetentiā edendi prouocabāt. Scribit Vitruuius Laconicū sudationesq́ cōiungendas esse tepidario: qui saturitate epularū imodica crudi erāt, & cacostomachi cruditateq́ laborabāt, hi ad balneas

confugiebāt,& in sudatorijs laconicisq; sudorē euocabant. ita stomachi cruditatē digerētes,quā epulæ copiosiores afferunt.Cor.Celsus docet sudorē elici duobus modis,aut sicco calore, aut balneo,siccū calorem esse Laconicorū, quę vtilia sunt,quoties humor int⁹ nocet isq; digerendus est. Cōsimiliter Seneca in epistolis moralibus carpens hunc ventricolarum morē sic refert.Quid mihi cū istis calentibus stagnis?quid cū sudatorijs?in quę siccus vapor corpora exhaustur⁹ includitur:omnis sudor p laborem exeat.Poetę satyrici consono ore carpentēs ingluuiē helluonū,quorū deus venter est, cōsimiles sententias numeris poeticis cōplexi sunt.Horatius.Crudi tumidiq; lauemur.Persius.Turgidus sit epulis atq; albo ventre lauatur.Iuuenalis.Crudū pauonē in balnea portas:Igitur Columella satyrico morsu & canina facundia inuectus in delicias luxuriosorū ait,Romanos saturos cibo potuq; distentos excoquere digerereq; quotidianā epularum cruditatē in laconicis hoc est sudatorijs, vbi sudores digerebant & ita apti rursus ad ganeata cibaria cœnasq; esculentiores reuertebantur.Laconicum autē, vt Dion tradit,a laconibus dictum est inuētoribus:quoniā nudi vnctiq; ante alios in hisce sudatorijs exercebantur.Plinius autumat id genus instrumenta pessum dedisse mores bonos.& debellasse corpora Romanę iuuētutis.Col.in pręfa.lib.1.

Lacon.) Auctor est Pollux generosas canes esse Laconicas,Arcadicas,Argolicas,Celticas,Ibericas.Tradunt antiquitus Lacenas canes ex vulpib⁹ canibusq; pgenitas:& ob id vocari gręco vocabulo ἀλωπεχίδας quasi a vulpe vulpinares.lib.7.cap.12.

Lacusculos) Loculos siue loculamenta disclusa vt vnūquodq; gen⁹ seorsum ac separatim reponatur. M. Var.loculatas piscinas appellat in quibus generatim disclusi pisces cōtinētur. Diminutiuū est a lacu, & significat vas torcularis.lib.12.ca.49.

Auium lanistę)Sicut lanista cōparat familias gladiatorū,easq; edocet armorū disciplinā, vt mox vendat munerarijs,ita p trāslationē dicūtur lanistę auiū qui gallinas parant instruūtq; ad certamen,qui mos hodieq; durat apud Boemos.vbi primores præparāt gallos gallinaceos pugnę q̄si gladiatorię, fiūtq; sponsiones precij nō parui,dū vnusquisq; pecuniā largam deponit:quā aufert domin⁹ victoris gallinacei.Plin. refert,Pergami omnibus annis spectaculū gallorum publice edi solitum ceu gladiatorum.lib.8.ca.2.

Vel de lapide noxium)Serui dicūtur de lapide empti.propterea q̄ venales serui astabant in lapide foro Romano vbi pręco venales pclamabat.Hic illud Plautinū.In eo astas lapide,vbi venales præco prædicat.M.Tullius in oratione cōtra Pisonē non minus scienter q̄ eleganter tribunos duos dixit esse de lapide emptos: quia mercede redempti fuerant,vt fauerent Clodio.Sicut serui de lapide pecunia cōparant. Labitur Merula errore manifestario, qui enarrans hūc locū Columellę existimauit id totum referendum esse ad eos,qui de Capitolino lapide deijciebātur, qd q̄ ridiculum sit interpretamentum penitusq; ab intellectu scriptoris dissentiens,quiuis vel mediocriter eruditus intelligit.lib.3.cap.3.

Lapsanę)Olus est siluestre triū foliorum,diui Iulij carminibus pcipue iocis militaribus celebratū.alternis quippe versibus exprobrauere lapsana se vixisse apd Dyrachiū.pmiorū parsimoniā cauillātes.Est aūt id vt inquit Plinius,cima siluestris.

Exiguū laseris)Virgultū clarissimū est noīe laserpicium,qd Gręci silphion vocant:cuius succū vocāt laser,magnificū in vsu medicamentisq; & ad pōdus argentei denarij pensum.In Cyrenaica prouincia pstātissimū:vnde epitheto optimo Catullus Cyrenas laserpici feras noīauit.Palladius gręco vocabulo opon Cyrenaicū appellat laser quasi succum Cyrenaicum. Galenus quoq; opi Cyrenaici mentionē crebro facit intelligi volens hoc laser : q̄uis mendose hæc dictio legatur in codicibus impressis.Plinius de lasere scripsit hęc.Laser ex Silphio profluēns inter eximia est naturæ dona numeratū.pluribus cōpositionibus inseritur:p se aūt algores excalfacit.Potū neruorū vitia extenuat:fœminis datur in vino.a lasere laserpiciatum acetum dictum.lib.5.cap.8.

Neq; latere)Id est pariete lateritio & structura ex lateribus coctis facta. Col.

In ventrem latescunt)Lati fiunt prægrandesq; & ventricosi.lib.2.cap.10.

Lentorem) Vulgo viscositatem vocabulo barbaro appellant:Lentor dictio est infrequens, sed oppidoq; elegans Plinianiq; splendoris.lib.6.ca.4.

Leucoia)Candida viola hoc nomine nūcupat.Nam græci leucon candidū & ion violā dicūt.lib.9. ca.4.

Superposita libella)Norma est siue instrumentum quo libratores aquarum vtunt.Structuræ ædificiorum,vt inquit Plinius ad normā & libellam fieri, & ad perpendiculam respondere oportet. in alia significatione libella in argento significat decumā partē denarij nūmi.Sembella dimidiū libellę.li.3.ca.13.

Liberq;)Libera dea est p cuius beneficium fœminę emissis in coitu seminibus liberentur:vnde & nomen:quā etiā Venerē esse putant. Auctor Augustin⁹ in sexto de Ciuitate dei.Quidā autumant Liberam esse vxorē Liberi patris,hoc est Bacchi.numē vtriusq; in bacchanalib⁹ celebratur.lib.12.ca.18.

Ligula)Nomē est mensurę paruæ instar cochlearis a linguę similitudine ligula dicta. Quidā grāmatici ptinaciter contendunt lingulam dici debere potius q̄ ligulam: quos hoc disticho taxat Epigrāmatista: Cuis me ligulā dicant equitesq; patresq;, Dicor ab indoctis lingula grāmaticis.Plinius lib.20. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant ligulæ mēsura.Ligulam quoq; dicimus vinculū calceorū, de qua Iuuenalis.Et ligulas dimittere sollicitus. Lingulam dixere veteres gladiolum oblōgū in speciem linguæ factum.lib.12.cap.22.

Ligone)Ferramentū est rusticum a legēdo dictum. Nāq; eo pter latitudinem id quod sub terra est, facilius legitur.Vlpianus inter instrumēta fundi,quę cul turæ vtilia sunt,enumerat ligones.lib.2.ca.15.

Ligustici)Ligusticum est olus siue herba hortensis a Liguria nominatū.Plini⁹ in.18. Ligusticum siluestre est in ligurię suę mōtibus,seritur vbiq;,suaui⁹ satiuū, sed sine viribus:panacem aliqui vocant. Apitius cōdimētis apitianis frequēter imiscet ligusticū. li.12.ca.56.

Lirantur)In liras digeruntur sulcanturq; factis porcis,de quibus supra scripsi satis diligenter. lib.11.ca.2. hinc liratim aduerbiū p liras.lib.11.cap.3.

Mustum lixiuū)Plinius & Greci scriptores protropon vocant mustū sponte defluēs anteq̄ calcent vuæ.

Fœminæ locis)Id est genitalibus & naturalib⁹ equę. Locos pprie appellāt genitalia mulierū.Plini⁹ fœmi

nis eadē omnia pterq̄ vesicę iunctus vtriculus: vnde dictus vterus q̄d alio noīe locos appellant, hoc in reli quis animalibus vuluā. M. Cato, Mulier si eo lotio lo cos fouebit, nūq̄ hi viriosi fient. Cor. Celsus. Quę lo cis laborat, aut difficulter partum edit sternutamen to leuatur. lib. 6. cap. 26.

Loculamenta) Loculi sunt & receptacula quę apud nos fiunt viminea, & ordine collocant in peristerotro phio, in quibus nidificāt colūbę. M. Varro loculatas piscinas decēter appellat quibusdā quasi loculamētis distinctas, vbi dispares disclusi pisces habent. li. 8. c. 8.

Locustae) Locustas intelligit quę sunt in gñe secto rū quas græci ἀκρίδας vocant, de quibus multa Pli nius noster in vndecimo. Ecclesiastici conditores me morant olim locustam execuisse totam Ægyptum. olim a locustis ciuitas in Africa pulsa est. Alias locu stę sunt pisces. Fuit & Locusta foemina venefica, cui⁹ Trāquillus, Tacit⁹, Iuuenalis cōmeminerūt. li. 8. ca. 11.

Ad lucubrationē vespertinā) Rustici duas habent lucubrationes easq; maxime noctibus hybernis: alté ram vespertinā, alterā matutinā quā antelucanā vo cāt: quia ante lucē euigilant. Literatis quoq; cōsimi les sunt lucubrationes, magna tamē dissimilitudinē disparatę. Siquidē rustici lucubrantes rusticana ope ra efficiunt & vilia: literati vero diuina & immorta lia: illi corpus, hi ingeniū exercēt: illi manus mouēt in canabe & lino & materia, hi inter carthas & cala mos scriptorios sunt occupati, qua occupatiōe nihil honesti⁹, nihil potest esse pstantius. lib. 11. ca. 2.

Optima habentur a lumbis) Membra hoīs & par tes ad alias quoq; res decenti trāslatione trāferūtur. Nam montibus poetę persępe dant caput, humeros pedes: Nec Columella in vitibus lumbos & humeros indecēter appellat eas partes, quę si vitē metiaris vt hominē obtinēt vicē lumborū & humerorū. Consi militer Plinius dat vitib⁹ digitos, pollices, caput, cri nes, alia quoq; humani corporis mēbra. Idem tradit ab humeris arbor⁹ surculos petendos esse ad insitio nem. Col. lib. de arboribus, cap. 3.

M

Maceria) Sepimēto. Plautus in Truculento. Mace ria illa in horto in singulas noctes latere fit minor. M. Varro docet materiā in fundo esse fabrile sepimē tum, cui⁹ species sunt quatuor: q̄d fit e lapide, q̄d e la teribus coctilib⁹, q̄d e laterib⁹ crudis, q̄d ex terra & la pillis compositis informe. lib. de arb. cap. 18.

Macessat) Legendū est macescat, hoc est macer fiat. Plautus. Macesco, tabesco, cōsenesco miser. lib. 7. cap. 3.

Malagmatis) Malagmata medicamenta quæ mol liunt: vnde & nomen. lib. 6. cap. 16.

Maleorum) Corrige maleolorū. Sūt eñi maleoli vo cabulo apud scriptores rei rusticę frequentissimo sur culi vitium vtrinq; capitulati, & ob id maleoli nū cupati, perinde ac malei effigiē repsentantes. li. 3. ca. 21.

Malignis lignis) A malo arbore pomifera malignū lignū dici arbitror: Plinius melinū vnguentum cele brat ex eo dictū q̄ ex malis cotoneis fit. Nam μῆλον græce malum appellatur. lib. 7. cap. 8.

Marathiten) Lego marathriten, hoc est vinū ex fe niculo cōcinnatū, q̄d græci marathrō vocāt. li. 12. c. 35.

Maritabis) Dicūtur decētissima trāslatione arbores maritari, quādo illis vitis copulatur. Plinius cōsimili ter: Alternis, inquit, seruantur brachia alternis putā tur annis, sexto anno maritantur. Oratius quoq; di xit in Epodo: Altas maritat populos. li. de arb. ca. 16.

Materiam submittito) Id est pampinū educato pro ducitoq; ad incremētū, vt mox fructū ferat. Frequēs verbū apud Columellā in hoc significatu sicut & ma teria p virga siue palmite vitigineo. In sexto ait idē. Materiā vocamus palmitē: ea & fructum & noua fla gella bene procreat. Alias materię appellatione signi ficatur omne lignum accōmodatum ad ędificādum. Ideoq; scribit Vlpianus, Si cui legata ligna sint, ei ar bores materię causa succisas nō deberi. &, vt auctorē Paulus, Perticę & pali in nūero materię redigendi sunt: & ideo lignorum appellatione non contine bunut. Hinc materiarius vocabulo Plautino di ctus faber tignarius: & fabrica materiaria Plinio nun cupatur fabrica tignaria quā Dędalus inuenit. Apud Victruuiū verba sunt materiari & materiatio. Apd M. Tullium ędes male materiatę, id est tignis trabi busq; male fultę maleq; adminiculatę: & ob hoc vi tium facientes. lib. de arb. cap. 5.

Matrices) Quæ fiunt matres & progenerant: vulgo matricē vocant genitalia foeminæ qua foetus ipse cō cipitur continetur q;. Eruditiores matricē ponūt pro ea quę foecunda est & mater fit & parit. Infra loquens de gallinis inquit, Sint matrices robusti corporis. Et est hæc dictio in hac significatione prope in vsu Columellę. Suetonius arborē appellauit matricē ex qua planta tantū foret. Videor si memoria non labat legisse apud Plinium vno tantū in loco matricē po ni pro locis genitalib⁹ secūdū vulgarem significatū. lib. 7. cap. 3.

Mediastinus) Significat seruum ministerio rustico priuatim attributū, quod sane erat laboriosum. Sed q̄d in agricolatione fit id officium mediastini nō sa tis liquet, nisi accipias pro eo qui balnea curat & do mū. Quidam etymon mediastini deducunt a medio astu. i. ciuitate quasi in media ciuitate versetur & me dię vrbis incola sit, quæ significatio plane conuenit cum illo Horatiano carmine, Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Quidam mediastinū a medio stā do vocari memorant, non pauci mediastinos tradūt dici vilissima quęq; mācipia, qui abiectissima quęq; officia tam in agro q̄ in vrbe inter seruos peragunt, vt omnibus pareant nullius imperium detrectātes, quasi in medio ac propatulo ad oīm domesticorum iussa pręsto sint. De mediastinis Nonius, Porphirio, Priscianus. Ego re solerter curioseq; perpensa, video apud Columellā mediastinos pprie intelligi eos ope rarios qui in studio agricolationis versantur: quales sunt occatores, sarritores, runcatores, messores: hoc si gnat ipse Columella scribens in secundo, posse duceri torum agrū iugerū subigi duobus iugis boū, totidēq; bubulcis, & sex mediastinis. Nam pręter bubulcos me diastini sex q̄ alij intelligi possunt: q̄ hi q̄ reliqua ope ra pręter arationē in agricolatione conficiunt: vt est sarrire, runcare, occare, metere, & cætera hoc genus. sunt aūt quasi hi in medio aratorum & vinitorū con sistentes. lib. 1. cap. 9.

Viridem medicā) Nomen est hęrbe pabularis de qua Virgilius: tunc te quoq; medica putres Accipiunt sulci. Columella in secūdo inter genera pabulorū, exi miā scribit esse herbam medicā, q̄ semel seratur dec annis omnibus. lib. 7. cap. 4.

Melicū) M. Varro. Ad hanc rē electis maximis gal linis, nec cōtinuo his quas medicas appellant falso, q̄

antiq vt thetin thelin dicebāt, sic medicā melicā vocabant. hę primo dicebantur: quia ex media propter magnitudinem erant allatę quęq; ex his generatæ postea propter similitudinem. lib. 8. cap. 2.

Mellificijs) Melli cōficiēdo operiq; mellifico. li. 9. c. 13.

Melissones) Gręci μελίσσας vocant apes: vnde melissones dicuntur apiaria: quę mellaria quoq; nominitant, loca videlicet in quibus siti sint aluei apū. Loca quibus pascūtur anseres, Gręca voce nūcupāt chenotrophia: Nam χὴν dicitur anser. Leporia dicuntur loca quibus videlicet lepores inclusi pascūtur: q̃q̃ M. Varro leporaria intelligi velit oīa septa ędificia villę quę habēt inclusa oīs generis aīalia quę pascūtur. In leporario (inquit) apri fuerunt multi. Scipio, qui purissime locutus est, roboraria appellat viuaria ferarū a roboreis tabulis quibus sępiri solēt. lib. 8. cap. 1.

Melimelis) Nomen est liquoris, cōposito vocabulo ex malis, hoc est cydonijs & melle. lib. 12. ca. 45.

Menstruus fiat) Id est, ne id mense vno impēdatur absumaturq; qd̄ p totū annū sufficere debet. li. 12. c. 1.

Mentigo) Videtur in agnis & hœdis mētigo id ferme malum esse qd̄ in hoībus mentagram appellant. Vtriusq; vocabuli etymon a mento est, quoniam ab ea parte fere oriebatur fedisq; vlcerib⁹ mentum, os, labra obsidebat. lib. 7. cap. 5.

Multi mergis) Videntur mergi esse ferramēta idonea metendis frugibus, quę a Plinio mergites appellantur sic scribente: Stipulę alibi medię falce præciduntur, atq; inter duos mergites spica distringitur. Notū est illud Maronianū: Aut fœtu pecorū aut cerealis mergite culmi. Exponūt grāmatici mergites dici manipulos spicarū quo intellectu an hic & apud Pliniū mergi mergitesq; accipi possint, ęstiment eruditi: alias mergus dicitur in vinea vbi supra terram vitis curuatur iuxta suū adminiculum, a mergendo videlicet nominatus. de quo Palladius hęc. Mergum dicimus, quoties velut arcus supra terram relinquit, alia parte vitis infossa. Mergi post bienniū reciduntur in ea parte quę supra est, & in loco iustas vites relinquunt. lib. 2. cap. 21.

Mergis propagare) Mergus genus est propagatiōis vbi scilicet vitis iuxta suū adminiculū curuatur atq; pducitur ad vacantem palum a mergendo dictus. Instar enim arc⁹ curuatura fit in mergo & ex arcu euocatur materia, quę ptinus applicata suo pedamento ad iugum trahitur. Vitis celerrime prouenit ppagata mergis qui Columellę maxime probant. li. 4. ca. 2.

Simile miliario) Miliariū nomē est vasis: quo, vt ostendit Cato vtebantur in trapeto. Palladius docet altum & angustum formari solitum, qui hoc idē memorans qd̄ Columella, sic refert: Vas ęneū miliario simile, id est altum & angustum vespere intus cū lucerna collocemus & in fundo eius ponamus lumē accessum: illuc papiliones cōuenient, & circa lumen volitabunt & angustia vasculi ab igne pximo in terra cogentur. lib. 9. cap. 14.

Patiere minime) Ad minus, vt vulgo dicitur, eloquutionis genus Columellę peculiare. Plinius in eo significatu dicit minimū. lib. de arb. cap. 16.

Mars & fœmina aratro) Mos fuit Priscorū in condendis vrbibus vt conditores taurū & vaccam simul iūgerent, cincti ritu Gabino, tenētes stiuā incuruam, vt glebę omnes intrinsecus euaderent, & ita sulco ducto loca murorum designabant. Aratrum suspēdentes circa loca portarū. Ex hac antiquo᷑ cōsuetudine tractū est illud Virgilianū. Interea Æneas vrbē designauit aratro. Hinc Ouidi⁹ quoq; scribit in Fast. Inde pmēs stiuā signauit mœnia sulco, Alba iugum niueo cū boue vacca tulit. Videt̄ aūt Colu. mutuat⁹ esse hæc ex M. Varrone ita scribēte: & ęs antiquissimum est, q cōflatū, pecore est notatū: & q vrbs cum condita est, tauro & vacca qui essent muri & portę definitum Col. in præfatione. lib. 6.

Molitæ) Mola contusæ: media correpta pronunciat̄ molitum. lib. 6. cap. 9.

Muridas & exesas) Quodā quasi mucore obductas corrosasq;. Muror peculiare vitium est vini. Lex vendendo vino est, vt neq; muceat neq; aceat. Propriū est (vt Plinij verbis vtar) inter reliquos liquores vino mucescere aut in acetum verti. Satyricus poeta dixit mucida frusta farinæ: intelligi volēs panē cibarium pdurum ac mucore situq; inamabili obductum. Plinius ait gracilescere vitem ac emucidā exire totā in fœtum nisi recidatur. lib. de arb. cap. 6.

Mundū muliebrem) Appellatione mundi muliebris significatur ornatus, quo matronę fiunt mūdiores elegantioresq;. Iurisconsultus autumat eo contineri specula, matulas, vnguēta, vasa vnguētaria, & si qua similia dici possunt: sęparatq; mundū ab ornatu tanq̄ mulier possit esse mūda, nec tamē ornata. Verū oratores & historici luculēti, quorum auctoritas apud me in elegantia latinitatis pro ratione est, mundum muliebrē accipiunt p ornatu matronali cultuq; & eo quidē pciosissimo, vtputa auri, purpuræ, & gēmarum. Ero interim contentus vno exemplo quod suppetit. Liuius. Mundicię, ornatus, & cultus, hęc fœminarū insignia sunt, his gaudent & gloriantur. Hunc mundū muliebrē appellauerūt maiores nostri: quid aliud in luctu q̄ purpurā atq; aurū deponūt? quid aliud cū eluxerūt, sumūt? Lucilius satyrographus mundum muliebrem non masculino genere, sed neutro appellauit his versibus, Legauit quidam vxori mundum omne penuq;, quod mundū atq; penū. Nam quis diiudicet istud? lib. 12. cap. 3.

Muria dura) Muriā durā sic faciūt: Doliū oris patētissimi aqua cęlesti replent siue fontana: tum indunt sportam iunceā plenā sale candido, qui q̄diu liquescet signum erit nōdum esse muriā maturam: itaq; subinde alius sal tādiu ingeretur, donec in sporta pmaneat integer nec minuatur: quod cū animaduerteris, tunc scias muriā habere maturitatem suam. Est aliud murię maturę experimētum: Nam vbi dulcem caseum dimiseris in eā, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam: si innatabit, maturam. In alio significatu muria nomen est exquisiti liquoris, qui ex thymo fit pręstantissimus. Antipolis muria laudatur. Hinc illud epigrāmatistę Antipolitani fateor sum filia Thynni. Muriatica Plautino vocabulo dicuntur salsamenta. lib. 6. cap. 29.

Murinus) A mure color murinus dici videtur. Alij a murra deducūt quē Palladius murcum vocat atq; inter colores equinos maxime probari: vulgo murellum vocitant. lib. 6. cap. 36.

Muscātur) Musco herba inuoluūtur cōteguntur q;, vt quodam seu tegumento vestitæ aduersus frigora muniātur: & ne sole findantur. lib. 11. cap. 2.

Mutuli) Sunt mutuli in ędificijs quædam proiecturæ pminētes in parietibus, de quibus ait Vitruui⁹ in

quarto scribés, E cantheriorũ proiecturis mutulorũ sub coronis rationem inuentam esse ita fere in operibus lapideis & marmoreis mutuli inclinatis sculpturis deformantur. ait M. Varro mutulos præbere sedilia auibus. Idem refert mutulos in pariete ꝓ columbarijs esse ponendos. lib. 8. cap. 9.

N

Napinę rapinę) Id est sationes naporum raporũq;. M. Cato, Rapinã & coles rapicij vnde fiẽt & raphanũ in loco stercorato bene, aut in loco crasso serito. Annotandũ dici rapiciũ a Catone prout vulgo vernacula dictione vsurpatur. Rapina in hoc significatu media correpta ꝓnũciatur. lib. 11. cap. 2.

Nauus) Qui sit nauus, cognosces ex cõtrario, qđ est ignauus. M. Tullius in Oratore. Noti erant & naui & nari quibus cũ in pręponi oporteret dulcius visum est ignoti ignaui & ignari dicere q̃ vt veritas postulabat. lib. 7. cap. 9.

Picis nemeturicę) A loco nomen accipit, vt nemeturica diceretur. lib. 12. cap. 21.

Nepa) Nepam dicunt esse scorpiũ, q̃uis quidã Cancrũ dici existiment. M. Tulli⁹ pectusq; nepai. li. 11. c. 2.

Nepotum fructu) Palmites in vitibus nepotes nominãtur, translatione facta ab hominib⁹ hominũq; sobole. Infra quoq; inquit nepotes natos discerpem⁹. lib. 3. cap. 6.

Nesotrophij) Nesotrophiũ noie Gręcanico dicit̃ locus in quo anates aluntur. Gręci enim νεσαν vocãt anatem, & τροφὴν alimentum. Scribit Plutarch⁹ Catonem cẽsoriũ aluisse domesticos ægrotos carnibus nesarũ & phassarũ expone anatũ & palũborũ. Græcé φασσα dicitur palumbus.

Sine nitro) Qui vult brassicã viridẽ efficere in coctura, adhibeat nitrũ: cuius natura nõ multũ distat a sale. Hinc exijt illud epigrãmatistæ: Ne tibi pallentes moueant fastidia caules Nitrata viridis brassica fiat aqua. Pli. In coquenda brassica nitrũ viriditatẽ custodit. Apitius quoq; inquit: Vt omne olus smaragdinũ fiat, cũ nitro coquatur: olus aũt smaragdinũ pro virẽti positum est, a virore smaragdi qua gemma nihil est viridius. lib. 11. cap. 3.

Nomẽculationis) Nomẽculaturę nominationisq;. vocat eñ eleganter aucupiũ nomẽculationis diligentiã illã immodicã atq; supuacaneã percẽsendi nominatim vocabula omniũ vitiũ, quarũ infinitus est numerus infiniteq; appellationes. de seruo nomẽculatore scripsim⁹ affatim in Tranqlli cõmẽtarijs. li. 3. ca. 1.

Optima nomina) Id est debitores. Liuius noia impeditiora vocat, malos debitores. Apud iurisçõsultos locutio vsitatissima est, vt nomina ꝓ debitis & debitoribus vsurpentur. Hinc illud Sceuolæ. Filio meo nomina ex calendario quæ elegerit filius meus sibi XX. dare damnati sunto. siue dolo malo, & cũ omnis ꝑpe substantia calendarij. XX. nominibus continere tur, quęsitũ est, an huic filio eorũ nominũ electio sit ꝑmittenda. In topicis argumenta ducũtur ex ea pecunia quę in noibus debeatur. Apud Satyricũ poetã nomen hoc intellectu accipiendum est in eo versu, Cum venit ad dubiũ grandi cũ codice nomẽ. Vbi codex significatur liber siue calendariũ, in quo ratio accepti expensiq; perscribitur, de quo sic inquit M. Tullius. Nõ refert parua nomina in codice, id est, paruas summas debitę pecunię. nõ scribit in codice accepti & expensi, in quo nomina, id est debitores digerere & diligenter ꝑscribere negociatores mensarijq; consueuerunt. Illud Senecę sat notum. nũq̃ magis nomina facio q̃ cum dono. Quo sentẽtialiter ostẽdit debitores veros parari liberalitate oportere. lib. 1. cap. 7.

Nomophylacas) Vocabulũ Gręcũ siue græcanicum est: qđ significat legũ custodes. Tradũt Gręci scriptores nomophylacas fuisse apud Atheniẽses magistratum quendam qui cogebat primores vti legib⁹. Differunt a nomothetis nomophylaces, quoniã hi custodes sunt legũ, illi cõditores. M. Tullius in libro de legibus sic refert: Græci hoc diligẽtius, apud quos nomophylaces creantur: nec hi solum literas (nã id quidem etiam apud maiores nostros erat) sed etiã facta hominũ obseruabant, ad legesq; reuocabãt. li. 12. ca. 3.

Vini nota) Est vinũ primę notę, qđ est generosissimũ: & secundæ & tertiæ notæ, id est secundi & tertij loci: atq; ita gradatim prout bonitate præstat, dicitur quęcũq; vini nota, ꝓ vinum quodcũq; tam nobile q̃ ignobilẽ. Oratius Chio nota si cõmixta falerni est. lib. 12. cap. 19.

Noxæ dedimus velut carnifici) Verbũ ẽst iurisconsultorũ, qđ significat tradere seruũ nocẽtẽ ob noxam, id est delictum actori iniuriarũ: Nam quando seruus deliquerat, licebat dño deditione ipsius corporis ꝙ dẽliquisset, euitare litis ęstimationẽ. Detracta noxæ deditione, dabatur noxalis actio in dominũ: qui si decessisset, heres eius nõ tenebatur, vt docet Vlpianus titulo de noxalibus actionibus. Igitur nũc quadã decẽti similitudine cõqueritur Columella rẽ rusticã dedi ac tradi pessimis seruis velut carnificibus tanq̃ nocentem, ac pessime tractandam, sicut seruus qui deliquerat a dño dedebatur illi cui nocuerat: & ꝑ eam noxæ deditionẽ transferebatur dominiũ in actorem. Deditã aũt noxæ mãcipia a nouo domino male mulctari tractariq; solebãt. Hinc obnoxius obligat⁹ poenæ dictus ob noxã. i. delictum. Col. in præfatione. lib. 1.

Nubilariũ applicari) Rusticũ ædificium est nubilariũ, a nubilo aẽre dictũ, sub qđ totam messem fundi & semitrita frumẽta cõferre rustici cõsueuerũt, si repentinus imber ꝑ triturã interuenerit. Id autẽ nubilariũ iuxta areã est faciendũ: dicit̃ & nubilar. lib. 1. cap. 6.

Numellis) Numellę quarũ mẽtio fit a Plauto, sunt vincula quibus quadrupedes in pascuis deligantur: vnde & nomẽ impositũ est, siquidẽ gręca voce νομαὶ dicũtur pascua, vnde & Apollo Nomius creditur esse cognominatus. lib. 7. cap. 8.

Numidicã dicunt) Dissentit a Varrone scribẽte gallinas Africanas a Græcis appellari Meleagrides: tãq̃ res vna sit, nõmina tria: vt Africanę, Numidicę, Meleagrides ꝓ vno eodemq; auitio habeantur. Sunt autem gallinę gibbosæ varijs plumis sparsæ: quæ ob id a Martiale dicuntur guttatæ numidicæ. Ab Oratio Afra auis. de his intelligi voluit Papini⁹ in syluulis: Quas vdo Numidę legũt sub austro. lib. 8. ca. 2.

O

Obescant) Esca pascunt ac saginant ab esca ductũ verbũ obescare sicut & inescare. lib. 8. cap. 7.

Opus ob bit) peraget. adibit. lib. 4. cap. 24.

Obligat) Alligat, obligare vulnus est alligare fasceisq; vinciri. lib. 11. cap. 2.

Obsidia) obsidionẽ & insidias. lib. 9. cap. 7.

Obsoletior) Squalidior, decoloratiorq;. lib. 2. cap 11.

Obstetricum) Obstetrices dicuntur quę presto sunt foeminæ parturienti, dictæ ex eo ꝙ opem ferant vel

vt interpretatur diuus Ambrosius q; obsistat ne fœtus recens editus in terram defluat. Plinius & Aristoteles frequenter testimonia citant obstetricū, tanq̄ in rebus talibus peritissimarū. nāq; diutino vsu, qui magister est optimus, exercitatissimę nō parū multa melius nouere q̄ medici. lib.7.cap.3.

Cum obstipę sues) Obstipū vocabulo antiquo dicūt obliquū. Solēt hyppocritę tristes & adumbrati philosophi incedere ceruice obstipa & capite obliquato. Hīc exijt illud Persianū: Obstipo capite & figentes lumine terram. Oratius, Stes capite obstipo multū similis metuenti. Scribit Suetonius Tiberium fuisse ceruice rigida & obstipa. Plinius noster memorans & ipse signa ęgrotātis suilli pecoris, qđ a Columella dicitur obstipū, dixit obliquū: sic enim inquit, Index suis inualidę cruor in radice setę dorso euulsæ, caput obliquū in incessu. lib.7.cap.10.

Inoccatum) Occatione facta satum. Occare autem hoc est glebas cōminuere satores solēt & quasi occidere, vnde & nomē. Quidam ab occęcādo occationis vocabulum dictū esse autumāt. Occator noiatur is operarius qui facit occationē. Iocus Plautinus hinc innotuit. Occatorē dicere debebas prius: Nā semp occāt priusq̄ sarriunt rustici. lib.2.cap.8.

Occidit mane) Occasum matutinum intelligit. De quo Plini⁹ scitissime scribit. cum vero ait, Exoritur mane, signat ortū matutinum. lib.11.cap.2.

Tam ocij q̄ negocij) M. Tullius in oratione p Plantio sic scribit. Etenim M. Catonis illud qđ in principio scripsit originū suarū semp magnificū & præclarū putaui. Clarorū virorum atq; magnoꝝ non min⁹ ocij q̄ negocij rationem extare oportere. Econtrario dicere solebat Galba neminē rationem ocij sui reddere cogi. lib.2.cap.22.

Oculi domini) Maiores fertilissimū in agro oculū domini esse dixerant: &, vt author est Aristoteles in Oeconomicoꝝ primo, Persa interrogatus quid equū maxime saginaret, oculus domini respondit. Itē Libycus qđ stercus agro foret vtilissimū, dn̄i inquit vestigiū. Huc ptinet scitū illud Catonis, Frōs occipitio prior est, quo eleganter significatur frōtē, hoc est præsentiā domini & aduentum plus pdesse fundo q̄ occipitiū, id est absentiā atq; discessum. Alibi tradit Columella oculos & vestigia domini res esse in agro saluberrimas. lib.3.cap.21.

In Oeconomico) M. Tullius secūdo de officijs sic refert, Has cōmodissime Xenophon Socraticus psecutus est in eo libro qui Oeconomicus inscribit, quem nos ista fere ætate cū essem⁹ qua es tu nūc e Greco in Latinum cōuertimus. lib.11.cap.1.

Offa) Massula & frustum. lib.12.cap.38.

Oleastellum) Ab oleastro forma diminutionis deducitur oleastellū, tanq̄ olea hoc etiā noie dicta sit, quia sīlis est baccę oleastri, hoc est oliuę siluestris. li.12.c.48.

Oliuitas) Oliuitatē grāmatici esse dicunt fructum oleę. Verū vt ego sentio, non tam fructū oliuę significat hęc dictio q̄ tempestiuitatem, tēpusq; oliuę legēdę: ipsamq; collectionē tempestiuā, & vt ita dicā vindemiā olei. Hoc docet ipse Columella qui paulo mox inquit, media est oliuitas, plerūq; initium mensis septembris. lib.12.cap.46.

Vuę ollares) Scriptores vuas ollares vocant quæ in ollis fictilibus conditę perēnant, sunt durabiles. Plinius tradit venuculā vuā ollis aptissimā. Hinc illud Horatianū: Venucula cōuenit ollis. De ollaribus vuis ait Papinius in hendecasyllabo. Ollares rogo nō licebat vuas. Quidam creta figulina vuas illinūt, siccatasq; sole suspendūt in vsu diluentes cretam. Liguria vuas sole siccatas iunceis fasceis inuoluūt, Gręci platani folijs inuoluūt, aut ipsius vitis aut fici. Ollares vuę hoc est in ollis seruatę os stomachūq; & auiditatē excitant: paulo tamē grauiores existimantur fieri vinacioꝝ halitu. Galenus eas celebrat, putatq; saluberrimas. Docet hoc in loco Columella queadmodū ollę fictiles parandę sint quibus vuæ conditę seruentur. lib.12.cap.43.

Velut olympionicarū equarū) Equę dicūtur olympionicę quę in olympico certamine victrices sunt, sicut olympionicas vocant victores athletas in olympijs ludis. M. Tullius, Cū Rhodius Diagoras olympionices nobilis vno die duos suos filios victores olympię vidisset. Apud Gręcos esse olympionicem iudicatur ppe maius & gloriosius q̄ Romæ triumphasse. lib.3.cap 9.

Itemq; onagro) Asinus syluestris dicit onager, cui⁹ pullos vocāt lalisiones. Epigrāmatista. Dum tener est onager solaq; lalisio matre Pascitur, hoc infans & breue nomē habet. Tradit Plinius mulū ex onagro & asina genitū oēs antecellere. M. Varro, Asinorū gn̄a duo, vnū ferū quos vocāt onagros. lib.6.ca.36.

ὀρνιθοτροφία Greci ὄρνιθα gallinā vocāt & alitem, τροφὴν alimentū: vnde ornithotrophia loca nominamus quibus gallinę inclusæ saginantur. Dicūtur & ornithones gn̄ali vocabulo: sunt auium receptacula. auiaria inferius lata dictione nominanť gallinaria. lib.8.cap.2.

Opacentur) obumbrentur. lib.5.cap.3.

Operculati) Operculis tecti. lib.11.cap.2.

Ophiuchos) In cœlo supra Scorpionē cōstitutum est sidus ita figuratum vt manib⁹ anguem medium teneat: vnde a nostris dicitur anguifer & anguitenēs a Græcis ophiuchos qui dicunt ὄφιν serpentem καὶ ἔχω teneo. Quidam appellant ophiulcū ab eo quod est ἕλκω traho. Celebratior est prior lectio. Apud Higinū fabulosa narratio est qs fuerit hic anguitenēs. Habet in capite stellam vnā, in vtroq; humero singulas. In sinistra manu tres, in dextra quatuor. Tot⁹ cōstat ex stellis numero viginti tribus. lib.11.cap.2.

Orbiculata) De his mentio fit a Cælio scribente: Malis orbiculatis esse pasti videntur. Plinius author est orbiculata dici ex figura orbis in rotunditatē circunacti. lib.12.cap.45.

In orcas) Vasa sunt fictilia quibus penora cōdūtur. Persius, Menaq; q; prima nodū defecerit orca. Apud eundem accipitur pro vasculo aleatorio scribentem, angusto collo non fallier orcę. Apud Plinium orca est belua marina formidandę vastitatis & formę. De orcis ficarijs. i. quibus fici conduntur, sic inquit Plin. in.15. At vbi ficorum copia abundat, implētur orcę, in Asia cadi. lib.12.cap.15.

Opimant) Pinguefaciunt & saginant. lib.8.ca.9.

Orchos) Legendum orchis, species oliuę est & nomen orchis siue orchites. Virgilius tria oliuarum genera dixit illo versu: Orchites & radij & amara posia bacca. In codicibus mēdosis legitur orchades. Autumant grāmatici orchites dici a forma testium q gręci nominātur ὄρχεις. vnde & buteonē, qđ gen⁹ est accipitris, triorchen vocant: quia scilicet tres numero

testes habet.lib 5.cap.5.

Organũ) Docet Vitruuius noĩe organi machinas significari multifarias in architectura.lib.3.cap.13.

Origũ) Ex gñe caprarũ sunt origes a quibusdã soli dicti cõtrario pilo vestiti & ad caput verso. Iuuenalis Et getulus orix. Item Epigrãmatista Seuus orix cõstat quid mihi morte canũ. Scribit Plinius origẽ esse vnicornẽ & bisulcũ: Idẽ tradit in Africa generari origẽ ppetuo sitientẽ ex natura loci potu carentẽ, cum mirabiliter efficax sit ad remedia sitientiũ. Nãq; getuli latrones eo durãt auxilio, repertis in corpore eorũ saluberrimi liquoris haustu vesicis.lib.9.cap.1.

Ornithię) Fauoniũ ventũ quidã Chelidoniã vocãt ab hirũdinis visu quę Græce dicit χελιδὼν. Tũc eñ incipit flare cũ hirũdines aduentãt p ver. Nõnulli appellãt ornithiam ab aduentu auiũ quę Gręco vocabulo ornithes nominãtur. Flant aũt venti ornithię vt docet Plinius vno & septuagesimo die post brumã. Aristoteles quoq; in secũdo meteoroʀ tradit ornithias flare post brumã, esse etesias debiles. De etesijs alibi plura.lib.11.cap.2.

Ornithones) Septa in quib⁹ aues pascunt, ornithones appellant gręca dictione: siquidẽ ὄρνις dicit auis & gallina. Boetius cõposuit ornithogonia, id est, de auiũ generatione. Lege Varronẽ & Gelliũ, qui te docebunt qd sint ornithones. idẽ M. Varro ornithoboscio nominat gallinaria, hoc est loca qbus gallinę inclusæ pascuntur.lib.8.cap.1.

Orthocissos) Gręco vocabulo orthocissos dicit recta hedera, q̃ p se rigens stat sine adminiculo.li.11.c.2.

Oscilla lupinorũ) Quę hic oscilla lupinoʀ dicũtur a Columella, ea Plini⁹ noster vocat vmbilicos cuius verba subscripsi: quę sunt hæc cũ verbis Columellæ cõgruentia: Cõdi lupinos in fumo maxime cõuenit, qm̃ in humido vermiculi vmbilicũ eius in sterilitatẽ castrãt. Videtur aũt dici oscilla, quasi parua ora tertio gradu diminutionis: vnde & oscilla Virgiliana cõmode deduci possent, q̃uis grãmatici aliter enarrẽt, quibus nõ assentior. Quidã malũt legere oscilla lupinorũ, quasi ossa minutula, vocabulo ab osse, nõ ab ore, deflexo: verũ agricolę sup hoc cõsulendi. Mos fuit priscorum, vt oscilla fictilia, id est, imagunculę & sigilla venderentur quę hoĩes p se & p suis capitibus in sacellũ Ditis offerẽt in festiuitate sigillarioʀ.li.2.ca.10.

Oues vestire) Hic pellitę oues dictę: quale erat pec⁹ Tarentinũ, de quib⁹ supra diximus.lib.2.ca.12.

Oxygalã) Docet Pli. oxygalam appellari butyrum qd i summo fluit & supnatat: cuiq; exẽpto sal & oxygala, alio modo videlicet recẽs lac cũ acido lacte miscetur acescitq;, qd & vtilissimũ stomacho. Græce dicitur ὄξος acetũ καὶ τὸ γάλα lac: inde copulatis dictionibus fit oxygala. Galen⁹ meminit casei quẽ oxygalacticũ appellat. Nũc noster Columella plurimis condimentis docet oxygalam fieri.lib.12.ca.8.

Oxymelli) Fit vinũ ex aceto & melle qd oxymel vocauerũt voce gręcanica. Nã ὄξος dicitur græcis acetũ & μέλι mel. Fit aũt oxymel hoc modo: Mellis decẽ librę cũ aceti heminis quinq;: hęc decies subferuefaciũt atq; ita sinũt inueterare. Themison summus auctor damnauit oxymel & hydromel. Est aũt hydromel vinũ ex aqua & melle cõfectũ vñ & nomẽ. Celebrant auctores ex omphacomel, qd fit ex vuę semiacerbę succo & melle fortiter trito vñ & nomẽ. Græce eñ ὄμφαξ dicit vua acerba & ὄμφακας vocãt vuas & fruct⁹ immaturos. Hinc omphaciũ oleũ dictũ, qd ex oliuis acerbis quas drypas vocant, fit: & omphaciũ ex vua, quod vulgo agreste nomintant.lib.12.cap.55.

Oxyporũ) Cõdimẽta quibus inest acetũ, queq; aceto diluũtur, generali vocabulo vocant oxypora. Græce eñ acetũ dicit τὸ ὄξος. Ex eodẽ gñe est oxybaphõ, quasi dicat, intinctus aceti: q̃q̃ oxybaphon vas quoq; sit acetũ cõtinẽs, vt docet Suidas. Oxybaphi meminerũt Aristophanes & Pollux. Plin. in.20. differens de fœniculo sic scribit: Idipsum cõdimẽtis ppe oĩbus inserit, oxyporis etiã aptissime. Ex eodẽ quoq; gñe est oxygarũ, sic eñ vocant liquamen gari cũ aceti mixtura cõditũ. Plin. in.31. docet liquoris exquisiti genus esse qd garon vocauere: qd olim cõficiebat ex pisce quẽ gręci garon vocabant vnde & nomẽ. Postea ex scombro pisce laudatissimũ factũ est: appellabantq; garũ sociorũ. De oxygaro ait Epigrãmatista. inter lactucas oxygarumq; liber.lib.12.cap.56.

P

Ex vetere palma) Nomine palmę vitẽ significari supra annotauimus.lib.3.cap.17.

Vitis paletur) Palis adminiculetur, & pedamentis fulciatur.lib.11.cap.2.

Paleę) Membranas illas intellige quę sub guttute gallorũ sunt pendulę tanq̃ quędam palearia. M. Varro Palea rubra subalbicanti.lib.8.cap.2.

Palmipedalis deponi) Dicitur malleolus palmipedalis qui habet lõgitudinẽ pedis & palmi. Palmũ aũt cõstare digitis quaternis docet Vitruui⁹. pes cõstat ex palmis quatuor, hoc est digitis sexdecim. Cubitus ex sex palmis.i. digitis.95.lib.3.cap.19.

Palmas relinquito) Vitis vt docet M. Varro. dicta parilema est a pariendo, deinde immutatis literis palma.lib.de arb.cap.10.

Pampinare) Vineã pampinare & pãpinos supuacuos detrahere. Arbusta pãpinari nõ est moris. Nam, vt inquit elegãter Plinius noster, Plurimę arbores amputari sibi volunt onerosa & supuacua: sicut nos vnguem & capillum. In pampinatione non hos oportet pampinos detrahere qui cum vua sint.lib.13.c.10. hinc pampinator.lib.4.cap.17.

Pampinarius palmes) Duo gña palmitũ. qd e duro exit materiãq; in pximũ annũ pmittit, pãpinarium vocat: alterum, fructuarium.lib.4.ca.24.

Nec pandant) Curuent. pãdere & pãdare videt vsurpatum in eadẽ significatione p curuari. Vñ pandationes dictę curuationes. Plinius. Facile pãditur iuglãs. Vitruuius in.2. Vlmus & fraxin⁹ nõ habẽt rigorem, & celeriter pandant. Idem in.7. Cum solidus erit contignationibus arescentibus, aut pandatione sidentibus.lib.4 cap.17.

Panxeris) Plantaueris: a pango.li.11.cap.2.

Cum rationibus paria facere) Id est, ratio accepti expensiq; bene cõueniat, vt quantũ pecunię acceperit a domino, tantũ reddat, eloquutionis genus perq̃ familiare eruditioribus.lib.1.cap.8.

Parilibus) Parilia appellant diẽ vigesimũ primum mẽsis Aprilis quo Roma cõdita est: quę & palilia nominãtur a Pale dea pastorũ. Solinus autumat parilia dici quasi a partu Ilię videlicet Romulo & Remo cõditoribus vrbis Romæ. Festus Pompeius sic scribit: Parilibus Romulus vrbẽ condidit quẽ diem festũ pcipue habebant minores. Plinius tradit sidus sucul
larum vulgo appellatũ esse palilicium, qm̃ exoriũtur

vndecimo Calend.Maij quo vrbis Romę natalis est. Probus grāmaticus docet parilia dici p literam trāspositam,quę si suo loco poneretur, palilia diceretur. lib.7.cap.3.

Et parta) Noue positum pro fœta & ea quæ peperit.lib.7.cap.4.

Pastinationis officiū) Pastinare in cultura vinearū verbū frequēs ꝑ eo qđ est fodere & repastinare, refodere Pastinatus Plinio est nomē quarti ordinis ꝑ pastinatione:dicitur aūt a pastino,qđ ferramentum est bifurcum quo semina panguntur. Pastinator ipse fossor nūcupatur.lib.3.cap.11.

Pauicula)Instrumentū est a pauiendo dictū. Est.n. pauire ferire,ꝑcutere,solidare,vnde pauimenta nomē acceperūt.Cato Porti⁹, Cōminuito terram pauicula aut cylindro coęquato.lib.11.cap.3.

Pauseam)Genus est oliuę quę & posca nominaẜ: cuius meminit Maro illo versu : Orchites & radij & amara pausea bacca.lib.12.cap.46.

Pecuarius)Custos pecoris, quē & pastoralem vocāt. lib.7.cap.12.

Vnū hoc diuitiarū genus) In decretis canonicis ex diui Augustini auctoritate sic scriptum legim⁹ quicquid antiqui habebant, in pecoribus habebāt,vñ pecunia quoq; appellata est. Subscribit huic opinioni Ouidius illo versu:Hinc etiā locuples hinc ipsa pecunia dicta est.Plin.vero autumat pecuniā a nota pecudū esse appellatā,qua primū signatus est nūmus. Donatus Virgilian⁹ cōmētator autumat pecuniā,ideo a pecore dictā, quia antiquitus fiebat ex corio bubulo. Inde apud scriptores numi scortei nominātur ex corio facti.lib.6.in pręfatione.

Pedandę vineę)Id est,pedamentis siue palis muniēdę.Diximus palum,pedamen,pedamētum, statumē, ridicam pro adminiculo atq; fulcimento, quo vitis innixa recta consistit.lib.4.cap.13.

Herba pedicularis) Alia est herba quā pulicarē vocant quę gręce dicitur psyllion.Habet enim semen simile pulici,vnde & nomen.ψύλλος graeca voce pulex dicitur.lib.6.cap.29.

Pediculos)Petioli pedicini pediculi dicunẜ quibus fruct⁹ in arborib⁹cōtinenẜ q̄si parui pedes.li.12.c.44.

Pelamis)Ex thynno nasciẜ cordyla quę a limo pelamys incipit vocari quasi lutaria ac limosa:vbi annuū tēpus excessit,appellatur thynnus.lib.8.cap.17.

Peragere laboris sui pensum)Trāslatio sumpta ab ancillarū ministerio quib⁹ dominę dāt pensa p singulos dies absoluēda,nec anteq̄ absoluanẜ vllū datur laxamentū.M.Varro cōsimiliter.Q̄ n̄ nos nostrū pēsū absoluimus.Et Plautus. Meū pensum lepide accurabo.lib.3.cap.10.

Serū ꝑcolari) Liquorē lactis quodā quasi colatorio eliquari defecariq;.Virg.Pasce sero pingui.lib.7.ca.8.

Peristerones)περιστερὰ dicitur columba:vnde peristereonas vocant columbaria quę & peristerotrophia nominantur:quis proprie columbaria dicantur nidificia colūbarū,quæ singulis paribus fiunt intra peristerotrophion,quæ,vt docet M. Varro debēt esse rotunda in ordine crebra,ita vti singula habeant os quo introire & exire possint.Peristereos vocatur herba caule alto,foliato cacumine, columbis admodum familiaris,vnde & nomen: hanc habentes negant latrari a canibus.lib.8.cap.1.

Nec perlibrata)Id est,nō ad libellam ęquata, nec velut ad normā ęquabiliter complanata.M.Varro cōsimiliter inquit, Campester locus,is est melior qui totus æquabiliter in vnam partem vergens q̄ is qui ad libellam æquus.lib.2.cap.2.

Perosæ)Odio habentes.lib.8.cap.11.

Perticalis salix)Duo sunt genera salicū: sunt viminales ex quibus vimina fiunt & vincula. Sunt pticales ex quibus perticę cędūtur. Viminalis salix est humilior,perticalis sublimior.lib.4.cap.31.

Velut petum)In oculis peti dicūtur modice deprauati. Id qđ cum venustate potius q̄ dehonestamēto. Vnde Ven⁹ oculo peto esse traditur iuxta illud Ouidianum. Minerua flauo numine,Venus peto. Apud Horatiū in sermonibus Stabonē appellat petū pater.Hinc Romæ fuerunt cognomina petorū. Hic petum accipe pro bono & lepido:tanq̄ vocabulum hoc tractum videri possit a verbo gręco πέταμαι quod significat volare.Nam ex volatu auiū signa obseruātur prospera & optabilia.lib.6.in pfatione.

φαγεδαίναι)Phagedenę sunt vlcera quibus Plini⁹ remedia multa ostendit efficacissima.Item phagedęnas vocant homines sine fine esurientes.lib.9.cap.13.

Pyctes)Gallinaceum pugnatorem scite vocāt pycten,quasi pugilem & in pugna athletica certātem. πύκτης græce pugil nominatur.Vnde & pyctale certamen appellatum qđ inter pyctas fit. Dictio quidē græca est,sed nostris quoq; vsitatissima. Firmic⁹ Maternus scribit leporis sidus in horoscopo facere pyctas machęrarios.Heliogabalus, auctore Lampridio, gladiatores ante cōuiuium pugnantes sibi & pyctas frequenter exhibuit.lib.8 cap.2.

Pinsiti allij) Alliū pinsitum intellige id qđ vulgo dicitur pistum & molitum.lib.6.cap.6.

Piperis albi. Tria piperis genera celebrāt scriptores,album,nigrum,longum. Arbores quę gignūt piper iunipero sunt similes siliquę tostę,sole faciunt id quod vocatur piper longum. Hoc tostum solibus fit nigrum & rugosum,quod gratius est.Hinc illud Persianum. Rugosum piper & pallentis grana cymini. Apud Oratium ait Catius Ganeę magister. Ego fecem primus & alec,primus & inueni piper albū. Galenus in simplicibus piper album docet feruētis esse naturæ.lib.12.cap.56.

Pipiant)Vocē emittant : Gallinæ dicuntur pipare sicut oues balare,sues grunire. Pipatio diciẜ clamor plorantis lingua Osca.lib.8.cap.5.

Piscis austrinus)Duo sunt in signifero pisces:alter notius siue austrinus noīatus, quia ad austrū spectat: alter boreus,quia spectat ad polū arcticū & regionem borealem.Coniunctio horum piscium nodus vocatur.lib.11.cap.2.

Pristinale)Lego pistrinale a pistrino.Nam & Plautus pistores vocat scrophipascos tāq̄ scrophas in pistrino pascentes.lib.7.cap.9.

Pollentia) nomen est ciuitatis cisalpinę quæ censetur velleribus fusci coloris.Hinc illud Silij:fuscíq; ferax Pollentia villi.Epigrammatista quoq; celebrat anas pollentinas.lib.7.cap.2.

Thuris polline)Farinā sine flore autumat Plinius pollinem in tritico appellari,qđ in siligine vocant florem. Hinc pollintores dicti confectores pollinis. Hinc pollinaria cribra siue excussoria farinaria. lib.6.cap.29.

Pondo libras) Qđ genus locutionis frequētissimū

est apud scriptores vt pondo ponat p libera: vnde veteres auctore Quintiliano dixere duapondo & trepondo pro duabus & p tribus libris. interdum pōdo pro pondere vsurpat. Liuius. Corona libre pōdo. li.6.ca.6.

Imporcatū occabimus) Sunt porcæ in agris elata terra inter duos sulcos, ab eo dictę, q frumentū porriciant. Nam cum sic aratum est, vt inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccā sedē frumētis prębeat, ea porca est. Rustici easdē liras vocant. Hinc imporcatū semen eleganter dictum p porcas ingestū. apud Pliniū legimus porculeta vocari ab Vmbris & Marsis interualla intermissa ad vicenos pedes inter binas vites arationis gratia. Idē porcellas vocabulo diminutionis appellat. Autumant grāmatici porcas in agris dictas esse q porriciant, id est, phibeāt aquā frumētis nocere, vel q porrigent frumentum. Mensura aūt porcę est in longitudine. c. xxv. pedum in latitudine. xxx. lib. 2. cap. 10.

Porculatoris) Porculator proprie is dicitur, qui curat porcellos lactentes: Porculatio nutricatus porculorum. lib. 7. cap. 9.

Porri caput) Id genus porri intelligit qd vocāt capitatum: ad differentiā eius cui sectiuo nomē est. Cui auctoritatem dedit Nero vocis gratia vescens eo ex oleo omnibus diebus per menses æstatis. Antiq volentes facere capitatum porrum: silice vel tegula subiecta capita dilatabant. lib. 11. cap. 3.

Sicut precia:) De his Virgilius: Purpureę preciæq. Existimat Seruius dici precias quasi pręcoquas ex eo q cito maturescunt & ante alias sole coquuntur. lib. 3. cap. 2.

Pręsidiarij malleoli) Qui quasi in pręsidio relinquūtur vitiumq tutela, quales sunt fructuarij. Est in vite palmes quē quidam custodē, alij resecem, nōnulli pręsidiarium appellant: a Columella alibi subsidiarius quoq nūcupatur. lib. 4. cap. 16.

Primas tribuerunt) Honesta locutio, vt primas tātū absoluteq dicamus p primatū & primū locum, ac primas partes, nec opus est addere partes. Sic pleriq oēs ex veteribus scriptoribus qui pure, mūditer, latine scribere cōsueuerunt. Quintilianus. Secūdas confessione plurimorū Philetas occupauit. M. Tullius loquendi norma & scribēdi lex sic inquit: Huic primas dedisse Demosthenes dicitur cum rogaretur qd in dicēdo esset primū, huic secundas, huic tertias. li. 2. c. 17.

Procyon) Oratius ait in carminibus. Iam procyon furit. Dicitur hoc sidus gręca voce procyon quasi ante canem exoriens: de quo. M. Tullius: Ante canem procyon Graio qui nomine fertur. Hoc sidus, vt autumat Plinius, apud Romanos nō habet nomen nisi velimus intelligi caniculā hoc est minorē canē. exoritur cū Leone vt docet Higinus. lib. 11. cap. 2.

Prodromi) Etesias ventos significat, qui prodromi vocantur, ex eo q pcurrunt antecedūtq ortū caniculę. Ioannes Baptista dictus est pdromos tanq pręcursor domini. lib. 11. cap. 2.

Productissimū) Lōgissimū procerissimūq. li. 3. ca. 10.

Progemmet) Gēmas emittat. lib. 4. cap. 24.

Proluuię) Stercore. Virgil.: fœdissima ventris Proluuies. lib. 8. cap. 5.

Rebus pmercalibus) Promercales res dicunt quę venales inter mercimonia pponuntur. Sicut a Suetonio pmercale aurum dictū, ab Au. Gellio pmercalia, quę venui subijciunt. Deniq quicquid p merce distrahitur, id pmercale dici potest. Alibi ait Columella cō similiter pecuniam neq in pecore neq alijs in rebus promercalibus occupet. lib. 1. cap. 8.

Proritet) Inuitet, incitet, allectet. lib. 7. cap. 2.

Non puinciales, sed Italicus ager) Attendenda est elegantia scriptorū celeberrimorū, qui regiones oēs pręter Italiam puincias appellant, & homines bifariam partiūtur in Italicos & prouinciales. Plinius in epistolis. Italicus es an puincialis. Infra Columella duo genera facit arbustorū, alterum Italicum, alterū prouinciale: quasi dicas, externum & peregrinū. lib. 5. ca. 5.

Pulicosæ) Quā pulices infestant: sic & pedicosus dictus plenus pediculorum. lib. 7. cap. 13.

Pullationem) Pullorum prouentum fœturamq & educationem. lib. 8. cap. 5.

Pullescit) Sobolescit & pullulos fœtusq progignit: interdum vitis luxuria se consumit. lib. 4. ca. 21.

Pullicies) pro pullis & pro prouētu & fœtura pullorum. lib. 8. cap. 11.

Pullula terra) Coloris nigri quem pullum vocāt, Pulligo Plinio est nigritia quædam lanarum Tarentinarum prope peculiaris, declinans in fuluum colorem. lib. 2. cap. 2.

Quem pulmonarium) Pulmone laborantem: in cuius pulmonibus vitium est. Græco vocabulo peripneumonici dicuntur hi quos pulmo male habet, & qui latina voce pulmonarij nominātur. lib. 7. ca. 5.

Pulmonarię) Pulmonis vitio laborātis hoc ē peripneumonicæ put græco vocabulo noiant. li. 7. ca. 10.

Pultarios) Vascula sunt a pulte dicta: apud Cornelium Celsum frequens est mentio vasculi pultarij. lib. 12. cap. 43.

Vberior puluerationibus) Plinij verba sunt huic sententię mire congruentia quæ subscripsi. Transpadanis cineris vsus adeo placet, vt anteponāt fimo iumentorum. sunt qui puluere quoq vuas ali iudicent pubescentesq puluerent, & vitium arborumq radicibus aspergant, qd certum est Narbonensi prouincię, & vindemias certius sic eo coqui, quia plus puluis ibi q sol confert. lib. 4. cap. 28.

In puluinis) Puluinos p trāslationē appellat ptes illas in areolis hortor & vinearū cultura molliores eminētioresq, & quędā quasi dorsa qb pinde ac puluinis molliter semina disponūtur. lib. 11. cap. 3.

Pumiles) In omi gne aialium sunt pumiliones atq etiā inter volucres vt docet Plin. dicimus pumilos & pumiliones. Papinius in syluis. Mirant pumilos ferociores. Sūt aūt pumili siue pumiliones breuis staturę animātes: nā gręca voce vulgo quoq vsitatissima dicitur, Aul. Gel. asserit nanū latinā esse dictionē: Hinc illud, Et me genij nana p salicta bigis rheda rapit citata nauis. lib. 8. cap. 2.

Fuerit pusilosa) Ouis dicit pusilosa quā infestat sacer ignis: quā pusulā vocāt pastores. Vnde a pusula pusilosa deducitur. li. 7. ca. 5.

Q

Quadratas) Quadrata corporis statura dr eruditis quę neq lōga, neq breuis sit, sed in meditullio posita. Vespasianus impator fuisse fert statura quadrata. Quadratū canē pbat infra Columella, melioreq ait esse q longum aut breuem. lib. 7. cap. 2.

Quadrifidas ridicas) Tāta est crassitudo & robur talę vt scindi possit in quatuor partes & qterna pedamēta siue statumina siue adminicula, q & ridicę vocatur. Cōsilit inqt poeta. Quadrifidasq sudes. li. 4. ca. 33.

Sint quala)Vasa sunt viminea in supellectile rustica,quasillum diminutiuo vocabulo appellant vas lanificijs aptũ.qui & calathus dicit̃ in quo pẽsa mulier & trama voluũtur.Orat. Tibi qualũ Cythereæ puer ales.Prisci Thalassionẽ vocauerunt.Apuleius.Qualum panis rumigabam.Pręcipit Cato vt villicus habeat in instrumẽto rustico viginti quala satoria vel alucos quadraginta quibus frumenta quę serimus,cõtinent satores.lib.7.cap.3.

A quinquatrib⁹)Quinquatria sunt ferię quinq; dierũ,dicatę Mineruę: q̃ mẽse Martio celebrabant̃.Quidam autumant quinquatrũ vnũ tantũ diẽ festũ esse ex eo dictum q⁹ post diem quintũ Iduũ celebraretur: sicut sexatrus dictus q⁹ post diem sextũ idus celebratur:& septimatrus post diem septimũ.De quinquatribus Ouidius in Fastis copiose pscribit. Meminit & Oratius illo versu: Ac potus puer vt festis quinquatribus olim.lib.11.cap.2.

In quincuncẽ disponũt)In disponendis arborib⁹ & vineis,maxime laudata est quincũcialis ordinũ ratio vtpote quę nõ solum pflatu vtilis sit,verum & aspectu grata quocũq; intueare in ordinẽ se porrigẽte versu.M.Tullius.Cũ aũt admiraret̃ Lysander & pceritates arborũ & directos in quincũcem ordines. Quintilianus.Quid illo quincũce speciosius,qui in quãcũq; partem spectaueris,rectus est: sed ptinus id quoq; pdest vt terræ succũ ęqualiter trahat.lib.3.cap.13.

R

Radula)Instrumentũ est a radendo dictũ quo vtebãtur in radenda ducendaq; pice doliorũ,vñ & nomen. Hinc docuimus apud Plinium radulanam appellari picem,propterea q⁹ radula raderetur ex dolio ducereturq;:quis viri alioquin eruditi rabulanam legendũ esse contendant. Verba Plinij ex lib. quartodecimo hęc sunt: Italiæ in parte aliqua radulana pice ac resina cõdire musta vulgare est ei prouincijsq; finitimis. lib.11.cap.18.

Ramices)Rami & perticæ. Alias ramex morb⁹ est de quo Celsus,Plinius,Plautus omnes. Vnde ramicosi infantes dicti.lib.9.cap.1.

Rapistri)Videtur posuisse rapistrũ p rapo qđ & rapitiũ & rapinam appellant.lib.9.cap.4.

Ratiocinio)Ratiociniũ dicitur supputatio,cõputũ, calculatio:Ratiocinator calculator. apud Plautũ ait trapezita:Beatus videor subduxi ratiũculam.expeditissimũ ratiocinium,intellige supputationẽ facilem & explicatam.lib.5.cap.1.

Bonis ac malis rationibus)Ad hunc intellectũ videtur referri posse illđ Plinianũ,Quonã modo vtilissime coluntur agri:ex oraculo scilicet malis ac bonis. Verũ ataui malorũ nomine intelligere voluere vilissimos,summũ enim prouidentię illorum fuit,vt q̃minimũ esset impendij.lib.4.cap.3.

Rauidi)Rauus color est subniger ex nigro fuluo cõmist⁹.M.Varro cõsimiliter præcipit gallos eligi oportere oculis rauis aut nigris. Ab Horatio lupa raua dicitur ob colorẽ. Festus Pompeius scribit raui coloris eos appellari,qui sunt inter flauos & cęsios,quos Plautus appellat rauistellos. Quis (inquit) rauistellus qui venit. Atqui in Plauti Epidico non omnes legũt rauistellus,immo plures grauastellus. Est autem grauastellus senior a grauitate dictus,quam lectionem nos probamus & probat idem ipse Fest⁹ Pompeius in dictione grauastellus.lib.7.cap.2.

Regelatur)A gelu resoluitur:& calescit.Martialis regelare,nec te pestilentia posset.Seneca de ipso loquẽs ait:Vix media regelatur æstate.lib.2.cap.16.

Regiona)Legendum regia.Plinius,Pręsertim cum magnitudine copiam olei non constare indicio sint, quæ regiæ vocãtur ab alijs maiorinæ,& ab alijs phauliæ,grandissimę alioquin,minimo succo.hoc idẽ mõstrat Columella eodem capite.lib.6.cap.6.

Renouellatur)Reparatur,rursusq; nouella fit.Nouelletũ dicit̃ iurecõsultis nouella vinea. li. de ar.c.6.

Repastinabis) Refodies verbum ductum a pastino quod est ferramentum bifurcum quo semina pangũtur,vnde etiam repastinari dictæ sunt vineæ, quæ refodiebantur,consuetudo repastinare vocat quicquid emoti terreni vinetis pręparatur.lib.de arb.cap.1.

Repubescere) In pristinam pubertatẽ iuuentutisq; florem reuerti,consimile est repuerascere & reuirescere.lib.2.cap.1.

Repullescentem)Resurgentem,subnascentẽ,& nouellis pullulis palmitibusq; exilientem.lib.4. ca. 24.

Reteri)repoliri,ventilari.lib.2.cap.2.

Retorrida) Quasi exusta & amissis viribus intempestiuiter senescens.Seneca Mutij manũ retorridam appellat:quã ille vt notissimũ est iniectam flammis torrere non dubitauit.In arboribus ea dicuntur retorrida,quæ non adolescunt,quæ quasi torrida occalescunt,quæ scabra sunt fructumq; non ferunt. Aulus Gellius homines retorridos scite dixit & eleganter. Retorrescere dicuntur vites quando non profitiunt neq; adolescunt legitimo incremento. lib. de arboribus ca.17.

Resecem submitti)Pampinũ resecem vocat qui resectus recisusq; melius prouenit,fitq; fructuosior a resecando resecem deriuamus. Summittere autem est educare alereq; ad incrementum qđ verbum est apud Columellã in hoc significatu frequẽtissimũ. li.3. ca.10.

Occupandum erit restibile)Inter restibilem agrum & noualem hoc interest. Restibilis dicitur qui nunq̃ interquiescit, sed restituitur ac seritur quotannis,vt quotãnis reddat fructum.Noualis vero est,qui intermittitur,& alternis annis seritur a nouando dictus. Restibilem fœcunditatem dixit Plinius intelligi volens eam,que intermissa restituitur in fœminis quæ parere desierint.M.Varro,In olynthia quotannis restibilia esse dicunt.lib.2.cap.10.

Reuerentiam)Attende nouo modo positam esse reuerentiam pro desperatione & formidine tanq̃ reuereamur ac reformidemus discere scientiam rusticationis propter vastitatem rei.lib.11.cap.1.

Ricini) Vermiculi sunt infestantes capita canum & maxime aures. Est & vermiculus ali⁹ in lingua canum,qui vocatur a Græcis Lytta quo exempto infantes catuli nec rabidi fiunt nec fastidium sentiũt. lib.7.cap.13.

Aut ridicram)Legendum ridicam. Est enim ridica pertica siue pedamẽtum robustum, quod optimũ in vineam e quercu ac iunipero afferri solet.In Hispania vineæ sunt humiles ac sine ridicis. vt docet M. Varro.lib.4.cap.13.

Rostellis)Pusillis rostris,vocabulum est diminutiuum.lib.8.cap.5.

Colore rubeo)Dic rubro,quoniam rubeus explodi tur a latinitatis elegantia:legitur tamen frequenter rubeus.lib.6.cap.1.

Amat rubricā) Plinius ex deſiore terra rubricā maxime amat. Eſt aūt rubrica terrę gen⁹ rubicūdo colore vn̄ & nomē. Hinc rubricoſus deducit Cato. Lētem inquit in ruceto & rubricoſo, q herboſus nō eſt, ſerito. Pli. pcipit ex auctoritate Catonis in rubricoſo ſolo ſerendū eſſe adoreū far. Alias rubrica ſignificat pigmentū ſiue colorē natiuū. Lēnię rubricę palmā dabāt, ita noiatę ab inſula Lemno in qua naſcebat. Hęc eſt antiquis multū celebrata, nec niſi ſignata venundabat: vnde & ſphragidē appellauere: Gręco vocabulo σφραγὶς dicit ſigillū ſignatoriū. Hic gēmas quoq; quaſdā ſphragidas vocāt celeberrimi ſcriptores, qm optime ſignāt. Galen⁹ lib. 10. ſimpliciū, refert ſe in inſulā Lemnon nauigaſſe cauſa cōtemplandi hāc rubricā Lemniam: docetq; planius & aptius, qd Plini⁹ ſubobſcure dixit, & breuiter cur ſphragida appellauerit: Sacerdos Dianę, inquit, rubricā Lemniā reuerēter accipiens, curioſeq; ppurgans ſignat ſigillo Dianæ impreſſo: ita ſignata venūdātur. lib. 2. cap. 10.

Rudicula) Virga, diminutiuū videt factū a rude gladiatoria, a qua rudiarij dicti: de quib⁹ copioſe annotaui in tertio Suetonij cōmentario. Plinius ait lanas in quodā vſu medico adhiberi nō curatas rudiculis, hoc eſt, vt ego interptor, non excuſſas agitataſq; virgis a batuētibus: ſicuti Bonon. lanas quotidie curari conſpicimus vel potius audimus. fit enim crepitus ſonorus ex percuſſu rudicularū. Scio aliter locū illum Plinianū & legi & explicari ab eruditis, ſed mihi cōmodior videtur lectio & intellectus purior quē retuli: frequens eſt mentio rudicularū apud eundē Plinium in hoc ſignificatu. lib. 2. cap. 45.

Ita cōſtitutū ſupra) Videbit legendū ita cōſtitutum Rumpotinū ſiue rūpotinetū gen⁹ arbuſti Gallici vt hoc eodē capite docet Columella: qui mox ait: Arboribus rūpotinis frumētū nō inſeritur. M. Varro tradit traduces a quibuſdā rūpos appellari vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit. li. 5. ca. 5.

Ruſci) Caſtor oxymyrſinem myrti folijs acutis ex qua fiūt ruri ſcopę, ruſcum vocauit. de quo poeta, horridior ruſco. lib. 7. cap. 10.

Rutabulo) Inſtrumēti nomē eſt quo etiā vtebant ad coquēdos panes, inuenit poſitum & p virili membro. Portius Cato pręcipit, vt villicus habeat rutabulum vnum. lib. 12. cap. 21.

S

Sacer ignis) Malis vlceribus annumerari ſolet ſacer ignis: cui⁹ duę ſunt ſpecies. Alter eſt ſubrubicūdus exaſperatuſq; p puſtulas cōtinuas exiguaſq;: in quib⁹ ſemp fere pus & ſępe rubor cū calore ſerpit. Alterum genus eſt in ſummę cutis exulceratione, ſed ſine altitudine latū, ſubliuidū. Omnis ſacer ignis difficillime ſaneſcit: Gręci ἱερὰν νόσον vocant. Virgilius docet ſacro igni pecudes infeſtari cū inquit, Contactus art⁹ ſacer ignis edebat. lib. 7. cap. 5.

Sagaſq;) Fœminę ſunt diuinatrices & ariolę, dictę, quaſi ſatis agę, de quibus eſt illud poeticū, Polluta eſt magico ſaga miniſterio. Piatrix quoq; alio vocabulo dicebatur, quę expiare erat ſolita, Sagis clangoribus ęther, ait Statius Papini⁹. Exponit cōmētator ſagis, id eſt, diuinis: Vnde & pſagia pdiuinationes dici autumat. Aliter ſentit Cicero. lib. 1. cap. 8.

Sagitta) Inter ſidera eſt ſagitta, quā Herculis fuiſſe fabulantur: qua aquilam interfeciſſe dicitur exedentem iocinera Promethei. lib. 11. cap. 2.

Salaciſſimos) Libidinoſiſſimos & rei Venereæ appetentiſſimos. Caudam ſalacem dicit Oratius genitālia. Bulbos ſalaces epigrammatiſta: quia extimulant libidinē. Homo ſalax dicitur ad rem veneream pp̄enſus & validus. lib. 8. cap. 2.

Velut ſalebras retardante) Legendum ſalebra per ablatiuū tanq̄ aſperitas illa tortuoſæ vitis & curuæ; quaſi ſalebroſa retardet curſum humoris terreni, nec ſinat alimēta ob flexum permanare ad ſummū vitis faſtigium. lib. 4. cap. 20.

Salgamis) Salgama dicunt obſonia & penora conditiua, quæ longę vſionis cauſa conduntur fere in fictilibus, interdum ſicca ſępe cū liquamine & iure: quę mox, cū opus eſt, promūtur ad vſum edendi. Inde ſalgamarius dict⁹ qui ſalgama ſcite cōcinnat. Auſoni⁹. Salgama nō hoc ſunt qd balſama. In codice imperatorio libro. 12. legimus ſalgami nomine cōtineri culcitram lignū oleum. Sed cum omnis latinitatis elegantia procul ſit ab id genus ſcriptoribus, vocabulorum ſignificatio ab eis petenda nō eſt in quorum caſtra nōnunq̄ tranſeo non vt tranſfuga, ſed vt explorator. Vis ſcire quæ ſint ſalgama, nimirū ea ſunt quæ deinceps toto hoc volumine Columella demōſtrat, qua conditura cōficiantur, ac ſeruentur: exempli cauſa, olera, poma, pira, fici, vuę, & alia id genus cōpluſcula. In ſalgamis cōdendis frequens eſt vſus aceti, ſalis, muriæ, mellis, aquæ mulſæ, defruti, aliorumq; liquaminum. lib. 12. cap. 4.

Saluiandū pecus) Saluiato potionandū. Saluiatū qd a quibuſdam ſaluiatū dicitur, potionis eſt genus quo in veterinis iumentiſq; maxime vtuntur veterinarij, hoc eſt medici veterinorū. Sūt autē veterina animalia quæ vehere poſſunt. Saliuatū a ſaliua quaſi ſucco dictum videtur. Qui ſaluiatum legere mauult a ſaluia ſiue ſale nūcupationem trahit. Saluiati Plinius quoq; cōmeminit & inferius a Columella dictū eſt per vuam lacte ſaluiatur. lib. 6. cap. 5.

Salſamentarijſq;) Salſamentaria appellāt vaſa quibus ſalſamenta condi ſolent. lib. 2. cap. 10.

Nucibus ſapineis) Eſt vnum genus nucis pineæ ſapineum nomine nucleorum cute verius q̄ putamine adeo molli, vt ſimul mandantur. lib. 12. cap. 6.

Sardiniam) Nomen piſcis vilioris, exiſtimo eum eſſe quē vulgus vernacula lingua ſardelam appellat. lib. 8. cap. 17.

Samera) Annotauimus in ſuperioribus ſameram ſiue ameram dici ſemē vlmorum. lib. 7. cap. 6.

Sanſam) Sanſa dicitur officulum oliuę Gręci πυρήν vocant. lib. 12. cap.

Sarranę violę) Epitheton eſt poeticū: ſiquidē poetis ſarranus color eſt purpureus a Tyro q̄ olim dicta eſt Sarra. Virg. Sarrano dormiat oſtro. li. 9. ca. 4.

Cura ſarritionis) Sarrire eſt ſarculo, qd ferramētū ruſticum eſt, aperire ſegetes & terram permouere ad herbas perimendas, & rubiginem propulſandam. vnde ſarritio & ſarritor dictus operarius ſarritionis, & ſarritoria opera & ſarritura, id eſt, ſarritio & foſſæ, lib. 2. cap. 11.

Saxatilis notæ) Piſces ſaxatiles vocant q in ſaxis ac petris ſtabulentur, medici recentiores petrinos appellant eoſq; maxime probant. Scribit Cor. Celſus ſaxatiles piſces eſſe leuiores in eſca. li. 8. ca. 17.

Latētibus ſcamnis) Agricolę vocant ſcāna glebas grādes quę ſolēt excitari prima aratiōe: cū in pſciſſo

crudū solū immotūq; relinquitur, qđ cauendum esse precipit lex rusticationis. Hinc illud Plinianū, Scāna inter duos sulcos cruda ne relinquant, glebę ne exultent. Scāna quoq; dicuntur in arboribus ramorum quasi sedilia, sicut & tabulata. lib. 2. cap. 4.

Scandulę) Paulo supra asserculos dixit, intelligi volens asseres modicos & graciles: nūc scandulas vocat cōsimili significatu. Et, vt in cōmentariis Apuleianis annotauimus, videntur dici scandulę a scandendo: qm̄ ad tectum scandulare gradibus ascēdimus. Est autem scandulare tectū superior pars domus, quę tegulis est ꝓxima. Scribit Plinius Vrbē Romā scandula fuisse cōtectam vsq; ad bellum Pyrrhi. Scandulę e robore aptissime fiunt aliisq; arborib⁹ glādiferis. li. 7. ca. 3.

Scapus asphodeli) Plinius frequēter ponit scapum ꝓ stipite plantę & caule. Est autē Asphodelus herba, Hesiodi pconio celebrata, cuius mentionē & Homer⁹ fecit. Manditur & semine tosto & bulbo, sed hoc in cinere tosto, dein sale & oleo addito, folium habet oblōgum & angustum. lib. 9. cap. 4.

Scarificatione) Scarificatio sunt minutę cutis incisurę, qua in cucurbitulis quoq; imponendis vtimur: est & scarificatio vtilis arboribus cū incisuris ppetuis laxant corticē, velut cutem acie falcis, & ita dilatatæ cicatrices renato corpore explētur, fiuntq; arbori salutares. Nam magna ex parte similis hominū medicina & arborū est. Apud Pliniū pperā legitur caprificatio ꝓ scarificatione. lib. 6. cap. 10.

Scaurorꝫ) Lege scarorꝫ. Sūt eñ scari pisces q soli dicunt ruminare, & herbis vesci. Scaro oli dat⁹ est principatus inter pisces: de quo Martialis: Hic scar⁹ ęquoreis qui venit obesus ab vndis Visceribus bonus est, cętera vile sapit. lib. 8. ca. 17.

Schoenū) Græci σχοῖνον vocāt iuncū, opinor hoc in loco intelligendū esse de iunco illo odorato cuius meminit Pli. in. 12. qui gignitur iuxta mōtem Libanū. Tradūt iūcum quoq; odoratum in Cāpania inueniri. Idem Plinius in cōpositione vnguentorū adhibet & iuncū. Est aliud quoddā genus iuncorum, qđ a gręcis oxyschoenon vocatur, sed nihil ad hunc intellectum. Prętereà schoenus nomē est mēsurę, vt placet Eratostheni, stadia quadraginta cōtinet. Aliqui. 22. stadia singulis schoenis dedere. Barbarorꝫ gentes itinera mētiūtur partim schoenis, partim parasangis, vt Persę, partim leucis, vt Galli, partim stadiis & passib⁹ vt Romani. lib. 12. cap. 20.

σκύλαξ) Nomen cani accōmodatū dicitur eñ σκύλαξ gręce catulus. Scribit Pollux in quinto Onomastici τροφὰν εἶναι σκύλαξι ἐκ τῶν μητέρων γάλα, id est alimentū esse catulis maternū lac. li. 7. ca. 12.

Scyllam legito) Scylla species est cepæ siue bulbi, a qua acetum scylliticū dictū. Accōmodata est medicaminibus de vino quoq; scyllitico, qđ cū scylla fit, mētio fit a Palladio, & scyllaticū acetum quod oculorū aciem exacuit. lib. 12. cap. 33.

Sine Scipionibus) Plinius dixit apertius sine sarmentis. infra quoq; ait modice separatis scipionibus: scipiones videlicet vsurpans ꝓ racemis ligneis & scapis quib⁹ vuę cōtinent & acina inhærescūt. li. 12. ca. 39.

Non scobem sed ramenta) Scobis nomine significatur illa minuta tritura quę ex sectione serrę & terebratione terebrę decidit in terram. Inde scobina dicta quę lima fabrilis est & instrumentum. Iuuenalis. Semodio scobis hęc emitur dat ferculus vnus. Item Oratius. Vilibus in scopis in mappis in scobe quantus Existit sumpt⁹. Ouidi⁹ in obsceno carmine, Quā pro sanguine puluerē scobemq; in venis medici putant habere. Ramenta vero sunt frustula paulo crassiora maioraq; & quasi recisamenta. Plinius ait vuas in scobe ramentisue abiectis populi, fraxini, vtiliter seruari. Descobinata crura vocabulo prisco dixit M. Varro pro sautiis abrasis defectis. li. de arb. ca. 8.

Scopula) Diminutiuū est scoparū. Scoparius dicitur perq̄ eleganti vocabulo cōuerritor hoc est minister, cuius ministerium est scopis pauimenta conuertere: qđ maxime fit a prandio & a coena. lib. 12. ca. 18.

Minus scrupulose) vt sit aduerbiū hoc est minus diligenter minusq; sollicite. lib. 9. cap. 8.

Secundę) Mēbranas intelligit q̄ foetū sequūtur, vulgo secūdinas vocāt gręco, vocabulo ὑστέρας apud Pli. Ad secūdas innumerę sunt medicinę. lib. 7. cap. 7.

Rustici sedum appellāt) Democrit⁹ semina omnia seri iubet, medicata succo herbę: quæ appellat a græcis aizoon. i. semp viua. Alii buphthalmon vocant quasi oculū bouis. Alii zoophthalmō. Sūt q ambrosiā, Latini sedū appellāt, aut oculū, aut digitellū, nascit in tegulis seritq; in vasculis fictilib⁹. lib. 2. ca. 9.

Semiformes) Semiformati, nōdū pfecti neq; toti partibus suis cōsummati. lib. 8. cap. 5.

Seminariū) In agricolatione seminariū est quædā quasi nutrix nouellarū plantarū. Significat eñ locū in quo plantaria adolescūt: vt mox illinc trāslata migrēt in suā sedē. Natura eñ arborꝫ sicut hoim auida est nouitatis & peregrinationis. Et cū nutrix sępe indulgentior sit q̄ mater. meli⁹ plātę in seminario ꝓueniūt qđ succosum elapidatūq; esse debet minimeq; rimosum. Nunc Colu. docet quale sit eligēdū parādūq; vitibus seminarium, qđ a Plinio quoq; cæterisq; perscribitur. lib. de arb. cap. 1.

Seminis ac decumanis distinguere) Emēdo semitis vel semitanis, vt ea forma dicat semitanos sulcos q̄ decumani nūcupant. Pli. hoc idē scribēs dixit, oportere vineas quintanis semitari, hoc est, vt in quinto quoq; palo singulę iugo paginę includant. Igit qđ a Plinio dictū est semitari verbo elegātissimo, id a Col. dicit semitis siue semitanis distingui. Decuman⁹ vero limes vocat q secat agrū ab exortu ad occasū: sicut cardo appellat limes p agrū currēs a septētrione ad meridiem oportet vt Plinii verbis vtar, vineas limitari decumano. lib. 3. ca. 20.

Sentem canis) Palladius hoc idē referens ait. Alii spinarū plantas & semina in munitione disponant, sed melius erit rubi semina & spinæ q̄ rubus canin⁹ vocat matura colligere, & cū farina erui ex aqua macerata miscere, funes dehinc sparteos veteres hoc genere mixtionis sic inducere, vt intra funes seruentur vsq; ad verni tēporis initia. li. 12. cap. 3.

Serię) Vasa sunt fictilia. Persius: crepat argēti mihi seria dextro Hercule. Idē. Seriolę veteris metuēs deradere limū. Terē. Releui dolia oia, serias ois. li. 12. c. 18.

Sesquiculleariб⁹) Dicunt sesquiculllearia dolia quæ cōtinēt culleū vnū cū dimidio. Est autē culleus capax viginti amphorarū. vt indicat Pli. in. 14. qđ & Priscianus euidēter ostēdit his versib⁹: Est & bis decies quē cōficit amphora nostra Culleus, hac nulla est maior mēsura liquoris. Alias culle⁹ dicit suppliciū parricidarum: de quo in secundo cōmentario Suetonii copiose perscripsimus. lib. 12. cap. 18.

Sesama) Lego sesama. Precipit Columella in secundo sesama ab æquinoctio autũnali esse serenda. Hinc oleum sesaminũ dictũ est & alterũ genus sesamodes. lib.11.cap.2.

Sesquiopera) Significat sesquiopera integrã operã & dimidiã, & hec particula in omni ferme cõpositione habet talẽ intellectũ, vt signet totũ illud de quo agit, eiusq; dimidiũ, vt sesquidigitus dicat vnus digitus & dimidiatus: itidẽ sesquihora, sesquipedalis, sesquicyathus, sesquimodius. M.Var. tradit ãnũ diuidi in octo sesquimenses, vt singulis sesquimensibus integer mẽsis & dimidiatus attribuatur. libro nouissimo Columellę dolia sesquiculearia nuncupãtur quæ videlicet vnius culei cũ dimidio sint capacia. Sesquiplagam dixit Tacitus, intelligi volens non vnã tm̃ plagam suffecisse ad Nominẽ obtruncandũ, sed opus quoq; fuisse dimidio secundę plagę. li.2.ca.17.

In sesquipede) Altitudine sesquipedali hoc est pedis vnius & dimidiati. lib.4.cap.9.

Sestertium) In mensuris sestertium accipe p duob⁹ pedib⁹ & dimidio: sicut in nũmis cõtinet duas libras & selibram. lib. de arb. cap.1.

Sextula) Aeris minima pars est sextula ex eo dicta q᷑ sit sexta pars vncię. M. Tullius in oratione p Cecinna fecit hęredem ex deunca & semiuncia Cecinã: ex duabus sextulis M. Fulciniũ libertum superioris viri. Erutio sextulam aspergit. Priscianus in opusculo metrico: Sextula quę fertur, nam sex his vncia cõstat. lib.5 cap.1.

De siccaneis) Siccanea dicuntur quæ gaudent siccitate, sicut ediuerso rigua quæ humore lætantur. Pratorum duo sunt genera, alterum siccaneum, alterum riguum. Q᷑d siccaneum vocãt, suapte natura fœnũ progignit. Riguum vero irrigatione est refouendũ, & humoris pabulo saginandum. λιμῷ ὄικτιστον θανέειν. i. fame mori miserrimũ est. Liuius consimiliter, Maiorem partem militum fame ac frigore, quæ miserrima mortis genera sunt, amisisset. lib.2. cap.2.

Sicilicus) Auctore Prisciano Silicus est dimidiũ sextulæ. Quidam autumant silicũ esse semunciam ex eo dictum q᷑ secet vnciam. Verum Festus Pompeius docet non dimidium vnciæ, sed dimidium semunciæ: dictum q᷑ semũciam secet, tanq̃ sit quarta pars vncię, q᷑d verius est. Nam ipse Columella submonet in sicilico esse scrupula sex: in semũcia duodecim vt indubitãter credat sicilicũ eẽ dimidiũ semũcię. Plinius scribẽs de lunari ratione inqt. Quintadecima tota supra terras noctu erit, eadẽq; sub terris tota die. sextadecima ad primę horæ nocturnæ dextantem sicilicum sub terra aget. li.5.ca.1.

Prata sicilire) Vt Plinius docet, sicilire est falcibus cõsectari in pratis quę fœnisęces pterierũt. Arbitrat M.Var. dictum verbum esse a sectione. li.2.ca.21.

Signinũ opus vocant, vt docet Plinius, q᷑d sit fractis testis tusisq;, vt firmius duret: quo genere etiam pauimenta sunt excogitata. lib.8.ca.15.

Silenti luna) Id est, in coitu lunę cũ sole quẽ diem alij interlunium, alij silẽtis lunę appellãt. Var. intermẽstruũ. Firmicus synodicã frequenter. Col. lib.2 cap.10. Sic silentis spiritus die apud eundem. li.3.cap.19 .i. dũ cœlũ silet, cum serenũ est & tranquillũ: Silent quoq; hęrbę & virge dũ non germinãt. Silent vineę quãdo nõ progemmant, hoc est gemmas oculosq; non parturiunt, sed quasi silentes quiescũt manentq; immobiles, sic diem cœlum surculũ quoq; silentia apud eundem inuenies.

Veluti siphones) Siphones & p diminutiuũ siphũculi dicũtur fistulę quibus liquor inclusus emicat exilitq; in sublime. Plinius tradit aquam meantem per venas terræ pondere expressam siphonũ modo emicare. Cor. Celsus. pręcipit stomacho laborantibus bibere per siphonẽ, hoc est, fistulam tenuẽ duos tresve cyathos. Satyrographus quoq; per translationẽ decenter dixit & mordaciter: Effigieq; deæ longis siphonibus implent. Verbũ est Græcorũ σιφωνίζειν, q᷑d est euellere educereq; liquorẽ. Aristophanes abusiue dixit, σιφωνίζομεν τὸν σῖτον. li.3.ca.10.

Sitienti solo) Sicca terra. Plinius lunam sitiẽtem dicit intelligi volens siccam. li.2.ca.8.

Naribus resimis) Simus, vt docet Suidas, opponitur γρυπῷ, id est adunco: sicut ergo γρυπὸν Græci vocant habentẽ aduncũ nasum, ita ecõtrario σιμὸν dicunt cuius nasus est depressus. Simas capellas dixit poeta: a simo rostro delphines simones appellantur: A simo resimum & subsimum traxere nuncupationem. Sunt autẽ nares resimę reduncę depressęq; quales in pacandis bobus maxime spectantur. M. Varro scribens de canibus inquit. Esse debent labris subnigris aut rubicundis, neq; resimis superioribus neq; pendulis subtus mento suppresso. Idem boues probat qui sint subsimi, hoc est, vt ego interpretor, dorso depresso & subsidente. li.6.ca.1.

Seu spinosus) Dic spionius. Est eñ vitis spionia mulsõ larga & amplitudine vuarum q̃ numero fertilior. li.3.ca.21.

Sinũ lactis) Nomen est vasis: de quo Poeta: Sinum lactis & hęc tibi liba Priape quotannis. Plautus in Curgulione. Cede puere sinũ. Tradit M. Varro sinum dici a sinu, q᷑d cauũ sit poculum. li.7.ca.8.

Solstitiales spinas) Dispice nũquid faciat pertineatve ad Plautinũ sensum, spina hęc solstitialis. Naq; apud Plautũ in Pseudolo scriptũ legitur, quasi solstitialis hęrba paulisper fuit, repente exortus sum, repẽtino occidi. Plinius significare videtur solstitialẽ hęrbam dici solstitio vel prouenientẽ vel florentẽ, vt sit nomen non vnius tatũ hęrbę proprium, sed cuilibet hęrbę accõmodatũ nascenti per solstitiũ. Sic eñ scribit lib.25. Codurdon hęrba solstitialis flore rubro suspẽsa in collo cõprimere dicitur strumas. Cõsimiliter spinas solstitiales exponere poteris solstitio progenitas ac vigentes. Corn. Celsus hęrbam solarem vocat heliotropion, quia circũagitur cum sole. li.2.ca.18.

Solea Spartea) Calciamẽto iunceo & molli a sparto quę iberica hęrba est. Apuleius Helcij Spartei meminit. li.6.ca.10.

Spartęq;) Sunt vasa iũcea, a Sparto dictæ ex quo fiunt. Est autẽ spartum genus iunci siue hęrbę Ibericę: de quo multa Plinius libro vndeuigesimo. Autumant grãmatici sportas quoq; dici ab hoc sparto quasi sparteas. lib.11.cap.2.

Specularibus integi.) Vt inquit Epigrãmatarius poeta, specularia puros Admittũt soles & sine fece dies. Sunt autẽ lapides speculares candidi atq; translucentes olim in Bononiensi agro effossi, & quibus fiũt munimenta quasi quędam fructuũ preciosissimorũ, vt inclusi specularibus admittant solem nec infestẽtur vento vel hymbre. Tiberius Cæsar cum mira voluptate cucumeres expeteret, cõmentus est vt nullo

Sesama) Lego sesamã. Pręcipit Columella in secũdo sesama ab æquinoctio autũnali esse serenda. Hinc oleum sesaminũ dictũ est & alterũ genus sesamodes. lib.ii.cap.2.

Sesquiopera) Significat sesquiopera integrã operã & dimidiã, & hęc particula in omni ferme cõpositiõe habet talẽ intellectũ, vt signet totũ illud de quo agit, eiusq; dimidiũ, vt sesquidigitus dicat vnus digitus & dimidiatus: itidẽ sesquihora, sesquipedalis, sesquicyathus, sesquimodius. M.Var. tradit ãnũ diuidi in octo sesquimenses, vt singulis sesquimensibus integer mẽsis & dimidiatus attribuatur. libro nouissimo Columellę dolia sesquiculearia nuncupãtur quae videlicet vnius culei cũ dimidio sint capacia. Sesquiplagam dixit Tacitus, intelligi volens non vnã tm̃ plagam suffecisse ad Nominẽ obtruncandũ, sed opus quoq; fuisse dimidio secundę plagę. li.2.ca.19.

In sesquipede) Altitudine sesquipedali hoc est pedis vnius & dimidiati. lib.4.cap.9.

Sestertium) In mensuris sestertium accipe p duob⁹ pedib⁹ & dimidio: sicut in nũmis cõtinet duas libras & selibram. lib. de arb.cap.1.

Sextula) Aeris minima pars est sextula ex eo dicta q sit sexta pars vncię. M. Tullius in oratione p Cecinna fecit heredem ex deunce & semiuncia Cecinã: ex duabus sextulis M. Fulciniũ libertum superioris viri. Erutio sextulam aspergit. Priscianus in opusculo metrico: Sextula quę fertur, nam sex his vncia cõstat. lib.5.cap.1.

De siccaneis) Siccanea dicuntur quæ gaudent siccitate, sicut ediuerso rigua quæ humore lætantur. Pratorum duo sunt genera, alterum siccaneum, alterum riguum. Qd siccaneum vocat, suapte natura fœnũ progignit. Riguum vero irrigatione est refouendũ, & humoris pabulo saginandum. λιμῷ ὄικτιστον θανεῖν .i. fame mori miserrimũ est. Liuius consimiliter, Maiorem partem militum fame ac frigore, quæ miserrima mortis genera sunt, amisisset. lib.2.cap.2.

Sicilicus) Auctore Prisciano Silicus est dimidiũ sextulæ. Quidam autumant silicũ esse semunciam ex eo dictum q secet vnciam. Verum Festus Pompeius docet non dimidium vnciæ, sed dimidium semunciæ: dictum q semũciam secet, tanq̃ sit quarta pars vncię, qd verius est. Nam ipse Columella submonet in sicilico esse scrupula sex: in semũcia duodecim vt indubitãter credat sicilicũ eẽ dimidiũ semũcię. Plinius scribẽs de lunari ratione inqt. Quintadecima tota supra terras noctu erit, eadẽq; sub terris tota die. sextadecima ad primę horæ nocturnæ dextantem sicilicum sub terra aget. li.5.ca.1.

Prata sicilire) Vt Plinius docet, sicilire est falcibus cõsectari in pratis quę fœnisecęs pterierũt. Arbitrat M.Var. dictum verbum esse a sectione. li.2.ca.21.

Signinũ opus vocant, vt docet Plinius, qd sit fractis testis tusisq;, vt firmius duret: quo genere etiam pauimenta sunt excogitata. lib.8.ca.15.

Silenti luna) Id est, in coitu lunę cũ sole quẽ diem alij interlunium, alij silẽtis lunę appellãt. Var. intermẽstruũ. Firmicus synodicã frequenter. Col. lib.2 cap.10. Sic silentis spiritus die apud eundem. li.3.cap.19 .i. dũ cœlũ silet, cum serenũ est & tranquillũ: Silent quoq; hęrbę & virge dũ non germinãt. Silent vineę quãdo nõ progemmant, hoc est gemmas oculosq; non parturiunt, sed quasi silentes quiescũt manentq; immobiles, sic diem cœlum surculũ quoq; silentia apud eundem inuenies.

Veluti siphones) Siphones & p diminutiuũ siphũculi dicũtur fistulę quibus liquor inclusus emicat exilitq; in sublime. Plinius tradit aquam meantem per venas terræ pondere expressam siphonũ modo emicare. Cor. Celsus. pręcipit stomacho laborantibus bibere per siphonẽ, hoc est, fistulam tenuẽ duos tresve cyathos. Satyrographus quoq; per translationẽ decenter dixit & mordaciter: Effigieq; deæ longis siphonibus implent. Verbũ est Græcorũ σιφωνίζειν, qd est euellere educereq; liquorẽ. Aristophanes abusiue dixit, σιφωνίζομεν τὸν σιτὸν. li.3.ca.10.

Sitienti solo) Sicca terra. Plinius lunam sitiẽtem dicit intelligi volens siccam. li.2.ca.8.

Naribus resimis) Simus, vt docet Suidas, opponitur γρυπῷ, id est adunco: sicut ergo γρυπὸν Græci vocant habentẽ aduncũ nasum, ita ecõtrario σιμὸν dicunt cuius nasus est depressus. Simas capellas dixit poeta: a simo rostro delphines simones appellantur: A simo resimum & subsimum traxere nuncupationem. Sunt autẽ nares resimę reduncę depressęq; quales in pacandis bobus maxime spectantur. M. Varro scribens de canibus inquit. Esse debent labris subnigris aut rubicundis, neq; resimis superioribus neq; pendulis subtus mento suppresso. Idem boues probat qui sint subsimi, hoc est, vt ego interpretor, dorso depresso & subsidente. li.6.ca.1.

Seu spinosus) Dic spionius. Est cũ vitis spionia mulsõ larga & amplitudine vuarum q̃ numero fertilior. li.3.ca.21.

Sinũ lactis) Nomen est vasis: de quo Poeta: Sinum lactis & hęc tibi liba Priape quotannis. Plautus in Curgulione. Cede puere sinũ. Tradit M. Varro sinum dici a sinu, qd cauũ sit poculum. li.7.ca.8.

Solstitiales spinas) Dispice nũquid faciat pertineatve ad Plautinũ sensum, spina hęc solstitialis. Naq; apud Plautũ in Pseudolo scriptũ legitur, quasi solstitialis hęrba paulisper fuit, repente exortus sum, repẽtino occidi. Plinius significare videtur solstitialẽ hęrbam dici solstitio vel prouenientẽ vel florentẽ, vt sit nomen non vnius tãtũ hęrbę proprium, sed cuilibet hęrbę accõmodatũ nascenti per solstitiũ. Sic cũ scribit lib.25. Codurdon hęrba solstitialis flore rubro suspẽsa in collo cõprimere dicitur strumas. Cõsimiliter spinas solstitiales exponere poteris solstitio progenitas ac vigentes. Corn. Celsus hęrbam solarem vocat heliotropion, quia circũagitur cum sole. li.2.ca.18.

Solea Spartea) Calciamẽto iunceo & molli a sparto quę iberica hęrba est. Apuleius Helcii Sparteę meminit. li.6.ca.10.

Sparteq;) Sunt vasa iũcea, a Sparto dictæ ex quo fiunt. Est autẽ spartum genus iunci siue hęrbę Ibericę: de quo multa Plinius libro vndeuigesimo. Autumant grãmatici sportas quoq; dici ab hoc sparto quasi sparteas. lib.11.cap.2.

Specularibus integi.) Vt inquit Epigrãmatarius poeta, specularia puros Admittũt soles & sine fece dies. Sunt autẽ lapides speculares candidi atq; translucentes olim in Bononiensi agro effossi, & quibus fiũt munimenta quasi quędam fructuũ preciosissimorũ, vt inclusi specularibus admittant solem nec infestetur vento vel hymbre. Tiberius Cæsar cum mira voluptate cucumeres expeteret, cõmentus est vt nullo

non die sibi contingerent. Nãq; pensiles eorum hortos promouebant in solem rotis: rursusq; hybernis diebus intra specularium munimenta reuocabant. lib.11.cap.3.

Spica virginis) Nomen est sideris antiqui spicum neutro genere dixere: hinc illud Spicũ illustre ferẽs splendenti corpore virgo. li.11.ca.2.

Spondylis) Nomen est piscium: alias spondylos vocamus vertebras & nodos in ceruice: &, vt auctor est Pollux, ῥάχηλος .i. spina hominis constat septem spondylis. Appellantur & spondilia. li.8.ca.16.

σταφυλῆς) A Plinio dicitur hęc vna astaphis agria quã taminiam aliqui vocant falso: suũ enim genus habet, valet ad pituitam vnde a quibusdã dicta pituitaria, Græco vocabulo agria staphyle dicitur vua syluestris. lib.8.cap.5.

Per statumina) Pedamẽta. palos. adminicula. li.5.c.3.

Sępe etiã stiua) Pars aratri est, de qua Virgili⁹: Stiuaq; quæ currus a tergo torqueat. M. Varro. Stiua, inquit, a stando dicta, in qua transuersa regula est dicta manicula eo q᷑ manu bubulci tenetur. li.5.ca.2.

Simplici stolone) Plinius stolones in arboribus appellat fruticationẽ inutilẽ. Vnde & stolonũ Licinię gẽti inditũ cognomen. M. Varro planissime scribit de stolonibus, cuius verba subscripsi quę sunt hęc. Nam Stolonis illa lex quę vetat plus quingẽta iugera habere ciuem Romanũ, & qui propter diligentiam culturę stolonũ confirmauit cognomen, q᷑ nullus in ei⁹ funda reperiri poterat stolo, q᷑ effodiebat circum arbores radices quæ nascerentur ex solo, quos stolones appellabant. li.5.ca.8.

Ciceris) Cũ cicer inter legumina numeraretur, non inter olera, existimo legendũ siseris Est autẽ siser herba hortensis cui generositas pręcipua est in Germania: inest longitudine neruus qui in decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta quæ mulso in cibis temperata etiã in gratiam vertitur. Siser nobilitatũ est a Tiberio principe, id genus oleris mire expetente. De hoc intellexit Virgil. in Moreto scribens: Hic siser & capiti debentes nomina porci. In codicib⁹ impressis vulgo legitur cicer sicut hic quoq;, cum vtrobiq; siser legendum sit. li.11.ca.3.

Stringere arbores) Decerpere secare & colligere. Virgili⁹. Sed tamen & quernas glades tũ stringere tẽpus. Hinc stricta olea dicta quę manu colligit̃. li.6.ca.3.

Strigosum habitũ) Strigosus apud veteres moribus dicitur iumentorũ, qui corpora strin᷑itaut fame aut alia vitij causa, quasi stringosus. Aulus Gelli⁹ strigosum appellat equũ emaciatũ & male curatũ. Liuius tradit equos ex itinere visos esse strigosiores, hoc est macriores attenuatioresq;. li.6.ca 35.

Strumosis) Struma morbus est cui prope peculiariter obnoxii sunt sues: vnde & a Græcis χοιράδες vocãtur, vulgo scrophulas. vocãt a scrophis, quę illis maxime infestãtur. Plini⁹. Obnoxij sunt sues morbis anginę maxime & strumę. Est & struma, vt docet Cor. Celsus, tumor in quo subter concreta quędã ex pure & sanguine quasi glandulę oriũtur, quę præcipue fatigare medicos solent, nec vnq̃ facile maturescunt maxime in ceruice, sed etiam in alis & inguinibus & in lateribus. li.7.ca.10.

Subluuies atq; intertrigo) Videt̃ subluuies esse exulceratio in pedibus ouiũ nascẽs qñ scilicet ab vngula cutis resoluit̃: in homine reduuiam dicũt. Luere eñ soluere est, quasi subtus soluat̃ coriũ. De intertrigine quę ex intertritu nascitur, supra scripsi. li.7.ca.5.

Subinde) frequẽter. alias, mox, deinde. & itidem. li. 6.cap.2.

Submittere ꝓlẽ) Educare, ꝓducere, ꝓpagare. li.7.c.9.

Subrumentur) Sub mãmã mittãtur subiiciãturq;. antiquo nãq; vocabulo mãma dicit̃ rumis vnde agni & hœdi subrumi appellãtur. qui sub rumis .i. mãmis adhuc habẽtur. Hinc verbũ subrumari, q̃d significat sub mãmã subiici. Hinc rumina dea. Hinc ruminalis ficus q᷑ sub ea arbore lupa rumã, id est mammã Romulo & Remo dederit. li.7.ca.4.

Velut quibusdã substructionibus) Plinius, Cicero, cęteri substractiones insanas vocãt ædificia enormia sumptuosa & impẽdiis prope regalibus extructa. Hic substructiones intellige aceruationes lapidũ in vnũ agri locum congestorũ. Instar substructionũ quibus ædificia magna consurgunt. li.1.ca.2.

Suculę celãtur) In capite Tauri sunt stellę numero septẽ, quas nostri suculas vocãt, Gręci hyades nomine pluuio. Nã Gręci ὕειν dicit̃ pluere. Hę autẽ stellæ cũ oriũtur & occidũt, tẽpestates, pluuias, largosq; hymbres cient. Imperiti arbitrãtes dici hyadas a suibus q Gręca voce ὗες nõminatur a similitudine nominis Gręci appellauere suculas, siq̃dẽ sus p diminutionẽ dicit̃ sucula. Hinc iocus ille Plautin⁹. Quin tu in die recta cũ sucula & cũ porculis. Plinius tradit id sidus vulgo appellatũ esse palilicium, q᷑ celatur vesperi circa palilia q dies festus est vigesimus primus mẽsis Aprilis, idemq; vrbis Romæ natalis. li.11.ca.2.

Suffitas) Fumigatas & quodã quasi suffimine medicatas. Virgilius inq̃t. At suffire thymo. Apud Pliniũ frequenter legitur suffitus suffitiones suffimẽta. Apud Ouidiũ. Sãguis equi suffimen erit. li.9.ca.14.

Suffragines coronę) Sunt in cruribus posterioribus quadrupedũ suffragines, quib⁹ pedes inflectũtur. Dici ex eo videntur q᷑ subter frangãtur. Plinius tradit aues curuare suffragines in posteriora: quibus verbis planissime demõstrat suffragines dici illã in cruribus partẽ, quę humani poplitis modo curuat̃. Hinc suffraginosa mula, cui⁹ suffragines morbo infestãtur. Corona autẽ pars est pedis in brutis animalib⁹. Hinc suffraginosus, laborans suffraginibus. li.6.ca.14.

Suffriatur) Inspergitur: suffriare infriare perfriare ex eodẽ fonte manãtia verba, significãt minutim cõterere, & q̃d vulgo dicit̃ puluerizare atq; inspergere. lib.9.cap.35.

Vitem supplantato) Vitẽ supplantare est quasi explantare deluxare atq; prosternere, sicut in palęstrico curuliq; certamtue luctãtes supplãtant aduersariũ & cursor cursorẽ: subductisq; pedib⁹ arietãt ad terrã, q̃d Gręce dicit̃ ὑποσκελίζειν. M. Tullius tradit q᷑ q stadiũ currit nullo modo debet supplantare eũ, quicũ certet. Dixit Plini⁹ vuas supplantat, pro eo q̃d est lędit conuellit atq; delumbat. lib. de arb. cap.7.

Suppuratio) Apostemata Gręci vocant, nostri suppurationes. Fit & suppuratio quãdo ex vlceribus manat pus, hoc est, sanies. Suppurare dicunt̃ vlcera qñ p uenerũt ad maturitatẽ & emittũt pus. li.6.ca.11.

Supputari) putari decidiq; ferro. li.4.ca.35.

Surcularis terra) Ad surculos progenerandos idonea. li.3.ca.11.

Suspiriosę) Gręcis vocabulis asmatici, dyspnoici, orthopnoici appellãtur, quos nostri suspiriosos appel-

lant. vitiū est pueniēs ex difficultate spirandi. Agere animā dici suspiriū potest, vt tradit Seneca. De suspiriosis crebra mētio apud Pliniū. De dyspnoea & orthopnoea scribit Galenus, sed recētiores medici perperā pnūciātes vitiāt elegātiā atticismi. li. 6. ca. 37.

T

Superius tabulatū) Tabulata in arboribus sunt ordines ramorū de qbus ait poeta. Assuescāt summasq; sequi tabulata p vlmos: quē locū enarrās Serui⁹ ait: Tabulata sunt rami effusiores & in plana tēdētes nō ad altiora crescētes. Sunt in arboribus ima & summa tabulata ramorū. Plinius docet tabulata vlmorū ab octauo pede altitudinis dilatarī collib⁹ siccisq; agris, a duodecimo in campestribus & humidis. li. 5. ca. 4.

Tamaricis) Tamarix est quā & myricen vocāt, quæ ad lyenē pcipua est, si succus eius expressus in vino bibatur, adeoq; mirabilē eius antipathiā cōtra solū hoc viscerū faciūt, vt affirmēt si ex ea factis alueis bibant sues sine lyene inueniri: & ideo homini splenetico cibū potūq; dant in vasis ex tamarice factis. vulgus infelicē eā arborē appellat, quoniā nihil ferat nec feratur vnq̄. li. 7. ca. 10.

Tanagrici) A Tanagra ciuitate Bœotiæ, quā Homerus vocat γραῖαν quę & prius, vt docet Stephanus, vocabat ποιμανδρία. Tanagrici galli auctore Varrone sunt sine dubio pulchri, & ad pliandū inter se maxime idonei: sed ad partus sunt steriliores. Plinius de gallis gallinaceis loquens ait: patrias nobilitauerunt Rhodū ac Tanagrā. Tanagreę meretricis meminit M. Tullius. li. 8. ca. 2.

Dissimilē ratione postulat Tarentinū atq; hirtū) In genere ouiū summa dignitas fuit Tarētinis ouibus, quę ppter bonitatē lanę pellibus integebantur, ne lana inquinaret. Hinc Plinius noster id gen⁹ ouiū elegantius vocat tectū, cū operimentis tegeretur, & a Varrone pellitę nominātur: de quibus intellexit Horatius illo sapphico versiculo. Dulce pellitis ouib⁹ galesi Flumē. Igitur cū Tarentinū pecus sit ex omnib⁹ mollissimū maximeq; hirtum, hoc est lanigerū atq; villosum, nullāq; domini, aut magistrorū inertiam sustineat, desiderat curā maiorē & rationē longe aliā in pastione, q̄ faciat reliquū ouiaricū pecus. Illud adnotādū Tarētum Sabinorū lingua molle significari, Vnde quidā Tarentinas oues & nuces dici autumāt. quia sunt molles. Hinc Horatius optimo epitheto videtur dixisse & molle Tarentū. Cuiū Tarentinarum tāq̄ elegantissimarū meminit Plautus in Truculēto his verbis. Argentū meo qui debebat patri, qui oues Tarentinas erat mercatus de patre quęrit patrē. Columella.

Porrum Tarentinū) De hoc ait Epigrammatista: Fila Tarentini grauiter redolentia porri Edisti quoties oscula clausa dato. li. 8. ca. 11.

Tartesiaci. Tartesos oppidū est Hispanis: vnde Tartesiacū pelagus dictū. In eo generosę murenę nascūtur. Vnde a Varrone laudat murena Tartesia. Apud Auliū Gelliū mēdose legitur murena Tharsesia quasi a Tharso oppido Ciliciæ dicta cū legēdū sit Tartesia a Tarteso oppido Hispaniæ. Autumat Strabo veteres betim fluuiū nominasse Tartesum. Nōnulli Tartesum Carteiam appellant. De Tarteso Silius. Tartesos stabulanti conscia Phoebo. lib. 8. ca. 16.

Tectum pecus) Id genus ouiū signat qd propter lanitij elegantiā operimētis tegitur, & ob id tectum pecus nominatur. Oratius id genus oues pellitas appellat illo sapphico versiculo: Dulce pellitis ouibus galesi Flumen. li. 7. ca. 2.

Palmeis regetibus) Legendū est tegetibus: significat enim tegetes ex foliis palmarū cōtextas adhiberi solitas ad vineam adumbrandam per cynocaumata: sic eīn vocantur calores æstuosi caniculę. M. Varro appellat tegeticulas canabinas ex canabi factas. li. 5. ca. 5.

Temporius) Tēpestiuius, maturius, citius, aduerbiū est, cui opponit serius. Hinc illud Nasonis: modo surgit eoo Tēporius coelo, modo serius incidis vndis. lib. 8. cap. 4.

Terebratione) Id est illius insitionis quę fit cū terebra, de qua sic inquit Cato: Terebra vitem quā inserere voles pertundito, eo duos surculos vitigineos qd genus esse voles insertos obliquos arcito ad medullā & cętera. li. 5. co. 9.

Termitibus(Termites sunt ramuli arborū maxime oliuarū. qd Porphyrio docet enarrās illud Horatianū: Nunq̄ fallentis termes oliuę. Aulus Gellius ramusculos palmarum termites appellat his verbis: Spadica Dorici vocant auulsum e palma termitem cū fructu. Item quoniā termes palmæ ex arbore cum fructu auulsus, spadix dicitur. li. 7. ca. 9.

Ternarij) Scrobes ternarios appellant quoquouersus pedum trium, sicut quaternarios quoquouersus quatuor pedum. li. 11. ca. 2.

Tertiationē) Oleū tertię pressurę, sicuti iterationē ponit pro oleum secundę pressurę. li. 12. ca. 49.

Tertiato) Tertia aratione colito. li. 2. ca. 10.

Tertiatur dodrante) Familiare est Columellę assis nomine totū significare, & cōsequēter per vncias intelligere partes, sicut hoc nomine dodrantis intelligi vult nouē partes vnius operę sufficere ad tertiādū agrū, id est, ad tertiā aratione in singula iugera peragendum. li. 2. ca. 4.

Thalli cęparū) θάλλω verbū Gręcū est, qd significat viresco & germino. Inde thalli dicti stipites in cępis, & folliculi quos vulgus vocat germina, quib⁹ semen cōtinet. θάλλον Gręci omne germinans appellauere. Attici maxime id in oliuis hac voce nominitant. Suidas ait θάλλον dici κλάδον, id est, ramū oliuę, li. 11. ca. 3.

Taliagines) Lego tiliaginę, hoc est, ex tilia arbore confectę, cuius materies odorata est nec teredinē sentit. Fasceis tiliaceis fasceabatur Antonin⁹, vt rectus incederet. Ex tilię membranis tenuissimis fiūt coronæ, vel coronarum ornamenta. phylirę vocantur: de quibus aliubi plura. li. 12. ca. 45.

Tineosos.) Plenos tinearū qui sunt vermes quos alucorū tineas vocant. tineas in libris gigni testatur Epigrammatista. In homine prouenire longitudinē pedum tricenum refert Plinius. li. 9. ca. 14.

Tiruncula) Veteranus & tiro opponūtur: neq; solū de militibus, sed etiā de mutis animalibus vsurpantur. li. 7. ca. 12.

Ad tormina) Morbus est intestinorū. Gręci vocāt dysenterion: intus intestina exulcerātur: ex his cruor manat, frequēs deiiciedi cupiditas, dolorq; in ano est. Torminosi dicūtur laborātes hoc genere morbi. M. Tullius torminosos quoq; dicimus quosdā nō quia patiantur tormina, sed quia procliues sint ad hoc genus ægritudinis. lib. 12. ca. 38.

Firmis toris) Sicut toros dicimus in animalibus

carnes pulposas robustasq́;,ita in vitibus tuto alligari potest. In secūda Tusculana enarrātes illud, O brachia,o lacertorum tori, scripsimus affatim super hac dictione. Ouidius colla torosa boum dixit elegantissime. Col. lib. de arb. cap. 16.

Tortiuū) Cato fecatum vinū appellat q̄d ex fecibus vini expressum est. Consimile est tortiuū, q̄d post primā pressurā ex torculari exprimitur circūcisis vinaceis, vnde & circūcidaneū nominatur. Cato. Tortiuū mustū circūcidaneū suo cuiq; dolio diuidito additoq; pariter. Est alterū vini genus, q̄d preliganeū vocant, q̄d operarij bibunt. Græci deuterias appellant, generali vocabulo omnia vina secūdaria, nostri lorā. Fiūt maceratis aqua vinaceis. li. 12. ca. 35.

Ceruice torosa) Pulposa musculosa. Ouidius colla torosa boum. in Tusculanis quęstionib⁹ ait Hercules, o brachia, o lacertorū tori. Plinius scribens de hortensibus decenter dixit ꝙ inula torosior est. li. 5. ca. 1.

Cum torreo) Tosto torrefacto. li. 6. ca. 9.

Velut traducem) In arbustis fiūt traduces. hoc autē vocabulo vtimur in vitibus, quę ex arboribus in arbores traducūtur. Traduces quidā rumpos appellāt, a traducendo nominatos: quales eleganter vtiliterq; formatos in territorio nostro conspicimus. Traducē bimū antiqui pręcidere solebant, vt ita transilem facerent. Nouariensis agricola traducū turba non contentus, nec copia ramorū, impositis etiānū patibulis palmites circūuoluit. Hieronymus, Augustinus, Ruffinus, cęteriq; ecclesiastici scriptores curiose disputādo disquirunt atq; vestigant, nūquid anima ex traduce propagata sit tāq̄ semen ex semine. Tertullianus oppido q̄ decenter scripsit famā serpere in traduces aurium atq; linguarū. Mendosi sunt Tertulliani codices impressi, in quib⁹ dictiones perperam distinctæ leguntur. Nam cum in traduces linguarū fuerit scribēdū sicut nos legimus, vitiose impresserūt intra duces corrupto vocabulo elegātissimo & sensu. li. 4. c. 29

In scda quasi tribu). i. in scdo ordine & loco trāslatione facta a classib⁹ Romanis. Nā alij erāt in prima, alij in scda classe. & ita gradatim distributi. Lege Liuiū. Cōsile est illud supra dictū a Columella. Possunt ēt scdę notę vites ꝓuētu & vbertate cōmēdari. li. 2. c. 2.

Tribulā & trahā) Noia sunt instrumētoꝶ rusticoꝶ, qbus ad terēda frumēta vtunt̄ agricolę. Serui⁹ interp̄tat̄ esse gnā vehiculoꝶ enarrās illud Virgilianū. Tribulęq; traheęq; & iniquo pōdere rastri. sic. n. scribit: Tribula gen⁹ est vehiculi quo terunt̄ in area fruges. Traha quoq; gen⁹ est vehiculi dictū a trahēdo, nā nō habet rotas. Tribulā a terēdo dictā autumāt. Fit aūt tribula ex tabula lapidibus aut ferro exasperata: quæ imposito auriga aut pōdere grandi trahit̄ iumētis iūctis, aut discutit ex spica grana, aut ex assibus dentatis cū orbiculis, q̄d, vt inquit M. Varro, plostenū Poenicum appellant. lib. 2. ca. 21.

Nullū natura trimestre semē) Plini⁹ taxās hāc Columellę sentētiā sic refert. Intātū fallit̄ Columella, q̄ ne trimestris ꝓpriū qdē gen⁹ existimauerit esse, cū sit antiquissimū, Gręci trimenon vocant. li. 2. ca. 9.

Satoriā trimodiā) Nomē est vasis a mensura triū modioꝶ: satoriā vocant, quoniā ex ea satores semina iaciunt in satione seminū. li. 2. ca. 9.

Trulla) Trullum & trulla sunt vasa: quoꝶ mētio apud scriptores, pręterea trulla instrumētū est æneū fabrile: cuius meminit Vitruuius, in quo significatu hic ponere videtur. lib. 9. ca. 12.

Tubulū fictilē) Tubi & p diminutionē tubuli sunt q̄dā quasi vasa fictilia oblōga instar fistularū, qb⁹ vtimur ad ductus aquarū cōficiēdos. Plini⁹ tradit aquas a fonte duci fictilib⁹ tubis vtilissimū eē: & vt auctor est Victruui⁹, salubriores sunt aquę q̄ ducunt̄ p tubulos fictiles q̄ q̄ p fistulas plūbeas. Plinius hoc idē memorās cola fictilia vocat, quē Columella tubulū fictilē appellat. Plinij verba sunt hęc. Est & luxuriosa ratio vites cędi, vt quatuor malleoli vehemēti vinculo colligent̄ in parte luxuriosa: atq; ita vel per ossa bubuli cruris, vel p cola fictilia traiecti obruantur binis eminētibus gēmis. & mox paulo ait, talis vuę acinas nihil intus ligni habituros Columella promittit. Col. lib. de arb. cap. 9.

Lauri turiones) Hoc vocabulo q̄d infrequēs est, significari vident̄ teneritudines ramusculorū in summitatibus arborum. li. 2. ca. 47.

V

Quasi vacerrę) Vacerras dicūt stipites & pticas ad quas equi religari solēt. alibi, docet Columella vacerras appellari genus clatrorū, accipiq; pro longuriis siue perticis. li. 6. ca. 18. Erat & apud antiquos vacerra nomen maledicti.

Aut valetudinariū) Lege in valetudinariū. Nā loc⁹ quo ægroti curant̄ elegāti vocabulo valetudinarium nuncupat̄. Seneca. Oēs in eodē valetudinario iacem⁹. mos hic ꝓpe peculiaris est religiosoꝶ, vt valetudinariū vnū tēplatim habēt, quo infirmi cōtinent̄ ac curātur. In vltimo p̄cipit Columella, vt valetudinaria immūdiciis liberētur, & identidē aperiātur, vt ita salubria languentibus præbeantur. li. 11. ca. 1.

Modo continetur) Aristoteles & Galenus tradunt bonā valetudinē eē quādā quasi mediocritatē in cōsinio excessus & defectus collocatam. li. 3. ca. 12.

In valuulis) Valuuli sunt folliculi & siliquę fabarū quasi valliuoli dicti, q̄a vallo fabis excutiant̄. li. 2. c. 12.

Vannisq; expurgant̄) Vanni sunt cribra qb⁹ frumēta purgant̄: vnde verbū Varronianū, euannare, q̄d est per vannos expurgare. In codicibus Varronis ꝑperā legitur euaminatur, cū recte legendū sit euannatur. De vanno ait Poeta: & mystica vannus Iacchi.

Desiderat vehes) A vehēdo vehes noiant̄. Sūt autē proprie rustica instrumēta qb⁹ stercus vehit̄ & mēsurę nomē. Plini⁹. Iustū est vehes stercoris. xviii. iugero tribui. Alibi Columella ait, maiores pecudes efficere denas vehes stercoris tricenis diebus. li. 2. ca. 5.

Auenūcula) Legēdū est venūcula. Orati⁹. Venūcula cōuenit ollis. Plini⁹ quoq; docet venūculā fuisse vuā ollis aptissimā, hoc est ollarem: sic enim vocātur quæ in ollis fictilibus conduntur. Papinius. Ollares rogo non licebat vuas. li. 3. ca. 2.

Venterculos) Ventriculos & intestina. li. 8. ca. 17.

Veratro) Helleboro. Plinius. Helleborum (inquit) Italia veratrum vocat. li. 6. ca. 31.

Vernaculum) Domesticum, Italicum. lib. 7. cap. 3. Sic Vernacula examina qb⁹ syluestria opponunt̄. li. 9. ca. 9

Parte versurę) Versurā dicūt scriptores agricolatiōis, vbi boues in arādo post peractū legitimū sulcū circūagūtur vertūturq;: alias versura est mutuatio quædā qua creditor mutatur a vertendo dicta, cui⁹ Plinius, Seneca, Cicero, omnes cōmeminere. li. 2. ca. 2.

In vestiariis) Vestiaria nominamus non tā arcas ac repositoria vestium q̄ ipsa vestimenta. dixit Seneca,

Dominus debet seruo vestiariũ. Sceuola iuriscõsult⁹ Quęsitum est, an mortua matre conditio apposita defecisse videatur, & per hoc neq; vestiaria neq; cibaria his debeantur. Respondi secundum ea quę pręponerentur, deberi. lib. i ca. 8.

Veterno consenescere) Torpore, segnitia, somno, ignauia. Vetern⁹ ꝓprie est ille morbus quē letarchũ Gręci nominãt, in quo marcor est & inexpugnabilis pene dormiendi necessitas: vulgo medici subetiã appellant. Inde veternosus pro ignauo atq; torpēte & somniculoso ponitur. li. 7. ca. 5.

Veterinarij) Medici pecorũ vetirinarij nominantur, quos Firmicus Maternus mulomedicos vocat ducto vocabulo ex voce Gręcoꝶ a qb⁹ κτηνίατροι appellãtur, id est, medici iumentorum. li. 6. ca. 8.

Veterinarię medicinę) Medicina veterinaria dicitur ea, qua vtitur veterinarius, id est, medicus pecoris & iumētoꝶ, quē nostri mulomedicũ. Gręci κτηνίατρον appellãt, de quo supra diximus. lib. 7. ca. 3.

Resoluatur veruactũ) Q đ vere semel aratũ est, a temporis argumento veruactũ vocatur, dicitur & proscissum, & proscindere appellant cum primum arant terram. li. 2. ca. 4.

Duo induantur statumina) Corrige viduantur. Nã cũ arbores & pali decēter dicãtur vitibus maritari, qñ illis copulanť: decēter quoq; dicētur viduari, qñ vitis emoritur quę instar mariti est. Statumina autē vocãtur adminicula, pali, pedamenta, qbus stat vitis tenera atq; fulcitur, & ita intellige exponeq; statumina apud Columellã hac voce crebrius vtētē. apud Victruuiũ statumina & statuminationes capiũtur pro solidationibus pauimentorũ, & statuminare pro munire ac solidare. li. 4. ca. 2.

Quasi mille sint viuiradices) Corrige quasi nullę sint. Quid autē sit viuiradix docebũt te Columella, Plinius, & nomen ostendit. Nã a viua radice cognominantur vuiradices, stirpes vitiũ videlicet & surculi, qui in seminario adolescunt, moxq; in suã sedē transferuntur. Malleoli vero non sunt radicati, nec seruntur in seminario. li. 3. ca. 3.

Abundantia vliginis) Vligo proprie est naturalis terrę humor. Vnde vliginosus ager dictus, quo quasi piger noxius humor continetur. Vliginoso agro opponitur aridus. li. 2. ca. 2.

De vlmariis) Vlmaria dicũtur seminaria in quibus plantaria vlmorũ adolescunt: quę mox roborata in arbustum transferãtur. Possunt & ipsa arbusta vlmaria nũcupari: quibus scilicet vites maxime copulantur, maximeq; cõueniũt, cum inter vitem & vlmũ sit amicitia sociabilis. li. 5. ca. 4.

Spicas vlpici) Genus allij est vlpicũ grãdius inter pulmentaria ruris celebratum, qđ Gręci appellauere ἀφροσκόροδον. Quidam allium punicũ vocant, de quo Plautus. Plenior vlpici q̃ Romani remiges. lib. 6. cap. 4.

De villatico) Villaticum canem appellãt qui villam, quęq; iuncta sunt villę custodit. li. 7. ca. 12.

Vicię pabularis) Quę scilicet pabuli causa seriť: estq; pabulum quadrupedum. li. 11. ca. 2.

Cum vicialibus) A vicia qđ pabulum est, vicialia deriuantur. li. 6. ca. 29.

Cribro viciario) A vicia, qđ genus est frugũ dicitur viciarium cribrũ, sicut a lolio loliariũ. li. 8. ca. 5.

Viciarium) Seminariũ intelligit, in quo semina vitium conserũtur, vt mox transferantur in vineã Paulo mox docet Columella in quo solo vitiariũ sit faciendum. li. 3. ca. 4.

Vitiscat) Vitis fiat: verbum est a vite formatum, eo inclinamento quo viuiscit. Col. lib. de arb. ca. 7.

Vmbrasue) Sic appellantur pisces quidã quorũ mentio est apud Enniũ sic scribentē: Melanurum, turdum, merulamq;, vmbramq;, marinã. li. 8. ca. 16.

Ad vnguem) Ad perfectam absolutionem. trãslatio a marmorariis qui iuncturas marmorum tũ demũ perfectas ducunt, si vnguis superductus non offendatur: vnde iam quęcũq; perfectissima esse volumus significare, ad vnguem facta esse dicimus. Oratius. Ad vnguem factus homo. li. 11. ca. 2.

Vngues custodum.) Iam docui custodes dici nouellos palmites. In vitibus autē sunt omnia quæ in corporibus, exempli causa caput, brachia, humeri, crura, pedes: palmæ, digiti, est pollex. Sunt & vngues quos annotinos præcipit esse resecãdos. i. vni⁹ anni quos & anniculos vocamus, vt ab ãno annotinus deriuatur. Alij legunt hornotinos eodem intellectu: super qua dictione supra perscripsi. Cæsar in commentariis naues annotinas appellasse videtur onerarias, quibus annona atq; cõmeatus comportantur. lib. 4. ca. 24.

Vnguine ceti Ab vngendo vnguen dictũ. Apuleius, vnguine delibut⁹: Cetus dicitur piscis maior errore grammaticorum manifesto, qui pluraliter & neutro genere tãtũ dici autumãt cete ex Gręca declinatione. In cœlo inter signa est cetus cui⁹ meminit Higinus. lib. 6. ca. 31.

Volucra appellatur) Ex lectione Pliniana commonitus, lego voluox. Plinij verba ad hanc rem ptinentia subscripsi, quę sunt hæc. Alij voluocem appellant animal prærodens pubescentes vuas: qđ ne accidat falces cum sint exacutę fibrina pelle detergunt, atq; ita putant: aut sanguine hircino liniri volunt post putationē easdem. Idem Plinius & ante Pliniũ. M. Cato cõuoluolum nominarũt bestiolam damnificam atq; vineas infestantem, qui fortassis a conuoluendo nomen accepit, eo q; se conuoluat atq; intorqueat circa pampinos. Eundē opinor esse inuoluolum, de quo scitũ est Plautinũ illud in Cistellaria, Imitatur nequã bestiam & damnificam inuoluolum quę in pampini folio intorta implicat se. itidem hęc exorditur sibi intortam orationem. Qui vult ne conuoluolus in vinea nascatur, medicamentum faciat ex amurca decocta ad crassitudinem mellis cum bituminis tertiario & sulphuris quartario. hoc vites sub caput & sub brachia pungat, ita cõuoluolus nõ fiet in vinea. li. de arb. ca. 15.

In speciem vuę) Apes dicũtur facere ostenta glomeratę in figuram botryonis, siue vuę pedibus permutua nexis. Iuuenalis. Examenq; apiũ longa consederit vua Culmine delubri. Virgilius. Vuam demittere ramis. li. 9. ca. 9.

Circa Vulcanalia) Dies feriatus Vulcano dicatus dicitur Vulcanalia. M. Varro. Vulcanalia a Vulcano q; ei tũ ferię, & q; eo die populus per se ignem animalia mittit. Plinius. A Vulcanalibus lucubrare incipiebat studendi causa. lib. 11. cap. 3.

FINIS.

IVCVNDI VERONENSIS in libros de re Rustica ad Leonē.X.Pont.Max. Præfatio.

Rerum rusticarum studiis semper sum incredibiliter delectatus B. P. q̄ eæ, quæ ex illis capiuntur, voluptates: proxime ad sapientis vitam videntur accedere: habent enim rationem cum terra, quæ nūq̄ recusat imperiū, nec vnq̄ sine vsura reddet quod accepit. Quãobrem cupiens hanc vitã, requiem aliquando, oblectamentūq; futurã senectutis, si ad eam vnq̄ IESV Dei Opt.Max.munere peruenerim, cum alios libros de cultura agrorū, tum præcipue Catonis, Varronis, Columellę, Palladij sic semper studiose legi: vt satiari delectatione non possem. videbar enim illis legēdis ruri esse, villas habitare: M.Curij, L.Quintij Cincinnati felicem illã vitã degere: quorū alter, cū de Samnitibus, ac Sabinis triumphasset, & de Pyrrho, in agris consumpsit extremū tempus ætatis: vbi ad focū sedenti magnū auri pondus Samnites cū attulissent, spreto auro, magnificã illam vocem edidit: non aurū habere pręclarū sibi videri: sed eis, qui haberēt aurum, imperare: alter dictator factus, a villa in senatū accersitus est. Hos ipsos libros summa mea in illos beneuolentia cū antiquis contuli exemplaribus: accurateq; emendaui adhibito tamē iudicio amicorum, & doctorū hominū. tum Aldo nostro dedi, vt suis typis excudendos curaret: idq; cū factū sit nō indiligēter, sanctitatis tuę felicissimo nomini eos nūcupaui, cū ob meã erga illã summã obseruantiã, tum etiã, quia tu dignissimus omniū eo munere occurrebas. nam libri, in quib⁹ de vitibus, & pastoribus, & partibus familiarum tractatur, cui conuenientius dicari possunt, q̄ ei, qui vitis est fœcūdissima, qui pastor optim⁹, qui pater omniū; αὐτὸς ἔφη. Ego sum vitis vera, vos palmites. Ego pastor bonus, q satago mearū ouiū, & cognosco oues meas, & me illæ contra. Tu vero B.P. accipias velim munus hoc, qualecūq; est, a Iucundo seruo tuo benigna fronte: vt spero, facies, es em̄ psimilis dei: cuius locū tenes in terris. amat ille pium cor, amat purã mentē: amat simplicitatē offerentis, nō munus. Venetijs Id. Maij. M.DXIIII.

¶ALDVS Lectori.S.

ILLVD significandū censui amice, & studiose lector, ordinem librorū Columellæ aliū esse in hoc volumine, q̄ in aliis, idq; Iucūdi nostri diligentia: qui primus eum librum, qui tertius erat: cui⁹ principiū est. Cū de cultu agrorū abūde primo libro pcepisse videamur, nō intempestiua erit arborū, virgultorūq; cura: quę vel maxima pars habetur rei rusticę: nō adnumerandū libris Columellę ad Siluinū dephēdit tribus pręcipue rationibus, quarū prima est, quia hic idē est, cū eo, qui statim sequitur, quiq; incipit, Hactenus aruorū cultus, vt ait pręstātissimus poeta. Nihil enim prohibet nos Publi Siluine de iisdem rebus dicturos celeberrimi carminis auspicari principia: sequitur arborū cura, quę pars rei Rusticę vel maxima est. Ecce vterq; est de arboribus: sed is, cuius principiū. Hactenus aruorū cult⁹: & maior multo est, & magis cultus. Secūda, qa in eo ipso libro, quē nō adnumerandū diximus Columellæ hisce de re Rustica libris: nusq̄ nominat P. Siluin⁹: vt fit in aliis omnib⁹. Tertia, quia si ille liber, iis, qui sunt ad Siluinū, inseratur, accusandus foret author indiligētia: q de arboribus pomiferis, de cythiso, de oliuis: & aliis quibusdã & in hoc, & in eo, q nūc quintus est: tāq̄ oblitus tractauerit. Præterea qa in principio eius libri, q incipit. Quę fere cōsumabāt P. Syluine ruris exercēdi, colendiq; scientiã, queq; pecuarię negociationis exigebat ratio, septē memorauimus libris: nō septē, sed octo foret dicēdū: tū aliis in locis numerus librorū, qui apud authorē legitur: esset falsus, qa si illū, vbi nō est nomen Siluini, addideris: in eo libro, qui villicus inscribitur: queq; vndecimū esse librū ipse dicit: his verbis. Et hoc vndecimū pręceptū Rusticationis: foret scribendū duodecimū. sed perperã, nã cū alius aliū librū semper citet: aut facile est quęrēti cognoscere, necesse est eū esse ordinē librorū, qui hic habetur: & vbi author septimū dicit, septimū: vbi nonū, nonū: vbi vndecimū, vndecimū esse oportere. Ipm autē librū in fine totius operis curauimus imprimendū: vt & illū quis, cū libuerit, possit legere: an autem Columellæ sit, an alterius: tū qua re poti⁹ Columellę esse videatur, videant alij: nobis em̄ nō erat ociū. Vale.

¶Emendationes eorū in qbus exēplaria variãt, aut ab eis aberratū est, quãtū colligendis tabellis diligēti lectiōe dephēdere potuim⁹. priore nūero pagellã, posteriore versum seu lineã pagellę indicãte.

Pagina.3. versu.33. Myrtum cōiugulū, & albū, & nigrū, sic fere legit. Plinius tñ lib.15.c.29.ait. Cato tria gña myrti pdit, candidã, nigrã, cōiugalē. vbi Hermola⁹. Cū tria gña myrti pdidisse Catonē citet Plini⁹, candidã, nigrã, cōiugalē, cōiugulū nō cōiugalē apud Catonē scriptū tradit obseruasse. Ego in vetusto Catonis codice cōiugalē nō cōiugulū inuenio. Et Plini⁹ stati subdit, Cōiugalē existimo nūc nostratē dici. Illud autē magis adnotãdū, Columellã lib.12.c.38. duo tm̄ gña myrti fecisse, tāq̄ Catōis verba sint aliter accipiēda q̄ Plini⁹ senserit: cōiugalē.s. myrti albę & nigrę epithetū, q̄ esset adi cōiugia idonea, & nō tertiū myrti genus: nã cōiunctiōi pperat Ven⁹ cui hęc arbor sacra: qui & ara fuit Veneri myrteę, quã ideo murteã appellãt. Hęc Catane⁹. 5.48. crassam. 10.53. minimū, minutū alij. Ibidē de cupressi satione. Tū semen serito cribro tāq̄ linū, sic omnes legūt. capite tñ.151. legit, serito crebrū ita vt linū 13.8. melipōtos, Beroal. medipōtos alij. 15.19. depsito. 16.45. aminei, vbiq; sine diphthōgo. 25.30. aut terna palo. & vers.32. Die. 28.18. Agri. 31.21. in fimū Beroal. infimū alij. 33.48. ita ardu⁹ sit. 46.50. auaritiã. 48.10. Anni caprę, Statili: alij Annij caprę, Statilij. 49.1. in voluis intimis, vocãt χορίον. sic Ald⁹ & Beroal. alii addūt q̄ Gręci vocãt χορ. 54.39. labris. 65.5. q sec⁹ si qd diceret sic Ald⁹. Ber. & alii diceres. sed ex neutra lectiōe videt elici posse sensus. syncerior fortasse erit lectio hoc sensu & ordine, q secus si qs diceret de his, gētilitatis ca. fortas. aн cū duc. serrã i. hãc rē tractare vellet, cū sit e gñe pauonū Fircelli⁹, vt liqt cap. pcedēte, Pauo surgit, q̄ ei⁹ cãdidati custos &c. vel ei se strēnue opponeret q de pauonib⁹ diceret. Serra em̄ Vegetio auctore est, q̄ a fortissimis directa aн frōtē opponit hostib⁹, vt turbata acies reparet. Gellio quoq; est i militia ordinis nomē. 96.50. Casceale, cęsale Bero. 108.20. pspiciam⁹, & vers. 49. verticibus. 113.37. arcellę, forte arcelacę vt Bero. 118. 20. vlua. 119.30. demortuis. 120.29. quare cū ad summū. 147.47. lęuū. 148.5. exiguis. 155.53. expertib⁹. 164.17. tamaricib⁹. 170.53. tãt⁹ reddit⁹ quãt⁹ &c. 179.33. & hirsutas alas habēt. 108.49. solē. 183.24. acie dimicãtes vel aciē dimicãtiū, sic duces seditionū. 185.14. vt examē. 189.30. paliuron acutis. 190.29. celeret, forte celet. 199.17. acheloidas oro. 201.16. docuit quē. 24.47. num illa. 208.45. ningit. 211 46. dies. & vers.54. seminis. 212.39. habeas. 221.1. annuū. 234.49. adiicito. 236.37. 27. sampsam, sansam. Beroald. 243.13. quas sequenti. Hęc candide lector boni consule.

MARCI CATONIS PRISCI DE RE RVSTICA LIBER.

EST interdum præstare populo,mercaturis rē quęrere,ni tam periculo= sum fiet:& item fœnerari,si tā honestum fiet.Maiores enī nostri sic ha= buere,& ita in legibus posuere, furem duplici condemnari,fœneratorē quadrupli. Quāto peiorem ciuem existimarint fœneratorē,q̄ furē,hinc licet existimari.Et virū bonū cū laudabant,ita laudabāt,bonū agricolā, bonūq; colonū: amplissime laudari existimabatur,q ita laudabat.Mer= catorē aūt strenuū,studiosumq; rei quęrendę existimo,verū(vt supra di xi)periculosum,& calamitosum.At ex agricolis & viri fortissimi,& mi lites strenuissimi gignūtur,maximeq; pius quęstus,stabilissimusq; con= sequitur,minimeq; inuidiosus . minimeq; male cogitantes sunt,qui in eo studio occupati sunt. Nunc (vt ad rē redeā)qđ promisi institutum primum hoc erit.

Fur. Fœnerator. Agricola. Mercator. Strēnuissi= mi. Quęst⁹ sta bilissimus.

¶Quomodo agrum emi parariq; oporteat. Cap.I.

PRAEDIVM cum comparare cogitabis,sic in animo habeto:vti ne cupide emas,neue opera tua parcas visere,& ne satis habeas semel circumire.Quoties ibis, toties magis placebit,qđ bonum erit.Vicini quo pacto niteant,id animaduertito . In bona regione bene nitere oportebit, & vti eo cū introeas,circūspicias,vti inde exiri possit:vti bonū cælū habeat,ne calamitosum fiet, solū bonū sua virtute valeat . Si poteris sub radice montis fiet,in meridiē spectet,loco salubri,ope rariorum copia fiet,boumq; ibi aquariū:& oppidū validū prope fiet,aut mare,aut amnis,qua na= ues ambulāt:aut via bona,celebrisq;:Siet aūt & in his agris,qui nō sæpe dominos mutant , qui in his agris prędia vēdiderint,quos pigeat vēdidisse,vti bene ędificatū fiet.Caueto ne alienā discipli nā temere cōtēnas.De dn̄o bono colono,bonoq; ędificatore melius emetur.Ad villā cū venies,vi deto vasa,torcula,& dolia multa ne fient.vbi nō erūt,scito ꝑ ratione fructuū esse.Instrumēti ma gni ne fiet,bono loco fiet.Videto q̄ minimi īstrumēti, sumptuosus ager ne fiet. Scito idē agrū qđ hoiem:q̄uis quęstuosus fiet,si sumptuosus erit,relinq nō multū. Prędiū qđ primū fiet, si me ro= gabis,sic dicā.De omnibus agris,optimoq; loco si emeris iugera agri centū,vinea est prima,si vi= no multo fiet.Secūdo loco hortus irriguus,tertio salictū,quarto oletum,quinto pratū, sexto cā= pus frumentarius,septimo sylua cędua,octauo arbustum,nono glandaria sylua.

Bonū cælū. Naues am bulent. Sūptuosus ager ne fiet. Prædiū qđ optimum. Oletum. Sylua cæ= dua&Glan daria.

¶Patrisfamilias officia. Cap.II.

PATERFAMILIAS vbi ad villam venit, vbi larem familiarem salutauit, fūdum eodem die, si potest,circumeat:si nō eodem die,at postridie:vbi cognouit quomodo fundus cultus fiet, operaq; quæ facta,infectaq; fient,postridie eius diei villicum vocet,roget,quid operis fiet factum, satisne tēpori opera fient confecta,quę durare possint,qd restet,aut quę reliqua fient conficienda, & quid factū vini,frumenti,aliarūq; rerū oīm.vbi ea cognouit,rationē inire oportet operariū die rū.Si ei opus nō apparet,dicit villicus sedulo se fecisse,seruos non valuisse,tempestates malas fuis se,seruos aufugisse,opus publicū effecisse:vbi eas,aliasq; causas multas dixerit, ad rationē operū, operarumq; villicū reuoca.Cū tempestates,pluuięue fuerint,videto quot dies,quęue opera ꝑ im= brē fieri potuerint,dolia lauari,picari,villā purgari,frumētū trāsferri,stercus foras efferri,sterqui linium fieri,semē purgari,funes veteres sarciri,nouosq; fieri centones,cuculionesue familiā opor tuisse sibi sarcire.Per ferias vero,fossas veteres tergeri,viam publicā muniri, vepres recidi, hortū fodiri,pratum purgari,virgas vinciri,spinas runcari , cremariq; : ex piscina immunditias efferri, munditias fieri. Seruis excocta cibaria non tanta dari , quāta cū sine tēpestate operātur in aruis. Vbi hęc cognita ęquo animo fient,quęue reliqua opera fient,curare vti perficiantur. rationē pu tare argentariā,& frumentariā familię,pabuliue causa.quę paranda fient parare.rationē item vi= nariam,olcariamq;:quid vęnierit,quid exactum fiet,quid reliquum fiet,quidq; fiet qđ vęneat:quę satis accipiunda fient,satis accipiantur:reliqua quę fient, vt cōpareant . Si qua desint in annum, vti cōparentur:quę supersint,vti vęneāt.quę opus fient locato,locentur. Quæ deinde opera fieri velit,& quę locari velit,imperet,& ea scripta relinquat.Pecus consideret,auctionem vti faciat.Vē dat oleum,si precium habeat,vinum frumentumq; quod supersit.Vendat boues vetulos, armen= ta reiicula,oues reiiculas,lanam,pelles, plostrum vetus, ferramenta vetera, seruum senem, seruū morbosum,& siquid aliud supersit,vendat. Patremfamilias vēdacem nō emacem esse oportet.

Larē famil. salutare. Ad rōnem oparum re uocare. Picari dol. Cuculiones Centones Fodiri. Rūcari spi. Rōnē puta re argētar. Reiicula. Vendacem non emacē patrēfa.esse oportet.

¶Quomodo agrum in adolescentia conferre patremfa.oporteat. Cap.III.

Qñ ędificã dum. Villa fund. quęrat. Cella. Torcularia Olea.

PRIMA adolescẽtia patrẽfamilię agrũ ſtatim cõſerere ſtudere:ędificare diu cogitare oportet. cõſerere cogitare nõ oportet,ſed facere:vbi ętas acceſſit ad annos trigintaſex,tum ędificare oportet,ſi agrũ cõſitum habeas.Tũ ita ędifices,ne villa fundũ quęrat,neue fundusvillam.Patrem familiæ villã ruſticã bene ędificatã habere expedit,& cellam oleariã,vinariãq; inſtructam,& dolia multa, vti lubeat caritatem expectare: & id rei,& virtuti,& glorię erit. Torcularia bona habere oportet,vt opus bene effici poſſit.Olea vbi lecta fiet,oleũ fiat cõtinuo,ne corrumpatur.Cogitato quotannis tẽpeſtates magnas venire,& oleã deijcere ſolere.Si cito ſuſtuleris,& vaſa parata erunt, nihil damni erit ex tẽpeſtate,& oleum viridius,& melius fiet.Si in terra, vel tabulato olea nimiũ diu erit,putreſcet,oleũ fœtidũ fiet.Ex quauis olea oleũ viridius,vel bonũ fieri poteſt,ſi tẽpori facies.In iugera oleti cẽtũuiginti,vaſa bina eſſe oportet. Si oletũ bonũ,beneq; freques, cultũq; erit, trapetos bonos,priuos,impares eſſe oportet,vt ſi orbes cõtriti fient,cõmutare poſſis:funes loreos, priuos,vectes ſenos,fibulas duodenas:medipontos,priuos,loreos:trochleas gręcanicas binas,quę funibus ſparteis ducantur: orbiculis ſuperioribus octonis,inferioribus ſenis citi⁹ duces. Si rotas voles facere,tardius ducentur,ſed minore labore.

Oleum viridius. Trapeti. Mediponti Lorei. Trochleæ græc.

¶Bubilia vti bene ædificata habeantur,& vicinia bona. Cap.IIII.

Bubilia. Præſepes Clatri. Villa vrb. Fructi. Frons occipitior. Vicinitas.

BVBILIA bona,beneq; ædificata,bonas pręſepes,faliſcas habeant clatratas. Clatros inter ſe oportet pede diſtare.Si ita feceris,pabulũ boues nõ eijcient.Villã ſuburbanam pro copia ędificato in bono prędio.Si bene ędificaueris,beneq; poſueris eã,ruri ſi recte habitaueris,libentius,& ſępius venies,fundus melior erit,minuſq; peccabitur, fructi plus capies. Frõs occipitio prior eſt. Vicinis bonus eſto.Familiã ne ſiueris peccare.Si te libenter vicinitas videbit,facilius tua vendes, operas facilius locabis,operarios facilius cõduces.Si ędificabis,operis,iumentis,materia iuuabũt. Siquid (bona ſalute) vſu venerit,benigne defendent.

Villici officia qualia oportet fiant. Cap.V.

Villici effi.

HÆC erunt villici officia.Diſciplina bona vtaẽ.Ferię ſeruentur.Alieno manũ abſtineat.Sua ſeruet diligẽter.Litibus familia ſuperſedeat.Siquis quid deliquerit, pro noxa bono modo vindicet.Familię male ne ſit.prouideat:ne algeat,ne eſuriat,& opere bene exerceat,ſic facilius malo,& alieno prohibebit.Villicus ſi nolet male facere,nõ faciet.Si paſſus erit, dominus impune ne ſinat eſſe.Pro beneficio gratiam referat,vt alijs recte facere libeat.Villicus ne ſit ambulator,ſobrius ſiet ſemp.Ad cœnam nequo eat.Familiam exerceat,cõſideretq;, vt quę dominus imperauerit, fiant.Ne plus cẽſeat ſapere ſe,q̃ dominũ.Amicos domini,eos habeat ſibi amicos. Cui iuſſus ſiet, auſcultet.Rem diuinã niſi compitalibus in cõpito,aut in foco ne faciat.Iniuſſu domini credat nemini.Q đ dñs crediderit,exigat.Satui ſemen,cibaria.far,vinum,oleum mutuum dederit nemini. Duas aut tres familias habeat,vnde vtenda roget,& quibus det:pręter eas,nemini. Rationẽ cum dño crebro putet.Operariũ,mercenarium,pollintorẽ diutius eundẽ ne habeat diẽ.Nequid emiſſe velit inſciẽte dño,neu quid dominũ celauiſſe velit. Paraſitũ ne quẽ habeat. Augurẽ,aruſpicẽ,ariolum,chaldęũ ne quẽ cõſuluiſſe velit.Segetẽ ne defrudet,nam id infelix eſt.Opus ruſticũ omne curet vti ſciat facere,& id faciat ſæpe,dũ ne laſſus fiat.Si fecerit,ſcibit in mente familię quid ſiet,& illi animo ęquiore faciẽt.Si hoc faciet,minus libebit ambulare,& valebit rectius,& dormibit libentius.Primus cubitu ſurgat,poſtremus cubitum eat:prius villam videat clauſa vti ſiet, & vti ſuo quiſq; loco cubet,& vti iumenta pabulũ habeant.Boues maxima diligentia curatos habeto.Bubulcis obſequitor ſtatim,quo libentius boues curent. Aratra,vomereſq; facito,vti bonos habeas. Terram carioſam caueto ne ares,neue ploſtrum,neue pecus in eam impellas. Si ita non caueris, quo impuleris,† triennio fructum amittes.Pecori & bubus diligenter ſubſternatur, vngulæ curẽtur.Scabiẽ pecori,& iumẽtis caueto:id ex fame,& ſi impluit,fieri ſolet.Opera oĩa mature cõficias face.Nam res ruſtica ſic eſt,ſi vnam rem ſero feceris,omnia opera ſero facies.Stramenta ſi deerũt, frõdem iligneam legito, eam ſubſternito ouibus,bubuſq;.Sterquilinium magnum ſtude vt habeas.Stercus ſedulo conſerua:cum exportaueris ſpargito,& comminuito,per autumnũ euehito.Circum oleas autumnitate ablaqueato,& ſtercore addito,confoueto:frondem populneam, vlmeã,querneamq; cædito,& per tempus eam condito non peraridam pabulum ouibus. Item fœnum,cordũ,ſicilimenta de prato demito,eaq; arida condito.Poſt imbrem autumni rapinam pabulum,lupinumq; ſerito.

Cõpitalia. In cõpito & foco rem diuinã fac. Oleum mutuum. Pollintor. Chaldæus. Cubitu ſurgat. Carioſ.terrã caueto. † triennii Scabies ex fame. Sterqliniũ. Cordum. Siciliměta. Rapina.

¶Quibus locis conſeri agrum oporteat. Cap.VI.

Ager q fru. Ager nebul.

AGRVM quibus locis conſeras, ſic obſeruari oportet. Vbi ager craſſus, & lętus eſt ſine arboribus,eum agrum frumentarium eſſe oportet.Idem ager ſi nebuloſus eſt rapa,raphanos,

milium,panicum id maxime seri oportet:in agro crasso & caldo oleam conditiuam,radium maiorem salẽtinam,orchitẽ poseam, sergianã, colminianã,albicerem, quã earum in his locis optimã dicent esse,eã maxime serito.Hoc gen⁹ oleæ in vigintiq́nq;,aut triginta pedes cõserito. Ager oleto conserundo,qui in ventum fauonium spectabit,& soli ostẽtus erit,alius bon⁹ nullus erit. Qui ager frigidior & macrior erit,ibi oleam licinianam seri oportet.Sin in loco crasso,aut caldo seueris,hostus nequã erit,& ferũdo arbor peribit,& muscus ruber molestus erit.Circũ coronas,& circum vias vlmos serito,& populos,vti frondẽ ouib⁹ & bubus habeas,& materiam,vt siquid opus erit parata siet. Sicubi in his locis ripę,aut locus iũctus humectus erit,ibi cacumina populorũ serito,& arũdinetum.Id hoc modo serito,bipalio vortito,ibi oculos arũdinis pedes ternos aliũ ab alio serito.Ibiq́ corudã serito,vnde asparagi fiant.Nã cõuenit arũdinetũ cũ coruda,eo quia foditur,& incẽditur,& vmbrã per tempus habet.Salicem gręcam circũ arũdinetũ serito,vti siet, qui vineam alliges.Vineam quo in agro conseri oportet,sic obseruato.Qui vino locus optimus dicetur esse,& ostentus soli,ibi aminęũ minusculũ,& geminũ eugeneum, & helueolum minusculũ conserito.Qui locus crassus erit,aut nebulosior,ibi aminęum maius,aut murgentinum,aut apicium lucanum serito.Cęterę vites,& de his miscellæ maxime in quemuis agrum conueniunt.

Ager oletõ cõserundo. Ostentus. Hostus. Coronæ. Arũdinetũ Plin. bulbos vocat. Bipalium. Corũda. Vinea quo in agro conferenda. Aminęum Helueolum Miscellę.

¶Quo in loco arbusta & virgę serantur. Cap.VII.

FVNDO suburbano arbustum maxime cõuenit habere,vti ligna,& virgę,salicti venire possint,& domino fiat,qui vtatur.In eodem fundo suũ quodq́ fructi genus conseri oportet, arbustoq́ vitẽ copulari.Aminęũ minusculũ & maiusculũ,& apicium. Hæc in ollis,ollæ in vinaceis cõduntur:eadem in sapa,& musto recte cõduntur,quas suspendas duracinas,aminęas maiores,& scantianas,opportunissimas esse,hæ & ad fabrum ferrarium,pro passis recte seruantur.Poma mala struthea,cotonea,scantiana, quiriniana,item alia cõditiua mala mustea,& punica,eo lotiũ suillum,aut stercus,ad radicem eorum addere oportet,vti stabilia;mala fiant. Pyra volema,aniciana,& sementina.Hęc cõditiua in sapa bona erunt,tarentina,mustea,& cucurbitina.Item alia genera q̃ plurima serito,aut inserito:oleas orchites,posias,eæ optimę cõduntur,vel virides in muria,vel in lentisco cõtusę.Orchites vbi nigrę erunt,& siccæ,sale cõfricato dies duos,postea salem excutito,in solem ponito biduum vel sine sale in defrutum cõdito.Sorba in sapa cum vis cõdire,vel siccare,viridia facias:item pyra eodem modo facias.

Arbustum. Pomorum & pirorũ gña & quõ condantur. Conditiua. Orchites. Sorba.

¶Ficos plurimũ generum,quo loco seri oportet. Cap.VIII.

FICOS Mariscas in loco cretoso,& aprico serito,africanas,& herculanas,sagũtinas,hybernas telanas,attas pediculo longo,eas in loco crasso,aut stercorato serito:tum si irriguum habebis,fœnum non deficiet:si non,& erit siccum,summittito sub vrbe hortum omne genus, coronamenta omne genus,bulbos megaricos,myrtum coniugulum, & album, & nigrum:laurum delphicam,& cypricam,& syluaticam:nuces caluas,auellanas,prænestinas,& græcas. hæc facito vti serantur.

Hortũ oẽ gen⁹. Myrtũ coniugulum. Laur⁹ delp.

¶Vti salicta locis aquosis serantur. Cap.IX.

FVNDVM suburbanum,& qui eum fundum solum habebit,ita paret, itaq́ conserat,vti q̃ fertilissimũ habeat.Salicta locis aquosis,vietis, vmbrosis, propterq́ amnes ibi seri oportet. Et id videto,vti aut domui opus sient,aut vt venire possint.Prata irrigua, si aquam habebis, id potissimum facito:si aquam non habebis,sic vt habeas q̃plurimum facito.Hoc modo prædium quoduis expedit facere.

Salicta. Prata irrigua.

Quot villicum cõseruos,quot boues & asinos & ministros & vtensilia habere oporteat. Cap.X.

OLIVETVM agri ducentorum quadraginta iugerum habere oportet villicum, villicam, operarios quinq́,bubulcos tres,subulcum vnũ,asinariũ vnũ,opilionẽ vnum.Sũma hominũ.XIII.boues ternos,asinos instratos clitellarios,qui stercus vectent tres,asinũ vnũ ad oues cẽtum,vasa olearia,instructa iuga quinq́,ahenũ vnum qđ capiat quadrantalia triginta,operculum aheni vnũ,vncos ferreos tres,vrceos aquarios tres, infundibula duo, ahenũ aliud qđ capiat quadrãtalia decem,aheni operculum, vrceos tres,labellũ polulũ, amphoras olearias duas, vrnã quinquagenariã vnã,trullas tres,situlũ aquariũ vnum,peluim vnam,matellionẽ,trullũ scutriscũ vnũ, matellã,nasiternam vnam,candelabrum vnũ,sextariũ vnũ,plostra maiora tria,aratra cum vomeribus sex,iuga cum loris ornata tria,ornamenta bubus sex,vrpicẽ vnum,crates stercorarias quatuor,scirpeas stercorarias tres:semuncias tres,instrata asinis tria ferramenta,furcas ferreas octo, sarcula octo,palas quatuor,rutra quinq́,rastros quadridentes duos,falces fœnarias tres,stramẽ-

Asini clite. Ahenum. Amphora quinqua. Trullę. Situlum. Matellio. Scutriscum Scirpeæ.

Rutabalũ. Foculi. Amurcar. dolia. Trusatmo. Scapilha. Scãnum. Solia. Pila. Pilũfabar. Instragula. Asini plost & molarii. Vasa torc.

tarias sex,arborarias quinq;,secures tres,cuneos tres,fistulã ferrariã vnã, forcipes duas, rutabulũ vnum,foculos duos,dolia olearia decem,labra totidem,dolia queis vinaceos cõdat decem: amurcaria decem,vinaria decẽ,frumentaria viginti, labrũ lupinarium vnũ, ferias sex,labrũ vinaticum vnũ,solium vnum,labra aquaria quinq;,opercula dolijs & ferijs priua plura,molas asinarias vnas, & trusatiles vnas,hispanicẽses vnas, molilia tria,abacum vnũ,orbes æneos duos, mensas duas,scãna magna tria,scamnum in cubiculo vnum, scabilia tria,sellas quatuor,solia duo, lectum in cubiculo vnum,lectos loris subtentos quatuor,& lectos cõmunes tres,pilam ligneam vnam,fullonicã vnam,tedam iogalem vnam,pilas duas,pilum fabariũ vnũ,ferrearium vnũ, seminarium vnũ qui nucleos secernat,modiũ vnũ,semodiũ vnũ,culcitras octo,instragula octo,puluinos sexdecim,operimenta decem,mappas tres,centones pueris sex.

¶ Alia institutio,quot & quibus conseruis & operibus institui villicũ oporteat. Cap.XI.

Amphoræ spart. Cola. Ahennũ cul .30. Nasiterna. Trullum. Scabillia. Arca vestiaria. Prõptuarium. Labrum. Instrata. Scirpiculæ. Rastri. Corbulæ. Quala satària. Mappæ.

VINEAM centenum iugerum habere oportet villicũ,villicam,operarios decẽ,bubulcũ vnũ, asinariũ vnũ,subulcum vnum.Summa hominũ.XV.boues duos, & asinos plostrarios duos,asinũ molarium vnum,vasa torcularia instructa tria:dolia cum operculis,vbi vindemiæ esse possint,culeorum octingentorũ:dolia item,vbi vinaceos condat viginti:frumentariã viginti,opercula doliorum,& tectoria priua:vrnas sparteas sex,amphoras sparteas quatuor,infundibula duo,cola vitilia tria:cola,queis florẽ demãt,tria,vrceos mustarios decẽ: plostra duo,aratra duo,iuga plostraria duo:iugũ asinariũ vnũ,molile vnũ: ahenũ,qđ capiat culeos triginta: operculũ aheni vnũ, vncos ferreos tres:ahenũ aliud,qđ capiat culeos decem,& operculum,vrceos aquarios duos:amphoram nasiternam vnam,peluim vnam,matellionem vnum,trullũ vnũ,situlum aquarium vnũ, trullum scutriscum vnũ:candelabrũ vnũ:matellam,lectos quatuor:scamnũ vnũ:mensas duas:abacum vnum:scabilia quatuor,arcam vestiariã vnã:armariũ promptuariũ vnũ: scamna longa sex: rotam aquariam vnam,modiũ præferratũ vnũ:semodium vnum: solium vnũ : labrum vinarium vnum:labrũ lupinariũ vnum:ferias decem:ornamẽta bubus,& asinis instrata tria: semũcias tres: sportas secarias tres:molas asinarias tres:trusatiles vnas:ferramenta,falces vineaticas sex : scirpiculas quinq;,falces siluaticas quinq;,arborias tres,rusticarias decẽ,secures quinq;, & cuneos quatuor,vomeres ferreos decem:palas sex,rutra quatuor,rastros quadridentes sex,crates stercorarias quatuor,scirpeã stercorariam vnã:forcipes duas,foculos duos,rutabulum, corbulas amerinas viginti,quala sataria VII.alueos quadraginta,palas ligneas quadraginta,lintres duos,culcitras quatuor,instragula quatuor,puluinos sex,operimenta sex,mappas tres,centones pueris sex.

¶ Quæ & quot in torculari parari vasa oporteat. Cap.XII.

Torculariũ Præla. Suculæ. Supuaca. Subductar. Assercula. Fibulæ Cuppæ. Consibulæ.

IN torcularium hæc opus sunt,vasis quinis.prela temperata quinq;,superuacanea tria,suculas quinq; superuacaneam vnam,funes loreos quinq;,subductarios quinq;,medipõtos quinq;,trochleas quinq;,capistra quinq;,assercula quinq;,vbi prela sita fient qnq;:ferias tres,fibulas quadraginta,vectes quadraginta,confibulas ligneas, queis arbores comprimat, si dehiscent, & cuneos sex,trapetos quinq;,cuppas minusculas decẽ,alueos decẽ,palas ligneas decem,rutra ferrea qnq;.

¶ Quomodo torcularium & cellam oleariam parare oporteat. Cap.XIII.

†culeos xlv. Incerniculũ S.ria. Factores. Fiscinæ. Epidromũ. Carnariũ Scalæ Conchæ. Vrna quiq. Infũdibulũ Spõgiæ. Cẽtũpõdiũ apđ Plautũ

IN torcularium vsui qđ opus fiet. Vrceum vnum æneum,qđ capiat †quadrãtalia quinq;,vncos ferreos tres,orbem æneum vnum,molas vnas, cribrum vnum,incerniculum vnum, securim vnam,scamnum vnum,feriam vinariam vnam,clauem torculario vnam,lectum stratum, vbi duo custodes liberi cubent,& tertius seruus vna cum factoribus vti cubet:fiscinas nouas, vetus epidromum,puluinum,corium vnum,lucernas craticulas duas,carnarium vnum,scalas duas.In cællam oleariam hæc opus sunt. Dolia olearia & opercula,& labra olearia.XIIII.conchas maiores duas,& minores duas,trullas æneas tres,amphoras olearias duas,vrceũ aquariũ vnũ, vrnam quinquagenariam vnam,sextarium oleariũ vnum,labellum vnum,infundibula duo,spongias duas,vrceos fictiles vrnales duos,trullas ligneas duas,claues cum clostris.III.cællas duas,trutinam vnam, centumpondium incertum vnum,& pondera certa.

¶ Villam ædificandam quomodo fabro locabis. Cap.XIIII.

Iussitur Iugumẽta. Fulcimẽta. Falisca. Equile, Tedæ iogales.

VILLAM ædificandã si locabis nouã ab solo,faber hæc faciat oportet. Parietes omnes (vti iussitur)calce,& cementis:pilas ex lapide angulari:tigna omnia,quæ opus sunt,limina,postes,iugumenta,asseres,fulcimẽta,præsepes bubus hybernas,& æstiuas faliscas,equile, cællas familiæ,carnaria tria:orbẽ,ahena duo,haras decẽ, focũ,ianuã maximã, & alterã, quam volet dominus, fenestras, clatros in fenestras maiores: & minores bipedales decem,lumina sex,scamna tria,sellas quinq;, tedas iogales duas , luminaria sex : paululum latam pilam, vbi triticum pisant, vnam;

fullonicam vnam,antepagmenta,vasa torcula duo.Herus materiem,& quę opus sunt domui,pręstabit,& ad opus dabit,succidet,dolabit,lineabit,secabitq; materiã solã dũtaxat. Conductor vero lapidem,calcẽ, arenã, aquã,paleasq; parabit,& terrã,vnde lutũ fiat.Si de cęlo villa tacta fiet,de ea re verba diuina vti fiãt,procuret.Huic operi preciũ ab dño bono,q bene præbeat,quę opus sunt, & numos fide bona soluat.In tegulas singulas.N.duo.In tectum sic numerabitur tegula,integra quę erit;quę nõ erit,vnde quarta pars aberit,duæ p vna.† Deliciares quę erũt, pro binis integris putabuntur:in alijs quot erũt,in singulas quaternę numerabuntur. Villę fundamenta ex cemẽtis, & calce supra terrã pede,cęteros parietes ex latere iugumẽta,& antepagmenta,quęopus erunt,ex lapide indito.Cętera lex vti villa ex calce & cementis si fiat,in tegulas singulas. N.II.s.in loco salubri bono domino.Hęc precia,quę supra posita sunt,ex signo inani preciũ erit, loco pestilenti, vbi ęstate fieri non potest,bono domino pars quarta precij accedat.

Antepagmẽta.

Deliciares. † Colliciar.

Macerię quomodo ędificentur. Cap.XV.

MACERIA si ex calce,& cemẽtis,vel silice ædificetur,vti dominus omnia ad opus prębeat, altam pedes quinq; facito,& culmen † pedẽ vnũ, crassam pedem & semissem, longã pedes quindecim,& vti sublinat conductor locari oportet.Parietes villę si locet in pedes centũ, id est pedes denos quoquouersum,habeat libellũ in pedes quinos,& perticã vnã,ped.iij.cix. Si sesquipedalem parietem dñs voluerit,fundamenta faciat,& ad opus præbeat,ei longitudini,& latitudini in pedes singulos altitudinis opus est calcis modium vnum,arenę modios duos.

Maceria. † p.ii.

Lib.llus.

Calx quo pacto fiat. Cap.XVI.

CALCEM partiario coquendam qui dant,ita dant.Calcarius perficit,& coquit,& ex fornace calcem eximit,& ligna conficit ad fornacem. Dominus lapidem, ligna ad fornacem, quod opus fiet,præbet.

Calcarius.

Materies quo tempore anni tempestiua sit. Cap.XVII.

ROBVR,& materies item pro ridica,vbi solstitiũ fuerit ad brumam semper tempestiua est. Quæ materies semen habet,cum maturũ semen habet,tum tempestiua est.Quę materies semen non habet,cum glubet,tũ tempestiua est.Ea quę semẽ viride,& maturũ habet, vti est semen de cupresso,& de pino,quisuis anni temporibus legere possis:itẽ quisuis anni temporibus matura est,& tempestiua,ibi dũ sunt nuces bimę,inde semẽ excidet,& anniculę:vbi primũ incipiũt hiascere,tũ legi oportet,tũ primũ p semen incipiũt maturę esse. Postea vsqueadeo sunt plus menses octo.Hornotinę nuces virides sunt.Vlmus,cũ folia cadunt,tum vtraq; tempestiua est.

Ridica. Materies tẽpestiua. Glubet.

Hiascere. Hornotinę nuces.

Torcularium quomodo ędifices.

Cap.XVIII.

TORCVLARIVM si ędificare voles,quadrarijs vasis vti contractiora fient, ad hunc modũ vasa componito,arbores crassas pedes duos,altas pedes nouẽ cũ cardinibus, foramina longa pedes tres semis,& excalpta digitos sex.Ab solo foramen primum,pede vno semis: inter arbores ped.ij.inter arbores,& parietes ped.ij.arbores ad stipitem primum directos ped.sexdecim,stipites crassi ped.ii.alti cũ cardinibus ped.decẽ,sucula pręter cardines ped.ix.prelũ longũ ped.xxv.ini bi lingula p.cxv.pauimẽtũ binis vasis cũ canalib9 duob9 ped.xxxiiij.trapetib9 locũ dextra & sinistra,pauimẽtum ped.xx.inter binos stipites vectibus locum pedes.xxii. Alteris vasis ex aduersum ab stipite extremo ad parietem,qui pone arbores est,ped.xx. Summa torculario, & vasis quadrariis,latitudo pedum sexaginta sex, longitudo pedum quinquaginta duorum fiet. Inter parietes, arbores vbi statues,fundamenta bona facito, alta pedibus quinq;, inibi lapides siliceos in totum forum statuito longum ped.v.latum ped.cxv.Ibi foramen pedicinis duobus facito:ibiq; arbores pedicino in lapide statuito.Inter duas arbores,qd loci supererit,robore expleto,eo plumbum fundito,superiorem partem arborum digitos sex altam facito fiet, eo capitulum robustũ indito, vti fiet stipites vbi stent.Fundamẽta pedib9 qnis facito. Ibi silicẽ longũ ped. cxv.latũ p.cxv. crassum ped.xv.planum statuito.ibi stipites statuito.Item alterum stipitem statuito,insuper arbores,stipitesq; trabem planam imponito, latã ped. ii. crassum pedem vnum, longam ped.triginta septem. Has duplices indito,si solidas non habebis.sub eas trabes inter canales & parietes extremos,vbi trapeti stent, trabeculam pedum vigintitrium, & semis imponito sesquipedalem, aut binas pro singulis desuper ponito.In his trabeculis trabes,quæ insuper arbores stipites stant,collocato. In his tignis parietes extruito,iungitoq; materiæ,vti oneris satis habeat. Aream vbi facies,ped.v. fundamenta alta facito, lata ped. vi. aream, & canalem rotundam facito latam ped. quatuor S. Cæterum pauimento toto fundamenta pedum duorum facito fundamenta , primum

Torculariũ

Prelum. Lingula.

Pedicini. Capitulum robustum.

Trabecula.

Pistucare. Pauimēta. Corium. Calx cribo. succreta. Orbis olearius. Subscudes.

fistucato,postea cementis minutis,& calce arenato,semipedē vnūqdq; coriū struito.Pauimēta ad hūc modū facito,vbi librauetis,de glarea,& calce arenato primū coriū facito,id pilis subigito,inde alterū coriū facito.Eo calcē cribro succretā indito alte digitos duos,ibi de testa arida pauimētū struito:vbi structū est,pauito,fricatoq;,oleo perungito,vti pauimentū bonū fiet.Arbores,stipitesq; robustas facito,aut pineas.Si trabes minores facere voles,canales extra columnā exponito:si ita feceris,trabes pedū viginti duorū longę opus erunt.Orbē oleariū latū pedibus quatuor punicarnis coagmentis facito crassum digitis sex,subscudes iligneas adindito.Eas vbi confixeris,clauis corneis occludito.In eū orbē tres cathenas indito.Eas cathenas cum orbib⁹ clauis ferreis corrigito. Orbem ex vlmo,aut ex corylo facito.Si vtrūq; habebis,alternas indito.

¶Quot vasa vinaria & quibus stipitibus & qualiter facias. Cap.XIX.

Sucula. Porculū. Collibrare Lingula Vectes. Remissarius.

IN vasa vinaria stipites,arboresq; binis pedibus altiores facito , supra foramina arborum pedē quęq; vti absient,vnę fibulę locū facito:semipedē quoquouersum,in suculā sena foramina indito.Foramen,qđ primū facies,semipedē ab cardine facito,cętera diuidito q̃ rectissime:porculum in media sucula facito.Inter arbores mediū quod erit,id ad,mediā collibrato vbi porculū figere oportebit:vti in medio prelū recte situ fiet.Lingulā cū facies,de medio prelo collibrato,vt inter arbores bene conueniat,digitū pollicem laxamanti facito. Vectes longissimos pedū decem & octo, secundos pedū sexdecim,tertios pedum quindecim,remissarios pedum duodecim,alteros pedum decem,tertios pedum octo.

¶Trapeti columnella quo sit concinnāda modo. Cap.XX.

Columnella in miliario. Modioli.

TRAPETI columnellā ferreā,quę in miliario stat,eā rectā stare oportet in medio ad ppendiculum, cuneis salignis circūfigi oportet bene:eo plumbū effundere caueto, ni labet colūnella.Si aūt mouebit,eximito,& denuo eodē modo facito,donec nō se moueat:si se mouerit,eo plūbū fundito.Modiolos in orbes oleaginos ex orchite olea facito,& eos circūplūbato,caueto,ne laxi fient.Si autem labent,in cuppā eos indito,tunicas solidas,& latas digitum pollicē facito:labeā bifariam faciat,& habeat quas figat clauis duplicibus,ne cadant.

¶Cuppa Trapeti quo fabrefit modo. Cap.XXI.

Cuppa. †vt colūnellā idere possis. Imbrices, Clauuli. Armillę. LX.operę opus sunt. Plumbare.

CVPPAM Trapeti facito pedes decē tam crassam,q̃ modioli postulabunt, mediam aliā inter orbes,quę conueniat,tam trassam,q̃ columnella ferrea erit. Eam mediam pertundito† vti in columnella indere possis. Eo fistulam ferream indito, quæ in columnellā conueniat, & in cuppam.Inter cuppam dextra sinistraq; pertundito late digitos primores.IIII. alte digitos primores tres,sub cuppa tabulam ferream lata cuppa media erit,pertusam figito, quę in columnellam conueniat dextra,sinistraq;:foramina vbi feceris, laminis circūplectito , replicato in inferiorem partem cuppæ omnis quatuor laminas dextra, sinistraq; foramina vtrinq; secus laminas. Sublaminas polulas minutas supponito,easq; inter sese cōfigito,ne foramina maiora fiāt,quo cuppę minusculę indantur.Cuppā,qua fini in modiolos erit,vtrinq; secus imbricibus ferreis quatuor desues ,ibiq; vtrinq; secus facito,q figas.Imbrices medias clauulis figito.Supra imbrices extrinsec⁹ cuppā ptundito,qua clauus eat,q orbē claudat.Insuper foramē librariū ferreū digitos sex latū indito,ptusum vtrunq; secus,qua clauus eat.Hęc oīa eius rei causa fiunt,vti ne cuppa in lapidē cōteratur.Armillas quatuor facito,quas circū orbē indas,ne cuppa, & clau⁹ conterātur.Intrinsec⁹ cuppā materia vlmea aut faginea facito.Ferrū factū,qđ opus erit,vti idē faber figat . LX. operæ opus sunt,cū plumbū in cuppā immittis.IIII.qui cōcinnat,& modiolos q indat,& plūbet operas fabri dūtaxat octo. Idē trapetū oportet accōmodet.Sūpti summa.N.LXXII.pręter adiutores.

¶Quomodo faber trapetum accommodet. Cap.XXII.

Trapetum. Miliarium. Trapetus. Cęter⁹orn

TRAPETVM hoc modo accōmodare oportet.Librator vti statuat pariter:ab labris digitū minimū orbem abesse oportet, ab solo mortarij† orbes cauere oportet, ne quid mortarium terant.Inter orbem,& miliarium vnum digitum interesse oportet:si plus intererit,atq; orbes nimium aberunt,funi circunligato miliarium arcte crebro vti expleas qđ nimium interest.Si orbes altiores erunt,atq; nimium mortarium deorsum teret orbiculos ligneos pertusos in miliarium, in columnellam supponito, eo altitudinem temperato . Eodē modo latitudinē orbiculis ligneis, aut armillis ferreis tēperato, vsq;dū recte tēperabit.Trapet⁹empt⁹est in Suessano numis quadringētis,& olei,p.L.cōposturę numis sexaginta,vectura boū,& opas sex cū bubulcis numis septuaginta duob⁹.cuppā ornatā,numis septuagintaduob⁹.p oleo.N.XXV.Sūma sūpti. N. DCXXIX. cęterus ornat⁹ domi Pōpeijs empt⁹ est trapet⁹ numis tricētis octogintaquatuor, vectura ducentis octoginta numis empta est Domi melius concinnatur, & accōmodatur.Eo sumpti opus est.

N.LXV.Summa.N.DCCXXIX.Si orbes veteres trapeto parabis medios crassos pede vno,digitis tribus:altos pede vno,foramen semipede quoquouorsum: eos cum aduexeris,ex trapeto temperato.Venduntur ad rufrimacerias numis centumoctoginta, temperantur numis triginta, tantidem Pompeijs emuntur.

Quæ ad vindemiam opus sint. Cap.XXIII.

FACE ad vindemiā,quæ opus sunt,vti antea parentur:vasa lauentur,corbulę sarciantur,picentur dolia,& alia,quę opus sunt,picētur:& cū pluet,aqua imbuantur.Quala parentur,& sarciantur:far molatur.Bennę emanē,oleę caducę saliāt.Vuas miscellas ad vinū prçliganeū,quod operarij bibant.vbi tempus erit,legito:succū puriter oīm dierū pariter in dolia diuidito.Si opus erit,defrutū indito in mustū,de musto lixiuo coctū,partē quadragesimā addito defruti,vel salis sesquilibrā in culeū indito.Marmor si indes in culeum,librā indito in vrnam,& misceto cū musto.Si in dolium resinā indes,in culeū musti.p.iii.bene cōminuito,inde in fiscellam indito,& facito vti in dolio musti pendeat:eā crebro quassato,vti resina deliquescat.Si indideris defrutum,aut marmor,aut resinam,dies viginti permisceto crebro,tribulatoq; quotidie.Tortiuum mustū circuncidaneum suo cuiq; dolio diuidito,additoq; pariter.

Corbulę Quala. Bennę. Vinū prçliganeum. Tribulare. Tortiuum Circūcidan.

Vinum græcum & helueolum quo fiat modo. Cap.XXIIII.

VINVM grēcū hoc modo fieri oportet.Vuas apicias percoctas bene legito.vbi delegeris, in eius musti culeū aquę marinę veteris quadrātalia bina,vel salis puri modium.Hūc in fiscellā suspendito,finitoq; cū musto distabescat.Si helueolum vinum facere voles,dimidium heluoli,dimidium apicij indito,defrutiq; veteris partem trigesimā addito.Quicquid vini defrudabis,partem trigesimam defruti addito.

Apicię vuę. Distabescere. Heluolum vinum. Defrutare apud Colu. leg tur lib. .ii.ca.vlti. Succernere vinac.

Vinum coctum quomodo fiat. Cap.XXV.

CVM vinū coctū erit,& cū legetur facito vti seruetur familię primū.Sicq; facito,studeas bene pcoctū,siccūq; legere,ne vinū nomē perdat.Vinaceos quotidie recētes succernito , lectos exiccato restibus subtētis, cribrū illi rei parato, siccos conculcato in dolia picata,vel in lacū vinarium picatū:id bene operito,iubetoq; oblini,vti habeas,qđ des bubus per hyemē.Indidem si voles,lauito paululum,& lorea erit familiæ,quod bibat.

Lorea.

Q. vindemia facta vasa reponantur. Cap.XXVI.

VINDEMIA facta,vasa,torcula,corbulas,fiscinas,funes,patibula,fibulas iubeto suo quicq; loco condi.Dolia cū vino bis in die face extergeantur.Priuasq; scopulas in dolia facito habeas illi rei,queis labra doliorū circūfrices.Vbi erit lectū post dies triginta,si bene deacinata erūt dolia,oblinito.Si voles de fece demere vinum,tum erit ei rei optimum tempus.

Patibula. Priuę scopulę. Deacinata dolia.

Sementim vbi facias. Cap.XXVII.

SEMENTIM facito ita:ocymū,vitiam,fœnū græcum,fabam,eruū,pabulum bubus serito. Alteram,& tertiam pabuli sationem facito.Deinde alias fruges serito.Scrobes inuertito oleis,vlmis,vitibus,ficis,simul cū semine.Si erit locus siccus,tum oleas per sementim serito, & quæ ante satæ erunt,teneras tum supputato,& arbores ablaqueato.

Oleas vites & ficus,& cęteras arbores cū seres:quomodo seras. Cap. XXVIII.

OLEAS,Vlmos,ficos,poma,vites,pinos,cupressos cū seres, bene cū radicibus eximito cum terra sua q̄plurima,circūligatoq; vti ferre possis:in alueo,aut in corbula ferri iubeto.Caueto aūt,ne cum ventus siet,aut imber,effodias,aut feras:nā id maxime cauendum est.In scrobe cū pones,summā terram subdito.postea opprito terra radicib⁹ fœni,deinde calcato pedibus bene,deinde festucis, vectibusq; calcato,q̄optime poteris.Id erit ei rei primum.Posthęc arbores crassiores digitis quinq; quæ erunt,eas præcisas serito,oblinitoq; fimo summas,& folijs alligato.

Stercus ad arbores colendas vbi diuidas. Cap.XXIX.

STERCVS diuidito sic.Partē dimidiā in segetē,vbi pabulū seras,inuehito:& si ibi olea erit simul ablaqueato,stercusq; addito.Postea pabulū serito,partē quartam circū oleas ablaqueatas, qua maxime opus erit,addito,terraq; stercus operito.Alteram quartā partē in pratum reseruato, idq; tū maxime opus erit,vbi fauonius flabit.Euehito luna silenti.

Oleę ablaqueatę. Luna silens.

Quomodo bubus des & ouibus frondem. Cap.XXX.

BVBVS frondem populneam,vlmeā,querneā,ficulneāq; vsquedū habebis,dato.Ouib⁹ frondem viridem,vsquedum habebis,præbeto.Vbi sementim facturus eris,ibi oues delegato,& frondem vsq; ad pabula matura dato.Pabulum aridū,quod condideris in hyeme,q̄maxime conseruato,cogitatoq; hyems q̄ longa siet.

Vsquedum

Ad oleam condendam quę opus sint. Cap.XXXI.

Corbulę. Fibulę. Prelum de sappino

AD Oleam condēdā quę opus erūt,parentur.Vimina matura,salices per tēpus legantur,vti fiet vnde corbulę fiant,& veteres sarciātur.Fibulę vnde fiant,aridę ilignęę,vlmeę,nucęę,ficulneę,face vti in stercus,aut in aquā cōijciant.inde vbi opus erit, fibulas facito. vectes iligneos, aquifolios,laureos,aut vlmeos facito,vti fient parati.Prelum de sappino atra potissimū facito.At vlmeā,pineā,nuceā,hanc atq; aliā materiē oēm cū effodies,luna decrescente eximito post meridiē sine vento austro.Tū erit tempestiua,cū semē suū maturū erit.Cauetoq;,ne p rorē trahas,aut do

Glubere. Austro vinū ne tractes.

les.Quę materies semē non habebit,cum glubet,tempestiua erit.Vēto austro caueto, ne quā materiem,neue vinum tractes,nisi necessario.

Vbi mature vites & arbores putentur. Cap.XXXII.

VINEAS,arboresq; mature face vti incipias putare.Viteis propages in sulcos,sursum vorsum,quoad eius facere poteris facito vti ducas.Arbores hoc modo putentur:rami diuaricentur,quos relinques,& vti recte cędātur,& ne nimiū crebri relinquant.Vites bene nodentur p oēs ramos,diligēterq; caueto,ne vitē pręcipites,& ne nimiū perstringas. Arbores facito vti bene maritæ sint,vitesq; vti satis multę afferantur,& sicubi opus erit,de arbore deijciantur, & in terram deprimantur,& biennio post præcidito veteres.

Quoad ei⁹. Diuaricari Nodare. Maritę ar.

❡Vinea quomodo curetur,& vetus renouetur. Cap.XXXIII.

Sursum vorsum!

VINEAM sic facito,vti curetur.Vitē bene enodatam deligato recte,flexuosa vti ne fiet,sursum vorsum semp adducito,quoad eius poteris vinarios,custodesq; relinquito.Quā altissimā vineā facito,alligatoq; recte,dū ne nimiū cōstringas:hocq; modo eā curato. Capita vitiū per semētim ablaqueato.Vineā putatā circūfodito. arare incipito,vltro citroq; sulcos perpetuos ducito. Vites teneras q̄ primum ꝑpagato, veteres q̄ minimū castrato: potius, si opus erit, deijcito, biēnioq; post pręcidito.Vitē nouellā resecari tū erit tēpus,vbi valebit.Si vinea a vite caluata erit, sulcos interponito,ibiq; viuiradicē serito,vmbrā ab sulcis remoueto,crebroq; fodito.In vinea vetere serito ocymū.Si macra erit,qđ granū capiat ne serito,& circū capita addito stercus , paleas, vinaceas,aut aliquid horū,quo rectius valeat.Vbi vinea frōdere cœperit,pāpinato.Vineas nouellas alligato crebro,ne caules satæ pfringant.Et quę iā vitis in perticā ibit,ei⁹ pāpinos teneros alligato leniter,porrigitoq;,vti recte spectēt.Vbi vua varia fieri cœpit,vites subligato,pāpinatoq;, & vuas expellito,circū capita sarrito.Salictū suo tēpore cædito,glubito,arcteq; alligato.Librū cōseruato,& cū opus erit in vinea ex eo in aquā cōijcito.Vimina vnde corbulę fiāt,conseruato.

Propagare & castrare vites. Caluata vinea. Viuiradix Pāpinare.

Salictū glubere. Vnde.

❡De sementi faciunda & quo loco. Cap.XXXIIII.

RE deo ad semētim.vbi quisq; locus frigidissimus,aquosissimusq; erit,ibi primū serito.In calidissimis locis semētim pestremū fieri oportet.terrā caue cariosam tractes.ager rubricosus & terra pulla,atterina,rudeta,& arenosa.Item quæ aquosa nō erit,ibi lupinū bonū fiet.In creta,& vligine,& rubrica,& agro qui aquosus erit,semē adoreū potissimū serito.quę loca sicca,& nō herbosa erūt,& aperta ab vmbra,ibi triticum serito.

Rudeta. Adoreum

❡Quibus locis,faba siligo & hordeū seri debeat. Cap. XXXV.

FABAM in locis validis nō calamitosis serito.Vitiā,& fœnū gręcū q̄ minime herbosis locis serito.Siliginē,triticū in loco aperto,& celso,vbi sol q̄diutissime fiet, seri oportet. Lentim in rudeto,& rubricoso loco,q herbosus nō fiet,serito.Hordeū q locus nouus erit, aut q restibilis fieri poterit,serito.trimestrē quo in loco semētim maturā facere nō poteris,& q loc⁹ restibilis crassitudine fieri poterit,seri oportet.Rapinā & coles rapicij vñ fiant,& raphanū in loco stercorato bene,aut in loco crasso serito. ❡Quę stercus pręstantius ad segetes. Cap.XXXVI.

Faba. Vitia. Lentis.

Rapina. Rapicium.

Quę segetem stercorant.

QVÆ Segetē stercorant.Stercus colūbinū spargere oportet in pratū,vel in hortū, vel in segetē.Caprinū,ouilū,bubulum,item cęterū stercus omne sedulo conseruato. Amurcā spargas,vel irriges ad arbores,circū capita maiora amphoras,ad minora vrnas cū aquę dimidio addito,& prius ablaqueato non alte. ❡Quæ mala in segete sint. Cap.XXXVII.

Quę segetē exurāt. † exugunt.

CARI osam terram faciet,si iacies cicer,& qua vellitur,& quod salsum est eo malum est.Hordeum & fœnum græcum & eruum,hęc omnia segetem † exurunt,& omnia, quę vellūtur ex eis,mala sunt.Nucleos in segetē ne indideris,q suffocāt fruges.Lupinū,faba,vitia,sterc⁹ vñ facias, habēt.Stramēta,palcę,fabalia,& cętera itidē.Aceris frōdē,iligneā,querneā ex segeti vellito.Stipulas.ebulū, & cicutā & circūsata herbā altā succide,& eā substernito ouibus,bubusq;.Frōdē putridā & putrē partē de nucleis succernito,& in lacū cōijcito,eo aquā addito,pmisceetoq; rutro bñ.In de lutū circū oleas ablaqueatas addito,& nucleos itē cōbustos addito. Vinea si macra erit,sarmē

ta sua concidito minute,& ibidē inarato, aut infodito. Per hyemē lucubratione hæc facito. Ridicas,& palos,quos pridie in tecto posueras, siccos dolato,faculas facito Stercus egerito, nisi in trimestri, lunaq; dimidiata materiā ne tāgas. Materiā quā effodies,aut præcides ab terra diebus septē,quibus luna plena fuerit,optime eximetur. Omnino caueto,ne quā materiā doles,neu cædas,neu tangas,nisi siccam,neu gelidā,neu rorulentā. Frumenta bis face sarrias rūcesq;, auenasq; destringas. De vinea,& arboribus putatis sarmenta deterge,fiscinā face,& vites,& ligna in caminū congere,ficulna,& codicillos domino in aceruum componito. Ridicę. Faculę.

De fornace calcaria,& quomodo coquatur calx. Caput. XXXVIII.

FORNACEM calcariam pedes latam decem facito,altam pedes viginti vsq; ad pedes tres summā latam redigito. Si vno præfurnio coques, lacunam intus magnam facito, vti satis siet,vbi cinerē cōcipiat ne foras sit educendus. Fornacē bene struito , farcitoq; foras,vt totā fornacem infimā cōplectatur. Si duobus præfurniis coques,lacuna nihil opus erit. Cum cinere eruto opus erit,altero præfurnio eruito,in altero ignis erit. Ignem caueto ne intermittas , quin semper siet,neue noctu,neue vllo tempore intermittatur,caueto. Lapidē bonū,q̄ durissimū,q̄ minime varium in fornacem indito. Cum fornacem facies,fauces præcipites deorsum facito. Vbi satis foderis tum fornaci locū facito,vt q̄ altissima,& q̄ minime ventosa siet. Si parū altam fornacem habebis, vbi facies,lateribus summā struito,aut cementis. Summā cū luto extrinsecus oblinito. Cū ignem subdideris,siqua flamma exibit,luto oblinito,ne nisi per orbē exeat summū. Ventus ad præfurniū caueto ne accedat. Inibi austrum caueto permaxime. Hoc signi erit,vbi calx cocta erit,summos lapides coctos esse oportebit. item infimi lapides cocti cadent, & flamma minus fumosa exibit. Itaq; si ligna,& virgas non poteris,vendere,neq; lapidem habebis,vnde calcem coquas,de lignis carbones coquito,virgas,& sarmēta,quæ tibi vstioni supererunt,in segetem comburito. Vbi eas combusseris,ibi papauer serito. Præfurniū. Lacuna. Vstio.

¶Quid confici per tempestatem debeat.. Caput. XXXIX.

VBI tempestates malæ erunt,cū opus fieri non poterit,stercus de sterquilinio egerito. Bubile,ouile,cortem,& villam bene purgato. Dolia plūbo vincito,vel materie quernea, & nisi sicca alligato. Si bene sarseris,aut bene alligaueris,& in rimas medicamentum indideris,beneq; picaueris quoduis dolium,vinariū facere poteris. Medicamentū in dolium hoc modo facito. Ceræ partē. I. resinæ partē. I. & sulfuris partē. IS. Hæc oīa in calicē nouū indito: eo addito gypsum contritū,vti crassitudo fiat quasi emplastrū,& eo dolia sarcito. Vbi sarseris,qui colorē eūdem facias, cretæ crudæ partes duas,calcis tertiā cōmisceto,inde laterculos facito,coquito in fornacem, cōterito, idq; inducito. Per imbrē in villam quærito,quid fieri possit. Ne cessetur,munditias facito. Cagitato,si nihil fiet,nihilo minus sumptum futurum.

¶Quid veris tempore fiat. Caput. XL.

PER ver hæc fieri oportet. Sulcos,& scrobes fieri seminariis,vitiariis locum verti, vites propagari,in locis crassis,& humectis vlmos,ficos,poma,oleas seri oportet. Ficos,oleas,mala,pyra,vites inseri oportet luna silenti post meridiem,sine vento austro . Oleas,ficos,pyra, mala,hoc modo inserito. Quē ramū insiturus eris,præcidito,inclinato aliquantulū,vt aqua defluat. Cum p̄cides,caueto,ne librū cōuellas. Sumito tibi surculū durū,eū peracuito,salicem græcam discindito,argillam vel cretam coaddito,arenæ paululū, & fimū bubulum. Hæc vna bene condensato, q̄maxime vti lutum fiat,dein capito tibi scissam salicem,eaq; stirpem præcisam circūligato, ne liber frangatur. vbi id feceris,surculum aridum præacutum inter librū & stirpem arcito primores digitos duos,postea capito tibi surculum q̄d genus inserere voles,eum primorē præacuito obliquū primores digitos duos,surculum aridū,quē arcíueras,eximito,eoq; arcito surculum,quē inserere voles. librū ad librū vorsum facito, arcito vsq; adeo quo præacueris. Idem alterū surculū tertium,quartū facito. Quot genera voles,tot indito,salicem græcā amplius circūligato,luto de sato,stirpem oblinito,digitos †crassos tres. Iusuper lingua bulla obtegito, si pluat,ne aqua in librum permeet. eam linguam insuper librum alligato ne cadat. Postea stramentis circundato,alligatoq;,neu gelu noceat. Liber. †crasso.

¶Vitis insitio & pyrorum & malorum quali modo fiat & quo tpe. Cap. XLI.

VITIS insitio vna est per ver,altera est cū vua floret,ea optima est. Pyrorum & malorū insitio per ver,& per solstitiū dies quinquaginta,& per vindemiam . Oleæ, & ficorū insitio est per ver. Vitem sic inserito. præcidito quā inseres,cāq; mediam diffindito per medullam, eo surculos præacutos arcito. Quos inseres medullam cū medulla componito. Altera insitio est. Si vi- Insitio. Vitis insitio.

tis vitem contingat, vitis vtriusq; latus alterũ prætradito oblique, & inter sese medullam cum medulla libro colligato. Tertia insitio est. Terebra vitem quã inseres, pertundito: eò duos surculos vitigineos, quod gen⁹ esse voles, insertos, obliquos arcito ad medullam, facitoq; vt medullæ medullam cõiũgas: arcitoq; ea, quę terebraueris, alterũ ex altera parte. Eos surculos facito sint longi pedes binos, eos in terram demittito, replicatoq; ad vitis caput, vitisq; vinclis alligato, medios in terram defigito, terraq; operito. Hæc omnia luto prædicto oblinito, alligatoq;, integitoq; ad eundem modum, tanq̃ oleas.

Surculi vitis.

Ficorum & olearum insitio altero modo. Caput.XLII.

FICOS, & oleas altero modo inserito: quod genus aut ficum aut oleam esse voles, inde librũ scalpro eximito, & alterum librum cum gemma de eo fico, qđ genus esse voles, eximito, apponitoq; in eũ locũ, vnde extraxeris in alterũ genus, facitoq; vti conueniat. Librum lõgum facito digitos tres semis, & ad eũdem modũ oblinito, integitoq;, vti cætera.

Eo fico.

Vites & oleæ quomodo infodiantur. Caput.XLIII.

SVLCOS, si locus aquosus erit, alueatos esse oportet latos summos pedes tris, altos pedes quatuor, infimũ latũ pedem vnũ, & palmũ: eos lapide cõsternito: si lapis non erit, perticis saligneis viridibus quoquouersus collatis consternito: si pertica non erit, sarmentis colligatis itidẽ facito. Postea scrobes facito altos pedes tres semis, latos pedes quatuor: & facito, vti de scrobe aqua in sulcos defluat, & ita oleas inserito. Vitibus sulcos, & ꝓpagationes, ne min⁹ pedibus.II. S. quoquo uersus facito. Si voles vinea cito crescat, & olea quã seueris, semel in mense sarrito, & circũ capita oleagina quot mẽsibus donec trimę erũt, fodere oportet. Eodẽ modo cęteras arbores procurato.

Alueati sulci.

Quot mẽsibus.

Oliuetum quo tempore putetur. Caput.XLIIII.

OLIVETVM diebus quindecim ante æquinoctium vernũ incipito putare. Ex eo die dies quadragintaquinq; recte putabis. Id hoc modo putato: qui locus recte ferax erit, quę arida erunt, & si quid vetus interfregerit, ea omnia eximito: Qui locus ferax non erit, eo plus cõcidito aratroq; bene enodato, stirpesq; leues facito.

Quantum taleam oleaginem decidas. Capud.XLV.

TALEAS oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito, diligẽterq; tractato, ne liber laboret, cum dolabis, aut secabis: quas in seminario saturus eris, pedales facito, easq; sic inserito. Locus bipalio subactus fiet, beneq; glutus fiet. Cum taleam demittes, pede tãtũ opprimito: si parum descendit, malleolo, aut mateola adigito: cauetoq; ne librum scindas, cũ adiges. Palo prius locum si feceris, quo taleam demittas, & si ita seueris, vtilis fiet talea, meliusq; viuet. Taleæ vbi trimę sunt, tum deniq; tibi curæ sint, vbi liber sese vertet. Si in scrobibus, aut in sulcis seres, ternas taleas ponito, easq; diuaricato; supra terram, ne plus quatuor digitis transuersis emineant, gemma vel oculo seruato.

Talę oleæ.

Glutus. Mateola. Diuaricato.

Seminarium quo fiat modo. Caput.XLVI.

SEMINARIVM ad hunc modum facito. Locum q̃optimũ, & apertissimũ, & stercoratissimũ poteris, & q̃simillimũ terræ, vbi semina positurus eris, & vti ne nimis longe semina ex seminario ferantur, cum locum bipalio vortito dilapidatoq;, & circũsepito bene, & in ordine serito, in sesquipedem quoquouersum taleam demittito, opprimitoq; pede: & si parũ deprimere poteris, malleo, aut mateola adigito; digitum supra terram facito semina emineant, fimoq; bubulo summam taleam oblinito, signũq; apud taleam apponito, crebroq; sarrito. Si voles cito semina crescant, ad eundem modum alia semina serito.

Seminariũ

Dilapidare.

Arundinetum & vitiarium vti seratur. Caput.XLVII.

ARVNDINEM sic serito. In ternos pedes arundinum oculos disponito: Vitiarium eodem modo facito, seritoq;: vbi vitis bima erit, resecato: vbi trima erit, eximito. Si pecus pascetur, vbi vitem serere voles, ter prius resecato, q̃ ad arborem ponas: vbi quinq; nodos veteres habebit, tum ad arborem ponito, quotannis porrinam ibi serito, quotannis habebis quid eximas.

Arundo Vitiariũ.

Porrina.

Semina cupressi, pyri, nucis, & pini, & cęterarum arborum qualiter serantur ac foueantur. Caput.XLVIII.

POMARIVM seminarium ad eundem modum, atq; oleagineum facito, suum quodq; gen⁹ talearum serito. Semen cupressi vbi seres, bipalio vortito, vere primo serito, porcas pedes q̃nos latas facito, eo stercus minimũ addito, & consarrito, glebasq; cõminuito. Porcam planam facito, paululum concauam. Tum semen serito cribro tãq̃ linum, & eo terram cribro incernito

Pomariũ seminariũ. Porca.

altã digitũ transuersum,eã terrã tabula aut pedibus cõplanato,furcas circũ affigito, eo perticas intendito,eo sarmenta,aut crates ficarias imponito,quę frigus arceãt,& solem:vti subtus homo ambulare possit,facito:crebro runcato,simulac hęrbę incoeperint nasci,eximito.Nã si hęrbã durã velles,cupressos simul euelles.Ad eundem modum semen pyrorum,malorum serito,tegitoq;. Nuces pineas ad eundem modum tanq̃ allium serito. Brates ficarię. Subtus.

Vti vinea vetus de loco transfertur. Caput.XLIX.

VINEAM veterem si in alium locum trãsferre voles,dũtaxat brachiũ crassam licebit. Primũ deputato,binas gemmas,nec amplius relinquito, ex radicibus brachiũ bene effodito, eiusq; radices persequitor,& caueto ne radices saucies:ita vti fuerit,ponito i scrobe,aut in sulco, operitoq;,& bene occulcato.Eodẽq; modo vineã statuito,alligato, laxatoq; vti fuerat,crebroq; fodito.

Prata quomodo serantur. Caput.L.

PRATA primo vere stercorato luna silenti,quę irrigua non erunt.Vbi Fauonius flare coeperit,tum prata defendes depurgatoq;,hęrbasq; malas omneis radicitus effodito. Vbi vineam deputaueris,aceruũ lignorũ,virgarũq; facito.Ficos interputato,& in vinea ficos succidito alte,ne eas vites scandant.Seminariũ facito,& veteres vites resarcito.Hoc facito anteq̃ vineã defodere incipias.Vbi daps pfanata,comestaq; erit,verno arare incipito, & loca primũ arato quæ siccissima erũt:& q̃ crassissima,& aquosissima erũt,ea postremũ arato,ne dũ prius obdurescant. Interputare. Daps pfanata Aquosissima. Verno arã

Propagatio oleæ pomorumq;. Caput.LI.

PROPAGATIO pomorum,aliarũq; arborũ.Ab arbore abs terra pulli,qui nascentur,eos in terrã deprimito,extollitoq; primorẽ partẽ,vti radicẽ capiat,inde biennio post effodito, seritoq;.Ficum,oleam,malum punicum,cotoneum,aliaq; mala omnia,laurum,myrtũ, nuces prænestinas,platanum.Hæc omnia a capite propagari,eximiq;,seriq; eodem modo oportet. Pulli.

Quæ diligentius propagari voles. Caput.LII.

QVÆ diligentius propagari voles,in aulas,aut in qualos pertusos propagari oportet,& cũ his in scrobẽ deferri oportet.In arboribus,vbi radices capiant,calicẽ,aut qualum pertundito,per fundũ ramũ,quẽ radicẽ capere voles,scarificato,traijcitoq;.Eũ qualũ,aut calicẽ terra impleto,calcatoq; bene,in arborẽ relinquito.Vbi ita fuerit,& radices egerit, ramũ sub qualo pręcidito.Qualum incidito ex vna parte prope imũ.Si vero calix erit conquassato, cum eo qualo,aut calice in scrobem ponito.Eodem modo vitem facito, eam anno post recidito, seritoq; cũ qualo. Hoc modo quodq; genus volueris propagabis. Aulę. Quali. Cõquassare

De foenisicio. Caput.LIII.

FOENVM,vbi tempus erit,secato,cauetoq; ne sero seces. Prius q̃ semen maturum fiet,secato, & quod optimum foenum erit,seorsum condito.

Bubus pabulum. Cap.LIIII.

PER ver cũ arabitur anteq̃ ocymũ nascatur,des quod edant bubus pabulũ.Id hoc modo parari,dariq; oportet.Vbi sementim paraueris, glandẽ parari,legiq; conuenit,& in aquã cõiici.Inde semodios singulis bubus in dies dari oportet,aut modiũ vinaciorũ, quos in dolium cõdideris.At si nõ laborabũt,pascantur:satius erit.Interdiu pascito,noctu foeni pondo.xxv.vni boui dato.Si foenũ nõ erit,frondem iligneam & hederaceã dato.Paleas triticeas,& ordeaceas,viciã acus fabaginũ,vel de lupino,item de cæteris frugibus omnia condito.Cũ stramenta condes,quæ hęrbosissima erunt,in tecto condito,& sale superspergito. Deinde ea pro foeno dato. Vbi verno dare coeperis,modiũ glandis,aut vinaciorũ dato,aut modiũ lupini macerati, & foeni pondo. xv. Vbi ocymũ tempestiuũ erit,dato primũ.Manib9 carpito,id renascetur: qđ falcula secueris, non renascetur.Vsq; ocymũ dato,donec arescat,ita temperato,post viciã dato,postea panicum dato, secũdũ panicum frondem vlmeam dato.Si populneam habueris,admisceto, vt vlmea fatis fiet. Vbi vlmeam non habebis,querneam,& ficulneam dato.Nihil est qđ magis expediat,q̃ boues bene curare.Boues nisi per hyemem,cum non arabunt,pasci nõ oportet. Nam viride cum edunt, semper id expectant,& fiscellas habere oportet,ne hęrbam sectentur,cum arabunt. Acus fabaginum. Ocymum. Boues bene curare expedit. Fiscellę

De lignis domini. Caput.LV.

LIGNA domino in tabulato condito,codicillosq; oleagineos,radices in aceruo sud dio metas facito. Sub dio.

Familiæ cibaria quanta dentur. Caput.LVI.

FAMILIÆ cibaria vbi opus facient per hyemẽ,tritici modios.iiij. per æstatem modios.iiii. semis villico,villicę epistatę,opilioni modios.iij.Cõpeditis per hyemẽ panis põdo.iiij. Vbi Epistatę vill. Cõpediti.

vineã fodere cœperint, panis.p.v.vsqueadeo dũ ficus esse cœperint,deinde ad panes.iiij.redito.

Vinum familiæ quantum detur. Caput.LVII.

Lora familiæ. VINVM familiæ,vbi vindemia facta erit,loram bibant menses tres. Mense quarto heminã in dies.j.in mense congios tres.Mense quinto,sexto,septimo,& octauo:in dies sextarium.j. in mẽse congios quinq;:nono,decimo,vndecimo,& duodecimo in dies heminas ternas,id est amphoram in mense.Hoc amplius Saturnalibus,& cõpitalibus in singulos homines congios. Sũma vini in homines singulos intra annũ quadrantalia.viij.cõpeditis autẽ vt quicquid operis faciẽt pro portione addito.Eos non est nimiũ in annos singulos vini quadrantalia.x.ebibere.

Pulmentarium familiæ quantum debetur. Caput.LVIII.

Pulmẽtarium. PVLMENTARIVM familiæ,oleæ caducæ q̃plurimum condito.Postea oleas tempestiuas, vnde minimum olei fieri poterit,eas condito, & partito,vti q̃diutissime durent: vbi oleæ comesæ erunt,halecem,& acetum dato. Oleum in menses dato vnicuiq; sextarium.j.Salis vnicuiq; in anno modium,satis est.

Vestimenta familiæ. Caput.LIX.

Saga. Centones. Sculponeæ. VESTIMENTA familiæ tunicã.p.iij.S.saga alternis annis.Quoties cuiq; tunicã,aut sagã dabis,pri⁹ veterẽ accipito,vnde cẽtones fiant.Sculponeas bonas alternis ãnis dare oportet.

Bubus cibaria. Caput.LX.

BVBVS cibaria annua in iuga singula lupini modios.cxx.ac glandis modios.ccxl.fœni pondo.lxxi.ocymi tantũdem,fabæ modios.xx.viciæ modios.xxx. Præterea generatim videto, vti satis viciæ seras.Pabulum cum seres,multas sationes facito.

Quomodo ager colatur. Caput.LXI.

Bene arare. QVID est agrũ bene colere? Primũ bene arare.Quid secũdũ? arare.Quid tertiũ? stercorare.Qui oletũ sæpissime & altissime miscebit, is tenuissimas radices exarabit: si male arabit, radices sursum abibũt,crassiores fiẽt, & in radices vires oleæ abibũt.Agrũ frumentariũ cũ aras, bene & tẽpestiue ares,sulco vario ne ares.Cætera cultura est multũ serere,& diligẽter eximere semina,& per tempus radices q̃plurimas cũ terra ferre:vbi radices bene operueris, calcato bene,ne aqua noceat.Siqs quærat,qđ tẽpus oleæ serendæ fiet,agro sicco p sementim,agro læto per ver.

Quot plostra habere oporteat. Caput.LXII.

QVOT iuga boum,mulorum,asinorum habebis,totidem plostra esse oportet.

Funem q̃ longum esse oporteat. Cap.LXIII.

Funiculus. FVNEM torculũ esse oportet extentũ.p.xxxiij.Funẽ loreũ in plostrũ.p.lx.lorea retinacula longa.p.xxvi.subiugia in plostrũ.p.xix.funiculũ.p.xv.in aratrũ subiugia lorũ.p.xvi. funiculum.p.viii.

De olea legenda. Caput.LXIIII.

Leguli. Factores. OLEA vbi matura erit,q̃primũ cogi oportet,q̃ minimũ in terra,& in tabulato esse oportet. In terra,& in tabulato putrescit.Leguli volunt,vti olea caduca q̃plurima sit, quo plus legatur.Factores,vt in tabulato diu sit,vt fracida sit,quo facilius oleum efficiant. Nolito credere oleum in tabulato crescere posse.Q̃ citissime conficies,tã maxime expediet, & totidem modijs collectæ plus olei efficient,& melius.Olea,quæ diu fuerit ĩ terra,aut in tabulato,inde minus fiet

Deplere. olei,& deterius.Oleum,si poteris,bis in die depleto.Nam oleum q̃diutissime in amurca,& in fracibus fuerit,tam deterrimum erit.

Oleum viride quomodo fiat. Cap.LXV.

OLEVM viride sic facito,oleam q̃primũ ex terra tollito.Si inquinata erit,lauito,a folijs, & stercore purgato.Postridie,aut post diem tertium,q̃ lecta erit,facito.oleam:vbi nigra erit, stringito.Q̃ acerbissima olea oleum facies,tam oleum optimum erit. Domino de matura olea

Gelicidia. oleum fieri maxime expediet.Si gelicidia erũt,cum oleam coges,triduũ aut quatriduũ post oleũ facito.Eam oleam,si voles,sale inspergito.Q̃ calidissimũ torcularium,& cællam habeto.

Custodis & Capulatoris officia. Caput.LXVI.

Capulator. CVSTODIS,& capulatoris officia.Seruet diligẽter cællam,& torcularium.Caueat q̃ minimũ in torcularium,& in cællam introeatur. Q̃ mundissimo,purissimoq; fiat vase aheno,

Plumbi Cortina. neq; nucleis ad oleum vtatur:nam si vtetur,oleum male sapiet. Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat : vbi factores vectibus premerint, continuo capulator concha oleum

premerint. Amurca. q̃ diligentissime poterit,tollat,nec cesset.Amurcam caueat ne tollat. Oleum in labrum primum

Fraces. indito.Inde in alterum dolium indito.De ijs labris fraces,amurcamq; semper subtrahito. Cum oleum sustuleris de cortina,amurcam dehaurito.

Item custodis in torcularia erunt officia. Caput.LXVII.

ITEM custodis officia:quæ in torcularia erunt vasa, pura habeat,curetq; vti olea bene perficiatur,beneq; siccetur. Ligna in torculario ne cędat.Oleum frequenter capulet. Factoribus det in singulos factus,olei sextarios,& in lucernam quod opus siet.Fraces quotidie eijciat,amurcam commutet vsqueadeo,donec in lacum , qui in cęlla est,postremum peruenerit,fiscinas spōgia effingat.Quotidie lacum oleo commutet,donec in dolium peruenerit . In torculario,& in cęlla caueat diligenter,nequid olei surripiatur. Capulare? In factus.

Vasa olearia & vinaria extollere. Caput.LXVIII.

VBI vindemia,& oleitas facta erit,pręla extollito,funes torculos,melipōtos , subductarios aut in carnario,aut in prelo suspendito,orbes, fibulas, vectes, scutulas,fiscinas,cordulas, quala,scalas,patibula omnia,queis vsus erit,in suo quoq; loco reponito. Oleitas.

Dolia quomodo imbuantur. Caput.LXIX.

DOLIA olearia noua sic imbuito.Amurca impleto dies.vij.Facito,vt amurcam quotidie suppleas.Postea amurcam eximito,& arefacito:vbi arebit, cuminū pridie in aqua infundito.Ea postridie diluito.Postea dolium calefacito.Minus,q̄ si picare velis,tepeat,satis est. Leuibus lignis facito calescat:vbi temperate tepebit,tum cuminū indito,postea linito.Si recte liueris in dolium quinquagenarium cumini.p.iiij.satis erit.

Bubus medicamentum. Caput.LXX.

BVBVS si morbum metues,sanis dato salis micas.iij.laurea folia.iij.porri fibras. iij. vlpici spicas.iij.allij spicas.iij.thuris grana.iij.hęrbæ sabinę plantas.iij.rutæ folia.iij.vitis albę caules.iii.vini.s.iij.Hęc omnia sublimiter legi,teri,dariq; oportet.Ieiunus siet,qui dabit.Ter triduū de ea potione vnicuiq; boui dato.Ita diuidito,cum ter vnicuiq; dederis,omnem absumas.Bosq; ipsus,& qui dabit,facito vt vterq; sublimiter stent,vase ligneo dato.

Bos si ægrotare cœperit. Caput.LXXI.

BOS si ægrotare cœperit,dato continuo ei ouū vnū gallinaceum crudum integrum,facito vt deuoret.Postridie caput vnū vlpici conterito,& id vase ligneo terito, & cū hemina vini facito bibat sublimiter.Bosq; ipsus,& qui dabit,sublimiter stet.Ieiunus ieiuno boui dato.

Boues ne pedes subterant. Caput.LXXII.

BOVES ne pedes subterant prius q̄ in viā quoq̄ agas,pice liquida cornua infima vnguito.

Quomodo bubus medicamentum. Caput.LXXIII.

VBI vuæ variæ cœperint fieri,bubus medicamentum dato quotannis,vti valeant. Pellem anguinam vbi videris,tollito,& condito,ne quęras,cū opus siet.Eam pellem,& far, & salē, & serpyllum,hæc omnia vna conterito,cum vino dato bubus omnibus vt bibant ; per æstatem boues aquam bonam,& liquidam bibant,semper curato,vt valeant refert. Pellis angu.

Panem depsiticum sic facito. Caput.LXXIIII.

PANEM depsiticum sic facito.Manus,mortariūq; bene lauato . Farinā in mortariū indito, aquę paulatim addito,subigitoq; pulchre,vbi bene subegeris,defingito,coquitoq; sub testa. Depsitici panes.

Libum hoc modo facito. Caput.LXXV.

LIBVM hoc modo facito.Casei pondo .ii. in mortario bene disterat : vbi bene distriuerit,farinæ siligineæ libram:aut si voles tenerius esse,selibram siliginis solum eodem indito permisceto q; cum caseo bene,ouum.j.addito,& vna bene permisceto.Inde panem facito . Folia subdito,in foco calido sub testa coquito leniter. Distera.

Placentam sic facito. Caput.LXXVI.

PLACENTAM sic facito.Farinę siligenę libr.ii.vnde solū facias ī tracta,farinę lib.iiii.& alicę primę,lib.ii.alicā in aquā īfundito,vbi bene mollis erit,ī mortariū purū indito,siccatoq; bene.Deinde manib⁹ depsito:vbi bene subactū erit,farinę lib.iiii.paulatī addito,id vtrūq; tracta facito.In qualo,vbi arescāt,cōponito,vbi arebūt cōponito puriter,tū facies ī singula tracta.Vbi depsueris,pāno oleo vncto tāgito,& circūtergito,vnguitoq; vbi tracta erūt:focū,vbi ea coquas calefacito bene,& testā.Postea farinę libr.ii.cōspgito,cōdepsitoq;.Inde facito solū,tenue casei ouilis.p.xiiii.ne acidū siet,& bene recēs ī aquā ter īdito,ibi macerato,aquā ter mutato.Inde eximito siccatoq; bn̄ paulatī manib⁹,siccū bn̄ ī mortariū īponito.Vbi oēm caseū bn̄ siccaueris,ī mortariū purū manib⁹ cōdepsito,cōminutoq; q̄maxime.Deīde cribrū farinariū purū sumito,caseūq; p cribrū facito trāseat ī mortariū.Postea īdito mellis boni.p.4.S.idq; vna bn̄ cōmisceto cū caseo.Post ea ī tabula pura,q̄ pateat pedē.I.ibi balteū ponito,foliaq; laurea vncta suppōito,placētā fingito, Tracta. Depso.

Tracta singula in totum solum primũ ponito, deinde de mortario tracta linito, tracta addito singulatim, item linito vsqueadeo, donec omnem caseum cũ melle abusus eris. In summũ tracta singula indito, post ea solum contrahito, ornatoq; focum, de iunipero, temperatoq;. Tunc placentã imponito † texto caldo operito, pruna insuper, & circũ operito. Videto, vt bene, & ociose percoquas: aperito, dum inspicias bis, aut ter: vbi cocta erit, eximito, & melle vnguito: haec erit placenta semodialis.

Caseum abusus.

† testu

Semodialis placẽ.

Spira vt fiat. Caput. LXXVII.

SPIRAM sic facito. quantum voles pro ratione, ita vti placenta fit, eadem omnia facito, nisi sic alio modo fingito: in solo tracta, cum melle oblinito bene. Inde tanq̃ restim tractes facito, ita imponito in solo, deinplicis completo bene arcte. Caetera omnia quasi placentam facias, facito, coquitoq;.

Scriblita vt fiat. Caput. LXXVIII.

Scriblita.

SCRIBLITAM sic facito. In balteo tractes, caseo ad eundem modum facito, vti placentam sine melle, coquitoq;.

Globuli vt fiant. Caput. LXXIX.

GLOBVLOS sic facito. Caseum cum alica ad eũdem modũ misceto, inde quantos voles facere facito, in ahenũ caldum vnguen indito. Singulos, aut binos coquito, versatoq; crebro duabus rudibus, coctos eximito. Eos melle vnguito papauere infriato, ita ponito.

Infriare.

Enchytum sic facito. Caput. LXXX.

ENCHYTVM sic ad eũdẽ modũ facito, vti globulos, nisi calicem pertusum cauũ habeat: ita in vnguen caldum fundito: hoc in restim quasi spiram facito, idq; duabus rudibus versato perfrigitoq;. Item vnguito, coloratoq;, caldũ ne nimiũ id cũ melle, aut cũ mulso apponito.

Vnguẽ caldum.

Erneum sic facito. Caput. LXXXI.

ERNEVM tanq̃ placentã facito, eadẽ omnia indito, quę in placentã, & permisceto in alueo. Indito in hirneã fictilẽ, eã demittito in aulam aeneam aquae calidae plenam. Ita coquito ad ignem vbi coctum erit, hirneam confringito, ita ponito.

Hirnea.

Sphaerica quomodo fiat. Caput. LXXXII.

SPHAERICAM sic facito, ita vti spiram, nisi sic effingito, detractis caseo, melle: sphaeras pugnum altas facito, eas in solo componito, densas eodem modo componito, atq; spiram, item q; coquito.

Votum pro bubus. Caput. LXXXIII.

VOTVM pro bubus, vt valeant, sic facito. Marti Syluano in sylua interdius in capita singula boum votum facito, farris adorei libras tres, & lardi pondo. IIII. pulpae pondo. IIII. S. vini sextarios tres. S. Id in vrnas liceto coniicere, & vinum idem in vnum vas liceto coniicere. Eam rem diuinam vel seruus, vel liber licebit faciat. Vbi res diuina facta erit, statim ibidem consumito. Mulier ad eam rem diuinam ne adsit, neue videat quomodo fiat. Hoc votum in annos singulos, si voles, licebit vouere.

Mulier ad rẽ diuinã ne adsit.

Sauillum sic facito. Caput. LXXXIIII.

SAVILLVM hoc modo facito. Farinae selibram, casei. p. II. S. vna commisceto quasi libum, mellis pondo. S. & ouũ. Catinum fictile oleo vnguito. Vbi bene omnia cõmiscueris, in catinum indito, Catinum † texto operito: videto vt bene percoquas medium, vbi altissimum est: vbi coctum erit, catinũ eximito, melle vnguito, papauere infriato, sub † textũ subde paulisper, postea eximito, ita pone cum catino, & lingulis.

† testu

† testũ

Pultem punicam sic facito. Caput. LXXXV.

PVLTEM punicam sic coquito. Libram alicę in aquam indito, facito vt bene madeat. Id infundito in alueum purum, eo casei recentis. p. III. mellis, pondo. S. ouum vnũ, omnia vna bene permisceto. Ita insipato in aullam nouam.

Insipare.

Granea triticea quomodo fiat. Caput. LXXXVI.

GRANEAM triticeam sic facito. Selibram tritici puri in mortarium purum indat, lauetq; bene, corticẽq; deterat bene, eluatq;. Postea in aulam indat, & aquã puram, coquatq;. Vbi coctum erit, lacte addat paulatim vsqueadeo, donec cremor crassus factus erit.

Cremor.

Amylum sic facito. Caput. LXXXVII.

AMYLVM sic facito. Siliginem purgato bene, postea in alueum indat, eo aquam addat bis in die. Die decimo aquam exiccato, ext urgeto bene, in alueo puro misceto bene, facito tãq̃ fex fiat. Id in linteum nouũ indito, exprimito cremorem in patinam nouã aut in mortarium, id omne ita facito, & refricato denuo. Eam patinam in sole ponito, vt arescat: vbi arebit, in ollam

nouam indito, inde facito cum lacte coquat.

Salem candidum sic facito. Caput. LXXXVIII.

SALEM candidũ sic facito. Amphoram defricato, colluitoq;, purã impleto aqua pura, in sole ponito: ibi fiscellam cũ sale populari suspendito, & quassato, suppletoq; idẽtidẽ. Id aliquoties in die facito vsqueadeo, donec sal desiuerit tabescere biduũ. Id signi erit, menã aridã, vel ouũ demittito: si natabit, ea muries erit, qua vel carnem, vel caseos, vel salsamẽta condias. Eam muriam in labella, vel in patina in sole ponito: vsqueadeo in sole habeto, donec concreuerit. Inde flos salis fiet. Vbi nubilabitur, noctu sub tecto ponito. Quotidie, cum sol erit, in sole ponito. Muria. Nubilari.

Gallinas & anseres sic farcito. Caput. LXXXIX.

GALLINAS, & anseres sic farcito. Gallinas teneras, quæ primũ parierint, concludat: polline, vel farina ordeacea conspersa turundas faciat: eas in aquam intinguat, & in os indat. paulatim quotidie addat, & ex gula consideret, quod satis fiet. Bis in die farciat, & meridie bibere dato, nec plus aquam ante sinat, q̃ horam. I. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere bis in die, & bis escam. Parire. Turundę.

Palumbum recentem sic farcito. Caput. XC.

PALVMBVM recentem sic farcito. Vti prehensus erit, ei fabam coctam tostam primũ dato, ex ore in eius os inflato item aquam. Hoc dies. VII. facito. Postea fabam fresam puram, & far purum facito, & fabæ tertia pars vt inferuescat: cum feruere incipiet, puriter facito, & coquito bene: id vbi excoxeris, deponito, bene oleo manum vngito, depositoq; primum pusillum, postea magis depses, oleo tangito, depsitoq; dum poteris facere turũdas, & eas ex aqua dato, & escam temperato.

Aream sic facito. Cap. XCI.

AREAM sic facito. Locum vbi facias confodito, postea amurca conspergito bene, sinitoq; combibat. Postea cõminuito bene glebas. Deinde coæquato, & pauiculis verberato. Postea denuo amurca cõspergito, sinitoq; arescat. Si ita feceris, neq; formicę nocebũt, neq; herbę nascent. Pauiculæ.

Frumento ne gurgulio noceat. Caput. XCII.

FRVMENTO ne gurgulio noceat, neu, mures tangant, lutum de amurca facito, palearum parum addito, sinito marcescant bene, & subigito, eo granarium totum oblinito crasso luto. postea conspergito amurca bene omne quod lutaueris. Vbi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito: gurgulio non nocebit. Lutare.

Olea si fructum non fert. Caput. XCIII.

OLEA si fructum non fert, ablaqueato. Postea stramenta circumponito. Postea amurcam cum aqua commisceto æquas partes. Deinde ad oleam circũfundito: ad arborem maximã amphoram vnam commisti satis est. ad minores arbores pro ratione indito. Et idem hoc si facies ad arbores feraces, hæ quoq; meliores fient: ad eas tamen stramenta ne addideris.

Fici vti grossos teneant. Caput. XCIIII.

FICI vti grossos teneant, facito omnia, quæ modo oleæ, & hoc amplius, cum ver adpetet, terram adaggerato bene. Si ita feceris, & grossi non cadent, & fic scabræ non fient, & multo feraciores erunt.

Conuoluulus in vinea, ne fiat. Caput. XCV.

CONVOLVVLVS in vinea ne fiat, amurcam condito, puram bene facito, in vas æneum indito congios duos, postea igni leui coquito, rudicula agitato crebro vsqueadeo, dũ fiat tam crassa, q̃ mel. Postea sumito bituminis tertiarium, & sulfuris quartarium. Conterito in mortario seorsum vtrũq;. Postea infriato q̃minutissime in amurcam caldam, & simul rudicula misceto, & denuo coquito sub dio. Nam si in tecto coquas, cum bitumen & sulfur additum est, excandescet. Vbi erit tam crassum, q̃ viscum, sinito frigescat. Hoc vitem circum caput, & sub brachia vnguito: conuoluulus non nascetur. Tertiariũ. Quartariũ.

Oues ne scabræ fiant. Caput. XCVI.

OVES ne scabræ fiant, amurcam puram, & aquam vbi lupinus deferbuerit: & fæcem de vino bono inter se pariter omnia sumito, & bene commisceto. Postea cum detonderis oues, vnguito totas, sinito biduum, aut triduum consudent. Deinde in mari lauito. si aquam marinam non habebis, facito aquam salsam, ea lauito. Si hæc sic feceris, non scabræ fient, & lanæ plus, & meliorem habebunt, & ricini non erunt molesti. Eodem modo in omnes quadrupedes vtito si scabræ erunt. Lauito. Ricini. Vtito.

Amurcæ vnguentum. Caput.XCVII.

AMVRCA decocta axem vnguito,& lora,& calciamēta,& coria omnia, & meliora facies.

Vestimenta ne tineæ tangant. Caput.XCVIII.

Amurca] supellex vngatur.

VESTIMENTA ne tineæ tangant, amurcam decoquito ad dimidium,& ea vnguito fundum arcæ,& extrinsecus pedes,& angulos. Vbi ea adaruerit,vestimenta condito. Si ita feceris,tineæ non nocebunt. Et item lignū,& supellectilē omnē si vngues,non putrescet.& cum ea terseris,splendidior fiet. Item omnia ænea vnguito,sed prius extergito bene. Postea cū vnxeris & ea vti voles,iterum extergito,splendidior erit,& ærugo non erit molesta.

Fici aridę vt integræ sint. Caput.XCIX.

FICI aridæ si voles vt integræ sint,in vas fictile condito. id amurca decocta vnguito.

Oleum sic in metretam indes. Caput.C.

Colluito.

OLEVM si in metretam nouā inditurus eris,amurca ita vti est cruda prius colluito,agitatoq́ diu,vt bene combibat. Id si feceris,metreta oleum non bibet, & oleum melius fuerit, & metreta ipsa firmior erit.

Virgas myrteas vti serues,item aliud genus. Caput.CI.

VIRGAS myrteas si voles cū baccis seruare,& itē aliud genus quoduis,et si ramulos ficulneos voles cū folijs,inter se alligato,fasciculos facito,eos ī amurcā demittito,supstet amurca,facito. Sed ea,quę demissurus eris,sumito paulo acerbiora. Vas,quo cōdideris,oblinito plane.

Si bouem aut aliā quāuis quadrupedem serpens momorderit. Cap.CII.

SI bouem,aut aliā quāuis quadrupedem serpens momorderit, Melanthij acerabulū, & quod medici vocant smyrneum,conterito in vini veteris hemina. Id per nares indito, & ad ipsum morsum stercus suillum apponito. Et idē hoc (si vsus euenerit) homini facito.

Boues vti valeant. Caput.CIII.

Curatiores

BOVES vti valeant,& curati bene fient,& qui fastidient cibum, vti magis cupide appetant pabulū,qđ dabis,amurca spargito: primo paululum,dum consuescant,postea magis,& dato rarenter bibere,cōmistum cū aqua æquabiliter quarto,quintoq́ die: hoc si feceris,ita boues & corpore curatiores erunt, & morbus aberit.

Vinum familiæ per hyemem. Caput.CIIII.

Rudis.

VINVM familiæ,per hyemē qui vtatur. Musti quadrantalia.X.in doliū indito,aceti acris quadrantalia.II. Eodem infundito sapæ quadrantalia duo,aquæ dulcis quadrantalia. L. Hæc rude misceto ter in die.dies.V.cōtinuas. Eo addito aquæ marinæ veteris sextarios.LXIIII. & operculum in dolium imponito,& oblinito dies.X. Hoc vinū durabit tibi vsq́ ad solstitium. Si quid superfuerit post solstitium,acetum acerrimū,& pulcherrimum erit.

Qui ager a mari longe aberit ibi vinum gręcū sic facito. Caput.CV.

†q.xx. Quadragenarium.

QVI ager a mari longe aberit,ibi vinum græcū sic facito. Musti † quadrantalia in ahenū aut plumbeum infundito,ignem subdito,vbi ebullibit vinum, ignem subducito: vbi iam vinū refrixerit,in doliū quadragenarium infundito,seorsum in vas aquæ dulcis quadantal.I. infundito,salis mod.I.finito muriam fieri. Vbi muria facta erit,eodem in dolium infundito, Schœnum,& calamū in pila contundito,qđ fiet sextarium vnū: eodem in dolium confundito,vt odoratum fiet. Post dies.XXX.dolium oblinito. Ad ver in amphoras diffundito. Bienniū in sole finito positum esse. Deinde in tectum conferto. Hoc vinū non erit deterius,q̄ Coum.

Aquæ marinæ concinnatio. Caput.CVI.

†frangito alii fringito.

AQVÆ marinæ concinnatio. †Quadrantal.I.ex alto sumito,quo aqua dulcis nō accedat, sesquilibram salis frigito, eodē indito,& rude misceto vsqueadeo,donec ouū gallinaceum natabit,desinito miscere. Eodem vini veteris,vel amnęi,vel miscelli albi congios duos infundito, misceto probe. Postea in vas picatum confundito,& oblinito. Si quidem plus voles aquę marinę concinnare,proportione ea omnia facito.

Quomodo labia doliorum circūlinas,& vt odorata sint,& ne quid vitij in vinum accedat. Caput.CVII.

HOC modo labra doliorum circūlinas,vt odorata fient, & nequid vitij in vinum accedat, sapæ congios. VI.q̄optimę infundito in ahenū,aut in plumbeū,& iris aridæ contusæ heminam,& sertam campanicam.P.V.bene odoratam vna cum iri contundas, q̄minutissime per cribrum cernas,& vna cum sapa coquas sarmentis.& leui flamma cōmoueto. Videto,ne aduras vsq́ coquito,dum dimidium excoquas. Vbi refrixerit,confundito in vas picatum bene odoratū,

& oblinito,& vtitor in labra doliorum.

Vinum si voles experiri an duraturum sit,necne. Caput. CVIII.

VINVM, si voles experiri duraturum sit,nec ne. polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum nouum indito & vini sextarium de eo vino,quod voles experiri,eodem infundito,& imponito in carbones,facito bis,aut ter inferueat. Tum id percolato,polentam adijcito. Vinum ponito sub dio. Postridie mane gustato. Si id vinum sapiet,quod in dolio est,scito duraturum. Si subacidum erit,non durabit.

Vinum asperum lene fieri. Caput.CIX.

VINVM asperum quod erit,lene,& suaue si voles facere,sic facito. De eruo farinam facito libr.IIII.& vini cyathos.IIII.conspergito sapa. Postea facito laterculos. Sinito combibant noctem & diem. Postea commisceto cum eo vino in dolio,& oblinito dies. LX. Id vinum erit lene & suaue,& bono colore,& bene odoratum.

Odorem deteriorem vino demere. Caput.,CX.

ODOREM deteriorem vino demere si voles,testã de tegula crassam puram calfacito in igni bene. Vbi calebit,eam picato,resticula alligato,testam demittito in dolium infimum leniter,finito biduo oblitum dolium:si demptus erit odor deterior, id optime: si non, sæpius facito,vsq; dum odorem malum dempseris.

Si voles scire vtrum in vinum addita aqua sit,necne. Cap.CXI.

SI voles scire in vinũ aqua addita sit,necne,vasculum facito de materia hederacea. Vinum id quod putabis aquam habere,eodem mittito. Si habebit aquam,vinum effluet, aqua manebit. Nam non cotinet vinum vas hederaceum. Hederaceo vase vinũ nõ ꝯtiner.

Vinum Coum si facere voles. Caput.CXII.

VINVM Coum si facere voles,aquam ex alto marinam sumito,mari tranquillo,cum ventus non erit,die septuagesima ante vindemiam,quo aqua dulcis non perueniat. Vbi hauseris de mari,in culeare dolium fundito,nolito implere,quadrantalibus quinq; minus sit,q̃ plenũ operculũ imponito,relinquito,q interspiret:vbi dies.xxx.ꝑterierint, transfundito in alterũ doliũ puriter,& leuiter relinquito in imo,quod desederit.post dies viginti in alterũ item dolium trãsfundito,ita relinquito vsq; in vindemiam. Vnde vinum coum facere voles,vuas relinquito in vinea,finito,vt bene coquantur:& vbi pluerit,& siccauerit,tunc deligito,& ponito in sole biduum aut triduum sub dio,si pluuiæ non erunt:si pluuia erit,in tecto in cratibus componito:& si qua acina corrupta erunt,depurgato. Tum sumito aquæ marinæ suprascriptæ quadrantalia.x. & in dolium quinquagenarium infudito. Tum acina de vuis miscellis decerpito,de scopio,& in diem dolium vsq;dum impleueris,manu comprimito,vt combibant aquam marinam:vbi compleueris dolium,operculo operito,relinquito,qua interspiret. Vbi triduũ,pręterierit,eximito de dolio, & in torculario calcato,& id vinum condito in dolia lauta,& pura,& sicca. Interspiro. Vinũ Coũ

Vt vinum bene odoret. Caput.CXIII.

VT vinum bene odoratum siet,sumito testam picatam. Eo prunã lenem indito,suffito,serta,& schœno,& palma quã habent vnguentarij,ponito in dolio,& operito,ne odor exeat, anteq̃ vinum indas. Hoc facito pridie q̃ vinum infundere voles,de lacu vinum q̃primũ in doliũ indito,finito dies.xv.opertum anteq̃ oblinas,& relinquito qua interspiret vinum. Postea oblinito. Post dies.xl.diffundito in amphoras, & addito in singulas amphoras sapæ sextarium vnum. Amphoras nolito implere nimiũ ansarum infimarum fini. Amphoras in sole ponito, vbi hęrba non siet,amphoras operito,ne aqua accedat,& ne plus quatriduum in sole siueris. Post quatriduum in culeum componito,& instipato.

Vinum si voles concinnare ad aluum. Caput.CXIIII.

VINVM si voles concinnare,vt aluum bonam faciat,secundum vindemiam,vbi vites ablaqueantur,quantum putabis ei rei satis esse vini,tot vites ablaqueato,& signato,earum radices circum sarrito,& purgato. Veratri radices in pila contundito, eas radices ponito circum vitem:& his stercus vetus,& veterem cinerem,& duas partes terræ,circũaddito. Radicibus vitis terram insuper iniicito. Hoc vinum seorsum legito. Si voles seruare in vetustatem, ad aluum mouendam,seruato,nec commisceas cum cætero vino. De eo vino cyathum sumito,& misceto aqua,& bibito ante cœnam. Sine periculo aluum mouebit.

Vinum ad aluum mouendam. Caput.CXV.

VINVM ad aluum mouendã. In vinũ mustum veratri atri mãnipulum coniicito in amphorã:vbi satis efferbuerit,de vino manipulum eiicito.Id vinũ seruato ad aluũ mouẽdã. Aliter si voles vinũ ad aluũ mouendam concinnare. Vites cum ablaqueabũtur,signato rubrica, ne admisceas cũ cætero vino. Treis fasciculos veratri atri circũponito circum radices,& terram insuper inijcito. Per vindemiã de his vitibus quod delegeris,seorsum seruato,cyathum in cæteram potionem indito,aluum mouebit,& postridie perpurgabit sine periculo.

Lentim quomodo seruari oportet. Caput.CXVI.

Laserpitiatũ acetũ. LENTIM quomodo seruari oporteat. Laserpitiũ aceto diluito, permisceto lentim aceto laserpitiato,& ĩ sole ponito. Postea lẽtim oleo pfricato,sinito arescat,ita ĩtegra seruabit̃ recte.

Oleæ albæ quemadmodum condiantur. Caput.CXVII.

OLEÆ albæ quemadmodum condiantur:anteq̃ nigræ fiant contundantur,& in aquã deijciantur,crebro aquam mutet. Deinde,vbi satis maceratæ erunt,exprimat,& in acetũ cõijciat,& oleũ addat,& salis selibrã:in modiũ olearũ fœniculũ,& lentiscũ seorsum condat in acetũ. Orcula. Si vna admiscere voles,cito vtitor:in orculam calcato manibus siccis,cũ vti voles,sumito.

Oleam albam secundum vindemiam,qua vtaris. Caput.CXVIII.

OLEAM albam secundum vindemiam,qua vti voles,sic condito. Musti tantundem addito, quantum aceti. Cætera item condito ita,vti supra scriptum est.

Epityrum album,nigrum,& varium. Caput.CXIX.

EPITYRVM album,nigrum,variumq̃ sic facito. Ex oleis albis,nigris,varijsq̃ nucleos eijcito. Sic condito. Concidito ipsas,addito oleum,acetum,coriandrum,cyminũ,fœniculum, rutam,mentam,in orculam condito,oleum supra fiet,ita vtitor.

Mustum si voles totum habere annum. Caput.CXX.

Oppicare. MVSTVM si voles totum annũ habere,in amphoram mustum indito, & corticem oppicato,demittito in piscinam,post trigesimum diem eximito,totum annũ mustum erit.

Mustaceos sic fac. Caput.CXXI.

Mustacei. MVSTACEOS sic facito: farinæ siligineæ modium vnum musto conspergito. Anisum, cyminũ,adipis.p.ij.casei libram,& de virga lauri deradito,eodẽ addito. Et vbi definxeris, lauri folia subtus addito dum concoques.

Vinum concinnare ad lotium. Caput.CXXII.

VINVM concinnare,si lotium difficilius transibit:Capreidam, vel iuniperum cõtundito in pila,libram indito in duobus congijs vini veteris,in vase æneo,vel plumbeo deferuefacito:vbi refrixerit,in lagenam indito,id mane ieiunus sumito cyathum,proderit.

Vinum ad ischiacos concinnare. Caput.CXXIII.

VINVM ad ischiacos sic facito. De iunipero materiam crassam concidito minutim. Eam feruefacito cum congio vini veteris:vbi refrixerit,in lagenam confundito:& postea id vtitor vini cyathum:mane ieiunis proderit.

Q; interdiu canes clausos habeas. Caput.CXXIIII.

CANES interdiu clausos esse oportet,vt noctu vigilantiores,& acriores sint.

Vinum myrteum sic facito. Caput.CXXV.

VINVM myrteum sic facito. Myrtum nigram arefacito in vmbra,vbi iam erit passa,seruato ad vindemiam in vrnam musti,contũdito myrti semodium,id oblinito. Vbi desiuerit feruere mustum,myrtum eximito. Id est ad aluũ crudam, & ad lateris dolorem,& ad cœliacum, & si aluus non consistet.

Ad tormina &c. Caput.CXXVI.

AD tormina,& si tineæ,& lumbrici molesti erunt,triginta mala punica acerba sumito,contundito,indito in vrceum,& vini nigri austeri congios tres superponito:vas oblinito,post XXX.dies aperito,& vtitor,ieiunus heminam bibito.

Ad dispepsiam,& stranguriam. Caput.CXXVII.

AD dispepsiam,& stranguriam malum punicum vbi florebit,colligito. Tres heminas in amphoram infundito,vini veteris quadrantal addito,& fœniculi radicem puram contusam vnam. Oblinito amphoram:& post dies.xxx.aperito & vtitor. Vbi voles cibum concoquere, & lotium facere,hinc bibito quantum voles sine periculo. Idem vinum tineas perpurgat & lumbricos,si sic concinnes. Incœnatum iube esse,postridie thuris drachmam conterito, & mellis cocti drachmam vnam,& vini prædicti sextarium,& origanum,dato ieiuno, & puero pro ætate trioḡ

bolum,& vini heminam.Supra pilam inscendat,& saliat decies,& deambulet.

Habitationem delutare. Caput.CXXVIII.

HABITATIONEM delutare cum voles, terrā,q̄maxime cretosam vel rubricosam sumito,eo amurcam infundito,paleas indito.Sinito quatriduū fracescat:vbi bene fracuerit,rutro concidito:vbi concideris,delutato.Ita neq; aspergo nocebit,neq; mures caua facient,neq; herba nascetur,neq; lutamenta scindent se. Fracescere. Delutare. Caua. Lutamēta.

Area frumentaria quomodo fiat. Cap.CXXIX.

AREAM vbi frumentum teratur,sic facies.Confodiatur minute terra,& amurca bene consp̄gatur,vt combibat q̄plurimū:vbi bene comminuta terra fuerit,& amurcam combiberit,cylindro,aut pauicula coæquato : vbi coæquata erit,neq; formicæ molestæ erunt , & cum pluet lutum non erit. Cylindrus. Pauicula.

Ligna amurca aspergantur. Caput.CXXX.

CODICILLOS oleaginos,& cætera ligna amurca cruda perspergito,& in sole ponito : perbibant bene.Ita neq; fumosa erunt,& bene ardebunt. Codicilli amurca aspergant.

Dapem pro bubus. Caput. CXXXI.

DAPEM pro bubus pyro florēte facito.Postea verno arare incipito.Ea loca primū arato,q̄ rudeta,arenosaq; erūt.Postea vti q̄q; grauissima,atq; aquosissima erūt,ita postremo arato. Rudeta lo.

Dapem quomodo facias. Caput.CXXXII.

DAPEM hoc modo fieri oportet.Ioui dapali culignam vini quantū vis poluceto. Eo die feriæ bubus,& bubulcis,& qui dapem facient.Cum polucere oportebit,sic facies. Iupiter dapalis,q̄d tibi fieri oportet,in domo,familiaq; mea culignam vini dapi eius rei ergo.Macte vino inferiori esto.Macte hac illace dape poluceda esto.Manus interluito.Postea vinū sumito.Iupiter dapalis.Macte istace dape polucēda esto.Macte vino inferiori esto.Vestæ si voles dato,daps Ioui assaria pecuina,vrna vini Ioui caste.Profanato sine contagione.Postea dape facta, serito milium, panicum,lentim,allium. Iupiter dapalis. Culigna. Polucere. Macte dape. Istace. Daps.

Propagatio pomorum cæterarumq; arborum. Caput.CXXXIII.

PROPAGATIO pomorum,cæterarūq; arborum arboribus ab terra pulli, qui nati erunt, eos in terrā deprimito,excolitoq;,vti radicem capere possint.Inde,vbi tēpus erit, effodito, seritoq; recte.Ficum,oleam,malum punicū,mala struthea,cotonea,aliaq; mala omnia,laurum,cyprium,delphicam,prunū,myrtum coniugulum,& myrtum album, & nigrum , nuces auellanas, prænestinas,platanum,hæc omnia genera a capitibus propagari,& eximi ad hunc modum oportebit.Quæ diligentius seri voles,in calicibus seri oportet.In arboribus radices vti capiant,calicē pertusum sumito tibi,aut quassilum,per eum ramulum transferito,eum quassilum terra impleto, calcatoq;,in arborem relinquito.Vbi bimū erit,ramū tenerum infra præcidito,cum quassilo serito.Eo modo quoduis genus arborū facere poteris,vti radices bene habeant.Item vitē in quassilum propagato,terraq; bene operito,anno post præcidito,cum qualo serito. In arb. radices vti capiant. Quassilus.

Antēq̄ messem facias porcam præcidaneam facias. Cap.CXXXIIII.

PRIVS q̄ messem facias,porcam pręcidaneam,hoc modo fieri oportet.Cereri porca præcidanea,porcam fœminam,prius q̄ hasce fruges condantur far triticum,ordeū,fabam,semen rapitium,thure,vino,Iano,Ioui,Iunoni præfato.Prius q̄ porcam fœminam immolabis,Iano struem commoueto sic:Iane pater te hac strue commouenda bonas preces te precor,vti sies volens propitius mihi,liberisq; meis,domo,familięq; meæ mactus hoc ferto.Fertum Ioui moueto,& mactato sic.Iupiter te hoc ferto obmouendo bonas preces precor vti sies volens propitius mihi,liberisq; meis,domo,familiæq; meæ mactus hoc ferto.Postea Iano vinum dato sic : Iane pater,vti te strue commouenda bonas preces bene precatus sum:eiusdem rei ergo macte vino inferiori esto. Postea Ioui sic:Iupiter macte ferto esto,macte vino inferiori esto . Postea porcam præcidaneam immolato.Vbi exta †proiecta erunt,ita Iano struem commoueto,mactatoq; item , vti prius obmoueras.Ioui itē fertum obmoueto,mactatoq; vti prius feceras. Item Iano vinum dato,& Ioui vinum dato, ita vti prius datum fuit ob struem obmouendam,& fertum libādum:postea Cereri exta,& vinum dato. Præcidanea porca. Rapitium. Ianus. Strues. Mactus. Fertum. Vino inferiori †porrecta. Cereri vinū dato.

Tunicæ centones & ferramenta,& reliqua vtensilia vti emantur. Caput.CXXXV.

ROMÆ tunicas,togas,saga,centones,sculponeas : Calibus,& Minturnis, cuculiones,ferramenta,falces,palas,ligones,secures,ornamenta,murices †clitellas.Venafro,palas. Suessæ & Centones. Sculponeæ. Cuculiones † Catellas.

Treblę. †industilis Iuga Rom. Vomis. Trapeti. Claues. Clostra. Subduct. fun. Depsere. Torus. Torcul.fu. & loreus.

in Lucanis plostra:treblę albæ.Romæ dolia,labra.tegulę ex Venafro. Aratra in terrã validã Romanica bona erunt,in terram pullam campanica,iuga Romanica optima erunt. Vomis†in dutilis optimus erit.Trapeti Pompeijs. Nolæ ad ruffrimaceriam claues.Clostra Romæ,ac hamæ. Vrnæ oleariæ,vrcei aquarij,vrnæ vinariæ,& alia vasa ænea Capuæ.Nolę fiscinæ campanicę, hæ hamæ vtiles sunt.Funis subductarius,spartũ omne Capuæ.Fiscinas Romanicas Suessę, cassino. cę optimæ erunt Romæ. Funem torculum siquis faciet,Cassini.L. Nummis,Venafri Minturnis cl. eo indere oportet coria bona.viij. nostratia recenti aqua depsta fient,q̃minimũ salis habeant, ea depsere,& vngere vnguine prius oportet,tum siccare.Funem exordiri oportet longum pedes lxxii.toros.iii.habeat loris in toros singulos.ix.latis digitos duos.Cũ tortus fuerit, longus erit pedes.xlix.In cõmissura abibunt pedes.iii.reliquũ erit pedes.xlvi.Vbi extentus erit,accedent pedes.v.longus erit pedes.lj.Funem torculũ extentũ longũ esse oportet pedes.lv.maximisvasis,minoribus pedes.li.Funem loreum in plostrum iustũ ped.lx.semifuniũ pedes.xlv.lora retinacula inplostrum ped.xxxvi.ad aratrum ped.xxvi.lora prędutoria ped.xxvii.S. subiugia in lustrum lora ped.xix.funiculum ped.ix.in aratrum subiugia in lustrum lora ped.xix.funiculum pedes.xv. Trapetos latos maximos pedes.iiii.S.orbes altos pedes.iii.S. orbes medios ex lapidicinis cũ eximet crassos pedem & palmum,inter miliarium & labrum ped.ii.digitos.ii. labra crassa digitum. Secũdarium trapetum latum ped.iiii.& palmum,inter miliarium.& labrum ped.j.digit.j. labra crassa digitos.ii.orbes altos ped.iii.& digitos.v.crassos ped.i.& digitos.iii.Foramen in orbes semipedem quoquouersum facito.Tertium trapetum latum ped.iiii.inter miliarium,& labrum pedem.i.digitos.v.orbis altus ped.iii.digitos.iii.crassos ped.j.digitos.ij. Trapetum vbi aduectum erit,vbi statues,ibi & cõnodato, concinnatoq;.

Semifuni⁹. Subiugia. Inter milia rium & Labrum. Trapetũ. Connodo.

Pollintionem quo pacto dare oporteat. Caput.CXXXVI.

Pisere. Pollintor.

POLLINTIONEM in agro Cassinate,& Venafri sic dare oportet.In loco bono parte octaua corbis diuidat,satis bona septima,tertio loco sexta. si granũ modio diuidet quãta in Venafro ager optimus.ix.parte corbis diuidat.Si cõmuniter pisunt , quę ex parte pollintori pars est, eam partẽ in pistrinũ pollintor ordeum.v.modio fabam quinta modio diuidat.

Vineam redemptori partiario quomodo des. Cap.CXXXVII.

Partiari⁹.

VINEAM curandam partiario:bene curet fundum,arbustum,agrum frumẽtarium. Partiario fœnum,& pabulum,qđ bubus satis fiet,qui illic fient.Cętera omnia pro indiuiso.

Boues quomodo feriis coniungere licet. Caput.CXXXVIII.

Mulis,eqs, asi.nullę feriç.

BOVES ferijs coniungere licet.Hoc licet facere,trahant ligna,fabalia,frumentum qđ non daturus eris.Mulis,equis,asinis feriæ nullę,nisi si in familia sunt.

Quemadmodum lucum collucare deceat. Caput.CXXXIX.

Collucare. Verb. concipere. Ergo.

LVCVM collucare Romano more sic oportet.Porco piaculo facito. Sic verba concipito. Si deus,si dea,cuius illud sacrũ est,vti tibi ius fiet porco piaculo facere, illiusce coercendi ergo.Harũq; rerũ ergo siue ego,siue quis iussu meo fecerit,vti id recte factũ fiet.Eius rei ergo te hoc porco piaculo immolando bonas preces precor,vti sies volens propitius mihi,domo,familięq; meę,liberisq; meis.Harũce rerum ergo macte hoc porco piaculo immolando esto.

Si fodere velis,altero piaculo quid facere deceat. Cap.CXL.

SI fodere velis,altero piaculo eodem modo facito,hoc amplius dicito:operis faciundi causa,cũ opus quotidie per partes facies:sed si intermiseris,aut feriæ publicæ,aut familiares intercesserint,altero piaculo facito.

Si agrum lustraueris,quid facere debeas. Caput.CXLI.

Lustrare agrum. Solitauri lia circũagi Pi ęfaminũ v num. Inuisus. Viduertas Auerrũcare. Grandire. Duis.

AGRVM lustrare sic oportet.Imperãs solitaurilia circũagi cũ diuis volẽtibus,quodq; bene eueniat mãdo tibi Mani,vti illa solitaurilia,fundũ,agrũ,terrãq; meã quota ex parte siue circũagi,siue circũferẽda cẽseas,vti cures lustrare.Ianũ,Iouẽq; vino p̃famino,sic dicito. Mars pater te precor,quęsoq;,vti sies volẽs propitius mihi,domo,familiæq; nostrę, quoius rei ergo agrum, terrã,fundũq; meũ solitaurilia circũagi iussi, vti ĩ morbos visos ĩuisosq;,viduertatẽ,vastitudinẽ q;,calamitates,ĩtẽperiasq; prohibessis,defendas,auerrũcesq;:vtiq; tu fruges,frumẽta,vineta,virgultaq; grãdire:beneq; euenire sinas pastores,pecuaq; salua seruassis:duisq; bonã salutẽ,valetudinẽq; mihi,domui,familięq; nrę.Harũce rerũ ergo fundi,terrę,agriq; mei lustrãdi,lustriq; faciẽdi ergo sicuti dixi macte hisce solitaurilib⁹ lactẽtib⁹ ĩmolandis esto.Mars pr eiusdẽ rei ergo,macte hisce solitaurilib⁹ lactẽtib⁹ esto.Itẽ cultro facito struẽ,& fertũ vti adsiet.Inde obmoueto.vbi porcũ ĩmolabis,agnũ,vitulũq;,sic oportet.Eiusq; rei ergo macte hisce solitaurilib⁹ ĩmolãdis esto,noiare vetat

Martem, neq; agnum,vitulumq;. Si minus in omnes litabis:sic verba concipito: Mars pater, si quid tibi in illisce solitaurilibus lactentibus,neq; satis factum est, his solitaurilibus piaculo: Si vno duobusve dubitaueris,sic verba concipito.Mars pater,ꝙ tibi illud porco,neq; satisfactũ est, te hoc porco piaculo.

Villici officia. Caput.CXLII.

VILLICI officia quæ sunt.Quæ dominus præcipit,ea omnia, quæ in fundo fieri oportet, quæq; emi parariq; oportet:quomodo quæq; cibaria,& quæ vestimenta dari familiæ oportet,eadem vti curet,faciatq; moneo,dominoq; dicto audiens sit.Hoc amplius,quomodo villicam vti oportet,& quomodo imperari oportet,vti in aduentu domini,quæ opus sunt,parentur, curenturq; diligenter.

Villicę officia. Caput.CXLIII.

VILLICÆ quæ sunt officia,curato faciat.Si eam tibi dederit dominus in vxorẽ,ea esto cõtentus,Ea te metuat.Facito,ne nimiũ luxuriosa siet.Vicinis,aliisq; mulierib[9] q̃minimũ vtat: neue ad eas domũ,neue ad sese recipiat.Ad cœnã ne quo eat,neue ambulatrix siet.Rẽ diuinã ne faciat,neue mandet q ꝑ ea faciat iniussu domini,aut dominæ.Scito dominũ pro tota familia rẽ diuinam facere.Munda siet.Villam conuersam mũdãq; habeat.Focum purũ circũuersum quotidie,prius q̃ cubitum eat,habeat.Calendis,Idibus,Nonis festus dies cum erit, coronam in focũ indat.Per eosdemq; dies Lari familiari pro copia supplicet. Cibum sibi,& familiæ curet , vti coctum habeat.Gallinas multas,& oua vti habeat.Pyra arida,sorba,ficos,vuas passas,sorba in sapa & pyra,& vuas in doliis,& mala struthea.Vuas in vrceis,& in vinaceis,vel in terra obrutas. Et nuces prænestinas recentes in vrceo in terra obrutas habeat.Mala scantiana in doliis,& alia,quæ condi solent:& syluatica.Hæc omnia quotannis diligenter vti condita habeat.Farinam bonam, & subtile far sciat facere.

Conuersa villa. Coronã in foci indere. Sorba. Struthea. Scantiana mala & syluatica.

Lex oleæ legendę. Caput.CXLIIII.

OLEAM legendam hoc modo locare oportet.Oleam cogito recte omnem arbitratu domini,aut quem custodem fecerit,aut cui olea venierit.Oleam ne stringito,neue verberato iniussu domini,aut custodis.Si aduersus ea quis fecerit,qđ ipse eo die delegerit,pro eo nemo soluet neq; debebitur.Oleam qui legerint,omnes iurato ad dominũ,aut ad custodẽ sese oleam nõ surripuisse,neq; queq̃ suo dolo malo ea oleitate ex fundo L.Manlii.Qui eorũ ita non iurauerint, qđ is legerit,pro eo nemo argentũ dabit,neq; debebitur. Oleam cogi recte, satis dato arbitratu L. Manlii.Scalæ ita vti datę erunt,ita reddito,nisi quę vetustate fractę erunt. Si non erunt, reddet æquas,aut arbitratu deducetur.Si quid redemptoris opera domino damni datũ erit,resoluito.Id boni viri arbitratu deducetur. Legulos quot opus erunt prębeto,& factores.Si non præbuerit, quanti conductũ erit,aut locatũ erit,deducetur:& tãto minus debebitur.De fundo ligna,& oleã ne deportato.Qui oleam legerit,qui deportauerit in singulas deportationes.HS.N.II deducentur,neq; id debebitur.Oẽm oleã purã metietur.Modio oleario assiduos homines quinquaginta prębeto,duas partes strictorũ prębeto.Nequis cõcedat,quo olea legunda,& faciũda carius locet. Extra quã siquẽ sociũ imprę́sentiarũ dixerit,siquis aduersum ea fecerit,si dominus,aut custos volent,iurent omnes socii:Si non ita iurauerint,pro ea olea legunda, & faciunda nemo dabit, neq; debebitur ei,qui non ita iurauerit.Accessiones in modios.CC.oleę accedẽt salis modii.v.olei puri pondo.ix.in tota oleitate.HS.V.aceti quadrantalia.ii.quo oleæ salem non acceperint: dũ oleã legerit in modios singulos HS.SS.dabuntur.

Locare l.o. Stringere. Oleitas. Leguli. Strictores.

Lex oleæ locandæ. Caput.CXLV.

OLEAM faciũdã hac lege oportet locare.Facito recte arbitratu domini,aut custodis. Qui id negocii curabit:si ex virgis vasis opus erit,facito:Homines eos dato,qui placebũt, aut custodi,aut ei qui eã oleã emerit.Trapeti facito.Si operarii conducti erunt, aut facienda locata erit, pro eo resoluito aut deducetur.Oleũ ne tangito vtendi causa,neq; furandi causa,nisi ꝙ custos dederit,aut dominus. Si sumpserit,in singulas sumptiones HS.N.XI.deducentur,neq; debebitur.Factores,qui oleum fecerint,omnes iurantes ad dominũ aut ad custodem,sese de fundo L.Manlii,neq; aliũ queq̃ suo dolo malo oleum,neq; oleã surripuisse.Qui eoꝝ non ita iurauerit, q̃ eius pars erit,deducetur,neq; debebitur.Sociũ nequẽ habeto,nisi quẽ dominus iusserit, aut custos.Siquid redemptoris opera domino damni datum erit,viri boni arbitratu deducetur.Si viride oleũ fiet,facito accedat oleum & sal suę vsioni,qđ satis fiet,& vasa viminea.

Factores. Vsio.

Lex oleæ pendentis, Caput.CXLVI.

Olea pēdēs. Olea caduca & strictiua.

OLEAM pendentem hac lege vęnire oportet. Olea pendens in fundo Venafro vænibit. Qui oleam emerit,amplius q̄ quanti emerit,omnis pecuniæ centesima accedet. Pręconiū pręsens.HS.L.& oleum Romanici pondo.MD.viridis pondo.CC.oleæ caducę modij.L.strictiuę modij.X.Modio oleario mensum dato,vnguinis pondo.x.ponderibus,modijsq; domini datoris primę cotylas duas.Dies argento ex Cal.mensium.x.oleæ legendę faciundę quęq; locata est,& si emptor locarit Idibus soluito. Recte hęc dari,fieriq;,satisq; dari domino,aut cui iusserit, ꝓmittito,satisq; dato arbitratu domini.Domino cum solutum erit,aut ita satis datum erit,quę in fundo illata erunt,pigneri sunto.Ne quid eorum de fundo deportato:Si quid deportauerit, domini esto.Vasa,torcula,funes,scalas,trapetos: & si quid aliud datum erit,salua recte reddito, nisi quæ vetustate fracta erūt.Si non reddet,æquum soluito.Si emptor legulis,& factoribus,qui illic opus fecerint,non soluerit,cui dari oportebit,si domino volet,soluat.Emptor domino debeto,& id satis dato:proq; ea re ita,vti supra scriptum est,item pigneri sunto.

Lex vini pendentis. Caput.CXLVII.

Vinū pendens.

LEGE hac vinum pēdens vęnire oportet.Vinaceos illutos & fecem relinquito.Locus vinis ad Calendas Octobris primas dabitur:si non ante ea exportaueris,dominus vino: quod volet faciet.Cætera lex quæ oleæ pendenti.

Lex vino in dolijs. Caput.CXLVIII.

Vinū in dolijs quod Vlpian⁹ in .l. de piculo & cmo. rei vēd. doliare vocat. Pro degustato.

VINVM in dolijs hoc modo vęnire oportet.Vini in culleos singulos quadragenæ & singulę vrnę dabuntur,quod neq; aceat neq; muceat.Id dabitur in triduo proximo,boni viri arbitratu degustato.Si non ita fecerit,vinū pro degustato erit.Quot dies p dominū mora fuerit, quo minus vinū degustet,totidē dies emptori ꝓcedēt.Vinū accipito ante Calēd.Ianuar.primas. Si nō ante acceperit,dn̄s vinū admetietur. Qđ admensum erit,pro eo dn̄s resoluito. Si emptor postulauerit dn̄o iusiurādū,dabit verū fecisse.Locus vinis ad Calend. Octobris primas dabitur. Si ante non deportauerit,dominus vino qđ volet faciet.Cætera lex,quæ oleæ pendenti.

Lex pabulo. Caput.CXLIX.

† fini. Super inferq;.

QVa lege pabulū hybernū vęnire oporteat.Qua vēdas † finis dicito.Pabulū fini accipito. Ex Calendis Septēbribus prato sicco decedat: vbi pyrus florere cœperit, prato irriguo: vbi super inferq; vicinus permittet,tū decedito:vel diē certā vtriq; facito.Cætero pabulo Calēd. Martijs cedito.Bubus domitis binis cāterio vni,cū emptor pascet,dn̄o pascere recipitur.Oleris, asparagis,lignis,aqua,itinere,actu dn̄i vsioni recipit.Siquid emptor,aut pastores,aut pecus emptoris dn̄o damni dederit,boni viri arbitratu resoluat.Siqd dn̄s,aut familia, aut pecus emptori damni dederit,viri boni arbitratu resoluetur:donicum pecuniā satisfecerit,aut delegarit,pecus, & familia,quę illic erit,pigneri sunto.Siquid de his rebus cōtrouersię erit,Romæ iudiciū fiat.

Donicum.

Fructus ouiū qua lege vęnierint. Caput.CL.

Lacte

FRVCTVM ouiū hac lege vęnire oportet.In singulas casei pondo.xv. dimidiū aridū, lacte ferijs qđ mulserit dimidiū,& pręterea lactis vrnā vnā.Hisce legibus agnus diē, & noctē qui vixerit,in fructū,& Calend.Ianuar.emptor fructu decedat.Si intercalatū erit Calēd.Maijs agnos xxx.ne amplius promittat.Oues,quæ nō pepererint,binæ pro singulis in fructu cedent.Die lanā, & agnos vendat.Menses.x.ab coactore releget porcos sectarios.In oues denas singulos pascat.Cōductor.ij.menses pastorem præbeat:donec domino satisfecerit,aut soluerit,pigneri esto.

Sectarius porcus.

Quo pacto cupresseta seri oporteat. Caput.CLI.

Memius Percenius. Cupsseta. Pulla tenerrima. Propter. Vide cap. xvii.pag.x aliter legi hęc verba.

QVO pacto cupresseta seri oporteat,Memius Percenius Nolanus ad hunc modum monstrauit.Semen cupressi tarentinæ per ver legi oportet,maturū est,vbi ordeū flauescit: semen,vbi legeris,in sole ponito,id purgato,id aridū condito,vti aridū expositū fiet,per ver serito in loco,vbi terra tenerrima erit,quā,pullam vocāt,vbi aqua propter fiet.Eū locū stercorato primū bene stercore caprino,aut ouillo:tū vortito bipalio,& terrā cū stercore bene cōmisceto: depurgato ab hęrba,graminibusq;.Bene terrā cōminuito,areas facito pedes latas quaternos,subcauas facito,vti cauæ aquā cōtinere possint:inter eos sulcos facito,qua hęrbas de areis purgare possis:vbi areæ factę erunt,semen serito crebrū,ita vt linū seri solet:eo cribro terrā incernito:dimidiatū digitū terrā altā succernito:id bene tabula,aut manibus,aut pedibus cōplanato. Siquādo non pluet,vti terra non sitiat,aquam irrigato leuiter in areas.Si non habebis,vnde irriges ,gerito,inditoq; leuiter.Quotiescūq; opus erit,facito,vti aquā addas.Si hęrbæ natæ erūt,facito, vti ab hęrbis purges q̄tenerrimis:& quoties opus erit per æstatem,ita,vti dictū est,fieri oportet: & vbi semen satu fiet,stramentis operiri oportet:vbi germen nasci cœperit,tū stramenta demi,

Quæ Memius & M.Manlius de vino emptoribus admetiẽdo monstrauerunt. Cap.CLII.

DE scopis virgeis, quę M.Memius, & M.Manlius monstrauerũt, in diebus.xxx.quibus vinũ legeris, aliquoties facito: scopas virgeas vlmeas aridas, eas in asserculo alligato, eabusq; latera doliis intrinsecus vsq; bene perfricato, ne fex in lateribus adhærescat. Scopę virgeę. Asserculus. Eabus.

De vino fæcato. Cap.CLIII.

VINVM fæcatum sic facito. Fiscinas olearias campanicas duas illi rei habeto, eas fęcis imple to, sub prelumq; subdito, exprimitoq;. Vinum fęcatum.

Vinum emptoribus quomodo admetiaris. Caput.CLIIII.

VINVM emptoribus sine molestia hoc modo admetiri debet. Labrũ culleare illi rei facito, id habeat ad summũ ansas.iiii.vti transferri possit. Ad imũ pertundito. Ea fistulã subdito vti obturarier rite possit, & ad summũ, qua fini culeum capiet, præsignato: id in dolium paulatim demittito, vti in eo de fistula vinum salire possit: id impleto vsq; dum signum tãgat, postea obturato. Id in suggestu inter dolia positum seruato. Labrũ culleare.

Per hyemem de agro aquam depellere. Caput.CLV.

PER hyemẽ aquam de agro depellere oportet. In mõte fossas inciles plures habere oportet. Prima autumnitate cũ pluuia est: tum maxime ab aqua periculũ est. Cũ pluere incipiet, familiam cũ ferreis sarculis exire oportet, & incilia aperire, aquã diducere in vias, & segetẽ curare oportet, vti fluat. In villa cũ pluet, circuire oportet, sicubi perpluat, & vbi pluerit, tegulã signare carbone, cum desierit pluere, vti tegula mutetur. Per segetẽ in frumentis, aut in segete, aut in fossis sicubi aqua consistat, aut aliquid aquę obsistat: id emittere, patefieri, remouerique oportet. Inciles fossi. Incilia.

Brassicæ medicamenta. Caput.CLVI.

DE brassica qđ concoquit. Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat: eam esto vel coctam vel crudam: crudam si edas, in acetum intingito, mirifice concoquit, aluum bonam facit, lotiumq; ad omnes res salubre est. Si voles in conuiuio multum bibere, cœnareq; libenter, ante cœnam esto crudam quantum voles ex aceto. Et item, vbi cœnaueris, comesto alia quinq; folia, reddent te quasi nihil ederis, biberisq;, bibesq; quantum voles. Aluum si voles deiicere, superiorẽ sumito cymam brassicæ, quę leuissima erit.p.iiii. Inde facito manipulos ęquales tres, colligatoq;. Postea ollam statuito cum aqua: vbi occipiet feruere, paulisper dimittito vnum manipulum, feruere desistet. Postea vbi iterum occipiet feruere, paulisper dimittito vsq; admodum dum quinquies quinq; numeres. Tum eximito, & ita facito alterum manipulum, & item tertium, postea eximito, & contundito, & per linteum exugeto succum, quasi heminam, in pocillum fictile. Eo indito salis micam quasi eruum, & cymini triti quantum oleast. Postea ponito pocillum in sereno noctu. Qui poturus erit, lauet calida, bibat aquam mulsam, cubet incœnatus. Postea mane bibat succum, deambuletq; horas.iiii. & agat negocij si quid habet. Vbi libido veniet nausęę, eumq; apprehendet, decumbat, purgetq; sese. Tãtũ bilis, pituitæq; eiiciet, vti ipse miretur, vnde tantũ siet. Postea vbi deorsum versus ibit, heminam aut paulo plus bibat. Si amplius ibit, sumito farinę minutæ conchas duas, infriet in aquam, paulum bibat, consistet. Verum quibus tormina molesta erunt, brassicam in aquam macerare oportet: vbi macerata erit, coniicito in aquam calidam, coquito vsq; dum ea commadebit bene, aquam defundito. Postea salem, & cumini paululum, & pollinem polentæ, & oleum eodem addito: deinde iterum feruefacito. Infundito in catinũ, vti frigescat: eo cyminũ interito: qđ volet sibi postea edat: seu si poterit solam brassicam esse, edat. Et si sine febre erit, dato vini atri duri. Aquæ tum bibat q̃minimũ. Si febris erit, aquam bibat. Id facito continuo quotid e mane. Nolito multum dare, ne pertędescat, vti possit porro libenter esse. Ad eundem modum viro, & mulieri, & puero dato. Nunc de ijs, quibus ægre lotiũ it, quibusq; substillum est. Sumito brassicam, coniicito in aquam feruentem, coquito paulisper, vti subcruda siet: postea aquam defundito non omnem: eo addito oleum & salem, & cymini paululum: inferuefacito paulisper: postea inde iusculum frigidum sorbere, & ipsam brassicam esse oportet, vti q̃ primum excoquat: quotidie id facito. Esto coctã. Vt aluũ deiicias. Cyma brassicæ. Exugeto. Pocillum. Incœnatus. Libido nausęę. Ad tormina sistenda. Pertędescere. Lotiũ vt facile eat. Substillũ.

Brassicę genera quot & quæ eorũ natura. Caput.CLVII.

DE brassica Pythagorea quid in ea boni sit, salubritatisq; principium te cognoscere oportet, quot genera brassicæ sint, & cuiusmodi naturam habeãt. Ad salutẽ temperat comesta sese semper cum calore, & rigore arido, simul & humido, & dulci, & amaro, & acri. Sed quæ vocatur σελινοειδής hæc septem habet bona in comestura. Nũc vti cognoscas genera earum, prima Brassi. Pyt. σελινοειδής brassi.

λεία. est leuis,quę nominatur λεία, grandibus & latis folijs,caule magno:validam hęc habet naturā,
& vim magnam habet.Altera est crispa,quæ a similitudine apij σελινοειδὴς vocatur.Hæc est &
aspectu & natura bona ad curationem,validiorq; est q̃ quæ supra scripta est.Item est tertia,,quæ
κραμβή. κραμβὴ vocatur,minutis caulibus,tenuioribus folijs,& acerrima omniū est istarum,tenui succo
vehementissima.Et primū scito,de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior.Ad
omnes tumores,ad omnia vulnera eam contritam imponito.Hæc omnia vlcera purgabit,sanaq;
faciet sine dolore.Eadem tumida concoquit,eadem erumpit,eadem vulnera putrida, cancrosq;
purgabit,sanosq; faciet,qđ medicamentum aliud facere non potest. Verum prius q̃ id imponas
aqua calida multa lauato: postea bis in die contritam imponito. ea omnem putorem adimet. Si
Cancer. cancer ater est,is olet,& saniem spurcam mittit.Si albus,purulentus est.Sed si fistulosus, subtus
Suppurare suppurat sub carne.In ea vulnera huiuscemodi tere brassicam,sanū faciet:nam optima est ad hu
iusmodi vulnera.Et luxatum siquod est:bis die calida foueto,brassicam tritam apponito,cito sa
Luxatum. num faciet.Si bis die apponitur,dolores auferet.Et si quid contusum est,erumpet,si brassicā tri
Mammarū vlc. tam apposueris,& sanū faciet.Et si quid in mammis vlceris natum,& carcinoma, brassicam tritā
apponito,sanum faciet.Et si vlcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam mi-
Carcinoma sceto,ita apponito.Huiusmodi vlcera omnia hæc sana faciet, quod aliud medicamentum facere
nō potest,nec purgare.Et puero,& puellæ si vlcus erit huiusmodi,farinam ordeaceam addito.
Brass. quō edatur. Et si voles eam esse,consectam,lautam,siccam,sale aceto sparsam esto,salubrius nihil erit.Quo li
bentius edas,aceto mulso spargito,mentam siccā,& cū rutam coriandro sectam,sale sparsam,pau
lo libentius edes.Id bene faciet,& mali nihil sinet in corpore consistere, & aluum bonam faciet.
Si quid antea mali intus erit,omnia sana faciet.De capite,& de oculis omnia deducet,& sanū fa-
Atra bilis. ciet.Hanc mane esse oportet ieiunū.Et si bilis atra est,& si lienes turgent,& si cor dolet,& si iecur
Pulmones. aut pulmones,aut præcordia,vno morbo omnia sana faciet,quæ intro dolitabunt:eodem silphiū
Dolitare inradito,bonum est. Cū venæ omnes,vbi sufflatę sunt ex cibo,non possunt perspirare in toto
Venę sufflatę vt perspirent. corpore:inde aliqui morbi nascuntur,vbi ex multo cibo aluus non it,pro portione brassica si vte
ris (vti te moneo) nihil istorum vsu veniet ex morbis. Verum morbum articularem nulla res
tātū purgat,quantum brassica cruda:si eam edes cum ruta,& coriandro concisam.Sic & laserpi-
Articularis morbus. tium inrasum cum brassica ex aceto oxymelli,& sale sparsa. Hęc si vteris,omnes articulares mor
bos poteris expellere.Nullus sumptus est,& si sumptus esset,tamen valetudinis causa experirer,
Insomniosus. eam mane oportet ieiunum esse. Omnis qui insomniosus est,hac eadem curatione sanum faciet.
Verum assam brassicam,& vnctam caldam salis paululum dato homini ieiuno.Q̃plurimū ede-
Tormina. rit,tam citissime sanus fiet ex eo morbo.Tormina quibus molesta erunt,sic facito.Brassicā ma-
cerato bene,postea in aulam conijcito,deferuefacito bene: vbi cocta erit bene,aquā defundito.
Eo addito oleum bene,& salis paulum,& cuminū,& pollinem pollentę. Postea bene feruefacito:
vbi ferbuerit,in catinum indito.Dato edat,si poterit,sine pane:si nō, panis parum ibidem made-
Debilis quō sanet. faciat:& si febrim non habebit,dato vt vinum atrum bibat, cito sanus fiet.Et hoc siquando vsu
Lotium. venerit,vt quis debilis fiet,hæc res sanum facere potest:si brassicam edet ita,vti supra scriptum
Esitare. est:& hoc amplius.Lotium conseruato eius,qui brassicam esitauerit:id calfacito:eo hominem de
Lotio iugi to oculos puerosq;. mittito:cito sanum facies hac cura:expertum hoc est.Item pueros pusillos,si laues eo lotio, nūq̃
debiles fient:& quibus oculi parum sunt clari,eo lotio inungito,plus videbunt.Si caput,aut cer
Caput & ceruices. uices dolent,eo lotio caldo lauito,desinent dolere.Et si mulier eo lotio locos fouebit, nunq̃ ij vi-
Loci viro. rosi fient.Et fouere sic oportet:vbi in chutra ferueseceris id lotium,sub sellam supponito pertu-
χύτρα. sam:eo mulier assidat.Circum vestimenta eā dato. Brassica erratica maximā vim habet:eā are
Purgari si quis velit. facere,contererq; oportet bene minutim.Si quē voles purgare,pridie ne cœnet, & mane ieiuno
dato brassicę tritę,decoctęq; aquę cyathos quatuor,nulla res tā bene purgabit, neq; elleborum,
neq; squamoneū:& sine periculo,& scito salubrē esse corpori. Quos diffidas sanos facere, facies.
Qui hac purgatione purgādus erit,sic eū curato.Sorbitione liquida hoc p dies.vii.dato:vbi esse
volet,carnē assam dato:si esse non volet,dato brassicā coctā,& panē,& bibat vinū lene dilutū,la-
uet raro,vtatur vnctione:q̃ sic purgatus erit,diutina valetudine vtetur,neq; vllus veniet morbus
Vlcus. nisi sua culpa.Et si quis vlcus tetrū,vel recens habebit,hāc brassicam erraticā aqua inspergito,
Fistula. Turunda. apponito,sanū facies.Et si fistula erit,turūdam intro trudito:si turundā nō recipiet,diluito,suc
cū exprimito,eū in vesicā indito,vesicæ calamū alligato,& ita premito,vt in fistulā succus intro-
Polypus. eat: ea res sanū faciet cito.Et ad oīa vetera vlcera & noua,cōtritā cū melle apponito,sanū faciet.
Et si Polypus in naso introierit,brassicam erraticā aridam tritā in malū conijcito, & ad nasum

admoueto.Ita subducito susum animā q̃plurimū poteris,in triduo polypus excidet: & vbi exci derit,tum aliquot dies idem facito,vt radices polypi persanas facias. Auribus si parum audies, terito cum vino brassicam,succum exprimito,in aurem intro tepidum instillato: cito intelliges te plus audire.Deinde impetigini parce brassicam apponito,sanam faciet, & vlcus non faciet. Susum. Auribus vt bñ audias. Impetigo.

ℭAluum deijcere hoc modo oportet. Cap.CLVIII.

ALVVM deijcere hoc modo oportet:si vis bene deijcere,sume tibi ollā,addito eo aquę sesta rios.vi.& eo addito vngulam de perna.Si vngulā non habebis,pone de perna frustum.p.S. q̃minime pingue:vbi iam incipit coctū esse,eo addito brassicę coliculos.ij.betę coliculos.ij.cū ra dice sua,feliculæ paulū,herbę mercurialis nō multum,mutulorum.L.II.piscem capitonē, & scor pionem.I.cochleas.vi.& lentis pugillum.Hęc omnia decoquito vsq; ad sestarios tres iuris: oleū ne addideris:indidē sume tibi sestarium vnū tepidū,adde vini coi cyathū vnū: bibe, interqescet: deinde iterum eodē modo,deinde tertium,purgabit te bene.Et si voles insuper vinum coum mu stum bibere,licebit bibas.Ex his tot rebus,quot scriptum est,vnum,qđ eorum vis,id aluum deij cere potest.Verum ea re tot res sunt,vt bene deijcias,& suaue est. Vngula pernæ. Coliculi. Capito pisc.

ℭAd intertriginem remedia. Cap.CLIX.

INTERtrigini remedium,cum in via ibis,absynthij pontici surculum sub annulo habeto.

ℭLuxum vt excantes. Cap.CLX.

LVXVM si qđ est,vt excantes,hac cantione sanum fiet,arundinem prende tibi viridem,pe des.IIII.aut.V.longam.Mediā diffinde,& duo homines teneant ad coxendices. Incipe can tare in alio.S.f.motas danata daries dardaries astararies,dic vna pariter vsq; dum coeant. Ferro insuper iactato,vbi coierint,& alteram altera tetigerit,id manu prēde dextra,sinistra pręcide. Ad luxum,aut fracturā alliga,& sanum fiet,& tamē quotidie cantato in alio.S.f.vel luxaro.Vel hoc modo,haut haut haut ista pista sista,damiabo, damaustra, & luxato. Vel hoc modo, Haut haut haut istagis turgis ardannabon damaustra. Excāto & Cantio.

ℭAsparagus quomodo & vbi feratur. Cap.CLXI.

LOCVM vbi asparagum feras,bene subigere oportet,qui habeat humorem,aut loco crasso: vbi erit subactus,areas facito,vt possis dextra,sinistraq; sarrire,seu runcare, ne calcetur. Cū deformabis areas,interuallū facito inter eas semipedem latum in omēs partes.Deinde serito. Ad lineam grana bina, aut tn palo demittito. Eodem palo cauum terra operito.Deinde supra areas stercus spargito,bene serito.Secundum ęquinoctium vernū,vbi natū erit, herbas crebro purga to,cauetoq; ne asparagus vna cum herba vellatur. Quo anno seueris,sub stramētis per hyemem operito,ne rigore peruratur.Deinde primo vere aperito,sarritoq;, runcatoq;. Post annū tertium q̃ seueris,incendito vere primo.Deinde ne ante sarrieris,q̃ asparagus natus erit,ne in sarriendo ra dices lędas.Tertio,aut quarto anno asparagū vellito ab radice.Nam si defringes,stirpes flent, & intermorientur.Sed vsq; licebit vellas,donicum in semen videris ire.Semen maturum fit ad au tūnū.Ita cum sumpseris semē,incendito: & cum cœperit asparagus nasci, sarrito, & stercorato. Post annos.viij.aut.ix.cum iam vetus est,digerito:& in quo loco positurus eris,terram bene subi gito,& stercorato.Deinde fossulas facito,qua radices asparagi demittas. Interuallum sit ne min⁹ pedes singulos,inter radices asparagi euellito,& sic circūfodito,vt facile euellere possis.Caueto ne frangatur.Stercus ouillum q̃plurimū fac ingeras,id est optimum ad eam rem.Aliud stercus her bas creat. Deformare Fossulę. Stercus hęr bas creat.

ℭSalsura pernarum & ofellę puteolanę. Cap.CLXII.

PERNAS sic salire oportet,in dolio,aut in seria.Cum pernas emeris,vngulas earum præcidi to.Salis romaniensis moliti in singulas semodius.In fundo dolij,aut serię salem sternito.De inde pernam ponito.Cutis deorsum spectet.Sale obruito totam. Deinde pernam alteram insuper ponito.Eodem modo obruito.Caueto,ne caro carnem tangat.Ita omnes obruito,vbi iam omēs composueris,sale eas insuper obrue,& ne caro appareat,ęqualem facito.Vbi iam dies.v.in sale fue rint,eximito omnes cum suo sale.Quæ tum summę fuerint,imas facito.Eodemq; modo obruito & componito.Post diem omnino duodecimū pernas eximito, & salem omnem detergeto, & sus pendito in vento biduum. De tertio extergeto spongia bene,perungito oleo. Suspēdito in fumo biduum.Tertio die demittito.Perungito oleo,& aceto commisto,& suspendito in carnario: nec tinea,nec vermes tangent. Sal romā. Carnarium

FINIS.

M. TERENTII VARRONIS

De re rustica ad Fundaniam vxorem, Liber.I. Capur primum.

Homo bulla.
Quo anno hęc scripsi Varro.
Sibyllini libri.

OCIVM si essem consecutus Fundania,cõmodius tibi hæc scriberẽ,quę nunc vt potero,exponã,cogitans esse properandum,qd(vt dicitur)si est homo bulla,eo magis senex. Annus enim octogesim⁹admonet me, vt sarcinas colligã ante q̃ proficiscar e vita. Quare,quoniã emisti fundũ,cum bene colendo fructuosum eũ facere velis,meq; vti adhibeam curam,roges,experiar:& non solũ,vt ipse quoad viuã,quid fieri oporteat,vt te moneã,sed etiã post mortem. Neq; patiar Sibyllã non solũ cecinisse,quę dũ viueret,prodessent hominibus:sed etiã quę cum perisset ipsa,& id etiam ignotissimis quoq; hominibus: ad cuius libros tot annis post,publice solemus redire,cum desideramus quid faciendũ sit nobis ex aliquo portẽto:me,nedũ viuo quidẽ,necessarijs meis quod prosit facere.Quocirca scribã tibi tres libros indices,ad quos reuertare,si qua in re quęres, quẽadmodũ quidq; te in colendo oporteat facere.Et quoniã(vt aiunt)dei facientes adiuuãt,prius inuocabo eos,nec,vt Homerus, & Ennius,musas,sed duodecim deos cõsentis:neq; tamẽ eos vrbanos,quorũ imagines ad forũ auratę stant,sex mares,& fœminę totidẽ:sed illos duodecim deos,qui maxime agricolarũ duces sũt. Primũ,qui omnes fructus agriculturæ cælo & terra cõtinent,Iouem,& Tellurem.Itaq; duo hi parentes magni dicuntur.Iupiter pater,Tellus vero mater.Secũdo Solẽ,& Lunã, quorũ tẽpora obseruantur,cũ quędam serantur,& condantur in terra.Tertio Cererẽ, & Liberũ, ꝙ horum fructus maxime necessarij ad victũ sint,Ab his enim cibus,& potio venit e fundo.Quarto Robigũ,&Florã,quibus propitijs,neq; rubigo frumenta,atq; arbores corrũpit,neq; nõ tẽpestiue florẽt. Itaq; publicæ Robigo feriæ,robigalia:Florę,ludi floralia instituti.Item adueneror Mineruam, & Venerẽ, quarũ vnius procuratio†oleti,alterius hortorũ:quo nomine rustica vinalia instituta.Nec nõ etiã precor Lymphã,ac Boneũuentũ. quoniã sine aqua omnis arida ac misera agricultura:sine successu,ac bono euẽtu,frustratio est non cultura.His igitur deis ad venerationẽ vocatis, ego referã sermones eos,quos de agricultura habuimus nuper:ex quibus qd te facere oporteat,aĩaduertere poteris:in queis quę nõ inerũt & quęres,indicabo,a q̃bus scriptoribus repetas,& Gręcis,& nostris.

Dei facientes iuuant.
Dei cõsẽtes.
Numina rust.
Iuppiter.
Tellus.
Sol.
Luna.
Ceres.
Liber.
Robigus.
Flora.
Robigalia.
Floralia
†ol.ucti.
Minerua.
Venus
Vinalia.
Lympha.
Bonuseuẽ.

Gręci qui de agricultura scripserunt soluta ora.

Qui gręce scripserunt dispersim alius de alia re,sunt plus quinquaginta.Hi sunt,quos tu habere in consilio poteris,cum quid consulere voles.Hieron siculus,& Attalus philometor.de philosophis,Democritus physicus,Xenophon socraticus,Aristoteles & Theophrast⁹ peripatetici. Architas pythagoreus,itẽ Amphilochus atheniẽsis,Anaxipolis thasius, Apollonius pergameneus, Apollodorus lemnius,Aristophanes maleotes,Antigonus cymeus,Agatocles chius,Aristãdrus atheniẽsis,Bacchius milesius,Bion soleus,Chęresteus & Chęreas Atheniẽses,Diodor⁹ priẽnęus, Dion colophonius,Diophanes nicẽsis,Epigenes rhodius,Euagon thasius, Euphranij duo, vnus Atheniẽsis,alter amphipolites,Ægesias maronites,Menãdri duo,vn⁹ priẽnęus, alter heracleotes, Nicesius maronites,Pythion rhodius.De reliquis,quorũ quę fuerit patria nõ accepi,sunt Androcion,Aeschanon,Aristomenes,Athenagoras,Crates,Oades,Dionysius περὶ φυτῶν, Euphorion,Eubolus,Lysimachus,Mnaseas,Menestratus,Pleuthiphanes,Persis,Theophilus.Ii,quos dixi, omnes soluta oratione scripserunt.Easdẽ res,& quidã etiã versibus,vt Hesiodus ascræus, & Menecrates ephesius.Hos nobilitate Mago Carthaginiẽsis p̃teriit pœnica lingua, ꝙ res dispsas cõphendit libris duodetriginta, quos Cassius Dionysius vticensis vertit libris viginti gręca lingua,& Sextilio prętori misit,in quæ volumina de græcis libris eorum quos dixi,adiecit non pauca,& de Magonis dempsit instar librorum octo. Hosce ipsos vtiliter ad sex libros redegit Diophanes in Bithynia,& misit Deiotaro regi.Quo breuius de ea re conor tribus libris exponere,vno de agricultura.altero de re pecuaria,tertio de villaticis pastionibus.Hoc libro circũcisis rebus, quę non arbitror pertinere ad agriculturam.Itaq; prius ostendam,quæ secerni oporteat ab ea. Tum de his rebus dicam sequens naturales diuisiones.Ea erunt ex radicibus trinis,& quę ipse in meis fundis colendo animaduerti,& quę legi,& quæ a peritis audiui.

Qui versib⁹
Mago. Carthaginiensis
Cass. diony.
Diophanes

¶Quæ disiungenda sunt ab agricultura. Cap.II.

Semẽtinę f.
Aeditimus.
Aedituus.

SEMENTINIS feriis in ædem Telluris veneram rogat⁹ ab æditimo,vt dicere didicimus a patribus nostris:vt corrigimur a recentibus vrbanis,ab æedituo.Offendi ibi C.Fundanium socerum

rum meũ,& C. Agrium equitem romanum socraticum, & P. Agrasium publicanum spectantes in pariete pictam Italiam. Quid vos inquã hic,nũ feriæ sementinę ociosos huc adduxere,vt patres,& auos solebãt nostros? Nos vero (inquit Agrius,vt arbitror) eadem causa,quę te,rogatio Æditimi. Itaq; si ita est,vt annuis,morere oportet nobiscũ,dum ille reuertatur. Nam accersit⁹ ab ædile,cuius procuratio huius templi est,nondũ rediit:& nos,vt expectaremus se,reliquit qui rogaret. Vultis igitur interea vetus prouerbiũ,qđ est,Romanus sedendo vincit,vsurpem⁹,dũ ille venit? Sane inquit Agrius,& simul cogitans,portam itineri dici longissimã esse,ad subsellia sequentibus nobis procedit. Cũ consedissemus, Agrasius vos,qui multas perambulastis terras, quã cultiorẽ Italia vidistis inquit? Ego vero inquit Agrius,nullã arbitror esse,quę tam tota sit culta. Primũ cũ orbis terrę diuisus sit in duas partes ab Eratosthene, maxime secundũ naturam ad meridiẽ vers⁹,& ad septẽtrionẽ. Et sine dubio,quoniã salubrior pars septẽtrionalis est,q̃ meridiana. Et quę salubrior,illa fructuosior: dicendum magis Europã fuisse opportunã ad colendum,q̃ Asiam: ibiq; Italiam primũ ꝙ est in Europa, secundo,ꝙ hæc temperatior pars est q̃ interior: nam intus pene sempiternæ hyemes. Nec mirũ,ꝙ sunt regiones inter circulũ septẽtrionalẽ, & inter cardinẽ cæli,vbi sol etiam sex mẽsibus continuis non videtur. Itaq; in oceano in ea parte ne, nauigari q̃dem posse dicunt propter mare congelatũ. Fũdanius, En ibi tu quicq̃ nasci putas posse,aut coli natũ? Verum enim est illud Pacuuij, Sol si perpetuo sit,aut nox flammeo vapore,aut frigore, terrę fructus omnes interire. Ego hic,vbi nox, & dies modice redit, & abit tamen æstiuo die, si non defenderẽ me in ęstuosum meridiem,viuere nõ possem,illic in semestri die,aut nocte,quemadmodum quicq̃ seri,aut alescere,aut meti possit? Contra qd in Italia vtensile nõ modo non nascitur, sed etiã non egregiũ fit? qđ far conferã campano? qđ triticũ appulo? qđ vinũ falerno? qđ oleum venafro? Non arboribus cõsita Italia est,vt tota pomariũ videatur? An Phrygia magis vitibus cooperta,quã Homerus appellat ἀμπελόεσσαν,q̃ hęc? aut Argos,quã idẽ poeta πολύπυρον. In qua terra iugerum vnum denos & quinos denos culleos fert vini, quot quædam in Italia regiones? An non M. Cato scribit in libro originum sic? Ager Gallicus romanus vocatur, qui viritim Cæsare iubente datus est vltra agrum picenum. In eo agro aliquotfariam in singula iugera dena cullea vini fiunt. Nonne item in agro fauentino, a quo ibi tricenarię appellantur vites, ꝙ iugerum tricenas amphoras reddat? Simul aspicit me,certe inquit L. Martius præfectus fabrũ tuus, in fundo suo Fauentię hanc multitudinẽ suas dicebat reddere vites. Duo in primis spectasse videntur Italici homines,colendo possent ne fructus pro impẽsa ac labore reddere, & vtrũ saluber locus esset,an non,quorũ si alterutrũ decollat,& nihilo min⁹ quis vult colere,mẽte est capt⁹,atq; ad agnatos,& gentiles est deducendus. nemo enim sanus mente debet velle impensam,ac sumptũ facere in culturam,si videt non posse refici. Nec si potest reficere fructus,si videt eos fore, vt pestilentia dispereant. Sed opinor qui hæc commodius ostendere possint,adsunt. Nam C. Licinium Stolonẽ,& Cn. Tremeliũ Scrofam video venire: Vnũ,cui⁹ maiores de modo agri legem tulerũt. Nã Stolonis illa lex,quę vetat plus quingenta iugera habere ciuẽ romanũ:& qui propter diligẽtiam culturę Stolonũ confirmauit cognomẽ, ꝙ nullus in eius fundo reperiri poterat stolo,ꝙ effodiebat circũ arbores e radicibus,quę nascerentur e solo,quos stolones appellabant. Eiusdẽ gentis C. Licinius tribunus pl. cũ esset post reges exactos annis trecẽtis sexagintaquinq;,primus populũ ad leges accipiũdas in septẽ iugera forensia e comitiis eduxit. Alterũ collegã tuũ,triũuir qui fuit,ad agros diuidũdos cãpanos,video huc venire Cn. Tremeliũ Scrofam,virũ omnibus virtutibus politũ,qui de agricultura romanus peritissim⁹ existimatur. An non iure inquã? Fundi eĩ eius ꝑpter culturã iucũdiore spectaculo sunt multis,q̃ regie polita ædificia aliorũ: cũ hui⁹ spectatum veniant villas,non vt apud Lucullũ,vt videant pinacothecas,sed oporothecas. Huiusce inquam pomaria summa sacra via,vbi poma vęneunt,contra auream imaginem. Ille interea,ad vos cum Stolone cœna comesa inquit venimus. At non C. videmus Fundaniũ, qui nos aduocauit. Bono animo este inquit Agrius: nam non modo nondũ illud sublatum est,qđ ludis circensibus nouissimi curriculi finem facit quadrigis,sed ne illud quidem ouũ vidimus,qđ in cereali pompa solet esse primũ. Itaq; dum hic nobiscum vna sedetis,aduenietq; æditimus,docete nos agriculturam,quã summã habeat,vtilitatemne an voluptatem an vtrũq;. Ad te enim rudes agriculturę nunc,olim ad Stolonem iuisse dicunt. Scrofa, Prius inquit discernendum,vtrum quæ serantur in agro ea sola sint in cultura,an etiam quę inducuntur in rura,vt oues,& armenta. Video enim qui de agricultura scripserunt,& pœnice,& græce,& latine,latius vagatos q̃ oportuerit. Ego vero inquit Stolo,eos non in omni re imitandos arbitror,& eo melius fecisse quosdam qui minore

Aedilis.
Rom. sedendo vincit.
In laudes Italię.
Orbis ter. d. in partes duas.
Aer septẽt. salubrior.
Sol vbi. vi. mẽsibus nõ videtur.
Mare cõg.
Far camp.
Trit. Ap.
Vinum fal.
Oleum vef.
Italia tota pomarium videtur.
Gallic⁹ ag.
Aliquotfariam.
Culea.
Tricenarię vites.
Decollare.
Ad ag. & gẽt deducẽdus.
Stolonis lex
Stolo.
Cn. Tremel
Pinacothecę.
Oporothecę.
Sac. v. po. vęneunt.
Ouum in cę. pomp. pri.

pomerio finierunt, exclusis partibus, quę non pertinent ad hanc rem: quare tota pastio, quæ coniungitur a plerisq; cum agricultura, magis ad pastorem, q̃ ad agricolam pertinere videtur. Quocirca principes, qui vtriq; rei pręponuntur, vocabulis quoq; sunt diuersi: ꝙ vnus vocatur Villicus, alter magister pecoris. Villicus agri colendi causa constitutus, atq; appellatus a villa: villa, ꝙ ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cum vęneunt. A quo rustici etiam nunc quoq; viam veham appellant, propter vecturas, & vellam non villam, quo vehunt, & vnde vehunt. Item dicuntur, qui vecturis viuūt, vellaturā facere. Certe inquit Fūdanius aliud pastio, & aliud agricultura, sed affinis. Et vt dextra tibia alia q̃ sinistra, ita vt tamen sit quodāmodo coniuncta, ꝙ est altera eiusdem carminis modorū incentiua, altera succentiua. Et quidem licet, adiicias inquā, pastorum vitam esse incētiuam, agricolarum succentiuam authore doctissimo homine Dicęarcho qui Græce, vita qualis fuerit, ab initio nobis ita ostendit, vt superioribus temporibus fuisse doceat, cum homines pastoriciam vitam agerent, neq; scirent etiam arare terram, aut serere arbores, aut putare, ab his inferiore gradu ætatis susceptam agriculturam. Quocirca † & succinit pastorali, ꝙ est inferior, vt tibia sinistra a dextræ foraminibus.

Villicus. Villa. Veha. Vellaturā fac. Incēt. & succentiua tib. Past. v. icēt. Agric. succē. fea.

Agrius, Tu inquit tibicen non solū adimis domino pecus, sed etiam seruis peculiū. quibus domini dant, vt pascant, atq; etiam leges colonicas tollis, in quibus scribimus, Colonus in agro surculario ne capras compascat, quas etiam astrologia in cælum recepit non longe ab Tauro. Cui Fūdanius, Vide inquit, ne agri istuc sit ab hoc, cum in legibus etiam scribatur, pecus quoddā. Quædam enim pecudes culturę sunt inimicę, ac veneno, vt istę, quas dixisti, caprę. Hæ enim omnia nouella sata carpendo corrumpunt, non minimū vites, atq; oleas. Itaq; propterea institutum diuersa de causa, vt ex caprino genere ad alii dei aram hostia adduceretur, ad alii non sacrificaretur, cum ab eodem odio alter videre nollet, alter etiam videre pereuntem vellet. Sicq; factum, vt Libero patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde vt capite darent pœnas. Contra, vt Mineruę caprini generis nihil immolarent, propter oleam, ꝙ eam quā læserit, fieri dicunt sterilē, eius enim saliuam esse fructuis venenum. Licinius, Hoc nomine etiam Athenis in arcem non iungi, pręterq̃ semel ad necessarium sacrificium, ne arbor olea, quę primum dicitur ibi nata, a capra tangi possit. Nec vllę inquit pecudes agriculturę sunt proprię, nisi quę agrum opere, quo cultior sit, adiuuare, vt eæ, quę iūctæ arare possint. Agrasius, Si istuc ita est inquit, quomodo pecus remoueri potest ab agro, cum sterc⁹, qđ plurimū prodest, greges pecorum ministrent? Sic inquit Agrius, venalium greges agriculturam dicemus esse, si propter istam rem habendum statuerimus. Sed hinc error, ꝙ pecus in agro esse potest. & fructus non in eo agro ferre, qđ non sequendum. Nam sic etiam res alię diuersæ ab agro erunt assumendæ, vt si habeas plures in fundo textores, atq; institutos histonas, sic & alios artifices. Scrofa: Disiungamus igitur inquit, pastionem a cultura, & si quis quid vult aliud. An ne ego inquam sequar Sasernarum patris & filii libros? ac magis putem pertinere figlinas quemadmodum exerceri oporteat, q̃ argētifodinas, aut alia metalla, quę sine dubio in aliquo agro fiunt? Sed neq; lapidicinę, neq; arenariæ ad agriculturā pertinent, sic figlinę. neq; ideo non in quo agro idoneę possint esse, non exercendę, atq; ex eis capiundi fructus, vt etiam si ager secundum viam, & opportunus viatoribus locus, ædificandæ tabernæ diuersoriæ, quę tamē q̃uis sint fructuosæ, nihilo magis sunt agriculturę partes. Non enim si quis propter agrum, aut etiam in agro profectus domino, agriculturę acceptum referre debet: sed id modo, qđ nec satione terra sit natum, ad fruendum suscipit. Stolo, Tu inquit inuides tanto scriptori, & obstrigilandi causa figlinas reprehendis, cum præclara quędam, ne laudes, prętermittas, quæ ad agriculturam vehementer pertineant. Cum subrisisset Scrofa, ꝙ non ignorabat libros, & despiciebat, & Agrasius se scire modo putaret, ac Stolonem rogasset, vt diceret, cœpit. Scribit cimices quemadmodū interfici oporteat his verbis. Cucumerem anguinum condito in aquam, eamq; infundito quo voles, nulli accedent. Vel, fel bubulum cum aceto mistum, vnguito lectum. Fundanius aspicit ad Scrofam, & tamen verum dicit, inquit, hic, vt hoc scripserit in agricultura. Ille, Tam hercle, q̃ hoc, si quem glabrum facere velis, quod iubet, ranam luridam coniicere in aquam, vsquequo ad tertiam partem decoxeris, eaq; vngere corpus. Ego qđ magis inquā pertineat ad Fundanii valetudinem, & in eo libro est, satius dicam, nam & huiusce pedes solent dolere, in fronte contrahere rugas. Dic Sodes inquit Fundanius: nam malo de meis pedibus audire, q̃ quemadmodum pedes betaceos seri oporteat. Stolo subridens, Dicam, inquit eisdem quib⁹ ille verbis scripsit, valēt quę iam audiui. Cum homini pedes dolere cœpissent, qui tui meminisset, ei mederi posse. Ego tui memini, medere meis pedibus. Terra pestem teneto. Salus hic maneto in meis pedibus. Hoc ter

Leges colon. Capręcul. inimicę. Hirci liber. patri imol. Miner. cap. g. nihil imol. Saliua cap. venenum. Histonę. i. textores. Figlinę. Acceptū re. Obstrigilo. Cimices quō necantur. Glabrū siq. facere velis. Rana lurida. Ad ped. dolores.

nouies cantare iubet,terram tangere,despuere, ieiunum cantare. Multa inquam item alia miracula apud Sasernas inuenies,quę omnia sunt diuersa ab agricultura,& ideo repudiāda.Quasi vero inquam,non apud cęteros quoq; scriptores,talia reperiantur.An non in magni illius Catonis libro,qui de agricultura est editus,scripta sunt permulta similia vt hęc?Quemadmodum placentam facere oporteat,quo pacto libum,qua ratione pernas salire. Illud non dicis inquit Agrius, qd scribit,si velis in conuiuio multum bibere,coenareq; libenter,ante esse oportet brassicam crudam ex aceto,& post,alia folia quinq;.

¶Vti ars ex agricultura sit conclusio. Cap.III.

IGITVR inquit Agrius,quæ disiungenda essent a cultura cuiusmodi sint, quoniā discretim de iis rebus dicendum,quę scientia sit,& quid in colendo nos docet,ars an sit,an quid aliud,& a quibus carceribus decurrat ad metas. Stolo cum aspexisset Scrofam,Tu inquit, & ætate,& honore,& scientia q; pręstas,dicere debes. Ille non grauatus,Primum inquit, non modo est ars,sed etiam necessaria,ac magna:eaq; est scientia,quę docet,quę sint in quoquo agro seruanda,& faciunda,quęq; terra maximos perpetuo reddat fructus. Agricul. est scientia.

¶Quæ agriculturę sint principia & fines. Cap.IIII.

EIVS principia sunt eadem,quę mundi esse Ennius scribit,aqua,terra,anima,& sol.Hæc em̄ cognoscenda prius,q̄ iacias semina,q; initium fructuum oritur. Hinc profecti agricolæ ad duas metas dirigere debent,ad vtilitatem,& voluptatem.Vtilitas quęrit fructum,voluptas delectationem.Priores partes agit,qd vtile est,q̄ qd delectat.nec nō ea,quę faciunt cultura honestiorem agrum,pleraq; non solum fructuosiorem eundem faciunt,vt cum in ordinem sunt cōsita arbusta,atq; olīueta,sed etiam vendibiliorem,vt quę adiiciant ad fundi precium. nemo enim eadē vtilitate non formosius qd est,emere mauult pluris,q̄ si est fructuosius turpe. Vtilissimus autem is ager,qui salubrior est,q̄ alii,q; ibi fructus certus:contraq; in pestilenti, calamitas, q̄uis in feraci agro,colonū ad fructus peruenire non patitur.Etenim vbi ratio cum orco habetur,ibi non modo fructus est incertus,sed etiam colentium vita.Quare,si salubritas non est,cultura non aliud est,q̄ alea domini vitę,ac rei familiaris.Hoc vero diminuitur scientia,ita enim salubritas,quę ducitur e cælo,ac terra,nō est in nostra potestate,sed in naturæ,vt tamē multū sit in nobis,q; grauiora quę sunt,ea,diligētia leuiora facere possumus:etenim si propter terram,aut aquam odoremue, quem aliquo loco eructat,pestilentior est fundus,aut propter cęli regionem ager calidior sit, aut vetus non bonus fiet.hęc vitia emendari solent domini scientia,ac sumptu: q; pmagni interest,vbi sint positæ villę,quantę sint,quo spectent,porticibus,ostiis,ac fenestris.An non ille Hippocrates medicus in magna pestilentia,non vnum agrū,sed multa oppida,scientia seruauit?Sed quid ego illū voco ad testimonium?Nō hic Varro noster,cum Corcyrę esset exercitus, ac classis,& omnes domus repletæ essent ægrotis,ac funeribus,immisso fenestris nouis aquilone,& obstructis pestilentibus,ianuaq; pmutata,cæteraq; eius generis,diligētia,suos comites ac familiā,incolumes reduxit?

Vtilitas. Delectatio. Vēdibilior. Vtiliss. ager Rō cū orco Hippocrates

¶Quot partes habeat disciplinę cultura. Caput.V.

SED quoniam agriculturæ,qd esset initium & finis, dixi,relinquitur quot partes ea disciplina habeat,vt sit vidēdum. Equidem innumerabiles mihi vidētur inquit Agrius,cū lego libros Theophrasti cōplures,qui inscribuntur περὶ φυτῶν ἱστορίας,& περὶ φυτῶν αἰτιῶν.

Stolo isti inquit libri non tam idonei iis,qui agrum colere volunt,q̄ qui scholas philosophorum:neq; eo dico,q; non habeant & vtilia,& communia quædam:quapropter tu potius agriculturæ partes nobis expone. Scrofa,Agriculturę inquit,quatuor sunt partes summę,e queis prima cognitio soli fundi,& partes eius quales sint.Secunda,quę in eo fundo opus sunt,ac debeant esse culturæ causa.Tertia,quæ in eo prædio colendi causa sint faciunda. Quarta,quo quęq; tempore in eo fundo fieri conueniant. De his quatuor generibus singulæ minimū in binas diuiduntur species. q; habet prima ea,quæ ad solum pertinent terræ,& quæ ad villas,& stabula.Secunda pars, quæ mouentur, atq; in fundo debeant esse culturæ causa. est item bipertita, de hominibus, per quos colendum, & de reliquo instrumento.Tertia pars,quæ de rebus,diuiditur,quę ad quāq; rem sint pręparanda,& vbi quæq; faciūda.Quarta pars de tēporibus, quę ad solis circuitū

Agric. quatuor ptes summæ.

annuum sint referenda, & quæ ad lunę menstruũ cursum. De primis quatuor partibus pri⁹ dicã, deinde subtili⁹ de octo secũdis.

De solo fundi, quę & quot sint videnda. Caput. VI.

IGITVR primũ de solo fundi videndum. Hęc quatuor. Quæ sit forma, quo in genere terræ, quantus, q̃ꝙ per se tutus. Formę cum duo genera sint, vna quam natura dat: altera, quã satio nes imponũt: prior, ꝙ alius ager bene natus, alius male: posterior, ꝙ alius fundus bene consit⁹ est, alius male, dicam prius de naturali. Igitur cum tria genera sint a specie simplici agrorum, campe stre, collinũ, & montanum, est ex his tribus quartum, vt in eo fundo, in quo hęc duo, vel tria sũt, vt multis locis licet videri. E quibus tribus fastigiis simplicibus, sine dubio infimis alia cultura aptior, q̃ summis, ꝙ haec calidiora, q̃ summa: sic collinis, ꝙ ea tepidiora, q̃ infima, aut summa. Hæc apparent magis ita esse in latioribus regionibus, simplicia cum sunt. Itaꝗ vbi lati campi, ibi magis æstus. Et eo in Apulia loca calidiora, & grauiora. Et vbi montana, vt in Vesuuio, ꝙ leuio ra, & ideo salubriora. Qui colunt deorsum, magis ęstate laborant: qui sursum, magis hyeme: verno tempore in campestribus maturius eadem illa seruntur, q̃ in superioribus: & celerius hic, q̃ illic coguntur. Necnon sursum, q̃ deorsum tardius seruntur, ac metuntur. Quędam in montanis pro lixiora nascuntur, ac firmiora, propter frigus, vt abietes, ac sappini. Hic, ꝙ tepidiora, populi, ac sa lices: sursum fertiliora, vt arbutus, ac quercus: deorsum, vt nuces gręcę, ac mariscę fici. In collibus humilibus societas maior cũ campestri fructu, q̃ cũ montano, in altis contra. Propter hęc tria fa stigia formę, discrimina quędam fiũt sationũ, ꝙ segetes meliores existimanť esse cãpestres, vineæ collinę, syluę montanę: plerũꝗ hyberna iis esse meliora, qui colunt campestria, ꝙ tũc prata ibi her bosa, putatio arborũ tolerabilior. Contra æstiua montanis locis commodiora, ꝙ ibi tũ & pabu lum multum, qđ in campis aret, & cultura arborũ aptior, ꝙ tũ illic frigidior aer. Campester locus is melior, qui totus æquabiliter in vnã partem vergit, q̃ is qui est ad libellã ęquus, ꝙ is, cũ aquæ non habent delapsum, fieri solet vliginosus: eo magis si quis est inęquabilis, eo deterior, ꝙ fit pro pter lacunas aquosus. Hæc, atꝗ hmõi tria fastigia agri ad colẽdũ dispariliter habẽt mometum.

In Apul. lo ca calid. — Seg. campe: vineę col. — Vliginosus

Quis sit ager optimus, & quis eo proximus, & quis deinceps. Caput. VII.

STOLO, qđ ad hanc formam naturalem pertinet, de eo nõ incõmode Cato videtur dicere, cũ scribit optimũ agrũ esse, qui sub radice montis situs sit, & spectet ad meridianã cæli partem. Subiicit Scrofa. De formę cultura hoc dico, quę specie fiant venustiora, sequi, vt maiore quoꝗ fru ctu sint: vt q habẽt arbusta, si sata sunt, in quincuncem prope sint ordines, atꝗ interualla modica. Itaꝗ maiores nostri ex aruo æque magno, sed male consito, & minus multũ, & minus bonum fa ciebant vinum, ꝙ quæ suo quęꝗ loco sunt posita, ea minus loci occupant, & minus officit aliud alii ab sole, ac luna, & vento. Hoc licet coniectura videre ex aliquot rebus, vt nuces integras, quas vno modio comprehendere possis, ꝙ putamina suo loco quęꝗ habet natura composita, cum eas dem si fregeris vix sexqmodio concipere possis. Pręterea quę arbores in ordine satę sunt, eas ęqua biliter ex omnibus partibus sol, ac luna coquũt: quo fit, vt vuę, & oleę plures nascanť, & vt celeri⁹ coquanť: quas res duas sequũtur altera illa duo, vt plus reddant musti, & olei, & precii pluris.

Ager optim — In quincun: cem.

Sequitur secundũ illud, quali terra solũ sit fundi, & a qua parte vel maxime bonus, aut non bo nus appelletur. Refert enim, quę res in eo seri, nasciꝗ & cuiusmodi possint. Non enim eadẽ omĩa in eodem agro recte possunt. Nam vt alius est ad vitẽ appositus, alius ad frumentũ, sic de cæteris alius ad aliam rem. Itaꝗ Cretę ad Cortyniam dicitur platanus esse, quæ folia hyeme non amittat. Itemꝗ in Cypro, vt Theophrastus ait, vna. Item Sybari, qui nunc Thurij dicuntur, quercus simi li esse natura, quę est in oppidi conspectu. Item contra atꝗ apud nos fieri ad elephantinẽ, vt neꝗ ficus, neꝗ vites amittant folia. Propter eandem causam multa sunt bifera, vt vites apud mare Smyrnę, malus bifera, vt in agro consentino. Idem ostendit, ꝙ in locis feris plura ferunt, in iis, quę sunt culta meliora: eadem de causa sunt, quę non possunt viuere nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua, & id discriminatim: vt alia in lacubus, vt arundines in Aretino: alia in fluminibus, vt in E peiro arbores alni: alia in mari, vt scribit Theophrastus, palmas, & sqllas. In Gallia trãsalpina int⁹ ad Rhenũ, cũ exercitũ ducerẽ, aliquot regiones accessi, vbi nec vitis, nec olea, nec poma nascerenť, vbi agros stercorarẽt candida fossicia creta. Vbi salẽ nec fossiciũ, nec maritimũ haberẽt, sed ex q busdã lignis combustis, carbonibus salsis pro eo vterenť. Stolo, Cato quidẽ inqt, gradatim ꝑpo nẽs, aliũ alio agrũ meliorẽ dicit esse in nouẽ discriminibus, & ꝙ sit prim⁹, vbi vineę possũt eẽ bo

Nõ eadem oia in eodẽ agro. — Bifera. — Sal ex lign. — Agri discri: mina noiã.

eo vino,& multo.Secūdus,vbi hortus irriguus.Tertius,vbi salicta.Quartus,vbi oliueta. Quintus,vbi pratū.Sextus,vbi campus frumentarius.Septimus,vbi cędua sylua. Octau⁹,vbi arbustū. Nonus,vbi glandaria sylua. Scrofa,Scio inquit scibere illū,sed de hoc non cōsentiūt omes,ꝙ alii dant primatū bonis pratis,vt ego quoqꝫ,a quo antiqui prata parata appellarūt. Cęsar Vopiscus ædilicius,causam cum ageret apud Censores,campos Rosiæ Italiæ dixit esse sumę, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam. Gland syl. Prat a parata.

¶Q; species vitis plurimę sint.

Cap.VIII.

CONTRA.vineā sunt,qui putēt sumptu fructus deuorare,Refert inquā,qđ genus vinę sit, ꝙ sunt multę species eius.aliæ enim humiles,ac sine ridicis,vt in Hispania.alię sublimes, vt quę appellantur iugatę,vt plereqꝫ in Italia.quarū noīa duo.pedamēta,& iuga:quibus stat recta vinea,dicūtur pedamenta:quę transuersa iungunt,iuga,ab eo quoqꝫ vineę iugatę. Iugorum genera fere quatuor,pertica,arundo,restes,& vites.Pertica,vt in Falerno.Arundo,vt in Arpino.Restes,vt in Brundusino.Vites,vt in Mediolanensi agro.Iugationis species duę:vna directa, vt in agro canusino.altera cōpluuiata in longitudinē,& latitudinē iugata, vt in Italia plereqꝫ. Hæc vbi domo nascuntur,vineę non metuūt sumptū,vbi multa ex propinqua villa,nō valde.Primū genus,qđ dixi,maxime quęrit salicta.Secundū,arūdineta.Tertiū iunceta,aut eius generis rem aliquam.Quartū arbusta,vbi traduces possint fieri vitiū,vt Mediolanenses faciūt in arboribus,quas †opulos vocant:Canusini in harundulatione in ficis.Pedamentū itē fere quatuor generū. Vnum robustum, qđ optimū solet afferri in vineam e quercu ac iunipero,& vocatur ridica. Alterū palus e pertica, melior e dura, ꝙ diuturnior, quē cū in fimū terra voluit,puter euertit,& fit solum summū. Tertium,qđ horū inopię subsidio misit arundinetū. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cū fundo pertuso,quos cuspides appellant,qua humor aduēticius transire possit. Quartū pedamētū est natiuū eius generis,vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces,quidā rūpos appellant. Vineę altitudinis modus,lōgitudo hominis. Interualla pedamentorū,qua boues iuncti arare possint.Ea minus sumptuosa vinea,quę sine iugo ministrat acratophoron vinū.Huius genera duo.vnū,in quo terra cubilia præbet vuis,vt in Asia multis locis,quę sępe vulpibus & hominibus fit cōmunis.necnon,si parit humus mures, huius minor fit vindemia,nisi totas vineas oppleueris muscipulis,qđ in insula Pandatharia faciūt. Alterū genus vineti,vbi ea modo remouetur a terra vitis,quę ostenderit se afferre vuā.Sub eā,vbi nascitur vua subiiciūt circiter bipedales e surculis furcillę,ne vindemia pereat,& vindemia facta deniqꝫ discat pendere in palmā,aut funiculo,aut vinctu,qđ antiqui vocabant cestum.ibi dominus simul ac vidit occipitiū vindemiatoris,furcillas reducit hybernatum in tecta,vt sine sumptu earū opera altero anno vti possit.Hac consuetudine in Italia vtuntur Reatini.Hęc ideo varietas maxime,ꝙ terra cuiusmodi sit,refert.vbi enim natura humida,ibi altius vitis tollenda, ꝙ in partu,& alimonio vinum non vt in calice quærit aquam,sed solem.itaqꝫ ideo(vt arbitror)primum e vinea in arbores ascendit vitis.

Iugatę. Pedamēta. Iuga. Pertica. Arundo. Restes. Vites. Cōpluuiata. Traduces. †populos. Harūdulatio. Pedam.genera. Ridica. Palus. Tubuli fi. Cuspides. Traduces & Rumpi. Acratophoron. Pandatharia. Furcillę. Vinctus. Cestus. Vinū solē quęrit.

¶Q; tribus modis terra dicatur bona,aut non bona,aut cōmunis.

Cap.IX.

TERRA inquā,cuiusmodi sit refert,& ad quā rē bona,aut non bona sit. Et ea tribus modis dicitur,cōmuni,proprio,& misto.Cōmuni, vt cū dicimus orbē terræ, & terrā Italiam, aut quā aliam.in ea enim & lapis,& arena,& cętera eius generis sunt in nominando comprehensa: Altero modo dicitur terra proprio nomine,quæ nullo alio vocabulo,neqꝫ cognomine adiecto appellatur.Tertio modo dicitur terra,quę est mista,in qua seri quid potest,& nasci,vt argillosa,aut lapidosa,sic & aliæ:cum in hac,species non minus sint multę,q̄ in illa communi propter admistiones.in illa enim cū sit dissimili vi ac potestate,partes permultę,in queis,lapis,marmor,rudus,arena,sabulo,argilla,rubrica,puluis,creta,glarea,carbunculus,id est,quę sole perferuet ita,vt radices satorum comburat.Ab iis,quæ proprio nomine dicitur terra,cum est admista ex his generibus aliqua re, tum dicitur aut cretosa, aut glareosa, & sic ab aliis generum discriminibus mista,& vti horum varietates,ita genera hæc,vt præterea subtiliora sint alia:nam ad minimum in singula facies terna,ꝙ alia terra est valde lapidosa,alia mediocriter, alia prope pura.Sic de aliis gn̄ibus reliqs,admistę terrę tres gradus ascēdūt eosdē.Præterea hę ipsę ternę species ternas in se habēt alias,ꝙ partim sunt humidiores,partim aridiores,partim mediocres.neqꝫ nō hęc discrimina ptinēt ad fructus vehemēter.itaqꝫ periti in loco humidiore far adoreū poti⁹ serūt,q̄ triticū.Cōtra in ari

Cōis ter. Propria. Mista. De gn̄ibus soli. Rudus. Carbūcul⁹. Adoreū.

Ordeum. Sabulo alb⁹ & rub.

diore ordeũ potius,q̃ far, in mediocri vtrunq;. Præterea etiã discrimina omniũ horũ generum subtiliora alia,vt in sabulosa terra,ꝙ ibi refert,sabulo albus sit,an rubicundus:ꝙ sabulo albus ad serendos surculos alienus:contra rubicũdior appositus.Sic magna tria discrimina terrę:ꝙ refert vtrũ sit macra,an pinguis,an mediocris:quo ad culturã pinguis fœcũdior ad multa,macra contra.Itaq; in Veijs,vt in Pupinia,neq; arbores plixas,neq; vites feraces,neq; stramenta videre crassa poterit,neq; ficum mariscã,& arbores plerasq;,ac prata retorrida, & muscosa. Contra in agro pingui,vt Hetruria,licet videre fructuosas segetes,ac restibiles,& arbores prolixas,& omnia sine musco.In mediocri autem terra,vt in Tyburti,ꝙ propius accedit,vt non sit macra,q̃ vt sit ieiuna,eo ad omnes res cõmodior,q̃ si inclinauerit ad illud,qđ deterius. Stolo,Nõ male inqt,quę sit idonea terra ad colendũ,an non,Diophanes Bithynius scribit:signa sumi posse aut ex ipsa,aut ex ijs quę nascuntur ex ea:ex ipsa,si sit terra alba,si nigra,si leuis,quę cũ fodiatur,facile frietur,naturaq; non sit cineritia,neue vehemẽter densa.Ex his autem quę enata sunt,fera,si sunt prolixa,atq; ea,quę ex his nasci debent,earũ rerũ feracia.Sed qđ sequitur tertium illud de modis dice.

Retorrida.

¶Quot modis metiantur rura. Cap.X.

Iugum. Versus. Iugerum. Act⁹ quad. Vide Columel.lib. vi. cap.i. Scrupulũ. Subcisiuũ. Vncia agri. Heredium. Centuria. Saltus.

ILLE.Modos,quibus metirentur rura,alius alios cõstituit.Nam in Hispania vlteriore metiuntur iugis,in cãpania versibus,apud nos in agro Romano,ac Latino iugeris. Iugum vocãt,qđ iuncti boues vno die exarare possint.Versum dicunt centũ pedes quoquouersum quadratũ. Iugerum,qđ quadratos duos actus habeat.Actus quadratus,qui & latus est pedes centũ viginti,& longus totidẽ:Is modius,ac mina latine appellatur. Iugeri pars minima dicitur scrupulũ, id est decẽ pedes in longitudine,& latitudine quadratũ.Ad hoc principio mensores nõnunq̃ dicunt in subcisiuũ esse vnciã agri,aut sextantẽ,aut quid aliud,cum ad iugerũ ꝑuenerunt,id habet scrupula ducẽta octogintaocto.Quãtum attinet ad antiquos nostros,ante bellũ punicũ pẽdebãt bina iugera,ꝙ a Romulo primũ diuisa dicebantur viritim:quę ꝙ hęredẽ sequerentur, hæredĩu appellarunt.Hęc postea a iugeris centũ centuria dicta:quę duplicata est quadrata in oĩes quatuor partes,vt habeat latera longa duo millia & quadringentos pedes.Hæ porro quatuor cẽturię coniũctæ,vt sint in vtrãq; partẽ binę,appellantur in agris diuisis viritim publice,saltus.

¶Quo sit villa statuenda modo,& quę in illa. Cap.XI.

IN modo fundi nõ animaduerso lapsi sunt multi,ꝙ alii villam minus magnã fecerũt, q̃ modus postulauit:alii maiorẽ,cũ vtrũq; sit contra rem familiarẽ,ac fructũ:maiora enim tecta & ædificamus pluris,& tuentur sumptu maiore:minora cũ sunt,q̃ postulat fundus,fructus solent dispe rire. Licinius.Dubiũ eñ non est,quin cęlla vinaria maior sit faciũda in eo agro, vbi vineta sunt ampliora:vt horrea,si frumentarius ager est.In villa ædificanda hoc potissimũ,vt intra septa villę habeat aquã:si nõ,q̃ proxime.Primũ quę ibi sit nata,secundũ, quæ influat perennis.Si omnino aqua non est viua,cisternę faciundę sub tectis,& lacus sub dio:ex altero loco vt homines,ex altero vt pecus vti possit.

Viua aqua.

¶Quo sit loco potissimum villa statuenda. Cap.XII.

DANDA opera,vt potissimũ sub radicibus montis syluestris villã ponas,vbi pastiones sint latę,ita vt contra ventos,qui saluberrimi in agro flabunt posita sit.Ad exort⁹ ęquinoctiales aptissima : ꝙ æstate habeat vmbrã,hyeme solem.Sin cogare secundũ flumẽ ędificare,curandũ ne aduersum eurũ ponas:hyeme enim fiet vehementer frigida,& ęstate nõ salubris. Aduertendũ etiam siqua erunt loca palustria,& propter easdẽ causas,& ꝙ arescunt,& ꝙ in ijs crescunt animalia quędã minuta,quę non possunt oculi consequi,& per aera intus in corpus per os,ac nares per ueniunt,atq; efficiunt difficiles morbos.Fũdanius, Quid potero inquit facere, si istiusmodi mihi fundus hęreditate obuenerit,quo minus pestilentia noceat? Istuc vel ego possum respondere inquit Agrius.Vendas quot assibus possis,aut si nequeas,relinquas.At Scrofa Vitandũ inquit, ne in eas partes spectet villa,ex quibus ventus grauior afflare soleat:neue in conualli caua, & vt potius in sublimi loco ædifices,qui ꝙ perflatur,si qđ est,qđ aduersarium inferatur,facilius discutitur.Prętęrea,ꝙ ab sole toto die illustratur,salubrior est : qđ & bestiolę siquę prope nascũtur, & inferuntur,aut efflantur,aut aritudine cito pereunt.Nimbi repentini,& fluuii,ac torrentes periculosi illis,qui in humilibus,ac cauis locis ædificia habent,& repentinę prædonũ manus, ꝙ improuisos facilius opprimere possunt.Ab hoc vtroq; superiora loca tutiora.

¶Q; in villa primitus facienda sint Bubilia & ouilia & cęllę & vasa vinaria & oleria & alia.

Caput.XIII.

IN villa faciunda sunt stabula,ita vt bubilia sint,vbi hyeme possint esse caldiora.Fructus vt est vinum,& oleum loco plano in cællis,ita vt vasa vinaria,& olearia potius sint in locis aridis, q̃ humidis.Fructus,vt est faba,lentes,ordeum,& far,& fœnum in tabulatis.Familia vbi versetur p̃uidendum,si fessi opere,vel frigore aut calore,vbi commodissime possint sese quieti recipere.Vil lici proxime ianuã cęllam esse oportet:eumq; scire,qui introeat,aut exeat noctu,quidue ferat,præsertim si ostiarius est nemo.In primis culina videnda, vt sit admota , ꝙ ibi hyeme antelucanis tẽporibus aliquot[ ]res conficiuntur,cibus paratur,& capitur.Faciundum etiam plaustris,ac cętero instrumento omni, quibus cælum pluuiũ inimicũ, in chorte vt satis magna sint tecta.hæc enim si intra clausum in consepto,& sub dio,furẽ modo non metuunt,sed aduersus tempestatem nocẽtem non resistunt.Chortes in fundo magno duæ aptiores.Vna,vt interius compluuiũ habeat lacum,vbi aqua saliat,qui intra stilobatas cum venit,sit semipiscina.Boues enim ex aruo ęstate reducti hic bibunt,hic perfunduntur:nec minus & a pabulo dum redierunt, anseres,sues,porci. In chorte exteriore lacum esse oportet , vbi maceretur lupinũ, item alia , quæ demissa in aquam ad vsum aptiora fiant.Chors exterior crebro operta stramentis ac paleis,cõculcata pedibus pecudũ, fit ministra fundo,vt sit ex ea qđ euehatur.Secũdum villam duo habere oportet sterquilinia,aut vnum bifariam diuisum:alteram enim in partem ferri oportet e villa nouũ fimũ, ex altera veterẽ tolli in agrum:qđ enim infertur recens,minus bonũ:id cũ flacuit,melius:nec non sterquiliniũ melius illud,cuius latera,& summũ virgis,& fronde vindicatur ab sole.Non enim succum,quẽ quærit terra,solem ante exugere oportet.Itaq; periti (qui possunt) vt eo aqua influat,eo nomine faciunt: sic enim maxime retinetur succus in eo. Quidam & sellas familiaricas ponunt.Ædificium facere oportet,sub quod tectum totam fundi subiicere possis messem,qđ vocant quidam nubilarium.Id secundũ aream faciundum,vbi triturus sis frumentum-magnitudine pro modo fundi ex vna parte apertum,& id ab area,quo & intrituram proruere facile possis: &,si nubilare cœperit, inde vt rursus celeriter reiicere.Fenestras habere oportet ex ea p̃te,vñ cõmodissime p̃flari possit.

Marginalia: Bubilia. — Cęlla vbi.f. — Culina. — Chortes duę. — Lacus'com pluuius. — Stilobatę. — Sterqlinia. — Familia.se. — Nubilariũ. — Fenestrę.

Fundanius,Fructuosior inquit est certe fundus propter ædificia,si potius ad antiquorum diligentiam,q̃ ad horum luxuriam dirigas ędificationem.Illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas.Itaq; illorum villæ rusticę erant maioris, q̃ vrbanę, quæ nunc sunt pleręq;.Contra,illic laudabatur villa,si habebat culinam rusticam bonam,pręsepias laxas,cęllam vinariam,& oleariam ad modum agri aptam,& pauimento procliui in lacum,in quo,si contigerit,defluens vinum excipiatur,ne pereat.ꝙ sępe,vbi cõditum nouũ vinũ, orcę vt in Hispania feruore musti ruptę,nec non & dolia,vt in Italia.Item cætera vt essent in villa huiuscemodi,quæ cultura quęreret,prouidebant.Nunc contra,vt villam suburbanam q̃maximã, ac politissimã habeant,dant operam:ac cum Metelli,& Luculli villis pessimo publico ędificatis certant:quo elabo rant,vt spectent sua æstiua triclinaria ad frigus orientis,hyberna ad solẽ occidentem potius, q̃ vt antiqui in quã partem cęlla vinaria,aut olearia fenestras haberet,cum fructus in ea vinarius quærat,vt dolia aera frigidiorem,item vt olearia caldiorem habeat. Item videre oportet, si est collis (nisi quid impediat)vt ibi potissimum ponatur villa.

Marginalia: Rusticę,vrbanicę villę — Præsepię. — Orcę. — Villa subu.

¶De septis quę tutandi fundi causa fieri debeant & qualiter.

Caput.XIIII.

NVNC de septis,quę tutandi fundi causa,aut partis fiant,dicam. Earum tutelarum genera quatuor.Vnum naturale,alterum agreste,tertium militare,quartum fabrile.Horum vnum quodq; species habet plures.Primũ naturale sepimentũ,qđ obseri solet virgultis,aut spinis,qđ habet radices viuę sepis,ac viatoris prætereuntis lasciui non metuet facẽ ardentem. Secunda sepes est ex agresti ligno,sed non viuit.Fit aut palis statutis crebris,ac virgultis implicatis:aut latis p̃foratis,&per ea foramina traiectis longuriis fere binis,aut ternis:aut ex arboribus truncis demissis & in terram deinceps constitutis.Tertium militare sepimentum est fossa,& terreus agger. sed fossa ita idonea fiat,vt omnem aquam quæ de cælo venit,recipere possit : aut fastigium habeat, vt exeat e fundo.Agger is,qui intrinsecus fit iunctus fossæ,ita aridum sit , vt eum transcendere non sit facile.Hoc genus sepis fieri secundum vias publicas solet,& secundum amnes . Ad viam salariam,& in agro Crustuminio videre licet locis aliquot coniunctos aggeres cum fossis,ne flumen agris noceat.Aggeres qui faciunt sine fossa,eos quidam vocant muros, vt in agro reatino. Quartum fabrile sepimentum est notissimum,maceria.Huius species fere quatuor,ꝙ fit e lapide, vt in agro Thusculano:ꝙ e lateribus coctilibus,vt in agro Gallico:ꝙ e lateribꝰ crudis,vt in agro Sabino:ꝙ ex terra,& lapillis,cõpositis in formis,vt in Hispania,& agro Tarentino.

Marginalia: Sepimentũ — Sepes viua — Longuriæ. — Militare. s. — Muri. — Fabrile sep. — Maceria.

¶Ad quid inuentę sepes. Cap.XV.

PRÆTEREA sine septis fines prędij sationibus notis arborum tutiores fiunt, ne familię rixentur cum vicinis,ac limites ex litibus iudicem quærant. Serunt alii circū pinos, vt habet vxor in Sabinis. Alii cupressos,vt ego habeo in Vesuuio. Alii vlmos,vt multi habent in Crustuminio,ꝙ ibi pullulat maxime. Et vbi est campus,nulla potior arbor seritur, ꝙ maxime fructuosa, ꝙ & sustineat sepem,ac colit aliquot corbulas vuarū,& frondem iucundissimam ministrat ouibus,ac bubus,ac virgas præbet sepibus,& foco,ac fumo. Scrofa. Igitur primū hęc, quę dixi,quatuor videnda agricolę,de fundi forma,terrę natura,de modo agri,de finibus tuendis.

¶De his quę extra fundum commoda fiant,aut incommoda.

Caput.XVI.

Appēdices RELINQVITVR altera pars, quæ extra fundum est: cuius appendices vehementer pertinent ad culturam propter affinitatem. Ei⁹ species totidem. Si vicina regio est infesta. Siquo neq; fructus nostros exportare expediat,neq; inde quæ opus sunt,apportare. Tertium, si viæ,aut fluuii qua portentur,aut non sunt,aut idonei non sunt. Quartum,si quid ita est in confinib⁹ fundi,vt nostris agris prosit,aut noceat. e queis quatuor, qđ est primū , refert infesta regio sit,necne.

Agr. m. eg. col. nō exp. Inuecti. Multos enim agros egregios colere non expedit , propter latrocinia vicinorum , vt in Sardinia quosdam prope Celiem:& in Hispania prope Lusitaniam. Secundum,quæ vicinitatis inuectos habent idoneos,vt quę in agris nascūtur,ibi vendant,& illinc inuectos opportunos ad ea,quę in fundo opus sunt,ꝙ propterea sunt fructuosa. Multi enim habent prædia,quibus frumentum,aut vinum,aliudue quid desit importandum. Contra,non pauci,quibus aliquid sit exportandum.

Hortos sub vrbe colere exped. Itaq; sub vrbe colere hortos late expedit,sicut violaria,ac rosaria. Item alia multa,quę vrbs recipit,cum eadem in longinquo prędio,vbi non sit quo deferri possit venale,non expedit colere. item,si ea oppida aut viciniæ,aut etiam diuitū copiosi agri,ac villę,vnde non care emere possis, quę opus sūt in fundum,quibusq; quæ supersint venire possint,vt quibusdam pedamenta,aut perticę, aut arūdo,fructuosior fit fundus,q̄ si longe sint importanda , nonnunq̄ etiam q̄ si colendo in tuo ea parare possis. Itaq; in hoc genus coloni potius anniuersarios habent vicinos,quibus imperent, medicos,fullones,fabros, q̄ in villa suos habeant, ꝙ nonnunq̄ vnius artificis mors tollit fundi fructū,quā partem lati fundij diuites domesticæ copiæ mandare solent. Si enim ab fundo lōgius absunt oppida,aut vici,fabros parent,quos habeant in villa. sic cæteros necessarios artifices, ne de

Feriata fa. fundo familia ab opere discedat,ac profestis diebus ambulet feriata potius,q̄ opere faciundo agrū fructuosiorem reddat. Itaq; ideo Sasernę liber præcipit,ne quis de fundo exeat pręter villicum,& patronum,& vnū,quem villicus legat. Siquis contra exierit,ne impune abeat. si abierit, vt in villicum animaduertatur. qđ potius ita pręcipiendum fuit,ne quis iniussu villici exierit, neq; villic⁹ iniussu domini longius,q̄ vt eodem die redierit,neq; id crebrius,q̄ opus esset fundo.

Vecturę. Tertio eundem fundum fructuosiorem faciunt vecturæ,si vię sunt,qua plaustra agi facile possint,aut flumina propinqua,qua nauigari possit,quibus vtrisq; rebus euehi,atq; inuehi ad multa prędia scim⁹.

Quercetū. Quarto refert etiam ad fundi fructus,quemadmodum vicinus in confinio consitū agrum habeat. Si enim ad limitem quercetum habet,non possis recte secūdum eā syluam serere oleam,ꝙ vsq; eo est contrarium natura,vt arbores non solum minus ferant,sed etiam fugiant, vt introrsum in fundum se reclinent,vt vitis adsita ad olus facere solet,vt quercus,si iuglandes magnæ,crebrę,

Arborūdis. finitimę,fundi oram faciunt sterilem.

¶Quibus rebus agri colantur. Cap.XVII.

DE Fundi quatuor partibus,quæ cum solo hęrent:& alteris quatuor,quæ extra fundū sunt &ad culturam pertinent,dixi. Nunc dicam agri quibus rebus colantur:quas res alii diuidunt in duas partes,in homines,& adminicula hominū,sine quibus rebus colere nō possunt. Alii

Vocale. Semiuoca. Mutum. in tres partes,scilicet in vocale,& semiuocale,& mutum. Vocale,in quo sunt serui. Semiuocale,in quo sunt boues. Mutum,in quo sunt plaustra. Omnes agri coluntur hominibus seruis aut liberis,aut vtrisq;. Liberis, aut cum ipsi colunt,vt pleriq; pauperculi cum sua progenie:aut mercena-

Fœnisiciū. Obærati. riis,& conductitiis liberorum operis,res maiores,vt vindemias,& fœnisicia admistrant ii,quos obæratos nostri vocitarunt,vt etiam nunc sunt in Asia, atq; in Ægypto, & in Illyrico complures. De quibus vniuersis hoc dico. Grauia loca vtilius esse mercenariis colere,q̄ seruis: & in salubribus quoq; locis opera rustica maiora,vt sunt in condendis fructibus vindemiæ,aut messis. De

Operarii. his cuiusmodi esse oporteat, Cassius scribit hæc. Operarios parandos esse , qui laborem ferre possint,ne minores annorum viginti duorum,& ad agriculturam dociles. Eam coniecturam fieri

posse ex aliarum rerum imperatis,& more incolarum e nouicijs requisito ad priorem dominum quid factitarent.Mancipia esse oportere,neq; formidolosa,neq; animosa. Qui pręsint,esse oportere qui literis sint,& aliqua humanitate imbuti,frugi,ætate maiore,q̃ operarios,quos dixi. Facili⁹ enim his,q̃ minoribus natu dicto sunt audientes.Pręterea potissimũ eos pręesse oportet, qui periti sint rerum rusticarum.non solum enim debere imperare,sed etiam facere,vt facientem imitentur,& vt animaduertant eum cum causa sibi praeesse,q; scientia præstet,& vsu.Neq; illi cocedendum,ita imperare,vt verberibus coherceat potius q̃ verbis. Et (si modo id efficere possis) neq; eiusdem nationis plures parandos esse:ex eo enim potissimũ solere offensiones domesticas fieri. Pręfectos alacriores faciundum pręmiis,dandaq; opera,vt habeant peculium, & coniunctas conseruas,e quibus habeant filios,eo enim fiunt firmiores,ac coniunctiores fundo.Itaq; propter has cognationes epiroticę familię sunt illustriores,ac cariores.Ad iniiciendam voluptatem his,præfecturę honore aliquo habendi sunt.& de operariis, qui præstabunt aliqui, cōmunicandum quoq; cum iis,quę faciunda sunt opera.q; ita cum fit,minus se putant despici,atq; aliquo numero haberi a domino.Studiosiores ad opus fieri liberalius tractando,aut cibariis,aut vestitu largiore,aut remissione operis,concessioneve,vt peculiare aliqd in fundo pascere liceat,aut huiuscemodi rerũ. aliis.vt quibus quid grauius sit imperatum,aut animaduersum,qui consolando eorum restituat voluntatem,ac beneuolentiam in dominum. Mancipia. Imb.literis Conserua. Epiroti.fa. Aliq.nũero haberi.

¶De numero familię rusticalis & quot operis quisq; ager coli possit & de modo cuiusq;. Cap.XVIII.

FAMILIAM Cato dirigit ad duas metas,ad certum modũ agri,& genus sationis,scribens de oliuetis,& vinetis,vt duas formulas.vnam,in qua pręcipit quomodo oliuetum agri iugerũ ducentorum quadraginta instruere oporteat.Dicit enim in eo modo hæc,mancipia tredecim habenda,villicum,villicam,operarios quinq;,bubulcos tres,asinarium vnum, subulcum vnum,opilionem vnum.Alteram formulam scribit de vinearum iugeribus centum, vt dicat haberi oportere hæc,quindecim mancipia,villicũ,villicam,operarios decem,bubulcum vnum,asinariũ vnum subulcum vnum.Saserna scribit satis esse ad iugera octo hominem vnũ,ea debere eum fodere diebus quadragintaquinq;,tametsi quaternis operis singula iugera possit, sed relinquere se operas tredecim valetudini,tempestati,inertiæ, indulgentiæ. Licinius Horũ neuter satis dilucide modulos reliquit nobis.Qꝫ Cato si voluit (vt debuit) vti proportione,vt ad maiorem fundũ, vel minorem adderemus,vel demeremus,extra familiam debuit dicere villicum,& villicam. neq; enim si minus.CCXL.iugera oliueti colas,non possis minus vno villico habere:nec si bis tanto amplio rem fundũ,aut eo plus colas,ideo duo villici,aut tres habendi fuere. Operarii modo, & bubulci pro portione demendi,vel addendi,ad minores maioresve modos fundorum: hi quoq;,si similis ager est.nam si est ita dissimilis,vt totus arari non possit,vt si sit confragosus,atq; arduus cliuis, minus multi opus sunt boues,& bubulci.Iniicio illud,q; modũ,neq; vnum,neq; modicum proposuit ducentorũ quadraginta iugerum.Modica enim centuria, & ea ducentorum iugerum, e qua ni sexta pars sit ea quadraginta,quę de ducentis quadraginta demitur, non video quemadmodũ ex eius pręcepto demã sextam partem,& de tredecim mancipiis nihilo magis si villicum & villicam remouero,quemadmodum ex vndecim item sextam partem demam. Qꝫ autem ait in centum iugeribus vinearum opus esse quindecim mancipia,si quis habebit centuriam,quæ sit dimidium vineti & dimidiũ oliueti,sequetur,vt duos villicos,& duas villicas habere debeat,q; est deridiculum.Quare alia ratione modus mancipiorum generatim est animaduertendus,& magis in hoc Saserna probandus,qui ait singula iugera quaternis operis,vno operario ad conficiendum satis esse.Sed si hoc in Sasernę fundo in Gallia satis fuit,non cōtinuo idem in agro ligustico montano.Itaq; de familiæ magnitudine,& reliquo instrumento commodissime scies,quantum pares, si tria animaduerteris diligenter.In vicinitate prædia cuiusmodi sint,& quãta, & quot quęq; hominibus colantur.Et quot additis operis,aut demptis melius, aut deterius habeas. Nobis enim cultum biuium ad culturam dedit natura,experientiam,& imitationem. Antiquissimi agricolæ tentando pleraq; constituerunt,liberi eorum maximã partem imitando. Nos vtrũq; facere debemus,& imitari alios,taliter vt faciamus:& experientia tentare quædam,sequentes non aleam,sed rationem aliquam,vt si altius repastinauerimus,aut min⁹ q̃ alii,q; monumentũ ea res habeat, vt fecerũt ij,in sarriẽdo iterũ,& tertio,& q insitiones ficulnas ex verno tẽpore in æstiuũ cōtulerunt. Saserna. Deridiculũ Biuius. Expientia. Imitato. Aleam seq.

¶Quot iuga boum singulis iugeribus satis sint,quod instrumentum agreste seminocule nuncupatur. Cap.XIX.

Semiuoca. instru. DE reliqua parte instrumenti, qđ semiuocale appellatur, Saserna ad iugera ducēta arui boū iuga duo satis esse scribit. Cato in oliuetis ducentorum quadraginta iugerum boues ternos: ita fit, vt Saserna dicat verum ad centum iugera, iugum opus esse, si Cato ad octogena. Sed ego neutrum horum ad oēm agrū conuenire puto, & vtrūq; ad aliquem. Alia enim terra facilior aut difficilior est alia. Terram duram proscindere, nisi boues magnis viribus non possunt, & sæpe fracta bura relinquūt vomeres in aruo. Quo sequendum nobis in singulis fundis, dū sum⁹ noui ciij, triplex regula, superioris domini institutio, & vicinorū, & experientia quędam. Qđ addit asinos, qui stercus vectent, treis, asinum molariū, in vinea iugerum centum, iugū boum, in hoc genere semiuocalium, adijciendum deprecor, q̄ ea sola, quę dixit, agri colendi causa erūt, vt solent esse pecuaria, quæ pauca habenda, quo facilius tueri possint: quoniam mancipia, quæ solent esse assidua, esse non possunt. In eo numero non modo qui prata habent, vt potius oues q̄ sues habeant, curent, sed etiam qui prata nō habent: quia non solum pratorum causa habere debent, sed etiam propter stercus.

Bura.

De eligendis bobus & de modo probandi & edomandi nouellos iuuencos.

Caput. XX.

Boues q ad arād. apti. IGITVR de omnibus quadrupedibus prima probatio est, qui idonei sint boues, qui arādi causa emuntur, quos rudes, neq; minores trimos, neq; maiores quadrimos parandum. Vt viribus magnis sint, ac pares, ne in opere firmior imbecilliorem conficiat, amplis cornibus, & nigris potius, q̄ aliter, vt sint lata fronte, naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus. Hos veteranos ex campestribus locis emendum, nō in dura ac montana, nec non, si ita incidit, vitandum. Nouellos cum quis emerit iuuencos, si eorum colla in furcas destinata incluserit, ac dederit cibum, diebus paucis erunt mansueti, & ad domandum proni. Tum ita subigendum, vt minutatim assuefaciāt, & vt tironem cum veterano adiungant. imitando enim facilius domantur. Et primū eos ęquo in loco, & sine aratro. tum eo leui simul arare faciant, & principio per arenam, aut molliorem terram dum consuescant. Quos ad vecturas, item instituendum, vt inania primū ducāt plaustra, & si possis per vicum, aut per oppidū, vbi creber crepitus sit, ac varietas rerum consuetudine celeberrima ad vtilitatem adducito. Neq; pertinaciter, quem feceris dextrum in eo manendum. Q. si alternis fit sinister, fit laboranti in alterutra parte requies. Vbi terra leuis, vt in Campania, ibi non bubus grauibus, sed vaccis, aut asinis q̄ arant, eo facilius ad aratrum leue adduci possunt, & ad molas, & ad ea, si qua sunt, quę in fundo conuehuntur. In qua re alij asellis, alii vaccis, ac mulis vtuntur, exinde vt pabuli facultas est. Nam facili⁹ asellus, q̄ vacca alitur, sed fructuosior hęc. Cauto agricolæ hoc spectandū, quo fastigio sit fundus. in cōfragoso enim ac difficili, hæc valētiora parandum & potius ea, quę plus fructū reddere possunt, cum idem operis faciunt.

Nouel. iuuēci quō domentur. Minutatis

Asinis in Cāp. aratur

De canibus sine quibus vtiq; villa parum tuta sit.

Caput. XXI.

Canes. CANES potius cum dignitate, & acres paucos habendum, q̄ multos, quos consuefacias potius noctu vigilare, & interdiu clausos dormire, & cathena vinctos esse, vt soluti acriores fiant. De indomitis quadrupedibus, & pecore instructo, & canibus hoc faciūdum, qđ dixi. Si prata sunt in fundo, neq; pecus dominus habet, danda opera, vt pabulo vendito, alienum pecus in suo fundo pascat, & stabulet.

Stabulare.

Qualiter vniuersorum instrumentorum apparatus fundi instituatur. Caput. XXII.

DE reliquo instrumento muto, in quo sunt corbulę, & dolia, & alia, sic præcipiendum. Quæ nasci in fundo, ac fieri a domesticis poterunt, eorum ne quid ematur: ista fere sunt, quæ ex viminibus, & materia rustica fiunt, vt corbes, fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli. Sic quę fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, scirpo, vt funes, restes, tegetes. Quæ ę fundo sumi nō poterūt, ea si empta erunt potius ad vtilitatem, q̄ ob speciem, sumptu fructū non extenuabūt: eo magis, si inde empta erūt potissimū, vbi ea & bona, & proxime, & vtilissime emi poterunt. Cuius instrumenti varia discrimina, ac multitudo: agri multitudine finitur, q̄ plura opus sunt, si fines distant late. Itaq; Stolo inquit, Proposita magnitudine fundi, de eo genere Cato scribit: Oliueti iugera ducenta quadraginta qui coleret, eum instituere ita oportere, vt faceret vasa olearia instructa, iuga quinq;, quæ membratim enumerat, vt ex ære ahena, vrceos, & nasiternam, item alia sic; e

Corbes. Fiscinæ. Tribula. Mallei. Rastelli. Tegetes.

ligno,& ferro,vt plostra maiora tria,aratra cũ vomeribus sex,crates stercorarias quatuor,itẽ alia: sic de ferramentis quæ sint,& quot opus ad multitudinẽ,vt furcas ferreas octo,& sarcula totidẽ; dimidio minus palas,item alia. Item alterã formulã instrumenti fundi vinarii fecit,in qua scribit; si sit ager centum iugerum,habere oportere vasa torcularia instructa trina, dolia cum operculis culleorum octingentorum,acinaria viginti,frumentaria viginti. Item eiusmodi alia,quæ minus multa quidem alii,sed tãtũ numerũ culleorum scripsisse puto,ne cogeretur quotannis vẽdere vinum. Vetera enim q̃ noua,& eadem alio tempore,q̃ alio pluris. Item sic de ferramentorum varietate scribit permulta,& genere,& multitudine qua sint,vt falces,palas,rastros. Sic alia,quorũ non nulla genera species habent plures,vt falces. nam dicuntur ab eodem scriptore vineaticæ opus esse sex,scirpiculę quinq;,syluaticę quinq;,arborarię tres,& rusticariæ decem. Hic hæc. At Scrofa, Instrumentum,& supellectilem rusticam oẽm oportet habere scriptam in vrbe dominũ,& ruri vilicum,atq; ea omnia certo suo quæq; loco ad villam debent esse posita. Quę non possunt esse sub claui,q̃ maxime facere,vt sint in conspectu,oportet,eo magis ea,quæ in rariore sunt vsu, vt q̄bus in vindemia vtũtur,vt corbulæ,& sic alia,quę.n.res quotidie videntur, minus metuũt furem. Falces vineati. scirpic. Claui.

Quæ & quo quidq; loco maxime oporteat serere. Cap. XXIII.

SVSCIPIT Agrasius. Et quoniam habemus illa duo prima,ex diuisione quadripertita,de fundo,& de instrumento,quo coli solet,de tertia parte expecto. Scrofa, Quoniam fructum inquit,arbitror esse fundi eum,qui ex eo satus nascitur vtilis ad aliquam rem,duo consideranda restant,quę,& quo quidq; loco maxime expediat serere:alia enim loca apposita sunt ad fœnũ,alia ad frumentum,alia ad vinum,alia ad oleum. Sic ad pabulum quę pertinent,in quo est ocymum,farrago,vicia,medica,cytisum,lupinum. Neq; in pingui terra omnia seruntur recte,neq; in macra nihil. Rectius enim in tenuiore terra ea,quę non multo indigẽt succo,vt cytisum, & legumina,præter cicer,hoc enim quoq; legumẽ,& cętera,quę velluntur e terra,neq; subsecantur, succũ tollũt:q̃ q; ita leguntur,legumina dicta.in pingui rectius,quæ succi sunt maioris,vt holus,triticũ,siligo,linum. Quædam etiam serenda non tam propter pręsentem fructum,q̃ in annum prospicientem,q; ibi subiecta,atq; relicta terram faciunt meliorem. Itaq; lupinum, cum necdũ siliculam cepit,& nõ nunq̃ fabalia,si ad siliquas non ita peruenit,vt fabam legere expediat: si ager macrior est,pro stercore inarare solent. Nec minus ea discriminanda in conserundo,quę sunt fructuosa ab iis,quę fiunt propter voluptatem,vt quę pomaria ac floralia appellantur. Item illa,quæ ad hominum victum,ac sensum,delectationemq; non pertinent,neq; ab agri vtilitate sunt disiuncta. Idoneus loc⁹ eligendus,vbi facias salictum,& arundinetum:sic alia,quæ humidũ locum quærunt. Contra,vbi segetes frumentarias,ibi fabã potissimũ feras. Itẽ alia,quę arida loca sequuntur,sicut vmbrosis locis alia feras,vt corruda,q; ita petit asparagus:& apricis,vt ibi feras violam,& hortos facias,q; ea sole nutricantur. Sic & alia alio loco serunda,vt habeas vimina, vnde viendo quid facias, vt scirpeas,vallos,crates. Alio loco vt feras,& colas syluam cæduã,alio vbi aucupare. Sic vbi cannabim, linũ,iuncũ,spartum,vnde lineas,restes,funes facias,quibus nectas boues paleas,& alia. quędam loca eadem,& alia ad serũdũ idonea. Nam & in recentibus pomariis desitis seminibus, in ordineq; arbusculis positis primis annis anteq̃ radices longius procedere possint,alii conserunt hortos,alii quid aliud,neq; cum conualuerunt arbores,idem faciunt, ne violent radices. Stolo. Q đ ad hæc pertinet,Cato non male q đ scribit de sationibus. Ager crassus & lætus,si sit sine arborib⁹,eũ agrũ frumentariũ fieri oportere:idẽ ager si nebulosus sit,rapa,raphanũ,miliũ,panicũ fert. Ad pabulũ ptinentia. Cytisus. Cicer. Legumina vñ. Floraria. Segetes ibi faba. Viendo.

¶ Olea in quo agro serenda, qua parte, quo ordine.

Caput. XXIIII.

IN agro crasso,& calido oleã conditaneã,radiũ maiorẽ,salentinam,orchitẽ,poseam,sergianam, colminiam,albicerem,quã earum in his locis optimam dicent esse,eam maxime serere. Agrum olueto conserundo, nisi qui in ventum fauonium spectet,& soli ostentus sit, alium bonum nullum esse. Qui ager frigidior,& macrior sit,ibi oleam licinianam feri oportere. Si in loco crasso, aut caldo posueris,hostum nequã fieri, & serendo arborem perire,& muscum rubrum molestum esse. Hostum vocant,q; ex vno facto olei reficitur. Factum dicunt,q; vno tempore conficiunt, quem alii centum sexaginta aiunt esse modiorum : alii,ita minus magnum, vt ad centum viginti descendat, & exinde, vt vasa olearia quot, & quanta habeant, quibus conficiunt illud. Q; Cato ait circũ fundum vlmos,& populos,vnde frons ouibus, & bubus sit, & materies feri oportere. Sed hoc neq; in omnibus fundis opus est, neq; in quibus est opus, propter frondem maxime, sine detrimento ponuntur ab septentrionali plaga q; non officiunt soli. In crasso & cal. agro q̃ ferantur. Hostum. Factus.

Ille adiicit ab eodem ſcriptore. Si locus humectus ſit, ibi cacumina populorum ſerunda, & arundinetum, id prius bipalio verti, ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio ſeri, ibi quoq; corrudã, vnde aſparagi fiant, aptam eſſe vtriq; eandem fere culturam: ſalicem græcam circũ arundinetum ſeri oportere, vti ſit, qui vitis alligari poſſit.

¶ Vinea quo agro ſerenda ſit. Cap. XXV.

VINEA quo in agro ſerunda ſit, ſic obſeruandum. Qui locus optimus vino ſit, & oſtentus ſoli, aminęũ minuſculũ, & geminũ eugeneum, & helueolũ minuſculum ſeri oportere. Qui locus craſſior ſit, aut nebuloſus, ibi aminęũ maius, aut murgentinum, aut apicium lucanũ ſeri. Cęteras vites, & de his miſcellas maxime in omne genus agri conuenire.

¶ Quo in loco ridicę vineæ figi debeant, & ad quam partem.

Caput. XXVI.

Ridica. IN omni vinea diligenter obſeruant, vt ridica vitis ad ſeptẽtrionem verſus figatur: & ſi cupreſſos viuas pro ridicis inſerunt, alternos ordines imponunt, neq; eas creſcere altius, q̃ ridicas patiuntur: neq; propter eas adſerunt vites, ꝙ inter ſe hęc inimica. Agrius. Fundani vereor inquit, ne ante æditimus veniat huc, q̃ hinc ad quartum actum accedamus: vindemiã enim expecto. Bono animo es inquit Scrofa, fiſcinas expediet, ac vrnam.

¶ Quot diuidatur menſibus & temporibus annus, & in quibus quid ſeri oporteat, ac colligi de agro ſeminaria. Cap. XXVII.

Annale tẽp. Mẽſtruum. ET quoniam tempora duorũ generum ſunt, vnũ annale, qđ ſol circuitu ſuo finit: alterũ menſtruum, qđ luna circumiens comprehẽdit: prius dicam de ſole. Eius curſus annalis primũ fere circiter ternis menſibus ad fruct⁹ eſt diuiſus in quatuor partes totus, & idem ſubtilius ſeſquimenſibus in octo. In quatuor tempora diuiditur, in ver, & æſtatem, & autumnũ, & hyemẽ. Vere. Vere ſtationes quędam fiunt. Terram rudẽ proſcindere oportet: quę ſunt ex ea enata, prius q̃ ex iis qđ ſeminis cadat, vt ſint exradicata. Et ſimul cauis ab ſole percalefactis aptiores fieri ad accipiendũ imbrem, & ad opus faciliores, relaxatis: neq; ea minus bis arandum, ter melius. Aeſtate. Æſtate fieri meſſes oportere. Autumno. Autumno ſiccis tempeſtatibus vindemias, ac ſyluas excoli cõmodiſſime, tunc vel pręcidi arbores ſecundum terram oportere. Radices autem prioribus imbribus vt effodiantur, nequid ex his naſci poſſit. Hyeme. Hyeme putari arbores dũtaxat his temporibus cum gelu cortices, & imbribus careant, & glacie.

¶ Quot dies habeat quęlibet quarta pars anni, & in quibus ſignis cæli intrent. Caput. XXVIII.

DIES prim⁹ veris eſt in aquario, ęſtatis in tauro, autumni in leone, hyemis in ſcorpione. Cũ vniuſcuiuſq; horũ quatuor ſignorũ dies tertius & viceſimus, quatuor temporũ ſit prim⁹, Ver dierũ. xci. efficitur, vt ver dies habeat nonagintavnũ, æſtas nonagintaquatuor, autumnus nonagintaduos, Aeſta. xciiii hyems octogintaocto. Quę diuiſio redacta ad dies ciuiles noſtros, qui nunc ſunt primi verni tem Hiems. lxxxviii. poris extant ad ſeptimũ Idus Februarii, ęſtitiui extant ad ſeptimũ Idus Maii, autumnalis extant Autũn. xcii. ad tertium Idus Sextilis, hyberni extant ad tertium Idus Nouembris. Subtilius diſcretis tẽporibus obſeruanda quędam ſunt, eaq; in partes octo diuiduntur. Primũ ab fauonio ad æquinoctiũ vernũ dies quadragintaduo. hinc ad vergiliarum exortum dies quadragintaquatuor. Ab hoc ad ſolſtitium dies quadragintanouẽ: inde ad caniculę ſignum dies vigintinouẽ. deinde ad æquoctiũ autumnale dies ſexagintaſeptẽ. exĩde ad vergiliarũ occaſum dies trigintaduo. Ab hoc ad brumã dies quinquagintaſeptem. inde ad fauonium dies quadragintaquinq;.

¶ Quæ inter fauonium & ęquinoctium vernum fieri oporteat.

Caput. XXIX.

IN primo interuallo inter fauonium, & æquinoctium vernũ hęc fieri oportet. Seminaria omne genus vt ſerãtur. putari in primis, circũ vites ablaqueari, radices, quæ in ſumma terra ſunt, pręcidi, prata purgari, ſalicta ſeri, ſegetes ſarrire. Seges. Aruum. Seges dicitur, qđ aratũ ſatum eſt. Aruũ, qđ aratum Noualis. nec ſatum eſt. Noualis, vbi ſatum fuit ante, q̃ ſecunda aratione renouetur. Rurſum terram cum Proſcidere Offringere primum arant, proſcindere appellant. cum iterum, offringere dicunt, quod prima aratione glebæ grandes ſolent excitari: cum iteratur, offringere vocant. Tertio cum arant iacto ſemine, boues lirare dicuntur, id eſt cum tabellis additis ad vomerem ſimul, & ſatum frumentum Lirare. operiunt in porcis, & ſulcant foſſas, quo pluuialis aqua delabatur: nonnulli poſtea, qui Occare. ſegetes non tam latas habent (vt in Appulia) id genus prædii per ſarritores occare ſolent, ſi quæ in porcis grandiores relictæ ſunt glebæ. Qua aratrum vomere lacunam fecit, ſulcus

vocatur. Qđ est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, ꝙ ea seges frumentum porrigit. Sic quoqꝫ exta deis cum dabant, porrigere dicebant. Sulcus. Porca. Porrigere.

¶ Quę inter ęquinoctium vernum, & vergiliarum exortum fieri debeant. Cap. XXX.

SECVNDO interuallo inter vernum ęquinoctium, & vergiliarum exortum hæc fieri debent. Segetes runcari, hęrbam ex segetibus expurgari, boues terram proscindere, salicem cædi, prata defendi: quę superiore tempore fieri oportuerat de arboribus, & non sunt absoluta anteq̃ gemmas agant, ac florescere incipiant, fiant. Qꝫ si qua folia emittere solent, aut ante frondere, q̃ florere incœperint, statim ad serendum idoneę non sunt. Oleā seri, interputariqꝫ oportet.

¶ Quid inter vergiliarum exortum, ad solstitium fieri oporteat. Caput. XXXI.

TERTIO interuallo inter vergiliarum exortum, & solstitium hęc fieri debent. Vineas nouellas fodere, aut arare, & postea occare, id est cōminuere, ne sit gleba: ꝙ ita occidunt, occare dicunt. Vites pampinari, sed a sciente: nam id q̃ putare maius, neqꝫ in arbusto, sed in vinea fieri. Pāpinare est ex sarmento coles, qui nati sunt, de ijs qui plurimū valēt, primū, ac secūdū, nōnunq̃ etiā tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmētum nequeat ministrare succum. Ideo in vitiario primitus cum exit vitis, tota resecari solet, vt firmiore sarmēto e terra exeat, atqꝫ in pariendis colibus vires habeat maiores. Emucidum enim sarmentum propter infirmitatē sterilescit, neqꝫ ex se potest eiicere vitē, quā minorem vocant flagellū, maiorem etiam, vnde vuę nascuntur, palmā declinata. A venti flatu flabellū prius, flagellū posterius. Et vitis, eo ꝙ inuenitur ad vuas pariundas dicta primo videtur: & a pariendo parilema ex imminutis literis, vt in multis, dici cœpta palma. Ex altera parte caprea dicta, ꝙ parit capreolum. Is est coliculus viteus intort⁹ vt cincinnus, is enim vites vt teneat, serpit ad locum capiundū. ex quo a capiendo capreolus dictus. Omne pabulum primū ocymū, farraginem, viciam, nouissime fœnum secari. Ocymum dictū a græco verbo ὀκύς, qđ valet cito. Similiter quoqꝫ ocymū in horto. Hoc amplius dictum ocymū, ꝙ citat aluū bobus, & ideo iis datur, vt purgentur: id genus pabuli sunt segetes virides sectę anteq̃ gerant siliquas. Contra, ex segete, vbi sata admista ordeum & vicia, & legumina, pabuli causa sunt. Inde ꝙ far ferro cæsum, farrago dictum, aut ꝙ primū in faracia segete seri cœptum. Ea equi & iumenta cętera verno tempore purgantur, ac saginantur. Vicia dicta a vinciendo, ꝙ item capreolos habet, vt vitis, quibus sursum vorsum serpit, ad scapum lupini, aliūue calamū ad quē vt hęreat, eum solet vincire. Si prata irrigua habebis, simulac fœnum sustuleris, irrigare. Item poma quæ insita erunt siccitatibus, aquam addi quotidie vesperi: a quo ꝙ indigent potu, poma dicta esse possunt. Occare. Pāpinare. Coles. Vitiarium. Emucidū sarmētum. Flagellum. Flabellum. Vitis. Parilema. Palma. Caprea. Capreolus. Ocymū vñ. Far. Farrago vñ. Vicia. Prata irri. Poma vñ.

Quid inter solstitium & caniculam. Cap. XXXII.

QVARTO interuallo inter solstitium, & caniculam pleriqꝫ messem faciunt, ꝙ frumētum dicunt quindecim diebus esse in vaginis, quindecim florere, quindecim exarescere, cum sit maturum. Arationes absoluere, quę eo fructuosiores fiunt, quo calidiore terra aratur. Cū proscideris, offringi oportet, id est iterare, vt fragantur glebę. Prima enim aratione grandes glebę ex terra scinduntur. Serendum viciam, lentem, ciceculam, eruiliam, cæteraqꝫ, quæ alii legumina, alii (vt gallicani quidam) legaria appellant: vtraqꝫ dicta a legendo, ꝙ ea non secantur, sed vellēdo leguntur. Vineas veteres iterum occare, nouellas etiam tertio si sint etiam tum glebæ. Legumina. Legaria.

¶ Quid inter caniculam & ęquinoctium autumni. Cap. XXXIII.

QVINTO interuallo inter caniculam, & æquinoctium autumnale oportet stramenta desecari, & aceruos cōstrui, aratro offringi, frondem cędi, prata irrigua iterum secari.

¶ Ab æquinoctio autumnali vsqꝫ ad brumam quid fieri oporteat. Caput. XXXIIII.

SEXTO interuallo ab æquinoctio autumnali incipere scribunt oportere serere, vsqꝫ ad diē. xci. Post brumam, nisi quę necessaria causa coegerit, non serere: ꝙ tātū interfit, vt ante brumā sata, septimo die: quę a bruma sata, xl. die vix exeant. Neqꝫ ante ęquinoctium incipi oportere putāt: ꝙ si minus idoneæ tempestates sint consecutæ, putrescere semina soleant. Fabā optime seri in vergiliarum occasu. Vuas autem legere, & vindemiam facere inter æquinoctium autumnale, & vergiliarum occasum. Deinde vites putare incipere, & propagare, & serere poma. Hęc aliquot regionibus, vbi maturius frigora fiunt asperiora, melius verno tempore. Serere qñ incipitur. Fabā quando seri. Vuas legere.

Inter virgiliarum occasum & brumam quid fieri oporteat. Caput.XXXV.

Lilíũ & crocum. Rosa. Violaria. Tepestates Serpyllum.

SEPTIMO interuallo inter vergiliarum occasum,& brumam, hæc fieri oportere dicũt.Serere líliũ; & crocũ, quod iam egit radicem.Rosa etiam conciditur radicitus in virgulas palmares,& obruitur, hęc eadem postea transfertur facta viuiradix. Violaria in fundo facere non est vtile, ideo ꝙ necesse est e terra ad ea obruenda puluinos fieri,quos irrigationes,& pluuię,& tepestates abluũt,& agrũ faciunt minorẽ. Ab fauonio vsq; ad arcturi exortum recte serpyllum e seminario transferri,qđ dictũ ab eo,quod serpit.Fossas nouas fodere,veteres tergere,vineas, arbustũq; putare,dum in.xv.diebus ante & post brumam,vt pleraq; ne facias: necnon tum aliquid recte seritur,vt vlmi.

Inter brumam & fauonium quid.f.oporteat. Cap.XXXVI.

Vineas arbu.putare.

OCTAVO interuallo inter brumã & fauoniũ hoc fieri oportet, De segetib⁹,si qua est aqua deduci:sin siccitates sunt,& terra teneritudinẽ habet,sarrire, vineas, arbustaq; putare. Cũ in agris opus fieri non potest,quę sub tecto possunt,tunc conficienda antelucano tẽpore hyberno.Quę dixi,scripta & posita habere in villa oportet,maxime vt villicus norit.

De lunaribus diebus. Cap.XXXVII.

Intermẽst. Extrema & pria luna. Decres. luna caluefiat tondẽs.

DIES lunares quoq; obseruandi,q quodãmodo bipartiti. Qđ a noua Luna crescit ad plenã, & inde rursus ad nouã lunam decrescit,quoad veniat ad intermestruũ, e quo die dicitur luna esse extrema & prima:a quo Athenis eam diem appellant ἔνην,ϗ νέαν τριακάδ.Quædã facienda in agris potius crescente luna,q̃ senescente:quędam contra,vt quę metas,frumenta, & cæduam syluã.Ego ista etiam inquit Agrasius,non solum in ouibus tondendis,sed in meo capillo a patre acceptum seruo,ne decrescente luna tondens caluefiam. Agrius,Quemadmodũ inquit luna quadripertita?& quid ea diuisio ad agros pollet?Tremellius,Nunq̃ rure audisti inquit octauo ianam lunam & crescentẽ,& contra senescentẽ,& quę crescente luna fieri oporteat,& tamen quędam melius fieri post octauo ianã lunã,q̃ ante?Et si quę senescente luna fieri cõueniret,meli⁹,quãto si minus haberet ignis id astrum?Dixi de quadripertita forma culturæ agri. Stolo, Est altera inquit temporũ diuisio coniuncta quodãmodo cũ sole,& luna,quæ in sex partita est,ꝙ omnis fere fructus quinto deniq; gradu peruenit ad perfectum,ac videt in villa dolium,ac modium:vnde sexto prodit ad vsum.Primo pręparandũ,secundo serendum,tertio nutricandum,quarto legẽdum,quinto condendũ,sexto promendũ.At in pręparando,scrobes faciendi,aut repastinandum, aut sulcandum,vt si arbustũ,aut pomariũ facere velis.Ad alia arandũ, aut fodiendum,vt si segetes instituas.Ad quædam bipalio vertenda terra,plus,aut minus:alię enim radices angustius diffunduntur,vt cupressi:alię latius,vt platani:vsq; eo(vt Theophrastus scribit)Athenis in Lyceo, cũ etiamnũ platanus nouella esset, radices trium & triginta cubitorum egisse.Quędam si bubus & aratro prosciderís,& iterandũ anteq̃ semen iactes. Item pręparatio si qua fit in pratis,ea est,vt defendantur a pastione,qđ fere obseruant a pyro florẽte:si irrigua sunt,vt tẽpestiue irrigentur.

Platanus.

De stercore & sterquilinio. Cap.XXXVIII.

Sterc⁹ opt. Colũb.ster.

QVÆ loca in agro stercoranda videndũ,& qui,& quo potissimũ,genere facias. nam discrimina eius aliquot.Stercus optimum scribit Cassius esse,volucrum, præter palustrium, ac nantium.De hisce pręstare columbinum,ꝙ sit calidissimũ, ac fermentare possit terram.Id vt semen aspergi in agro oportere:non vt de pecore aceruatim poni. Ego arbitror præstare ex auiariis turdorum,ac merularũ,qđ nõ solũ ad agrũ vtile,sed etiam ad cibum,ita bubus, & suibus, vt fiant pingues.Itaq; qui auiaria conducunt,si caueat dominus,stercus vt in fundo maneat, minoris conducunt,q̃ ii quibus id accedit.Cassius secundũ post Columbinum scribit esse hominis. Tertio caprinum,& ouillum,& asininum.Minime bonum equinum, sed in segetes:in prata enim vel optimum,vt cæterarum veterinarum,quæ ordeo pascuntur, ꝙ multam facit herbam.Sterquilinium secundum villam facere oportet,vt q̃ paucissimis operis egeratur. In eo si in medio robustea aliqua materia sit depacta,negant serpentem nasci.

Veterínæ. Stergl.vbi.

Quatuor esse genera seminum,& quæ quo tempore & loco debeant seri. Cap.XXXIX.

SATIONIS aũt gradus secundus hanc habet naturam,ad qđ tempus cuiusq; seminis apta sit ad serendũ.Nam refert in agro ad quã partẽ cæli qsq; locus spectet, sic ad qđ tẽpus quæq; res facillime crescat.Nõne videmus alia florere verno tẽpore,alia æstiuo,neq; eadem autumnali,quæ

hyberno? Itaq; alia feruntur,atq; inferuntur,& metuntur ante,aut poft q̃ alia:vt cõplura q̃ vere melius,q̃ autumno inferuntur.Circiter folftitium inferi ficus folet, necnon brumalibus diebus cerafus.Quare cum femina fere quatuor fint generum,quæ non tranfferuntur e terra in terrã: fed per fe fiunt a natura,alia ex induftria,vt faciunt viuiradices,quę ex arboribus dempta demittuntur in humum,quæ inferuntur ex arboribus in arbores. De fingulis rebus videndum, quo quęq; tempore,locoq; facias.

Ficus. Cerafus. Viuiradices.

Quot fint femina,& queadmodũ propagari debeant & feri,& quo loco temporeq;.

Caput.XL.

PRIMVM femen,qđ eft principium oriendi,id duplex:vnũ,qđ latet noftrum fenfum:alterũ qđ apertũ.Latet,fi funt femina in aere,vt ait phyficus Anaxagoras:& fi in aqua, quę fluit, & in agrum inferre folet,vt fcribit Theophraftus.Illud,qđ apparet ad agricolas,id videndũ diligenter:quędam enim ad oriendũ funt vfqueadeo parua,vt fint obfcura, vt cupreffi: non enim galbuli,qui nafcũtur,tãq̃ pilæ paruę corticię id femen,fed in his intus primigenia femina dedit natura.Reliqua inuenit experientia coloni.Num prima,fine colono,prius q̃ fata,nata?Secunda, quæ ex his collecta,neq; prius q̃ fata,nata.Prima femina videre oportet,ne vetuftate fint exucta, aut ne fint admifta,aut ne propter fimilitudinẽ fint adulterina.Semen vetus tantũ valet in quibufdam rebus,vt naturã cõmutet:nam ex femine braſſicę vetere fato nafci aiunt rapa,& contra ex raporum braſſicam.Secũda femina videre oportet,ne vnde tollas nimiũ cito,aut tarde tollas: tempus enim idoneũ,qđ fcribit Theophraftus,vere,& autumno,& caniculæ exortu:neq; omnib⁹ locis,ac generibus idem.In ficco,& macro loco,& argillofo:quo minus habet humoris,vernum tempus idoneum in terra bona,ac pingui,autumno,qđ vere multus humor,quã fationem quidã metiuntur fere diebus triginta.Tertiũ genus feminis, ꝙ ex arbore per furculos defertur in terrã, fic in humũ demittitur,vt in quibufdam tamen fit videndũ,vt eo tẽpore fit deplantatum, quo oportet.Id enim fit ante q̃ gemmare,aut florere quid incipit,& quę de arbore trãfferas.vt ea deplantes potius q̃ defringas, ꝙ plantę folũ ftabilius,quo latius,vt radices facilius mittat: ea celeriter anteq̃ fuccus exarefcat,in terrã demittũt.Demũ in oleagineis feminibus arbores videndum vt fit de tenero ramo ex vtraq; parte æquabiliter præcifum,quas alij clauolas,alij taleas appellãt, ac faciunt circiter pedales. Quartũ genus feminis,qđ tranfit ex arbore in aliam. Vidẽdũ qua ex arbore in quã tranfferatur,& quo tẽpore,& quemadmodũ obligetur: non enim pyrum recipit quercus,neq; eñ fi malus pyrum.Hæc fequũtur multi,qui arufpices audiunt multũ, a q̃bus ꝓditum in fingulis arboribus quot genera infita fint:vno ictu tot fulmina fieri in illud quod fulmen concepit,fi in pyrum fyluaticam infeueris pyrum quãuis bonã,non fore pyrum tã iucũdũ, q̃ fi in eam,quæ fylueftris non fit.In quãcũq; arborem inferas,fi eiufdẽ generis eft dũtaxat,vt fit vtraq; malus,ita inferere oportet,referentẽ ad fructum,meliori genere,vt fit furculus, q̃ eft, quo veniat arbor.Eft altera fpecies ex arbore in arborẽ inferẽdi nuper animaduerfa in arboribus ꝓpinquis.Ex arbore eñ,a qua quis vult habere furculũ,in eã,qua inferere vult,ramulũ traducit,& in eius ramo præcifo,ac diffiffo implicat:tum ramuli locus,qui contingit ex vtraq; pte,qua fiffurã intrat falce extenuat,ita vt ex vna pte,qua cœlum vifurus eft,corticem cum cortice exæquatũ habeat. Eius autem ramuli,quem inferet, cacumen vt directum fit ad cœlum,curat.Poftero anno cum comprehẽdit,vnde propagatum eft,ab altera arbore præcidit.

Galbuli. pilę cupreffi. Primig. femi. Ex braffi femi. vetere rapa nafci & cõtra. Clauolæ Taleæ.

De temporibus traſferendorum furculorum. Caput.XLI.

QVO tempore quęq; tranfferas,hæc in primis videndũ: ꝙ quæ prius verno tempore inferebantur,nũc etiã folftitiali: vt ficus,ꝙ denfa materia non eft,& ideo fequitur caldorem. A quo fit,vt in locis frigidis ficeta fieri non poffint. Aqua recenti infito inimica: tenellum eñ cito facit putre.Itaq; qđ inferitur caniculæ figno,cõmodiffime exiftimatur inferi: quæ autẽ natura minus funt mollia,vas aliquod fupra alligant,vnde ftillet lente in ijs aqua,ne prius exarefcat furculus,q̃ coalefcat: cuius furculi corticem integrũ feruandũ,& eum fic exacuendum, vt non denudes medullam,ne extrinfecus imbres noceant,aut nimius calor,argilla obliniẽdum,ac libro obligandũ: itaq; vitem triduo ante q̃ inferant,defecant,vt qui in ea nimius eft humor defluat anteq̃ inferatur: at in qua inferunt,in ea paulo infra,q̃ infitũ eft,incidunt: vnde humor aduẽtitius effluere poffit:contra in fico,& malo punica,& fi qua etiã horũ natura aridiora cõtinuo. In aliis tranflationibus videndũ,vt qđ tranffertur,in cacumen habeat gemmã,vt in ficis.De his primis quatuor generibus feminũ,quędã ꝙ tardiora,furculis potius vtendũ,q̃ femine, vt in ficetis faciunt.Fici enim femen naturale intus in ea fico,quã edimus, quę funt minuta grana, e quibus

Ficus. Ficeta. Fic. femen naturale.

Oia parua & minuta tada ad crescēdũ, ꝓtra laxiora.

paruis, ꝙ enasci coliculi vix queunt. Omnia enim minuta,& arida,ad crescendũ tarda: & quæ laxiora,ea & fœcũdiora,vt fœmina q̃ mas,ex ꝓportione in virgultis item.Itaq; ficus,malus punica,& vitis ꝓpter fœmineã mollitiem ad crescẽdũ prona.Contra palma,& cupressus, & olea in crescẽdo tarda. in hoc enim humidiora,q̃ aridiora,quare ex terra potius in seminarijs surculos de ficeto,q̃ grana de fico expedit obruere:præter si aliter nequeas,vt siquando quis trans mare semina mittere,aut inde petere vult:tum enim resticulas per ficus,quas edimus ,maturas perserunt,& eas cum inaruerint,complicãt,ac quo volũt mittunt: vbi obrutę in seminario pariant.

Ficorũ genera.

Sic genera ficorum,Chiæ,ac Calcidicæ,& Lydiæ,& Africanæ. Item cętera transmarina in Italiã perlata.Simili de causa oleæ semen cũ sit nucleus, ꝙ ex eo tardius enascebatur colis, q̃ ex taleis, ideo potius in seminarijs taleas,quas dixi,serimus.

De medica. Caput.XLII.

DE medica in primis obserues,vt ne in terrã nimiũ aridã,aut variã, sed tẽperatã semen demittas:in iugerũ vnũ,si est natura tẽperata terra, scribũt opus esse medicę sesquimodiũ: id seritur ita,vt semen iactetur,quemadmodũ scilicet cũ pabulum,& frumentum seritur.

De Cytiso. Caput.XLIII.

CYTISVM Seritur in terra bene subacta tãq̃ semen brassicæ,inde differtur, & in sesquipedẽ ponitur:aut etiam de cytiso duriore virgulæ deplantantur,& ita pangitur in serendo.

Quot modij seruntur fabæ,tritici,ordei,farris. Caput.XLIIII.

SERVNTVR Fabæ modij quatuor in iugero,tritici.v.ordei.vi. farris.x.Sed nonnullis locis paulo amplius,aut minus: si enim locus crassus,plus:si macer,minus.quare obseruabis,quãtũ in ea regione consuetudo est serendi:vt tantum facias,quantum valet regio, ac genus terræ: vt ex eodem semine alibi,cum decimo redeat,alibi cum quintodecimo, vt in Hetruria, & locis

Cũ centesimo redire. Restibilis. Veruactũ.

aliquot in Italia. In Sybaritano dicũt etiam cum cẽtesimo redire solitũ in Syria ad Garada:& in Africa ab Byrachium item ex modio nasci centum.Illud quoq; multum interest in rudi terra,an in ea seras,quæ quotannis obsita sit,quæ vocatur restibilis:an in veruacto,quę interdũ requierit.

Cui Agrius.In Olynthia quotannis restibilia esse dicunt: sed ita vt tertio quoq; anno vberiores ferant fructus. Licinius. Agrũ alternis annis relinqui oportet,aut paulo leuioribus sationibus serere,id est quę minus sugunt terram. Dicetur inqt Agrius,de tertio gradu,de nutricationibus,atq; alimoniis eoꝝ. Licinius.Quæ nata sunt inquit,in fundo alescunt,adulta cõcipiũt, prægnantia cum sunt,matura pariunt poma,aut spicam:sic alia simile ei,a quo profectũ est, reddunt semen.Itaq; si florem,acerbumve pyrum,aliudue quid decerpseris,in eodem loco,eodẽ an-

Vt mul.certos habent ad partum dies,sic arbor,seq.

no,nihil renascitur, ꝙ prægnationis diem idem bis habere non potest:vt enim mulieres habent ad partum dies certos,sic arbores,ac fruges.

Sata quoto quęq; die prodeant e terra. Caput.XLV.

PRIMVM Plerũq; e terra exit ordeum diebus septem,nec multo post triticum, Legumina fere quatriduo,aut quinq; diebus,pręter q̃ faba: ea enim serius aliquanto prodit seges.Ostẽdit idem milium,& sesama,& cętera similiter ęquis fere diebus,præterq̃ siquid regio,aut tempestas vitij attulit,quo minus ita fiat.Quę in seminario nata,si loca erunt frigida,quę molli natura sunt,per brumalia tempora tegere oportet fronde,aut stramentis:si erunt imbres secuti,videndum necubi aqua cõsistat:venenũ enim gelu radicibus tenellis sub terra,& supra,virgultis,quæ nec eodem tempore æque crescunt: nam radices autumno,aut hyeme magis sub terra, q̃ supra alescunt, ꝙ tectæ,terræ tepore propagantur,supra terram aere frigidiore ringuntur:idq; ita esse docent syluestria,ad quę sator nõ accessit. nam prius radices,q̃ ea quę ex iis solent nasci,crescũt: neq; radices longius procedũt,nisi quo tempore venit sol. his duplex causa, ꝙ & radicum materiam aliam,q̃ aliam longius proiicit natura:& ꝙ alia terra,alia facilius viam dat.

Ex quibus foliis cognosci possint anni tempora. Cap.XLVI.

Versura fol.

PROPTER Eiusmodi res admiranda discrimina sunt naturalia : ꝙ ex quibusdam foliis ꝓpter eorum versuram,qđ sit anni tempus,dici possit,vt olea,& populus alba,& salix. Horũ enim folia,cum conuerterunt se,solstitium dicitur fuisse:nec minus admirandum,qđ fit in floribus,ꝙ vocant heliotropia, ab eo ꝙ solis ortum mane spectant,& eius iter ita sequuntur ad occasum,vt ad eum semper spectent.

Heliotropia.

Quemadmodum sata sint tuenda. Caput.XLVII.

IN Seminario quę surculis consita,& eorum molliora erunt natura cacumina, vt olea ac ficus,Ea summa integenda binis tabellis dextra ac sinistra deligatis,hęrbęq; elidendę, & dum

teneræ sunt vellendæ:nam aridæ factę rixantur,ac celerius rumpuntur,q̃ sequũtur. Contra hęrba in pratis ad spem fœnisiciæ nata,non modo non euellenda in nutricatu,sed etiam non calcãda.Quin & pecus a prato ablegandum,& omne iumentum ac etiam homines:solum enim hominis exitium hęrbæ,& semitæ fundamentum. Homo exitiũ hei.

Quæ in spica sint vocabula & causę eorum. Cap.XLVIII.

IN Segetibus autem frumentum,qđ culmus extulit.Spica ea,quæ mutica non est,in ordeo,& tritico tria habet continentia.Granum,glumam,aristam,& etiam primitus spica cum oritur vaginam.Granum dictum,qđ est intimũ solidũ.Gluma,qui est folliculus eius.Arista,quę vt acus tenuis longa eminet e gluma.Proinde vt grani theca sit gluma,& apex arista.Arista,& granum omnibus fere notũ.gluma paucis.Itaq; id apud Enniũ solum scriptum scio esse in Euhemeri libris versis,videtur vocabulum etymon habere a glumendo, ꝙ eo folliculo deglubitur granum. Itaq; eodem vocabulo appellant fici eius,quã edimus,folliculum.Arista dicta, ꝙ arescit prima, granũ a gerendo. id enim seritur,vti spica gerat frumentum,non vt glumam,aut aristam gerat: vt vitis seritur,non vt pampinũ ferat, sed vuam.Spica autẽ,quã rustici, vt acceperunt antiquitus,vocant specam,& a spe videtur nominata : eam enim ꝙ sperant fore serunt. Spica mutica dicitur,quæ non habet aristam.Aristæ enim quasi cornua sunt spicarũ,quæ primitus cũ oriũtur, neq; plane apparent: in qua sublatent hęrba,ea vocatur vagina,vti qua latet conditus gladius. Illud autẽ summa in spica iam matura, quod est minus q̃ granũ vocatur frit:qđ in infima spica ad culmum stramenti summũ, item minus q̃ granũ est,appellatur vrruncum. Frumẽtum Spica. Granum. Gluma. Arista. Spica. Spica mutica. Vagina. Frit. Vrruncum

De fructibus maturis capiendis,& fœnisicio & sicilitione pratorum.Caput. XLIX.

VERVM cum de nutricatu conticuisset Licinius,nec interrogaretur,credens nihil desiderari: dic inquit Agrius de fructibus maturis capiendis. Et ille. Primũ de pratis summissis,cum hęrba crescere desijt,& æstibus arescit,subsecari falcibus debet:& quoad perarescat,furcillis versari:cum peraruit,de ea manipulos fieri ac vehi ad villam:tum de pratis stipulam rastellis eradi,atq; addere fœnisiciæ cumulum.Quo facto sicilienda prata,id est falcibus consectanda q̃ fœnisecæ præterierunt, ac quasi barba tuberosum reliquerũt campum. A qua sectione arbitror dictum sicilire pratum. Sũma prati Furcillis versari pratum. Sicilire prat

De messe,& causa huius vocabuli. Caput.L.

MESSIS Proprio nomine dicitur in iis,quę metuntur,maxime in frumento,& ab eo esse vocabulo declinata.Frumenti tria genera sunt messionis:vnũ,vt in Vmbria,vbi falce secundum terram succidunt stramentum,& manipulum,vt quemq; subsecuerint,ponunt in terra: vbi multos eos fecerunt,iterum eos percensent,ac de singulis secant inter spicas,& stramentũ :spicas coniiciunt in corbem,atq; in aream mittũt.Stramenta relinquũt in segete,vnde tollantur in acervum.Altero modo metunt,vt in Piceno,vbi ligneum habent incuruũ batillum,in quo sit extremo serrula ferrea.Hæc cum comprehendit fascem spicarum desecat,& strameta stantia in segete relinquit,vt postea subsecentur.Tertio modo metitur,vt sub vrbe Roma,& locis plerisq;,vt stramentum medium subsecent,qđ manu sinistra summũ prehendunt,a quo medio messem dictã puto.Infra manũ stramentũ,qđ terræ hęret,postea subsecatur.Contra, ꝙ cum spica stramentũ hæret, corbibus in areã defertur:vbi discedit in aperto loco palã, a quo nominata potest eẽ Palea. Alij stramentũ a stãdo,vt stramen dictum putant.Alij ab stratu,ꝙ id substernatur pecori. Cum est matura seges,metendum:cum in ea iugerum fere vna opera messum est, propemodum in facili agro satis esse dicitur,vt messas spicas in aream corbibus deferrę debeant. Messis. Batillus. Messis. Palea. Stramẽtũ & stramen.

Aream qualem esse oporteat. Caput.LI.

AREAM esse oportet in agro,sublimiori loco quã perflare possit ventus.Hanc esse modicã pro magnitudine segetis,potissimum rotundam,& mediã q̃ paulo extumidam (vt si plueri,non consistat aqua,sed vt q̃breuissimo itinere extra aream defluere possit. Omne porro breuissimũ in rotũdo e medio ad extremũ) solida terra pauitam,maxime si est argillosa,ne æstu rimosa,in rimis eius grana oblitescant,& recipiant aquam,& ostia aperiant muribus & formicis. Itaq; amurca perfundere solent. ea enim hęrbarum est inimica,& formicarum,& talparum venenum:Quidam aream vt habeant solidam,muniũt lapide,aut etiam faciunt pauimentum. Nonnulli etiam tegunt areas,vt in Bagiennis, ꝙ ibi sępe id temporis anni oriuntur nimbi. vbi ea tecta & loca calida prope aream faciunt ac vmbracula, quo succedant homines in æstu tempore meridiano. Area rotunda. Amurca hęrb. inimica & talpis ven. Vmbracula.

In semen quemadmodũ spicas secerni oporteat,& de tritura. Cap.LII.

QVÆ seges grandissima, atq; optima fuerit, seorsum in aream secerni oportet spicas, vt semen optimũ habeat. E spicis in aream excuti grana, qđ fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo: id fit e tabula lapidibus aut ferro exasperata, quę imposito auriga, aut põdere grãdi trahitur iumentis iũctis, vt discutiat e spica grana: aut fit ex assibus dentatis cũ orbiculis, qđ vocant plostellum pœnicum. In eo quis sedet, vt agitet, quę trahant iumenta, vt in Hispania citeriore, & alijs locis faciunt. Apud alios exteritur grege iumentorũ inacto, & ibi agitato perticis, qđ vngulis e spica exterũtur grana: his tritis, oportet e terra subiactari vallis, aut ventilabris, cũ vetus spirat lenis: ita fit, vt qđ leuissimũ est in eo, atq; appellatur acus, euãnetur foras extra aream, ac frumentum, qđ est ponderosum, purum veniat ad corbem.

Tribula. Plostellũ pœnicum. Subiactari val. & vẽtil. Acus.

De Stipula. Caput. LIII.

MESSIS Facta, spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam: aut si sunt spicę raræ, & operę caræ, compasci. Summa enim spectanda, ne in ea re sumptus fructum superet.

Specilegiũ.

De vindemia facienda. Caput. LIIII.

IN Vinetis vua cũ erit matura, vindemiam ita fieri oportet, vt videas a quo genere vuarum, & a quo loco vineti incipias legere: nam & pręcox, & miscella, quã vocãt nigram, multo ante coquitur, quo prior legenda: & quę pars arbusti, ac vineæ magis aprica, prius debet descendere de vite. In vindemiam diligentius vua non solum legitur ad bibendum, sed eligitur ad edendũ. Itaq; lectę ius defertur in forum vinarium, vnde in dolium inane veniat, electa in secretam corbulam, vnde in ollulas addatur, & in dolia plena vinaceorum contrudatur: alia quæ in piscinã in amphoram picatam descendat: alia, quæ in aram, vt in carnariũ ascendat. Quę calcatę vuę erũt, earum †scopi cum folliculis subijciendi sub prelum, vt si quid reliqui habeant musti, exprimatur in eũdem lacum. Cum desijt sub prelo fluere, quidã circũcidunt extrema, & rursus premunt: & rursus, cũ expressum, † circũcisitum appellãt, ac seorsum, qđ expressum est, seruant: qđ resipit ferrum, expressi acinorum folliculi in dolia conijciuntur, eoq; aqua additur, ea vocatur lora, q; lota acina, ac pro vino operarijs datur hyeme.

Miscella nigra. † Scapi. Lacus sub p † Circũcisitium. Lora,

De olea legenda. Caput. LV.

DE Oliueto, oleam, quã manu tãgere possis e terra, aut scalis, legere oportet potius, q̃ quatere, q; ea, quę vapulauit, inarescit, nec dat tantũ olei: quæ manu stricta, melior, ea, quæ digitis nudis legitur, q̃ illa, quę cum digitalibus. Durities enim eorum † non solum stringit baccã, sed etiã ramos glubit, ac relinquit ad gelicidium retectos, quę manu tangi non poterũt, ita quati debent, vt arundine potius q̃ pertica feriatur. Grauior enim plaga medicum quęrit qui quatiet, ne aduersam cędat: sæpe enim ita percussa olea secum defert de ramulo partẽ: quo facto, fructũ amittunt posteri anni, vt hæc non minima causa, q; oliueta dicantur alternis annis non ferre fructus, aut non æque magnos. Olea vt vua per idem biuiũ redit in villam, alia ad cibũ eligitur: alia vt eliquescat, ac non solum corpus intus vngat, sed etiã extrinsecus. Itaq; dominũ & ad balneas, & ad gymnasium sequitur. Hæc, de qua fit oleum, congeri solet aceruatim per dies singulos ĩ tabulata, vti ibi mediocriter fracescat, ac primus quisq; aceruus demittatur per ferias, ac vasa olearia ad trapeta, in quæ eam terent molæ oleariæ e duro & aspero lapide. Olea lecta si nimiũ diu fuerit in aceruis caldore fracescit, & oleum fœtidũ facit, itaq; si nequeas mature conficere, in aceruis iactando ventilare oportet. Ex olea fructus duplex. Oleum, qđ omnibus notum, & amurca, cuius vtilitatem, quia ignoratur a plerisq; despicitur, licet ante videre, q; si e torculis olearijs fluere in agros permittitur, non solum denigrat terram, sed etiam multitudine facit sterilem, cũ tamen is humor modicus, cum ad multas res, tum ad agriculturam pertineat vehementer, q; circũ arborum radices infundi solet, maxime ad oleam, & vbicũq; in agro hęrba nocet.

Digitalia. † Noxia, qa non &c. Grauior plaga medicũ q̃rit. Amurca.

De fœno secando. Caput. LVI.

AGRIVS, iãdudũ inquit in villa sedẽs expecto cũ claui te Stolo, dũ fructus in villã referas. Ille, en adsum, venio, inq̃t, ad limẽ, fores aperi, primũ fœnificiæ cõdũtur melius sub tecto, q̃ in aceruis: q; ita fit iucundius pabulũ, ex eo intelligitur, q; pecus vtroq; posito libentius est.

Fœnificię.

De Tritico condendo. Caput. LVII.

AT Triticum condi oportet in granaria sublimia, quæ perflentur vento ab exortu, ac septẽtrionũ regione, ad quę nulla aura humida e propinquis locis aspiret, parietes & solũ opere tectorio marmorato loricandi, si minus ex argilla misto acere e frumento, & amurca, q; murem, & vermẽ nõ patitur esse, & grana facit solidiora, & firmiora: quidã ipsum triticũ cõspergũt, cum addant circiter in, M, modiũ quadrãtal amurcę. Item alius aliud † afriat, aut aspergit, vt chalci

Granarius qual. esse. † affriat

dicã, aut caricã cretã, aut absynthiũ, absynthijue decoctũ. Item huius generis alia quidã granaria habẽt sub terris, vti speluncas, quas vocant Syros: vt in Cappadocia, ac Thracia. alij, vt in Hispania citeriore, puteos, vt in agro Carthaginensi, & Oscensi. Horũ solũ paleis substernũt, & curant, ne humor, aut aer tãgere possit, nisi cũ promitur ad vsum: quo eñ spiritus nõ peruenit, ibi nõ oritur curculio. Sic conditũ triticũ manet vel annos quinquaginta: milium vero plus annos centum. Granaria in agro quidam sublimia faciunt, vt in Hispania citeriore, & in Appulia: ita vt non solum a lateribus per fenestras, sed etiam subtus a solo ventus regitare possit.

Syri. Curculio vbi nõ nascatur. Triticũ ad .l. maiore annos. Regitare.

De Faba & leguminibus & vuis condendis. Cap. LVIII.

FABA, & legumina in olearijs vasis oblita cinere perdiu incolumia seruantur. Cato ait, vuã aminẹã minusculã & maiorẽ, & apiciã in ollis cõmodissime cõdi, eadẽ in sapa, & musto recte: quas suspendas opportunissimas esse duracinas, & amineas, & scantianas.

De pomis condendis. Caput. LIX.

CONDITIVA mala struthea, cotonea, scantiana, quiriniana, orbiculata, & quæ antea mustea vocabãtur: nũc melimela appellant. Hęc oĩa in loco arido, & frigido supra paleas posita seruari recte putant. Et ideo oporothecas qui faciũt ad aquilonẽ, vt fenestras habeãt, atq; vt aere perflentur curãt: neq; tamẽ sine foriculis, ne cũ humorẽ amiserint, pertinaci vẽto vieta fiãt. Ideoq; in iis, qui cameras marmorato, & parietes, pauimẽtaq; inducũt, laudabiliter faciẽt, quo frigidior locus sit: in quo quidã etiã tricliniũ sternere solent cœnãdi causa. Etenĩ si ij, qbus luxuria cõcesserit, id in pinacothece faciũt, qđ spectaculũ datur ab arte: cur nõ qđ natura datũ imitãtur in venustate disposita pomorũ? pręsertim quidẽ cũ id nõ sit faciendũ, qđ quidam fecerũt: vt Romæ coempta poma rus intulerint in oporothecen instruendã cõuiuij causa. In oporothece mala manere putãt satis cõmode: alij in tubulis, vt in opere marmorato: alij substrata palea, vel etiã floccis. Mala punica demissis suis surculis in dolio arenę. Mala cotonea, struthea in pensilibus iunctas. Contra in sapa condita manere pyra anitiana, & semẽtina. Sorba quidã disecta, & in sole macerata, vt pyra: & sorba p se vbicũq; sint posita, in arido facile durare. Seruare rapa confecta in sinape, nuces iuglandes in arena, punica, mala & in arena iam decerpta, ac matura, vt dixi, & etiã immatura cum hęrent in sua virga, si demiseris in ollam sine fundo, eãq; si conieceris in terram, & obteres circum ramũ, si extrinsecus spiritus afflet, ea non modo integra eximi, sed etiã maiora, q̃ in arbore vnq̃ pependerint.

Mustea & Melimela. Oporothecę. Foriculę. Pinacothece. Mala pun. Cotonea. Sorba. Rapa.

De olea condenda. Caput. LX.

OLEAS Esui optime condi scribit Cato, orchites, & pauseas aridas, vel virides in muria, vel in lentisco cõtusas. Orchites nigras sale si sunt cõfricatę dies quinq;, & tũ sale excusso, biduũ si in sole positę fuerint manere idoneas solere, easdem sine sale in defrutum condire.

Orchitis.

De Amurca condenda. Caput. LXI.

RECTE Amurcam periti agricolæ tam in ollis condunt, q̃ oleum, aut vinum. Eius conditio, cum expressa olea, qđ statim effluxerit de ea, decoquũtur duæ partes, ac refrigeratũ conditur in vasa. Sunt item aliæ conditiones: vt ea, in qua adijciunt mustum.

De promendis frugibus tuendi causa. Caput. LXII.

QVOD Nemo condit fructus, nisi vt promat: de eo quoq; vel sexto gradu animaduertẽda pauca. Promunt condita aut propterea q; sint tuenda, aut q; vtenda, aut vẽdenda. Ea quę dissimilia sunt inter se, aliud alio tempore tuendum & vtendum.

Quemadmodum frumentũ sit promendum. Caput. LXIII.

TVENDI causa promẽdũ id frumẽtũ, qđ curculiones exesse incipiũt: id eñ cũ prõptũ est, in sole ponere oportet aquę catinos, q; eo cõueniũt vt ipsi se necẽt curculiones. Sub terra qui habẽt frumẽtũ in iis quos vocãt syros, quo cũ piculo introitur recẽti aptione, ita vt qbusdã sit interclusa anima, aliquãto post pmere, q̃ aperuerint oportet. Far, qđ in spicis cõdideris p messem, & ad vsus cibatus expedire velis, promẽdũ hyeme: vt in pistrino pinsetur, ac torreatur.

Promptũ. Pinsetur.

De Amurca tuenda ac promenda. Caput. LXIIII.

AMVRCA cum ex olea est expressa, qui est humor aquatilis, ac retrimentũ conditũ in vas fictile: id quidã sic solent tueri, diebus. xv. ex eo qđ est leuissimũ, ac summũ depletur, vt traijciant in alia vasa, & hoc iisdem interuallis duodecies. In sex mensibus proximis id faciant. Cum id nouissime faciunt potissimũ traiiciant, cum senescit luna, tunc decoquunt in ahenis leui igni duas partes quoad regerunt, tum deniq; ad vsum recte promitur.

Retrimẽtũ

De Vino promendo. Caput. LXV.

QVOD Mustum conditur in dolium, vt habeamus vinū, non promendū, dum feruet, neq̧ etiā cū processit, nisi prius sit vinū factū. Si vetus bibere velis, qđ non fit anteq̃ accesserit annus, tū, cū fuerit anniculū, promito. Si vero est ex eo genere vuę, quę dū maturescit, coacescat, ante vindemiā consumi, aut vęnire oportet. Genera sunt vini, in quo falerna, quę quāto plures annos condita habuerunt, tanto, cum prompta sunt, fructuosiora.

Falerna vina.

De olea promenda. Caput. LXVI.

OLEAS albas, quas cōdire vis nouas, sic celeriter cōdito, vt ꝓmas, nisi condieris, ꝑpter amaritudinē illas respuit palatū. Itē nigras, nisi pri⁹ eas sale maceraris, nō libēter ī os recipienť.

De nuce & palmula. Caput. LXVII.

NVCEM iuglandem, & palmulam, & ficū sabinam quanto citius promas, iucūdiore vtare, ꝙ vetustate ficus fit pallidior, palmula cariosior, nux aridior.

De vuis & malis & sorbis pensilibus promendis. Cap. LXVIII.

Pensilia.

PENSILIa, vt vuę, mala, & sorba, ipsa ostendūt, qñ ad vsum oporteat promi: ꝙ colore mutato, & cōtractu acinorū, si nō demiseris ad edendum, ad abiiciendū descēsura se minitantur. Sorbū maturū mite conditū citius promi oportet. Acerbū enim suspēsum lentius mitescit. Qđ prius domi maturitatē assequi vult, q̃ nequit in arbore, vt inde promatur ad escam.

Sorbum.

De farre promendo aut ad cibarium, aut ad sationē, aut ad vendendū. Cap. LXIX.

MESSVM Far promendū hyeme in pistrino ad torrendū, qđ ad cibariū expeditū esse velis. Qđ ad sationem, tum promendū cū segetes maturæ sunt ad accipiendū. Item quę pertinent ad sationem suo quoq̧ tempore promenda. Quæ vendenda, videndū, quæ quoq̧ tempore oporteat promi. Alia enim, quæ manere non possunt, ante q̃ se cōmutent, vt celeriter promas, ac vendas: alia quę seruari possunt, vt tum vendas, cū caritas est. sępe enim diutius seruata nō modo vsurā adiiciūt, sed etiā fructū duplicant, si tempore promas. Cū hęc diceret Stolo, venit libertus æditimi ad nos flens, & rogat, vt ignoscamus, ꝙ sumus retenti, & vt ei in funus postridie prodeamus. Omnes cōsurgimus, ac simul exclamamus, quid in funus? qđ funus? quid est factum? Ille flens narrat, ab nescio quo percussum cultello concidisse, quē qui esset animaduertere in turba nō potuisse, sed tātūmodo exaudisse vocē, perperā fecisse. Ipse, cū patronū domū sustulisset, & pueros dimisisset, vt medicū requirerent, ac mature adducerent: ꝙ potius illud administrasset, q̃ ad nos venisset, æquū esse sibi ignosci. Nec si eū seruare nō potuisset, quin nō multo post animā efflaret, tamē putare se fecisse recte. Id nos moleste ferētes descendimus de æde, & de casu humano magis querentes, q̃ admirantes id Romæ factū, discedimus omnes.

Vēdēdū dū caritas est.

M. TERENTII VARRONIS

LIBER SECVNDVS AD NIGRVM TVRANNIVM.

VIRI Magni nostri maiores non sine causa pręponebāt rusticos Romanos vrbanis. vt ruri enim, q in villa viuūt ignauiores, q̃ q in agro versantur in aliquo opere faciūdo: sic qui in oppido sederent, q̃ qui rura colerent, desidiosiores putabāt. Itaq̧ annū ita diuiserūt, vt nonis modo diebus vrbanas res vsurparēt, reliquis. vii. vt rura colerēt. Qđ dū seruauerūt institutū, vtrūq̧ cōsecuti sunt, vt & cultura agros fœcūdissimos haberēt, & ipsi valetudine firmiores essent, ac ne Græcorū vrbana desiderarēt gymnasia, quę nūc vix satis singula sunt, nec putant se habere villā, nisi multis vocabulis retineant Gręcis: quin vocent particulatim loca προκοιτῶνα παλαίστραν ἀποδυτήριον περίστυλον ὀρνιθῶνα, περιστερεῶνα, ὀπωροθήκην. Igitur qđ nūc intra murū fere patres familiæ correpserūt relictis falce & aratro, & manus mouere maluerūt in theatro, ac circo, q̃ in segetibus, ac vinetis, frumentū locamus, qui nobis aduehat, qui saturi fiamus, ex Africa, & Sardinia, & nauibus vindemiā cōdim⁹ ex insula Coa, & Chia. Itaq̧ in qua terra culturā agri docuerūt pastores progeniē suā, qui condiderūt vrbē: ibi contra progenies eorū, propter auritiā contra leges, ex segetibus fecit prata, ignorantes nō idē esse agriculturā, & pastionē, alius enim opilio & alius arator: nec si possit in agro pasci armentarius, nō aliud ac bubulcus. Armentū enim id qđ in agro natū nō creat, sed rollit dētibus. Cōtra, bos domitus causa fit, vt cōmodius nascatur frumētū in segete, & pabulū ī nouali. Alia inquam ratio, ac scientia coloni, alia pastoris. Coloni, vt ea, quę in agricultura nascantur, e

Rusticos vrban. præponi. Nonis modo diebus res vrba. vsurp.

Alia coloni, alia pastoris rō & scientia.

terra fructũ faciant. Contra pastoris, vt ea, quæ nata ex pecore. Quare, quoniã inter se societas ma gna. propterea, q pabulum, in fundo cõpascere, q̃ vẽdere plerũq; magis expedit domino fundi, Cõpascere.
& stercoratio ad fructus terrestres aptissima est, maxime si ad id pecus sit appositũ, qui habet p̃ dium, habere vtrãq; debet disciplinam & agriculturę, & pecoris pascendi, & etiam villaticæ pa= stionis. ex ea enim quoq; fructus tolli possunt non mediocres, ex ornithonibus, ac leporarijs, & pi scinis. E queis quoniam de agricultura librum Fundaniæ vxori propter eius fundum feci, tibi Niger Turanni noster, qui vehementer delectaris pecore, propterea q te empturientem in cam= Empturire.
pos macros ad mercatum adducunt crebro pedes, quo facilius sumptibus multa poscentibus ministres, qđ eo facilius faciam, q & ipse pecuarias habui grãdes, in Appulia ouiarias, & Reati= Pecuariæ. Ouiariæ.
no equarias. Qua de re pecuaria breuiter, ac summatim percurram, ex sermonibus nostris colla= tis cum iis, qui pecuarias habuerũt in Epeiro magnas, tum cum pyratico bello inter Delum, & Siciliam Græciæ classibus præessem, incipiã hinc.

De origine ac dignitate rei pecuariæ, Caput.I.

CVM Mennas discessisset, Cossinius mihi, Nos te nõ dimittemus inquit, ante q̃ tria illa ex= plicaris, quę cœperas nuper dicere, cũ fuimus ĩterpellati. Quę tria inqt Murius? An ea quę mihi heri dixisti de pastoria re? Ista inqt ille, quę cœperas hic differere, quę esset origo, quę digni tas, quę ars, cum Petam fessum visere venissemus, ni medici aduentus nos interrupisset. Ego ve= ro inquã dicam dũtaxat qđ est ἱστορικὸν, de duabus rebus primis, quę accepi, de origene, ac digni tate. De tertia parte, vbi est de arte, Scrofa suscipiet. ὥσπερ ὡς πολλῶν ἀμείνων, Vt semigręcis pastorib⁹ dicã græce. Nã is magister est Lucilli Hipri generi tui, cujus nobiles pe= cuarię in Brutiis habẽtur. Sed hęc a nobis ita accipietis inquit Scrofa, vt vos, qui estis epirotici ethicæ remine minice. Hæc, quę scitis, proferatis in mediũ. Nemo enim omnia potest scire. Cũ Nemo oĩa scire põt.
accepissem conditionẽ, vt meæ partes essent primæ, non quo nõ ego pecuarias in Italia habeam, sed non oẽs, qui habẽt citharã, sunt citharœdi. Igitur inquã & homines, & pecudes cum semper Non oẽs q habẽt citharã esse citharœdos.
fuisse sit necesse, natura (siue enim aliquod fuit principiũ generãdi animaliũ, vt putauit Thales Milesi⁹, & Zeno Cythieus, siue cõtra. principiũ horũ extitit nullũ, vt credidit Pythagoras Sami= us, & Aristoteles Stagirites) necesse est humanę vitę a summa memoria gradatim descẽdisse ad hanc ætatẽ, vt scribit Dicæarchus, & summũ gradũ fuisse naturalem, cũ viuerent homines ex iis quę inuiolata vltro ferret terra, & ex hac vita in secũdam descendisse pastoritiã e feris, atq; agre= stibus, vt ex arboribus ac virgultis decerpẽdo glãdẽ, arbutũ, mora, pomaq; colligerẽt ad vsum: sic ex animalibus, cũ propter eãdẽ vtilitatẽ quę possent syluestria deprehenderẽt, ac cõcluderent, & mansuescerẽt. In queis primũ nõ sine causa putãt oues assumptas, & propter vtilitatẽ, & propter placiditatem, maxime enim hę natura quietę, & aptissimę ad vitã hominũ. Ad cibum enim lac, & Ouiũ placiditas.
caseum adhibitũ: ad corpus vestitũ, & pelles attulerunt. Tertio deniq; gradu a vita pastorali ad agriculturã descenderũt. In qua ex duo bus gradibus superioribus retinuerũt multa, & quo de= scenderãt, ibi processerũt longe, dũ annus perueniret. Etiã nũc in locis multis genera pecudũ fera rum sunt aliquot, vt in Phrygia ex ouibus, vbi greges videntur cõplures: vt in Samothrace ca= Rotę capræ.
prarũ, quas latine rotas appellant. Sunt etiã in Italia circũ Fiscelium, & Tetricam mõtes, multæ. De suibus nemini ignotũ, nisi qui apros non putant sues vocari. Boues perferi etiam nunc sunt Sues & apri.
multi in Dardania, & Media, & Thracia. Asini feri in Phrygia, & Lycaonia. Equi feri in Hispa= niæ citerioris regionibus aliquot. Origo, quã dixi: & dignitas, quã dicã: de antiquis illustrissim⁹ quisq; pastor erat, vt ostendit gręca, & latina lingua, & veteres poetæ, qui alios vocãt πολύαρνας, alios πολυμήλους, alios πολυβούτας, qui ipsas pecudes propter caritatẽ aureas habuisse pelles tra diderunt, vt Argis Atreus, quã sibi Thyesten subduxisse q̃ritur: vt in Colchide Oeta, ad cuius arietis pellem profecti regio genere dicũtur Argonautę: vt in Libya ad Hesperidas, vnde aurea mala, id est scđm antiquã consuetudinẽ capras, & oues, quas Hercules ex Africa in Græciã ex= portauit. Ea enim sua voce græci appellarũt μῆλα. Nec multo secus nostri ab eadem voce, sed ab μῆλα.
alia litera bela vocarunt. Non enim me, sed bee sonare videnẽ oues vocẽ efferentes, a quo post Bela.
belare dicũt, extrita e litera, vt fit ĩ multis. Q sì apud antiquos nõ magnę dignitatis pecus esset Belare.
in cœlo describẽdo astrologi nõ appellassent eorũ vocabulis signa, quę nõ modo nõ dubitarũt po nere, sed etiã ab his principibus. xii. signa multi numerant, vt ab ariete, & tauro, cum ea præpone rent Apollini, & Herculi. hi enim dij ea sequũtur, & appellantur Gemini. Nec satis putarunt de Gemini in signifero circulo.
xij. signis sextam partem obtinere pecudum nomina, nisi adiecissent, vt quartam tenerent, capri= cornũ, Præterea a pecuarijs addiderunt caprã, hœdos, canes. An nõ etiã itẽ in mari, terraq; ab his

Aegeū mare regionū notæ a pecore in mari, qđ nominauerūt a capris, Ægeum pelagus: ad Syriam montem taurum, in Sabinis Canterium montē. Bosphorum vnū Thracium, alterū Cimerium? Nonne in
Italia a vitul. terris multa, vt oppidū in Græcia Ἵππιον ἄργος? Deniq; Italia a vitulis, vt scribit Piso. Roma-
Faustul⁹ p. norum vero populum a pastoribus esse ortum quis non dicit? quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutritiū, qui Romulum, & Rhemū educauit? non ipsos quoq; fuisse pastores obtinebit, ꝙ
Aes ātiqss. pecore notatum. parilibus potissimū condidere vrbem? non idem, ꝙ multa etiā nūc ex vetere instituto bubus, & & ouibus dicitur. Et ꝙ æs antiquissimū, ꝙ conflatum pecore, pecore est notatum. Et ꝙ vrbs cū
Solitaurilia cū populi lustranf. condita est, tauro & vacca, qui essent muri & portę, definitū. Et ꝙ populus Rom. cū lustratur, solitaurilibus circūagūtur verres, aries, taurus. Et ꝙ nomina multa habemus ab vtroq; pecore, a
Noīa a pecore Rom. indita. maiore, & a minore? A minore, Porcius, Ouinius, Caprilius: sic a maiore Equitius, Taurus, cognomina adsignificari, ꝙ dicuntur anni capræ. Statili Tauri, Pomponij, Vituli. Sic a pecudibus alij multi. Reliquū est de scientia pastorali, de qua est dicēdum: ꝙ Scrofa noster, cui hæc ætas defert rerum rusticarū omniū palmam, quo melius potest dici, cū conuertissent in eum ora oēs. Scrofa igitur, inquit, est scientia pecoris parandi, ac pascendi, vt fructus q̄ possunt maximi capiantur
Pecunia vñ ex ea, a quibus ipsa pecunia nominata est, nam omnis pecuniæ, pecus fundamentū. Ea partes habet nouem discretas ter ternas: vt sit vna de minoribus pecudibus. Cui⁹ genera tria, ouis, capra, sus. Altera de maiori pecore, in quo sunt item alię tres species natura discretæ, boues, asini, equi. Tertia pars est in pecuaria, quę non paratur, vt ex ea capiatur fructus: sed propter eā, vt muli, canes, pastores. Harū vnaquęq; in se generales partes habet nouenas, quarū in pecore parando necessariæ quatuor: alterę in pascendo totidem, pręterea cōmunis vna. Ita fiunt omnes partes minimū octoginta & vna, & quidem necessarię, nec paruæ. Primū, vt bonū pares pecus, vnum scire oportet, qua ætate quāq; pecudem parare, habereq; expediat. Itaq; in bubulo pecore nec minor emitur annicula, nec quę est supra decem annos, ꝙ a bima aut trima fructū ferre incipit, neq; lō-
Pecoris oīs prima extremaq; ętas sterilis. gius post decimū annū ꝓcedit. Nam prima ætas omnis pecoris & extrema, sterilis. E quatuor altera pars, est cognitio formę vniuscuiusq; pecudis qualis sit. Magni eñ interest, cuiusmodi quęq; sit ad fructum. Itaq; potius bouem emūt cornibus nigrantibus, q̄ albis, capram amplā, q̄ paruā, sues procero corpore, capitibus vt sint paruis. Tertia pars est, quo sint seminio quęrēdū. Hoc eñ
Asini vbi nobilitati. nomine asini Arcadici in Gręcia nobilitati: in Italia reatini, vsque eo, vt mea memoria asinus venierit sestertijs millibus. LX. & vnę quadrigę Romæ constiterint quadringentis millibus. Quarta pars est de iure in parando, quemadmodū quāq; pecudem emi oporteat ciuili iure. Qđ enim alterius fuit, id vt fiat meum, necesse est aliquid intercedere. Neq; in omnibus satis est stipulatio, aut solutio numorum ad mutationē dominij. In emptione alias stipulandū statim esse e valetudinario, alias e sano pecore, alias e neutro. Alterę partes quatuor sunt, cum iam emeris, obseruandę, de pastione, de fœtura, de nutricatu, de sanitate. Pascendi primus locus qui est, eius ratio triplex. In qua regione, quāq; potissimū pascas, & quando. E queis, vt capras in montosis potius locis, & fruticibus, q̄ in hęrbidis campis: equas contra, neq; eadem loca æstiua, & hyberna idonea omnibus ad pascendū. Itaq; greges ouiū longe abiguntur ex Appulia in Samniū æstiuatum, atq;
† mulctā ad publicanū ꝓfitentur, ne si inscriptū pecus pauerint lege censoria cōmittāt † mulietos, & a cā-
† Gargaros. pestri, æstate exigūtur in † Gurgures altos montes. Qui potissimū quęq; pecudū pascatur habenda ratio: nec solū ꝙ fœno satura fit equa, aut bos, cū sues hoc vitent, & quęrant glandem: sed ꝙ ordeum, & faba interdū sit quibusdam obijciendū, & dandū bubus lupinū, & lactariis medica, &
De admissura taur. cythisum. Pręterea ꝙ ante admissuram diebus. xxx. arietibus, ac tauris datur plus cibi, vt vires habeant, fœminis bubus demitur, ꝙ macescentes melius concipere dicūtur. Secūda pars est de
Macescētes melius cōcipi fœtura. Nunc appello fœturam a conceptu ad partum: hi enim pręgnationis primi, & extremi fines. Quare primū videndū de admissione, quo quęq; tempore vt ineant facere oporteat. Nam
Fœtura. vt suillo pecori a Fauonio ad æquinoctiū vernum putant aptum: sic ouili ab arcturi occasu vsq; ad aquilę occasum. Pręterea habenda ratio quanto anteq̄ incipiat admissura fieri, mares a fœminis secretos habeant: qđ fere in omnibus binis mensibus ante faciūt & armentarij, & opiliones. Altera pars est in fœtura, quę sint obseruanda, ꝙ alia alio tempore parere solet. Equa enim ventrem fert. xij. menses, vacca decem, ouis, & capra quinq;, sus quatuor. In fœtura res incredibi-
Equas e vēto cōcipere lis est in Hispania, sed est vera: ꝙ in Lusitania ad oceanū in ea regione, vbi est oppidum Olisyppo
Hippenemia oua. monte Tagro, quędam e vento certo tempore concipiūt equæ, vt hic gallinæ quoq; solēt, quarū oua hippenemia appellant. Sed ex his equis, qui nati pulli non plus trienniū viuunt. Quę nata
Chordi ag. sunt matura, & chorda, vt pure & molliter stent, videndū, & ne obterātur. Dicūtur agni chordi,

qui post tempus nascuntur,& remanserunt in voluis intimis,vocant χορίον, a quo chordi ab- pellati. Tertia res est de nutricatu quid obseruari oporteat, in quo quot diebus matris sugant mammam,& id quo tempore,& vbi,& si parum habet lactis mater,vt subiiciat sub alterius mã- mam,qui appellantur subrumi,id est sub mamma:antiquo enim vocabulo mãma rumis,vt opi- nor. Fere ad quatuor menses a mamma non disiũguntur agni,hœdi tres,porci duo,e queis, quo niam puri sunt ad sacrificium,vt immolentur,olim appellati sacres, quos appellat Plautus cum ait, Quanti sunt porci sacres? sic boues altiles, ad sacrificia publica saginati dicuntur opimi. Quarta pars est de sanitate,res multiplex,ac necessaria,ꝙ morbosum pecus & vitiosũ,& quan- do non valet,sæpe magna gregem afficit calamitate. Cuius scientiæ genera duo,vnũ vt in homi- nem ad quem adhibendi medici:alterum,quo ipse etiam pastor diligens mederi possit. Eius par- tes sunt tres:nam animaduertendũ,quæ cuiusꝗ morbi sint causæ, quęꝗ signa earum causarum sint,& quę quęꝗ morbũ ratio curandi sequi debeat. Fere morborũ causæ erunt, ꝙ laborant pro- pter æstus,aut propter frigora, necnon etiam propter nimiũ laborem,aut contra propter nullã exercitationem,aut si cũ exercueris,statim sine interuallo cibum aut potionem dederis. Signa au tem sunt,vt eorum,qui siue ex æstu,siue e labore febrem habent, adapertum os humido spiritu crebro,& corpore calido. Curatio autem,cum hic est morbus:hæc perfunditur aqua, & perun- gitur oleo,& vino tepefacto:& item cibo sustinetur,& iniicitur aliquid, ni frigus cedat, sitienti aqua tepida datur. Si hoc genus rebus non proficitur,dimittitur sanguis maxime e capite. Item ad alios morbos aliæ causæ,etiã alia signa in omni pecore,quæ scripta habere oportet magistrũ pecoris. Relinquitur nonũ,qđ dixi de numero vtriusꝗ partis cõmune. Nam & qui parat pecus, necesse est constituat numerum : quot greges,& quanto sit pasturus,ne aut saltus desint,aut su persint,& ideo fructus dispereant. Prętera scire oportet in grege quot fœminas habeat,quæ pa- rere possint,quot arietes,quot vtriusꝗ generis soboles,quot reiiculę sint alienandę. In alimoniis si sint plures nati,vt quidã faciũt,sequendũ,vt quosdam subducas,quæ res facere solet, vt reliqui melius crescant. Vide inquit Atticus,ne te numerus fallat, & ne nouenę istę partes non exeant extra pecoris minoris,ac maioris nomen. Quo pacto enim erunt in mulis,& pastoribus nouenæ partes? vbi nec admissuræ,nec fœturę obseruãtur? In canibus enim video posse dici. Sed do etiã in hominibus posse nouenariũ retineri numerũ, ꝙ in hybernis habẽt in villis mulieres,& quidã etiam in æstiuis,& id pertinere putant,quo facilius ad greges pastores retineant,& puerperiis fa- miliam faciant maiorem,& rem pecuariam fructosiorem. Si inquã numerus non est adamussim, vt non est,cũ dicimus mille naues iisse ad Troiam,centumuirale eẽ iudiciũ Romæ,deme (si vis) duas res de mulis, admissuram,& parturam. Vactius parturam inquit,proinde vt nõ aliquoties dicatur Romæ peperisse mulam. Cui ego vt succinerem subiicio Magonem,& Dionysium scri- bere mulã,& equam,cum conceperint,duodecimo mense parere. Quare non,si hic in Italia cum peperit mula sit portentum,adsentiri omnes terras. Neꝗ enim hirũdines,& ciconiæ,quæ in Ita- lia pariunt,in omnibus terris pariunt. Non scitis palmas cariotas in Syria parere, inuectas in Italiam non posse? Sed Scrofa, Si exigere mauis sine mularum admissura & fœtura numerũ octoginta & vnũ est,qui expleas duplicem istam lacunam,ꝙ extraordinarię fructuũ species duæ accedunt magnæ,quarum vna est tonsura,ꝙ oues,& capras detondent,aut vellunt: altera, quæ latius patet,est de lacte,& caseo,quam scriptores Græci separatim τυροποιίαν appellauerunt, ac scripserunt de ea re permulta.

χορίον. Quot dieb. mãmã sugi. Subrumi. Sacres porci. Boues altiles opimi. De pecoris morbis. Febris signa i pec. & cura. Reiiculę. Mulæ partus. Cariotas palmas p rere.

De ouibus & quales sint ad fœturam vtiles. Caput. II.

SED quoniam nos nostrũ pensum absoluimus,ac limitata est pecuaria quęstio,nũc rursus vos reddite nobis o epirotæ de vna quaꝗ re,vt videamus,quid pastores ✳ a pergamidę in Ale- done potis sint. Atticus,qui,nũc Titus Pomponius,nũc Quintus Cęcilius cũ nomine eodẽ ego opinor inquit,incipiã primus,quoniã vos in me video coniecisse oculos, & dicã primigenia pe- cuarię. E feris enim pecudibus primũ dicis oues comprehensas ab hominibus, ac mansuefactas: has primũ oportet bonas emere,quęsita ætate,si neꝗ vetulę sunt,neꝗ meræ agnæ : ꝙ alterę iam nondum,alterę iam nõ possunt dare fructum: sed ea melior ætas quã sequit spes,q̃ ea quã mors. De forma. ouem esse oportet corpore amplo,quę lana multa sit,& molli,villis altis & densis toto corpore,maxime circũ ceruicẽ & collũ, ventrem vt habeat pilosum:itaꝗ quoꝗ q̃ id nõ haberẽt, maiores nostri apicas appellabant,ac reiiciebant:esse oportet cruribus humilibus,caudis obserua re vt sint in Italia prolixis,in Syria breuibus. In primis videndũ,vt boni seminis pecus habeas,id fere ex duabus rebus potest animaduerti,ex forma,& ex progenie. Ex forma, si arietes sint fronte

Pensum absol. ✳ Primigenia. Agnę merę Ouis forma. Apicę.

Raui oculi. Lingua nigra aut varia i ouibꝰ

lana vestiti bene, intortis cornibus pronis ad rostrum, rauis oculis, lana opertis, auribus amplis, pectore & scapulis & clunibus latis, cauda lata & longa: animaduertendũ quoq; lingua ne nigra, aut varia sit, ꝗ fere qui talem habent, nigros, aut varios procreant agnos. Ex progenie autem animaduertitur, si agnos procreant formosos. In emptionibus iure vtimur, eo ꝗ lex præscripsit: in ea enim alii plura, alii pauciora excipiũt. quidã enim precio facto in singulas oues, vt agni chordi duo pro vna oue annumerentur, et si cui vetustate dentes absunt, item binæ pro singulis, vt prodant de reliquo antiqua fere formula vtũtur, cũ emptor dixit, tanti sunt mihi emptæ: & ille respondet, sunt, & exprompsit numos. Emptor stipulatur prisca formula, sic: illasce oues, qua de re

Minã.s. vẽtre glabro.

agitur, sanas recte esse, vti pecus ouillũ, qđ recte sanũ est extra luscam, surdam, minã, id est ventre glabro, neq; de pecore morboso esse, habereq; recte licere. hæc sic recte fieri spondes? nec cũ id factũ est, tamen grex dominũ non mutat, nisi sit æs adnumeratũ. Nec non emptor potest ex empto venditorẽ damnare, si non tradat, cũ is non soluerit numos, vt ille emptorem simili iudicio, si nõ reddidit preciũ. De alteris quatuor rebus deinceps dicã, de pastione, fœtura, nutricatu, sanitate. Primũ prouidendũ, vt totũ annũ recte pascantur intus, & foris, stabula idoneo loco vt sint, ne ventosa, quę spectent magis ad orientẽ, ꝙ̃ ad meridianũ tempus: vbi stent, solũ oportet esse erudera-

Eruderatũ solum. Vligo.

tum, & procliuũ, vt euerri facile possit, ac fieri purũ: non enim solum ea vligo lanam corrumpit ouiũ, sed etiã vngulas, ac eas scabras fieri cogit. Cũq; aliquot dies ita steterint, subiicere oportet virgulta, & alia, quo mollius requiescant, purioresq; sint, libẽtius enim ita pascuntur. Faciendum quoq; septa secreta ab aliis, quo enitentes secludere possis, item quo corpore ægro: hęc magis ad villaticos greges animaduertẽda. Contra illę, in saltibus quę pascuntur, & a tectis absunt longe, portant secũ crates, aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, cęteraq; vtensilia: longe eñ & late in diuersis locis pasci solent, vt multa millia absint sępe hybernæ pastiones ab æstiuis. Ego

Cohortes i solitudine.

Aestiuare.

vero scio inquã, nã mihi greges in Appulia hybernabãt, qui in reatinis mõtibus æstiuabant. Cũ inter hæc bina loca, vt iugũ continet scirpiculos, sic colles publice distãtes pastiones, eaq; ibi, vbi

Ouiũ pastio æstiuo tpe.

pascũtur in eadẽ regione, tamẽ tẽporibus distingunt, vt æstate ꝗ tum prima luce exeant in pastum. propterea ꝗ tunc hęrba rosida, meridianã, quę est aridior, iucũditate pręstat. Sole exorto puro propellunt, vt redintegrãtes rursus ad pastũ alacriores faciãt. Circiter meridianos æstus dum deferuescũt, sub vmbriferas rupes, & arbores patulas subiiciunt, quoad refrigerato aere vespertino, rursus pascãt ad solis occasum, ita pascere pecus oportet, vt aduerso sole agat, caput eñ ouis molle maxime est. Ab occasu paruo interuallo interposito ad bibẽdũ appellũt, & rursus pascunt quoad cõtenebrauit, iterũ eñ tũ iucũditas in hęrba redintegrauit, hęc ab vergiliarum exortu ad æquinoctiũ autumnale maxime obseruãt. Quibus in locis messes sunt factæ, interest vtile duplici

Caduca spica.

de causa, ꝗ & caduca spica saturantur, & obtritis stramentis, & stercoratione faciũt in annũ segetes meliores. Reliquę pastiones hyberno, ac verno tẽpore hoc mutant: ꝗ pruina iam exhalata

Ouiũ pastion. hyb. tẽp.

propellunt in pabulum, & pascunt diem totũ, ac meridiano tempore semel agere potum satis habent. Qđ ad pastiones attinet, hæc fere sunt, qđ ad fœturam, quæ dicam. Arietes quibus sis vsu-

Arietes ad fœturam quales.

rus ad fœturam, bimestri tempore ante secernendum, & largius pabulo explendum. Cũ redierint ad stabula e pastu, ordeum si est datum, fiunt firmiores ad laborem sustinendũ. Tempus optimũ

Tẽpus admittendi.

ad admittendum, ab arcturi occasu ad Aquilæ occasum, ꝗ quæ postea concipiunt, fiũt vegrandes, atq; imbecillæ. Ouis pręgnans est diebus cẽtum quinquaginta: itaq; fit partus exitu autũnali,

Vegrandes

cũ aer est modice temperatus, ac primitus oritur hęrba imbribus primoribus euocata. Q̃diu ad missura sit, eadẽ aqua vti oportet, ꝗ commutatio & lanam facit variam, & vterum corrumpit. Cũ omnes conceperũt, rursus Arietes secernendi. Ita factis pręgnantibus, ꝗ sunt molesti obsunt.

Saliri.

Neq; pati oportet minores, ꝙ̃ trimas saliri, ꝗ neq; natum ex his idoneum est, nec non ipsę fiunt etiam deteriores. Minores ꝙ̃ trimæ deterrent a saliendo fiscellis e iunco aliaue qua re, quã alligãt

De agnis recẽs natis quo seruãdi

ad naturã. Cõmodius seruantur, si secretas pascunt. In nutricatu cũ parere cœperint, iniiciũt in ea stabula, quæ habent ad eam rem seclusa, ibiq; nata recentia ad ignem propc ponunt, & quo ad conualuerint, biduũ aut triduũ retinẽt, dũ agnoscãt matrẽ agni, & pabulo se saturẽt. Deinde dũ matres cũ grege in pastũ prodeũt, retinẽt agnos: qui, cũ reductę sunt ad vesperũ, alũtur lacte, & rursus discernũtur, ne noctu a matribus cõculcentur. Hoc item faciũt mane ante ꝙ̃ matres in pabulũ exeant, vt agni saturi fiãt lacte. Circiter decẽ dies cũ pterierũt, palos affigũt, & ad eos al-

Agni ut matris ad mãmã accedant.

ligãt libro, aut qua alia re leui distantes, ne toto die cursantes inter se teneri delibẽt aliqđ mẽbrũ. Si ad matris mammã non accedit, admouere oportet, & labra agni vngere butyro, aut adipe suillo, & olfacere labra lacte. Diebꝰ post paucis obiicere his viciã mollitã, aut hęrbã tenerã anteq̃

exeant in pastum,& cũ reuerterũt.Et sic nutricãtur,quoad facti sunt quadrimestres.Interea matres eorũ his temporibus nõ mulgẽt quidã, qui melius omnino perpetuo, ꝙ & lanę plus ferũt, & agnos plures.Cũ depulsi sunt agni a matribus,adhibẽda diligentia est,ne desiderio senescant: itaq́ deliniendũ in nutricatu pabuli bonitate:& a frigore,& æstu ne quid laborẽt,curandũ.Dum obliuione iam lactis nõ desiderant matrẽ,tũ deniq́ compellendũ in gregem ouiũ. Castrare oportet agnũ non minorẽ quinq́ mensiũ,neq́ anteq̃ calores aut frigora se exegerint.Quos arietes submittere volũt,potissimũ eligũt ex matribus,quę geminos parere solent:pleraq́ similiter faciendũ in ouibus pellitis,quę propter lanę bonitatẽ,vt sunt Tarentinę,& Altinates pellibus integũtur, ne lana inquinetur,quo minus vel infici recte possit,vel lauari,ac parari.Horũ pręsepia,ac stabula,vt sint pura,maiorẽ adhibeãt diligentiã q̃ hirtis:itaq́ faciũt lapide strata,vt vrina necubi,in stabulo consistat.his quęcũq́ iubentur,vescuntur,vt folia ficulnea,& palea,& vinacea,furfures obiiciũtur modice,ne parum,aut nimium saturẽtur,vtrũq́ enim ad corpus alẽdũ inimicũ.at maxime amicum cytisum,& medica: nam &pingues facit facillime,& gignit lac.De sanitate sũt multa:sed ea(vt dixi)in libro scripta magister pecoris habet,& quę opus ad medendũ secũ portat. Relinquitur de numero,quẽ faciũt alii maiorẽ,alii minorẽ.nulli enĩ huius moduli naturales.Illud fere oẽs in Epeiro facim⁹,ne minus habeamus in cẽtenas oues hirtas singulos hoĩes,in pellitas binos.

Oues lactes nõ mulgendę.
Agni depulsi.
Castrare
Oues pellitę.
Furfures ouibus cur obiici.
Medica.
Hirtę oues

De capris,hircis et hœdis Cap.III.

CVI Cossinius,Quoniã satis balasti inqt,o Faustule noster,accipe a me cũ Homerico Melanthio cordo de capellis,& quemadmodũ breuiter oporteat dicere disce.Qui caprinũ gregẽ cõstituere vult,in eligẽdo animaduertat oportet.Primũ ætatẽ,vt eã paret,quę iã ferre possit fructum,& de iis eã potius.quę diutius,nouella enĩ q̃ vetus melior. De forma videdum,vt sint firmę, magnę,corpus lene vt habeãt,pilo crebro,nisi si glabræ sunt.Duo enim genera earum,sub rostra duas vt mamillas pensiles habeant,ꝙ hę fœcundiors sunt: vbere sint grandiore,vt & lac multũ, & pingue habeant pro portione.Hircus molliori pilo,& potissimũ albo,ac ceruice & collo breui,gurgulione longiore. Melior fit grex, si non est ex collectis comparatus,sed ex cõsuetis vna. De seminio dico eadem,quę Atticus in ouibus.hoc aliter,ouium semen tardius esse, quo hę sint placidiores:Contra caprile mobilius esse,de quarum velocitate ĩ originũ libro Cato scribit hęc, *In Soracti Fiscelio capræ ferę sunt,quæ saliunt e saxo pedes plus sexagenos.*Oues eñ,quas pascimus,ortæ sunt ab ouibus feris:sic capræ,quas alimus,a capris feris sunt ortę,a queis propter Italiam Caprasia insula est nominata. De capris ꝙ meliore semine eæ,quę bis pariãt,ex his potissimũ mares solent summitti ad admissuras,qdã etiã dant operã,vt ex insula media capras habeãt, ꝙ ibi maximi ac pulcherrimi fieri existimantur hœdi. De emptione aliter atq́ de ouibus dico, ꝙ capras sanas sanus nemo promittit: nũq̃ enim sine febri sunt: itaq́ stipulantur paucis exceptis verbis,ac Manilius scriptũ reliquit,sic.Illas capras hodie recte esse & bibere posse, habereq́ recte licere,hęc spondesne? de quibus admirãdũ illud,quod etiam Archelaus scribit, nõ vt reliqua animalia naribus. sed auribus spiritũ ducere solere.Pastores curiosiores aliquot hoc dicunt. De alteris quatuor,qđ est de pastu hoc dico:stabulatur pecus melius ad hybernos exortus, si spectat,qđ est alsiosum.Id vt pleraq́ lapide,aut testa substerni oportet,caprile quo min⁹ sit vliginosum,ac lutulentũ.Foris cũ est pernoctãdũ:itẽ in eãdẽ partẽ cœli,quę spectẽt septa oportet substerni virgultis,ne oblinãtur,nec multo aliter tuẽdũ hoc pecus in pastu,atq́ ouillũ,qđ tñ habet sua ꝓpria quędã,ꝙ potius syuestribus saltibus delectãtur,q̃ pratis.Studiose eñ de agrestibus fruticibus pascũtur,atq́ in locis cultis virgulta carpũt: itaq́ a carpendo caprę nominatę: ob hoc in lege locationis fundi excipi solet,ne colonus capra natũ in fundo pascat.Harũ eñ dentes inimici sationis,quas etiã astrologi ita receperũt in cœlũ,vt extra limbũ duodecim signoꝝ excluserit Sũt duo.hœdi,& capra nõ lõge a tauro.Qđ ad fœturã pertinet,desistẽte autumno exigũt a grege e campis hircos in caprilia.Itẽ vt in arietibus dictũ,quę cõcepit post quartũ mẽsem,reddit tẽpore verno.In nutricatu hœdi trimestres cũ sint facti,tũ submittũtur,& in grege incipiunt esse. Quid dicã de earũ sanitate,quia nũq̃ sunt sanæ? nisi tñ illud vnũ, ꝙ quędã remedia scripta oportet habere magistros pecoris,quibus vtantur,ad morbos quosdã earũ,ac vulneratũ corpus, qđ vsu sępe venit his,ꝙ inter se cornibus pugnãt,atq́ in spinosis locis pascũtur.Relinquitur de numero,qui in gregibus est minor caprino,q̃ in ouillo, ꝙ caprę lasciuæ,& quę dispergũt se. Cõtra ꝙ oues se congregant,& condensant in locũ vnũ. Itaq́ in agro gallico greges plures potius faciunt,q̃ magnos, ꝙ in magnis cito existunt pestilentiæ,quę ad perniciem eos perducunt. Satis magnum gregem putant esse circiter quinquagenas,quibus assentiri putant id quod vsu venit

Caprinus grex quõ instit.
Mamillæ pens.
Hircus qualis.
Caprasia ins.
Formula ꝓparãdarũ caprarũ
Nũq̃ caprę sine febre.
Capr. auribus non nar. spir.
Alsiosum.
De caprarũ pastu & stabul.
Caprę vñ.
Fœtura capr.
Trimestres submittuntur hœdi.
Caprini greg. nũer.
In mag. gregib⁹ pestilentia.

Caprarius Gaberio equiti Romano. is enim,cũ in suburbano haberet agrum iugerum mille, & a caprario
quodã,qui adduxit capellas ad vrbẽ,denarios sibi in dies singulos dare audisset,coegit mille ca-
prarum gregem,sperans se capturũ de prędio ĩ dies singulos denarios mille.Tantũ enim fefellit,
vt breui omnes amiserit morbo:cõtra in Salentinis & in Casinati ad centenas pascũt. De mari-
bus & fœminis idẽ fere discrimen,vt alij ad denas capras singulos parent hircos, vt ego:a lii etiã
ad.xv.vt Menas: nonnulli etiam,vt Murius,ad viginti.

De Sue. Caput.IIII.

SED quis e portu post Italico prodit,ac de suillo pecore expedit:tametsi Scrofam potissimum
de ea re dicere oportere cognomen eius significat.Cui Tremellius,ignorare igitur inquit,vi-
deris,cur appeller Scrofa:itaq; vt etiam hi propter te sciant,cognosce meam gentem suillum co-
Scrofa vñ gnomen non habere,nec me esse ab atauis eius cognominis ortum.Auus meus primum appella
tus est Scrofa,qui quæstor cum esset Licinio Nerua prætore in Macedonia prouincia relictus,
qui præesset exercitui,dum prætor rediret, hostes arbitrati occasionem se habere victoriæ, im-
pressionem facere cœperunt in castra.Auus cum hortaretur milites,vt caperent arma,ac exirent
contra:dixit celeriter se illos (vt Scrofa porcos) disiecturũ:idq; fecit.nã eo pręlio hostes ita fudit,
ac fugauit vt eo Nerua prætor imperator sit appellatus,& auus cognomen inuenerit,vt dicere-
tur Scrofa. itaq; proauos ac superiores,de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. Nec minus septi-
mus sum deinceps prætorius in gente nostra.Nec tamẽ diffugio,quin dicã quæ sciam de suillo
pecore.Agri enim culturæ ab initio fui studiosus,nec de pecore suillo mihi minor cura est, q̃ vo
bis magnis pecuariis.Cui enim ea res non est communis? Quis enim nostrum fundũ colit,quin
Succidiam sues habeat,& qui non audierit patres nostros dicere,ignauum & sumptuosum esse,qui succidiã
in carnario in carnario suspenderit potius ab laniario q̃ ex domestico fundo? Ergo qui suũ gregem vult ha-
ab laniario bere idoneum,eligere oportet primũ bona ætate,secundo bona forma.Ea est,cum excellit ampli
suspendere. Suũ grex q̃- tudine membrorum,pręterq̃ pedibus,& capite vnius coloris potius q̃ varii. Cum hæc eadem vt
liter habẽd' habeant verres videndum,tũ vtiq; sint ceruicibus amplis,boni seminis.Sues enim animaduertũ-
Verres et su tur a facie,& progenie,& regione cœli. A facie,si formosi sint verres,& Scrofa.A progenie,si mul
es ex q̃bus aiaduert. tos porcos pariunt. A regione,si potius ex his locis,vbi nascuntur ampli,q̃ exiles. Parari,& emi
Formula cõ solent sic, Illasce sues sanas esse,habereq; recte licere, † noxiisq; pręstare,neq; de pecore morboso
parandarũ suum. esse,spondesne? Quidã adiiciũt perfunctas esse a febri,& a foria.In pastu locus huic pecori aptus
† Noxiisq; vliginosus, ꝙ delectatur non solum aqua, sed etiam luto. itaq; ob eam rem aiunt lupos, cum
pręstari. Suũ pastus sint nacti sues, trahere vsq; ad aquam, ꝙ dentes feruorem carnis ferre nequeant.Hoc autem pe
Lupus in cus alitur maxime glande,deinde faba,ordeo,& cætero frumento. Quæ res non modo pingui-
sues. tudinem efficiunt,sed etiam carnis iucundum saporem. Pastum exigunt æstate mane, & ante
Suũ carnis feruor. q̃ æstus incipiat, subigunt in vmbrosum locum,maxime vbi aqua sit. Post meridiem rursus le-
nito feruore pascunt. Hyberno tempore non prius exigunt pastum q̃ pruina euanuit, ac colli-
quefacta est glacies.

De admis- Ad fœturam verres duobus mensibus ante secernendi.Optimũ ad admissuram tempus a fa-
sura & fœ- uonio ad æquinoctium vernum,ita enim contingit,vt æstate pariat. quatuor ẽm menses est prę-
tura suum. gnans,& tunc parit,cum pabulo abundat terra:neq; minores admittendæ q̃ anniculæ. Melius
viginti menses expectare,vt bimæ pariant. Cum cœperint id facere, dicuntur vsq; ad septimum
annum recte.Admissuras cum faciunt,prodigunt in lutosos limites,ac lustra,vt volutētur in lu
Lutũ porc. to, qđ est illarum requies,vt lauatio homini.Cum omnes conceperunt,rursus segregant verres.
requies. Lauatio ho Verres octo mensium incipit salire,permanetq;,vt id recte facere possit,vsq; ad quartum annum,
mini reqes. deinde castratur,saginaturq; quoad perueniat ad lanium.Hic enim conciliator suillæ carnis da
ὗς olim tur populo. Sus græce dicitur ὗς,olim θύτης, ab illo verbo dictus, qđ dicitur θύειν, quod
θύτης. est immolare. Ab suillo enim pecoris genere immolandi initium primum sumptum vide-
A sue initiũ tur,: cuius vestigia, ꝙ initiis Cereris porci immolantur, & ꝙ initiis pacis fœdus cum feri-
immolãdi. tur, porcus occiditur: & ꝙ nuptiarum initio antiqui reges ac sublimes viri in Hetruria in cõ
iunctione nuptiali noua nupta & nouus maritus primum porcum immolant. Prisci quoq;
Porca. Latini,& etiam Græci in Italia idem factitasse videntur. Nam & nostræ mulieres maxime nutri
χοῖρον. ces naturã,qua fœminæ sunt,in virginibus appellant porcam: & Græci χοῖρον,significantes esse
† insigne dignum† in signum nuptiarum,suillum pecus donatum ab natura dicũt ad epulãdum.Itaq; iis
Anima pro sale. animam datam pro sale, qui seruaret carnẽ.E queis succidias Galli optimas & maximas facere
Succidię. consueuerũt.Optimarum signũ,ꝙ etiam nũc quot annis e Gallia apportantur Romam pernæ

tomacinę,& taniacę,& petasiones.De magnitudine gallicarũ succidiarũ Cato scribit his verbis, In Italia in scrobes terna atq; quaterna millia aulia succidia. Vere sus vsq; adeo pinguitudine crescere solet,vt se ipsa stans sustinere non possit,neq; pgredi vsq̃. itaq; eas siquis quo traiicere velit, in plostrum imponit.In Hispania vlteriore in Lusitania cum sus esset occisus,Attilius Hispaniẽsis minime mendax,& multarum rerum peritus in doctrina, dicebat L. Volumnio senatori missam offulam cum duabus costis,quæ penderet.iii.&.xx.pondo, eiusq; suis a cute ad os pedem & iii.digitos fuisse.Cui ego.Non minus res admiranda q̃ quæ nunc est dicta , in Arcadia scio esse spectatam suem,quæ præ pinguitudine carnis non modo surgere non posset:sed etiã vt in eius corpore sorex exesa carne nidum fecisset, & peperisset mures.Hoc etiam in iuuenca factum accepi.Sus ad fœturam q̃ sit fœcunda animaduertũt fere ex primo partu , q; non multum in reliquis mutat.In nutricatu,quã porculationem appellabant,binis mensibus porcos sinunt cum matribus:sed eos,cum iam pasci possunt,secernũt.Porci qui nati sunt hyeme fiunt exiles propter frigora , & q; matres aspernantur propter exiguitatem lactis,& q; dentibus sauciantur , propterea mammæ:scrofam in sua quãq; hara suos vt alat oportet porcos,quoniam alienos aspernatur : & ideo si conturbati sunt in fœtura,fit deterius.Natura diuisus est eius annus bifariam,q; bis parit in anno,quaternis mensibus fert ventrem,binis nutricat.Harã facere oportet circiter trium pedũ altam, & latam amplius paulo,ea altitudine abs terra,ne dum exilire velit prægnans,abortet.Altitudiuis modus sit,vt subulcus facile despicere possit nequis porcellus a matre opprimatur, & vt facile purgare possit cubile.In haris ostium esse oportet,& limen inferius altum palmipedale, ne porci ex hara,cũ mater prodit,transilire possint. Quotiescunq; haras subulcus purgat,toties in singulas arenã iniicere oportet,aut quid aliud,qđ exugat humorẽ:& cũ pepererit,largiore cibatu sustentare,quo facilius lac suppeditare possit,in quibus hordei circiter binas libras aqua madefactas dare solent:& hoc quoq; conduplicant,vt sit mane,& vesperi,si alia,quę obiiciant, non habuerint.Cum porci depulsi sunt a mamma a quibusdam delici appellantur,neq; iam †lactãtes dicuntur.Qui a partu decimo die habentur puri,ab eo appellantur ab antiquis sacres , q; tũ ad sacrificia idonei dicuntur primũ.Itaq; apud Plautum in Menæchmis,cum insanũ quem putat, vt pietur in oppido Epidamno,interrogat.Quanti hic porci sunt sacres? Si fundus ministrat,dari solent vinacea,ac scapi ex vuis.Amisso nomine †lactantis,dicuntur nefrendes,ab eo q; nõdum fabam frendere possint,id est frangere.Porcus enim græcum nomen est antiquũ, sed obscuratũ, q; nũc eum vocant χοῖρον. In eorũ potu scrofæ bis die vt bibant,curant,lactis causa. Parere tot oportet porcos,quot mammas habeat:si minus pariat,fructuariam idoneam non esse : si plures pariat,esse portentũ.In quo illud antiquissimũ fuisse scribitur, q; sus Æneæ Lauini triginta porcos peperit albos. itaq; qđ portenderit factum,triginta annis,vt Lauinienses conderent oppidum Albam.Huius suis ac porcorum etiam nunc vestigia apparent.Iamne simulachra eorum ænea etiam nũc in publico posita,& corpus matris ab sacerdotibus,qđ in salsura fuerit,demõstratur ? Nutricare octonos porcos paruulos primo possunt,incremento facto,a peritis dimidia pars remoueri solet, q; neq; mater sola potest sufferre lac,neq; congenerati alescẽdo roborari. A partu decem diebus proximis non producunt ex haris matrem præterq̃ potum . Præteritis decem diebus sinũt exire pastum in propinquũ locum villæ,vt crebro reditu lacte alere possit porcos.Cum creuerunt,cupiunt sequi matrem,tum domi secernũt a matribus,ac seorsum pascunt, vt desiderium ferre possint parentis,qđ decem diebus assequũtur.Subulcus debet consuefacere omnia vt faciant ad buccinam.Primo cum incluserunt,cum buccinatum est,aperiunt,vt exire possint in eũ locum,vbi ordeũ fusum in longitudine sit : sic enim minus deperit q̃ si id in aceruos positũ est, & plures facilius accedunt. ideo ad.xii.conuenire dicũtur,vt syluestri loco dispersi ne dispereãt. Castrantur verres commodissime anniculi vtiq; ne minores,q̃ semestres , quo facto nomen mutant,atq; e verribus dicuntur maiales.De sanitate suum vnũ modo exempli causa dicam.Porcis lactentibus si Scrofæ lac non potest suppeditare, triticum frictum dare oportet (crudum enim soluit aluum) vel ordeum obiici ex aqua,quoad fiant trimestres.De numero in cęrum sues decẽ verres satis esse putant.Quidam etiam hinc demũt.Greges maiores inęquabiles habent.Sed ego modicum puto centenarium.Aliquot maiores faciunt,ita vt ter quinquagenos habeant porcos in grege, alii duplicant,alii etiam maiorem faciunt.Minor grex,q̃ maior minus sumptuosus, q; comites subulcus pauciores quęrit.Itaq; gregis numerum pastor ab sua vtilitate constituit, nõ vt quot verres habeat,id enim a natura sumendum. Hæc hic.

Tomacinæ & taniacæ pernę. Petasiones. Sus i Lusi. Sus Arcadica admiranda. Porculatio. Porci hyeme nati quales. Sus in ãno bis.p. Hara. Abortet. Palmipe. Harę.q.pu. Delici. †lactentes. Sacres. †lactentis. Nefrendes. Frendere. Porc⁹.g.n. Fructuaria. Sus Aeneæ Lauini.xxx por.alb pe. Alba. Sus quot nutric.põt. Buccinare. Verres castrantur. Maiales. Lactẽtibus si lac non supp. sus. Grex por. quot nũero.

De Bobus & Vaccis. Caput.V.

AT Quintus Lucienus ſenator homo q̄uis humanus & iocoſus, introiēs familiaris omniū noſtrum, ſic epirotice inquit, χαίρετε, & Varronem noſtrū inquit ποιμένα λαῶν. Scrofam enim mane ſalutaui, cum alius eum ſalutaſſet, alius conuiciatus eſſet, qui tam ſero veniſſet ad cō-

Balatrones

ſtitutum. Videbo iam vos inquit, balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra. Tu vero Muri veni mihi aduocatus, dum aſſes ſoluo palilibus, ſi poſtea a me repetant, vt teſtimonium perhibere poſſis. Vactius Murio. Narra iſti inquit eadem, qui ſermones ſint habiti, & quid reliqui ſit, vt ad partes paratus veniat: Nos interea ſecundū actum de maioribus adtexamus. In quo quidem meæ partes, quoniam boues ibi. Quare dicam de bubulo pecore, quā acceperim ſcientiā, vt ſiquis quid ignorat, diſcat: ſiquis ſcit, vbi nunc labar obſeruet. Menas. Vide quid agas inquā

Italia a bubus. *ἰταλοί.*

Vacti: Nam bos in pecuaria, maxima debet eſſe authoritate, præſertim in Italia, quæ a bubus, nomen habere ſit exiſtimata. Græcia enim antiqua (vt ſcribit Timæus) tauros vocabat ἰταλούς. quorum multitudine, & pulchritudine, & fœtu vitulorum Italiam dixerūt. Alij ſcripſerunt, q̄ e Sicilia Hercules perſecutus ſit eo nobilem taurum, qui diceretur Italus. Hic ſocius hominū in ruſtico opere, & Cereris miniſter. Ab hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, vt capite ſanxerint, ſiquis occidiſſet. Qua in re teſtis Attica, teſtis Peloponeſus. Nam ab hoc pecore Athenis Buzuges nobilitatus, Argis ὁμόγυρος. Noui inquit Menas maieſtatem boum, & ab his dici ple-

Bumāma vua quæ etiam bumaſtos.

raq; magna, ut βούσυκον, βούπαινα, βούλιμον, βοῶπιν. Vuam quoq; bumāmā. Preterea hunc ſcio eſſe, in quē potiſſimū Iupiter ſe conuertit, cū exportauit per mare e Phœnice amans Europam. Hunc eſſe, qui filios Neptuni a Menalippa ſeruarit, ne in ſtabulo infantes grex boum obtereret.

Bugones apes.

Deniq; ex hoc putrefacto naſci dulciſſimas apes mellis matres, a quo eas greci βουγόνας appellāt, & hinc Plautium locutū eſſe latine. ✠ Cū Hirtium prætorem renūciatū Romam in Senatū ſcri-

✠ Bubulum genus.

ptum habere. Sed bono animo es, nō minus ſatiſfaciam tibi, q̄ qui bugoniam ſcribit. Primū in bubulo genere ætatis gradus dicūtur quatuor. Prima vitulorū, ſecunda iuuencorū, tertia boum nouellorum, quarta vetulorum. Diſcernūtur in prima vitulus, & vitula, in ſecūda iuuēcus & iu-

Taura. Horda. Hordicalia. Gregem armēt. ſi quis emere vult. Gibberi.

uenca, in tertia & quarta taurus & vacca. Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellatur. Quæ prægnās, horda. Ab eo in faſtis dies hordicalia nominātur: q̄ tūc hordæ boues immolantur. Qui gregem armētorū emere vult, obſeruare debet primū, vt ſint hę pecudes ætate potius ad fructus ferēdos integrę, q̄ iam expertę. vt ſint bene compoſitę, vt integris membris, oblongę, amplæ, nigrantibus cornibus, latis frontibus, oculis magnis & nigris, piloſis auribus, cōpreſſis malis ſubſimiſve, gibberi ſpina leuiter remiſſa, apertis naribus, libris ſubnigris, ceruicib⁹ craſſis ac lōgis, a collo palearibus demiſſis, corpore amplo bene coſtato, latis humeris, bonis clunibus, coda ꝓfuſa vſq; ad calces, vt habeat inferiorem partē frequentibus pilis ſubcriſpam, compactis cruribus potius breuioribus, q̄ longis, rectis genibus, & eminulis diſtantibus inter ſe, pedibus non latis, neq; ingredienti-

Diſplodere & diuarico. Heluus. Rubeus.

bus qui diſplodantur, nec cuius vngulæ diuaricent, & cuius vngues ſint leues & pares, corium attactu non aſperum ac durum, colore potiſſimū nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo. Molliſſimus enim hic, vt duriſſimus primus. De medijs duobus prior q̄ poſterior melior, vtriq; pluris q̄ nigri & albi. Neq; non præterea vt mares feminis boni ſint, quorū & forma eſt ſpectanda & qui ex his orti ſunt, vt reſpondeant ad parentum ſpeciem: & prӕterea quibus regionibus nati, ſunt, refert. Boni enim generis in Italia, plerīq; gallici ad opus. Contra iugatorii lyguſtici. Tranſmarini epirotici non ſolum meliores totius Grӕciæ, ſed etiam Italiæ, tametſi quidā de Ita-

Deorū ſupplicia. Formula cōparādorū boum. De boum paſtu, admiſſura & fœtura. Macras citius cōcipere. Matrices. λύρα. Fides. An mas an fœm. ꝓcep. tauri ind.

licis, quos propter amplitudinē pręſtare dicunt, ad victimas farciunt, atq; ad deorū ſeruāt ſupplicia. qui ſine dubio ad res diuinas propter dignitatē amplitudinis & coloris, pręponendi. Q̄d eo magis fit, q̄ albi in Italia non tam frequentes q̄ qui in Thracia, vbi alio colore pauci. Eos cum emimus domitos, ſtipulamur, ſic, Illoſce boues ſanos eſſe, noxiſq; pręſtari? Cum emimus indomitos, ſic, Illoſce iuuēcos ſanos recte, deq; pecore ſano eſſe, noxiſq; pręſtari ſpondeſne? Paulo verboſius hæc, qui Manilii actiones ſequūtur lanii, qui ad cultrū bouem emūt, & qui ad altaria, hoſtię ſanitatē nō ſolent ſtipulari. Paſcūtur armēta cōmodiſſime in nemoribus, vbi virgulta, & frons multa. Hyeme cū hybernant, ſecūdū mare: æſtu abiguntur in montes frondoſos. Propter fœturā hæc obſeruare ſoleo ante admiſſurā, menſem vnū, ne cibo & potione ſe impleant, q̄ exiſtimātur facilius macræ concipere. Contra, tauros duobus menſibus ante admiſſuram, hęrba, & palea, ac fœno facio pleniores, & a fœminis ſecerno. Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices ſeptuaginta, duos, vnū anniculum, alterū bimū. Hoc ſecūdum aſtri exortū facio, q̄d gręci vocant λύραν, fidem noſtri. Tum deniq; tauros in gregem redigo. Mas an fœmina ſit concepta, ſignificat deſcenſu taurus cū iniit: ſiquidē ſi mas eſt, in dexteriorē partē abit: ſi fœmina, in ſiniſteriorē. Cur

hoc fiat, vos videritis, qui Aristotelem legitis. Non minores oportet inire bimas, vt trimę pariāt, eo melius si quadrimę. Plerę& pariunt in decem annos, quędā etiam in plures. Maxime idoneū tempus ad concipiendum a delphini exortu vsq; ad dies. xl. aut paulo plus. Quæ enim ita cōcepe rint, temperatissimo anni tempore pariunt. Vaccę enim mensibus decem sunt prægnantes. De q; bus admirandū scriptū inueni, exēptis testiculis, si statim admiseris, concipere. Eas pasci oportet in locis viridibus, & aquosis. Cauere oportet, ne aut angustius stent, aut feriantur, aut cōcurrant. Itaq; q eas æstate tabani concitare solent, & bestiolæ quędā minutę sub cauda, ne conciten tur, aliqui solent includere septis. His substerni oportet frondem, aliudue qd in cubilia, quo mollius conquiescant. Æstate ad aquam appellendū bis, hyeme semel. Cū parere cœperint, scdm stabula pabulū seruari oportet integrū, qđ egredientes degustare possint: fastidiosę enim fiunt. Et puidendū, quo recipiūt se, frigidus locus ne sit: algor enim eas, & fames macrescere cogit. In alimoniis armentitiū pecus sic contuendum: lactentes cum matribus ne cubent, obteruntur enim, ad eas mane adigi oportet, & cum redierint e pastu. Cum creuerint vituli, leuandę matres, & pabulū viride obiiciendum in præsepiis. Item his, vt fere in omnibus stabulis, lapides substernendi, aut quid item, ne vngulę putrescant. Ab æquinoctio autumnali vna pascūtur cū matribus. Castrare non oportet ante bimatum, q difficulter, si aliter feceris, se recipiunt. Qui autem postea castrantur, duri, & inutiles fiūt. Item, vt reliquis gregibus pecuariis, delectus quotannis habēdus, & reiiculę reiiciundę, q locū occupant earū, quæ ferre possunt fructus. Si qua amisit vitulū, ei oportet supponere eos, quibus nō satis lactis prębent matres. Semestribus vitulis obiiciūt furfures triticeos, & farinam ordeaceam, & teneram hęrbam, & vt bibant mane, & vesperi curant. De sanitate sunt complura, quę exscripta e Magonis libris, armētarium meum crebro vt aliquid legat, curo. Numerus de tauris, & vaccis sic habendus, vt in sexaginta, vnus sit anniculus, alter bimus. Quidam habent aut maiorem, aut minorem numerum gregum. Nam apud eum duo Tauri in septuaginta matribus sunt. Numerum gregum alius alium facit. Quidam centenarium modicū putant esse, vt ego: Atticus centum viginti habet, vt Lucienus. Hæc ille.

Delphini exor.

Tabani.

Castrandi temp.

Numerus de tau.

De asinis. Caput. VI.

AT Murius, qui dū loquitur Vactius cū Lucieno rediisset. Ego, inquit, de asinis potissimū dicam, q sum reatinus, vbi optimi & maximi fiunt, e quo seminio ego hic procuraui pullos, & ipsis Arcadibus vendidi aliquoties. Igitur asinorum gregem qui facere vult bonū, primū vidēdū, vt mares fœminasq; bona ætate sumat, vtiq; vt q̄ diutissime fructum ferre possit, firmos, omnibus partibus honestos, corpore amplo, seminio bono, ex his locis vnde optimi exeunt, qđ faciunt Pelopōnenses, cū potissimū eos ex Arcadia emebant, in Italia ex agro reatino. Non enim si murenæ optimę flutę sunt in Sicilia & Helops in Rhodo, continuo hi pisces omni mari similes nascūtur. Horū genera duo. Vnū ferum, quos vocant onagros, in Phrygia, & Lycaonia sunt greges multi: Alterū mansuetū, vt sunt in Italia omnes. Ad seminationem onagrus idoneus, q e fero fit mansuetus facile, & e mansueto ferus nūq̄. Q; similes parentum gignantur, eligendi, & mas & fœmina cum dignitate vt sint. In mercando item (vt cęterę pecudes) emptionibus, & traditionib⁹ dominium muntāt, & de sanitate ac noxa solet caueri. Commode pascūtur farre, & furfuribus ordeaceis. Admittūtur ante solstitium, vt eodem tempore alternis annis pariant. Duodecimo enim mense conceptum semen reddunt. Prægnantes opere leuant. Venter enim labore, nationem reddit deteriorem. Marem non disiūgūt ab opere, q remissione laboris fit deterior. In pastu eadē fere obseruant, quę in equis. Secundū partū pullos anno non remouent a matre. Proximo anno noctibus patiūtur esse cum his, & leuiter capistris, aliaue qua re habēt vinctos. Tertio anno demare incipiunt ad eas res, ad quas quisq; eos vult habere in vsu. Relinquit de numero: quorū greges non sane fiunt, nisi ii, qui onera portent: ideo q pleriq; deducuntur ad molas, aut ad agriculturam, vbi quid vehendum est, aut etiā ad arandum, vbi leuis est terra, vt in Campania. Greges fiunt fere mercatorum, vt eorum qui e Brundusio, aut Appulia asellis dossuariis comportant ad mare oleum, aut vinū, item frumentum, aut quid aliud.

Asinorum grex quō cōstituēdus.

Murenæ flutę i Sicil. Helops. Onagri. Seminatio

Asini dossuarii.

De equis & equabus. Caput. VII.

LVCILIVS. Ego quoq; adueniens aperiā carceres inquit, & equos emittere incipiam, nec solum mares, quos admissarios habeo, vt Atticus singulos in fœminas denas, e queis fœminas Commodius Equiculus vir fortissimus etiam patre militari iuxta ac mares habere solebat. Horum equorum, & equarum greges qui habere voluerint, vt habent aliqui in Pelopōneso, & in Appulia, primum oportet spectare ætatem, quam præcipiunt, Videndum ne sint minores trimę,

Equorum equarūq; greges.

Equorum ætas cogn. maiores decem annorum. Ætas cognoscitur equorum, & fere omniũ qui vngulas indiuisas habent, & etiam cornutarum, ꝙ equus triginta mensium primũ dentes medios dicitur amittere, duos superiores, & totidem inferiores. Incipientes quartũ agere annũ itidem eijciunt & totidem proximos eorum, quos amiserunt, & incipiunt nasci quos vocant columellares. Quinto anno incipiente item eodem modo amittere binos, quos caninos habent: tum renascentes eis, sexto anno impleri. Septimo omnes habere solent renatos, & completos. His maiores qui sunt, intelligi negãt posse, præterq̃ cum dentes sunt facti brochi, & supercilia cana, & sub ea lacunæ, ex obseruatu dicunt eum equũ habere annos sexdecim. Forma esse oportet magnitudine media, ꝙ nec vastos, nec minutos decet esse. Equas clunib⁹ ac ventribus latis. Equos ad admissurã quos velis habere, legere oportet amplo corpore, formosos, nulla parte corporis inter se nõ congruente. Vnde qualis futurus sit equus, e pullo coniectari potest, si caput habet non magnũ, nec membris confusis, si est oculis nigris, naribus nõ angustis, auribus applicatis, nõ angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem ceruicis, pectus latum & plenum, humeris latis, ventre modico, lumbis deorsum versum pressis, scapulis latis, spina maxime duplici, sin minus non extenta, coda ampla subcrispa, cruribus rectis, & æqualibus, genibus rotundis, nec magnis, nec introrsus spectantibus, vngulis duris, toto corpore vt habeat venas: quæ animaduerti possint, ꝙ qui huiuscemodi sit, & cum est æger, ad medendum est appositus: corpore multo.

Columellares. Canini. Brochi dẽtes. Lacunæ. Equi ad admiss. Ex pullo futurum equũ. quõ cõiect. põt. Coda.

De stirpe magni interest, qua sint, ꝙ genera sunt multa. Itaq; ad hoc nobiles a regionibus dicũtur: In Græcia Thessalici equi, a terra Appuli, ab Rosea roseani. Equi boni futuri signa sunt, si cũ gregalibus in pabulo contendit, in currendo, aliave qua re: quo potior sit, si cũ flumen traijciendum est, gregi in primis prægreditur, nec respectat alios. Emptio equina similis fere ac boum, & asinorũ, ꝙ eisdẽ rebus dominiũ in emptione mutatur, vt in Manilii actionibus sunt præscripta. Equinũ pecus pascendũ in pratis potissimũ herba. In stabulis, ac præsepibus arido fœno. Cũ peperint, ordeo adiecto bis die danda aqua. Horum fœturæ initium admissionis facere oportet, ab æquinoctio verno ad solstitium, vt partus idoneo tempore fiat. Duodecimo enim mense die decimo aiunt nasci. Quæ post tempus nascũtur, fere vitiosa, atq; inutilia existũt. Admittere oportet, cũ tempus anni venerit, bis die, mane & vespere. Peroriga enim appellatur quisquis admittit: eo enim adiutãte equa alligata celerius admittitur, neq; equi frustra cupiditate impulsi semen eiiciunt. Quoad satis sit admitti ipsę significãt, ꝙ se defendũt. Si fastidiũ saliendi est, scyllæ modicũ conterunt cũ aqua ad mellis crassitudinem, tum ea re naturã equæ, cũ menses ferunt, tangũt, contra ab locis equæ nares equi tangunt. Tametsi incredibile, qđ vsu venit memoriæ mandandum. Cum equus matrem vt saliret adduci non posset, & eũ capite obuoluto peroriga adduxisset, & coegisset matrem inire, cũ descendenti velum dempsisset ab oculis, ille impetũ fecit in eũ, ac mordicus interfecit. Cum conceperint equæ, videndum ne aut laborent plusculum, aut ne frigidis locis sint, ꝙ algor maxime prægnantibus obest. Itaq; in stabulis ab humore prohibere oportet humũ, clausa habere ostia, ac fenestras, & inter singulas a præsepibus interiicere lõgurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. Prægnantẽ neq; implere cibo, neq; esurire oportet. Alternis qui admittunt, diuturniores equos, & meliores pullos fieri dicunt. Itaq; vt restibiles segetes essent exuctiores, sic quotannis quæ prægnans fiat. In decem diebus secundũ partum cum matribus in pabulũ prodigendum. Ne vngulas comburat stercus, cauẽdum. Quinq; mestribus pullis factis, cum redacti sunt in stabulum, obiiciendũ farinam ordeaceam mollitam cũ furfuribus, & si quid aliud terra natum libenter edent. Anniculis iam factis dãdum ordeum, & furfures, vsq; quo aderunt lactantes. Neq; prius biennio confecto a lacte remouẽdum. Eosq;, cum stent cum matribus, interdum tractandum, ne cum sint disiuncti, exterreantur. Eademq; causa ibi frenos suspendendum, vt oculis consuescant & videre eorum faciem, & e motu audire crepitus. Cum iam ad manus accedere consueuerint, interdum imponere his puerum bis, aut ter pronum in ventrem: postea iam sedentem, hęc facere cum sit trimus, tum enim maxime crescere, ac lacertosum fieri. Sunt qui dicant post annũ, & sex menses equulum domari posse, sed melius post trimum, a quo tempore farrago dari solet. Hæc enim purgatio maxime necessaria equino pecori, ꝙ diebus decẽ facere oportet, nec pati alium vllum cibũ gustare. Ab vndecimo die vsq; ad quartũdecimũ dãdũ ordeum, quotidie adiiciendo minutatim. Qđ quarto die feceris, in eo decẽ diebus proximis manendum. Ab eo tempore mediocriter exercendũ. & cum sudauerit, oleo perungendum. Si frigus erit, in equili faciendus ignis. Equi ꝙ alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admissuram, alii ad cursurã, alii ad prædam, num item sunt spectãdi ad quę habẽdi? Itaq; peritus

Equi boni futuri signa. Gregalib⁹. Admittẽdi modus. Peroriga. Historia memorabilis. Longurii. Pullis eq. pabulum quod. Pulli quõ domentur. Farrago.

belli alios eligit,atq; alit, ac docet. aliter quadrigarius,ac desultor.Neq; idem, qui vectarios facere vult.neq; eodem modo parantur ad ephippium,vt ad † prędam: q; vt ad rem militarem,q; ibi ad castra habere volunt acres.Sic contra in viis habere malunt placidos,propter quod discrimẽ maxime institutũ,vt castrẽtur equi.Demptis enim testiculis fiunt quietiores,& ideo q; semine carent,ii canterii appellati,vt in suibus maiales,in gallis gallinaceis capi. De medicinis vel plurima sunt in equis & signa morborum,& genera curationum,quæ pastorem habere oportet. Itaq; ob hoc in Gręcia potissimũ medici pecorum κτηνιατροὶ appellati. Vectarii. †Rhedam. Canterii. Maiales. Capi. Cteniatri.

ℭDe mulis & hinulis. Cap. VIII.

CVM hęc loqueremur,venit a Menate libertus,qui dicat liba absoluta esse,& rẽ diuinã paratam:si vellent,venirent illuc,& ipsi pro se sacrificarent.Ego vero inquã,vos ire nõ patiar anteq̃ mihi reddideritis tertiũ actũ,de mulis,de canibus,de pastoribus. Breuis oratio de istis inquit Murius:Nã muli,& hinni† bigeneri,atq; insitii,non suopte genere ab radicib⁹. Ex equa enim & & asino fit mulus.Contra ex equo & asina,hinnus.Vterq; eorũ ad vsum vtilis,partu,fructu, ventre.Pullũ asininũ a partu recentẽ subiiciũt equę,cuius lacte ampliores fiunt, q; id lac q̃ asininum, ac alia omnia dicũt esse melius.Pręterea educant eũ paleis,fœno,ordeo.Matri suppositicię quoq; inseruiũt,quo equa ad ministeriũ lactis cibũ pullo prębere possit.Hic ita educatus ab initio,potest admitti.neq; enim eum aspernantur propter consuetudinẽ equinã.Hunc minorẽ si admiseris, & ipse citius senescit,& quę ex eo concipiũtur fiunt deteriora.Qui nõ habent eum asinũ,quẽ suppo fuerunt equę,& asinũ admissarium habere volũt, de asinis queq; amplissimũ,& formosissimũ quẽ habere possunt,eligunt:quiq; seminio natus sit bono,arcadico,vt antiqui dicebant,vt nos experti sumus,reatino,vbi † tricenis,ac quadrigenis millib⁹ HS admissarii aliquot venierũt.Quos emimus item vt equos stipulamur in emendo,ac facimus in accipiendo,vt dictũ est in equis.Hos pascimus pręcipue fœno atq; ordeo,& id ante admissurã largi⁹ facimus,vt cibo suffundamus vires ad fœturã.Eodem tẽpore,quo equos adducẽtes,iidẽq; vt ineant equas † perorigas curamus. Cũ peperit equa mulũ aut mulam,nutricãtes educam⁹.Hi si in palustrib⁹ locis atq; vliginosis nati,habent vngulas molles.Iidem si exacti sunt ęstiuo tempore in montes,qđ fit in agro reatino,durissimis vngulis fiunt.In grege mulorũ parando,spectanda ætas & forma.Alterũ vt vecturis sufferre labores possint:alterũ vt oculos aspectu delectare queant.Hisce enim binis coniunctis omnia vehicula in viis ducuntur.Hęc me reatino authore probares mi Attice,nisi tu ipse domi equarum greges haberes,ac mulorũ greges vendidisses.Hinnus qui appellatur,ex equo & asina, minor est, q̃ mulus corpore:plerũq; rubicũdior,auribus vt † ęquis,iubã & caudã similẽ asini.Itẽ in vẽtre est (vt equus) menses duodecim.Hosce item vt equulos & ęducant,& alunt, & ætatem eorũ ex dentibus cognoscunt. † bigeneres †Insititii. Mulus. Hinnus. Pull. asini. equę subiici Semin. arc. & reatino asini. † trecenis ac quadrigenis Suffundere vires † p porigas Hinnus. †equi

ℭDe Canibus. Caput. IX.

RELINQVITVR inquit Atticus,de quadrupedibus, qđ ad canes attinet,maxime ad nos, qui pecus pascimus lanare.Canis.n.ita custos est pecoris,vt eius† qđ eo comite indiget ad se defendendũ.In quo genere sunt maxime oues,deinde caprę. Has enim lupus captare solet, cui opponimus canes defensores.In suillo pecore tamen sunt,quę se vindicẽt:sues,verres,maiales,scrofæ,ppe eñ hæc apris,q in syluis sępe dentibus canes occiderunt.Quid dicam de pecore maiore? cũ sciam mulorũ gregẽ cũ pasceret, eoq; venisset lupus,vltro mulos circũfluxisse,& vngulis cædendo eum occidisse? & tauros solere diuersos assistere clunibus continuatos,& cornibus facile p pulsare lupos? Quare de canibus,quoniam genera duo,vnũ venaticũ,& pertinet ad feras bestias, ac syluestres:alterũ,qđ custodię causa paratur,& ptinet ad pastorem,dicam & de eo ad formã artis expositam in nouẽ partes.Primũ ætate idonea parandi,q; catuli & vetuli neq; sibi,neq; ouibus sunt pręsidio,& feris bestijs nõnunq̃ prędę.Facie debẽt esse formosi,magnitudine ampla,oculis nigrantibus,aut † rauis,naribus congruẽtibus,labris subnigris, aut rubicundis, neq; resimis superioribus,neq; pendulis subtus,mẽto suppresso,& ex eo enatis duobus dentibus dextra & sinistra paulo eminulis superioribus,directis potius q̃ brochis & acutis,quos habent labro tectos,capitibus & auriculis magnis ac flaccis,crassis ceruicibus,ac collo,internodijs articulorum longis, cruribus rectis,ac potius †varijs q̃ vacijs,pedib⁹ magnis & altis,qui ingredienti ei displodantur,digitis discretis,vnguibus duris,ac curuis,talo nec vt corneo,nec nimiũ duro, sed vt fermentato, ac molli,a feminibus summis corpore suppresso, spina neq; eminula,neq; curua,cauda crassa,latratu graui,hiatu magno,colore potissimũ albo,q; in tenebris specie leonina.Prætera fœminas volunt esse mãmosas ęqualibus papillis.Item videndum,vt boni seminij sint. Itaq; a regionibus ap- Lanare pecus. †qui Canũ genera duo. Catuli & vetuli. †glaucis Col. li. viii. cap. xii. Internod. articu. †Varis q̃ vacuis cruribus Canes fœ.

Lacones ca. pellantur lacones,epirotici,salentini. Videndũ ne a venatoribus, aut laniis canes emas. Alteri, ꝙ
ad pecus sequendũ inertes:alteri si viderint leporẽ,aut ceruum,ꝙ eũ potius q̃ oues sequenť. Qua
re aut a pastoribus empta melior,quę oues sequi consueuit,aut sine vlla consuetudine quę fuerit:
canis enim facilius qd assuescit,eaq; firmior cõsuetudo,quę fit ad pastores,q̃ quę ad pecudes. Pu
blius Aufidius Pontianus amiterninus,cum greges ouiũ emisset in Vmbria vltima,quibus gre
gibus sine pastoribus canes accessissent,pastores,vt deduxerunt in Metapontinos saltus,& Hera
cleę emporiũ,inde cũ domũ redissent,qui ad locũ deduxerant,e desiderio hoĩm diebus paucis post
ea canes sua sponte,cum dierum multorũ via interesset,sibi ex agris cibaria quęsierũt,atq; in Vm
briã ad pastores redierunt,neq; eoꝝ quisq̃ fecerat,qđ in agricultura Saserna præcepit,Qui vellet
A cane si qs se sectari vult. se a cane sectari, vti ranã obiiciat coctã. Magni interest ex semine esse canes eodem,ꝙ cognati ma
xime inter se sunt prę sidio. Sequitur quartum de emptione,id fit alterius,ꝙ a priore dño,secũdo
Formulæ cõparand. canum. traditũ est. De sanitate & noxa stipulationes fiunt eædẽ,quę in pecore, nisi ꝙ hic vtiliter exceptũ
est. Alii precium faciunt in singula capita canũ. Alii vt catuli sequantur matrem. Alii vt bini ca
tuli vnius canis numerũ obtineãt,vt solent bini agni vnius ouis. Pleriq; vt accedant canes,q con
sueuerunt esse vna. Cibatus canis propior hoĩs q̃ ouis. Pascitur enim e culina & ossibus, nõ her
Cibat⁹ canũ bis aut frondibus. Diligenter vt habeant cibaria prouidendũ. Fames enim hos ad quęrendũ cibũ
ducet,si non prębebitur,& a pecore abducet. Nisi si(vt putant quidã)etiam illuc peruenerint,pro
uerbiũ vt tollunt antiquũ, θυλιμιᾶ κύων aperiant,de Actęone,atq; in dominum afferant dentes.
Nec nõ ita panẽ ordeaceũ dandũ,vt nõ potius eũ in lacte des intritũ,ꝙ eo consueti cibo vti,a pe
Morticina ouis. core non cito descisců. Morticinę ouis non patiũtur vesci carne,ne ducti sapore minus se abstine
Ius ex ossib. ant. Dant etiã ius ex ossibus,& ea ipsa ossa cõtusa,dentes enim facit firmiores. & os magis patu
De fœtura canum. lum. Propterea q: vehemẽtius diducuntur malę,acrioresq; fiunt propter medullarum saporẽ. Ci
Catulire. bũ capere consuescũt interdiu,vbi pascũtur:vesperi,vbi stabulanť. De fœtura,principiũ admittẽ
di faciunt veris principio,tunc enim dicuntur catulire,id est ostendere se velle maritari. Quę cũ
admissę,pariunt circiter solstitio,prægnantes enim solent esse ternos menses. In fœtura dandũ po
tius ordeaceos q̃ triticeos panes,magis enim eo aluntur,& lactis prębent maiorẽ facultatẽ. In nu
tricatu secundũ partũ si plures sunt,statim eligere oportet quos habere velis, reliquos abiicere
Quo paucissimos relinqueris,tam optimi in alendo fiũt propter copiã lactis. Substernitur eis acus.
aut quid aliud,ꝙ meliore cubili facilius educantur. Catuli diebus viginti videre incipiũt. Duob⁹
mensibus primis a partu non disiungũtur a matre,sed minutatim desuefiunt. Educũt eos plures
in vnũ locũ,& iritant ad pugnandũ quo fiãt acriores:neq; defatigari patiuntur, quo fiãt segnio
res. Cõsuefaciũt quoq; vt possint alligari primũ leuibus numellis,quas si abrodere conantur,ne id
consuescant facere,verberibus deterrere solent. Pluuiis diebus cubilia substernenda fronde,aut pa
bulo duabus de causis,vt ne †oblinantur,aut perfrigescant. Quidam eos castrant, ꝙ eo minus pu
Numellæ. †oblimẽtur tant relinquere gregem. Quidã non faciunt,ꝙ eos credũt minus acres fieri:quidã nucibus gręcis
Ricini. in aqua tritis perũgũt aures,& inter digitos,ꝙ muscę,& recini,& pulices soleant (si hoc vnguine
Collaria. Millum. non sis vsus)ea exulcerare:& ne vulnerenť a bestiis,imponũtur his collaria,quę vocantur millũ,
id est cingulũ circũ collum ex corio firmo cũ clauulis capitatis, cui intra capita insuitur pellis
mollis,ne noceat collo duritia ferri. Quo si lupus,aliusue qs his vulnerat⁹ est, reliquos quoq; canes
facit,q id nõ habẽt,vt sint in tuto. Numer⁹ canũ ꝑ pecoris multitudine solet parari. Fere modicũ
esse putant,vt singuli sequanť singulos opiliones,de quo numero ali⁹ aliũ modũ cõstituit. Quo si
sunt regiones vbi bestię sint multę,debẽt esse plures,qđ accidit iis,q ꝑ calles syluestres lõginquos
solẽt comitari in ęstiua,& hyberna. Villatico vero gregi in fundũ satis esse duos,& id marẽ & fœ
minã. Ita.n.sunt assiduiores,ꝙ cũ altero idem fit acrior,& si alter indesinẽter ęger est,ne sine cane
Assiduiores indesinẽter. grex sit. Cũ circũspiceret Atticus nequid ꝑterisset,hoc silentiũ inquã vocat aliũ ad partes.

De pastoribus. Cap. X.

RELIQVVM enim est in hoc actu quot,& qđ gen⁹ sint habendi pastores. Cossinius ad ma
iores pecudes ętate superiores,ad minores etiã pueros,& vtroq; horũ firmiores,qui in colli
bus versantur,q̃ eos,qui in fundo,& quotidie ad villã redeunt,itaq; in saltibus licet videre iuuẽ
Magister pec. tutẽ,& eã fere armatã,cum in fundis non modo pueri,sed etiã puellę pascant. Qui pascunt in sal
tibus,greges cogere oportet,in pastione diẽ totũ esse,pascere communiter. Contra,pernoctare ad
suũ quęq; gregẽ esse oẽs sub vno magistro pecoris,eũ esse maiorẽ natu potius q̃ alios,& peritiorẽ
q̃ reliquos,ꝙ iis,qui ętate & scientia pręstãt,aio ęquiore reliqui parẽt. Ita tamen oportet ætate
pręstare,vt ne propter senectutem minus sustinere possit labores. Neq;.n.senes, neq; pueri colliũ

difficultatem, aut montium arduitatem, atq; asperitatē facile ferunt: ꝙ patiendum illis, qui greges sequũtur, pręsertim armentitios, ac caprinos, quibus rupes ac syluę ad pabulandũ cordi. Formę hominũ legendę, vt sint firmæ, ac veloces, mobiles, expeditis mēbris, qui non solum pecus sequi possint, sed etiam a bestijs ac prędonibus defendere, qui onera extollere in iumenta possint, q excurrere, qui iaculari. Non oīs apta natio ad pecuariā, ꝙ neq; basculus, neq; turdulus idonei. Galli appositi, sed maxime ad iumenta. In emptionibus † dñm legitimũ sex fere res pficiunt: si hęreditatē iustam adiit: si, vt debuit, mācipio ab eo accepit, a quo iure ciuili potuit: aut si † in iure cessit cui potuit cedere, & id vbi oportuit: aut si vsu cepit: aut si e pręda sub corona emit. Tumve cum in bonis sectioneve cuius publice vęnit. In horũ emptione solet accedere peculium, aut si † excipi et stipulatio, intercedere sanũ cũ esse, furtis, noxisq; solutũ: Aut si mācipio nō datur, dupla promitti, aut si, ita pacti, simpla. Cibus eorũ debet esse interdiu separatim vniuscuiusq; gregis. Vespertinus in cœna, qui sunt sub vno magistro, cōmunis. Magistrũ prouidere oportet, vt omnia sequantur instrumenta, quę pecori, & pastoribus opus sunt, maxime ad victũ hominũ, & ad medicinam pecudũ. Ad quā rem habēt iumenta dossuaria dñi, alii equas. Alii pro his quid aliud, ꝙ onus dorso ferre possit. Qđ ad fœturam humanā ptinet pastorũ, qui in fundo perpetuo manent, facile est, ꝙ habeant conseruā in villa: nec hac venus pastoralis longius qd quęrit. Qui aũt sunt in saltibus, & syluestribus locis pascunt, & non villa, sed casis repentinos imbres vitant, his mulieres adiũgere, quę sequantur greges, ac cibaria pastoribus expediant, eosq; assiduiores faciant, vtile arbitrati multi. Sed eas mulieres firmas esse oportet, non turpes, quę in opere, vt in multis regionibus non cedant viris (vt in Illyrico passim videre licet) quę vel pascere pecus, vel ad focũ afferre ligna, ac cibũ concoquere, vel ad casas instrumentũ seruare possint. De nutricatu hoc dico, easdem fere & nutrices, & matres. Tremellius, simul aspicit ad me, & vt audiui dicere inquit, cum in Lyburniā venisses, te vidisse matresfamilias eorum afferre ligna, & simul pueros quos alerent, alias singulos alias binos, quæ ostenderent fœtas nostras, quę in conopeis iacēt dies aliquot, esse luridas, mucidas, & cōtemnēdas. Cui ego, Certe inquā. Nā in Illyrico hoc amplius, pręgnantē sępe, cum venit pariendi tempus, non longe ab opere discedere, ibiq; enixam puerum referre, quem non peperisse, sed inuenisse putes. Necnon etiam hoc quas virgines ibi appellant, nōnunꝗ annorũ viginti, quibus mos eorum nō denegauit ante nuptias, vt succumberēt quibus vellēt, & īcomitatas vt vagari liceret, & filios haberēt e quibus vellent. Quæ ad valetudinē pertinēt hominũ, ac pecoris, vt sine medico curari possint, magistrũ scripta habere oportet. Is enim sine literis idoneus non est, ꝙ rationes dominicas pecuarias conficere, nec quicꝗ recte potest. De numero pastorum alii angustius, alii laxius cōstituere solent Ego in octogenas hirtas oues singulos pastores cōstitui. Atticus in cētenas. In gregibus ouium, sed magnis quos miliarios faciunt quidam, facilius de summa hominum detrahere possunt, ꝗ de minoribus, vt sunt Attici. Tremellius, Septingenarij enim mei, vt opinor, tu octingenarios habuisti. Nec tamen non vt nos arietum decimam partē. Ad equarũ gregem quinquagenarium bini hoīes, vtiq; vterq; horum vt secum habeat equas domitas singulas in iis regionibus, in quibus stabularii solent equas abigere, vt in Appulia, & in Lucanis accidit sępe.

Arduitas mont. Armētitii. Basculus Turdus. † dominiũ & sex modis leg. trāsferri † tei † excipietur Dossuaria. Turpes fe. Illyr. mul. Libur. matresf. Conopeia. Enixa illyr. Miliarii g.

De lacte caseo lana. Cap. XI.

QVONIAM promissa absoluimus, eamus inquit. Sed inquā si quid adieceritis deextra ordinario pecudũ fructu, † de lacte in eo, & tonsura lanę. Est enim lac omniũ rerum, quas cibi causa capimus, liquentiũ maxime alibile, & id ouillũ, inde caprinũ. Qđ aũt maxime perpurget est equinum, tum asininũ, deinde bubulũ, tum caprinũ. Sed horum sunt discrimina quędam, & a pastionibus, & a pecudũ natura, & a mulctu. A pastionibus, ꝙ fit ab ordeo & stipula, & omnino arido, & firmo cibo pecude pasta, id alibile ad perpurgandum, id ꝙ a viridi pascuo, & eo magis fluxe ex hęrba, quæ eadem ipsa sumpta perpurgare corpora nostra solet. A pecudum natura, ꝙ lac melius est a valentibus, & ab iis, quę nondum veteres sunt, ꝗ si est contra. A mulgendo, atq; ortu optimũ est, id ꝙ neq; emũctum longe abest a mulso, neq; a partu continuo est sumptum. Ex hoc lacte casei qui fiunt maximi cibi sunt bubuli, & qui difficilime transeant sumpti. Secũdo ouilli minimi cibi, & qui facillime deiiciant, caprini. Est etiam discrimē, vtrum casei molles, ac recētes sint, an aridi, & veteres. Cum molles sunt, magis alibiles, in corpore non resides: veteres & aridi cōtra. Caseum facere incipiunt a vergiliis vernis exortis ad ęstiuas vergilias. Mulgent vere ad caseum faciundũ mane, aliis temporibus meridianis horis, tametsi propter loca, & pabulum disparile non vsquequaq; idem fit. Lactis duobus congiis addunt coagulum magnitudine oleæ, vt coeat, ꝙ

* vt pdictũ est de lacte. Alibile lac. Lactis discrimen. Mulctu. Caseorum discrimen. Case' ꝗ fiat Coagulum.

ὀπὸς. δρακόνζον. Rumia dea Subrumi. Fossillis sal. Tonsura ouium. Sucada lana.

melius leporinũ & hœdinũ,q̃ agninũ. Alii pro coagulo addunt de fici ramo lac,& acetũ,& aspergunt itẽ aliis aliquot reb⁹,qđ greci appellant alii ὀπὸν,alii δρακόνζον. Nõ negarim inquã ideo apud diuæ Rumię sacellũ,a pastoribus satam ficũ. Ibi enim solent sacrificare lacte pro vino, & pro lactentibus. mãmę enim rumis,siue Rumę,vt ante dicebant,a rumi, & inde dicuntur subrumi agni lactentes,a lacte. Quin aspergi solent sales,melior fossilis q̃ marinus. De tonsura ouiũ primũ animaduerto anteq̃ incipiam facere, nũ scabiem,aut vlcera habeãt:vt,si opus est,ante curentur q̃ tõdeantur. Tonsurę tempus inter æquinoctium vernũ & solstitium, cum sudare cœperint oues,a quo sudore recens lana tonsa,succida est appellata. Tonsas recentes eodem die perungunt oleo,& vino,nõ nemo admista cęra alba,& adipe suillo. Et si ea tecta solet esse quã habuit pellẽ,iniectam eam intrinsecus eadem re perungũt,& tegũt rursus. Siqua in tonsura plagam accepit, eum locũ obliniũt pice liquida. Oues hirtas tondẽt circiter ordeaceam messem,in aliis locis ante fœnisicia. Quidam has in anno bis tondent,vt in Hispania citeriore,ac semestres faciunt tonsuras:duplicẽ impendũt operã,ꝙ sic plus putant fieri lanę,quo nomine quidam bis secant prata. Diligẽtiores

Tegeticula. Flocci. Vellera. Vellumia. Vulsura Tõsores q̃i

tegeticulis subiectis oues tõdere solẽt,ne flocci intereãt. Dies ad eã rẽ sumuntur sereni, & iis id faciũt fere a quarta ad decimã horã,quoniam sole calidiore tõsa,ex sudore eius lana fit mollior,& ponderosior,& colore meliore. Quã demptã & cõglobatam alii vellera,alii vellumia appellant:ex quorum vocabulo animaduerti licet,prius lanę vulsuram q̃ tõsuram inuẽtam. Qui etiam nunc vellũt,ante triduo ieiunas habẽt,ꝙ languidę minus radices lanę retinẽt. Omnio tõsores in Italia primũ venisse ex Sicilia dicũtur post Romã cõditã anno quadringẽtesimo quinquagesimoquarto,vt scriptũ in publico Ardeæ in literis extat, eosq; adduxisse Publium Ticinium Menã. Olim tõsores nõ fuisse adsignificãt antiquorum statuę, ꝙ plereq; habẽt capillum, & barbam magnam.

Sardi Getulicq; caprin. pell. vestiuntur. Diphterię. Caprarum tonsura. Cilicia.

Suscipit Cossinius, Vt fructũ ouis e lana ad vestimẽtum,sic capra pilos ministrat ad vsum nauticum,& ad bellica tormẽta,& fabrilia vasa. Neq; nõ quędam nationes harum pellibus sunt vestitę,vt in Getulia,& Sardinia. Cui⁹ vsum apud antiquos quoq; Gręcos fuisse apparet,ꝙ in tragœdiis senes ab hac pelle vocãtur διφθερίαι:& in comœdiis,qui in rustico opere morãtur, vt apud Ceciliũ in Hypobolimęo habet adolescẽs: apud Terẽtium in Heautõtimorumeno senex. Tõdentur,ꝙ magnis villis sunt in magna parte Phrygię,vnde cilicia,& cętera eius generis ferri solent. Sed ꝙ primũ ea tõsura in Cilicia sit instituta,nomẽ id cilicas adiecisse dicũt. Illi hoc. Neq; ab hoc qđ mutaret Cossinius, & simul Vituli libertus in vrbẽ veniẽs ex hortis diuertitur ad nos,& ego ad te missus inquit ibam,domũ rogatum,ne diem festum faceres breuiorem, & mature venires. Itaq; discedimus ego & Scrofa in hortos ad Vitulum Nigrum Turanniũ. Mox illi partim domum,partim ad Lenatem.

M.TERENTII VARRONIS

DE RE RVSTICA LIBER TERTIVS ET VLTIMVS.

PRÆFATIO

AD Q. PINNIVM. Caput.I.

Rustica vita antiqor vrb. Thebę bœ. Ogyges.

CVM duæ vitæ traditæ sint hominũ,rustica,& vrbana Q. Pinni,dubiũ non est,quin hæ non solum loco discretæ sint, sed etiam tempore diuersam originem habeant:antiquior enim multo rustica,ꝙ fuit tẽpus, cum rura colerent homines,neq; vrbem haberent. Etenim vetustissimũ oppidum cum sit traditum græcum,Bœotiæ Thebæ,qđ rex Ogyges ædificarit: in agro Romano Roma,quã Romulus rex. Nã in hoc nunc deniq; est,vt dici possit,non cum Ennius scripsit.

Septingenti sunt paulo plus,aut minus anni,
Augusto augurio postq̃ inclyta cõdita Roma est.

Cataclysm. Immani numero.

Thebę,quę ante cataclysmon Ogygi conditę dicuntur,eæ tamen circiter duo millia annorum & cẽtum sunt. Qđ tempus si referas ad illud principium, quo agri coli sunt cœpti,atq; in casis & tuguriis habitabãt,nec mur⁹ nec porta quid esset sciebãt,immani annorum numero vrbanis agricolę pręstãt. Nec mirũ,ꝙ diuina natura dedit agros,ars humana ædificauit vrbes. Cum artes oẽs dicãtur in Gręcia intra mille annorum tempora repertæ, agri nunq̃ nõ fuerũt in terris,qui coli possint. Neq; solum antiquior cultura agri,sed etiam melior. Itaq; non sine causa maiores nostri ex vrbe in agris redigebant suos ciues,ꝙ & in pace a rusticis Romanis alebantur,& in bello ab his tuebãtur. Nec sine causa terram eandem appellabãt ma-

Terra, mater & ceres dicta.

trem & cererē,& qui eā colerēt,piam,& vtilē agere vitā credebant,atq; eos solos reliquias esse ex stirpe Saturni regis.Cui cōsentaneū est,q; initia vocātur potissimū ea, quę Cereri fiūt sacra. Nec minus oppidi quoq; nomē Thebæ indicāt antiquiorem esse agrum,q; ab agri genere nō a cōditore ei nomē est impositum.Nam lingua prisca & in Græcia æoles Bœotij sine afflatu vocāt æolis Thebas,& in Sabinis quo e Gręcia venerūt Pelasgi,etiam nūc ita dicūt.Cuius vestigium in agro Sabino via Salaria nō lōge a Reate milliarius cliuus appellātur Thebæ.Cum agriculturam primo pp̄ter paupertatem maxime indiscretam haberēt,q; a pastoribus,qui erāt orti in eodem agro & serebant,& pascebāt:qui postea creuerūt peculia diuiserūt, ac factū, vt dicerētur alii agricolæ, alii pastores.Quæ ipsa pars duplex est,tametsi ab nullo satis discreta: q; altera est villatica pastio, altera agrestis.Hęc nota & nobilis,q; & pecuaria appellatur,& multū hoīes locupletat, & ob eam rem aut cōductos,aut emptos habēt saltus.Altera villatica,q; humilis videtur, a quibusdam adiecta ad agriculturam cum esset pastio,neq; explicata tota separatim,qđ sciam ab vllo.Itaq; cum putarem esse rerum rusticarum,quæ cōstituta sunt fructus causa tria genera,vnum de agricultura,alterum de re pecuaria,tertium de villaticis pastionibus,tres libros institui. E queis duos scripsi,primū ad Fūdaniam vxorem de agricultura,secundū de pecuaria ad Turānium Nigrū. Qui reliquus est tertius de villaticis fructibus,in hoc ad te mitto,q; visus sum debere pro nostra vicinitate,& amore scribere potissimū ad te.Cum eñ villā haberes opere tectorio,& intestino,ac pauimētis nobilibus Lithostrotis spectādam,parum putasses esse, ni tuis quoq; literis exornati parietes essent.Ego quoq;,quo ornatior ea esse posset fructu q̄ factu, quoad facere possem,hæc ad te misi,recordatus de ęa re sermones,quos de villa perfecta habuissemus.

Initia
Sine afflatu
Milliari⁹ d.
Pecuaria.
Villatica pastio.
Opus tectorium & itestinum.
Lithostrotū.
Pauimētū.

¶De villaticis pastionibus. Cap.II.

COMITIIS ædilitiis cum sole caldo ego,atq; Axius senator tribulis suffragium tulissimus,& candidato,cui studebamus,vellemus esse pręsto,cum domū rediret,Axius mihi dū dirimuntur inquit suffragia,vis potius villæ publicę vtamur vmbra,q̄ priuati candidati tabella, dum ita ædificemus nobis? Opinor inquā nō solum qđ dicitur,Malum consilium consultori esse pessimū: sed etiam bonum consilium,qui consulit & qui consulitur,bonum habendum:itaq; imus,venim⁹ in villam.Ibi Appium Claudium augurem sedētem inuenim⁹ in subselliis, vt cōsuli,si quid vsus poposcisset,esset pręsto.Sedebat ad sinistram eius Cornelius Merula cōsulari familia ortus, & Fircellius Pauo reatinus,ad dextram Minutius Pica,& M.Petronius Passer. Ad quem cum accessissemus,Axius Appio subridēs,recipis nos inquit,in tuum ornithona,vbi sedes inter aues? Ille,Ego inquit te,pręsertim cuius aues hospitales etiam nunc ructor,quas mihi apposuisti paucis ante diebus in villa Reatina ad lacum Velini eūti de cōtrouersiis Interamnatium,& Reatinorum cogniturо.Sed non hæc inquit villa,q̄q̄ ædificarint maiores nostri,frugalior,& melior est,q̄ tua illa perpolita in Reatino.Nunc vbi hic vides citrum,aut aurum?nū miniū,aut † armenium,num aliquod emblema,aut lithostrotum?quæ illic omnia contra.Et cum hæc sit communis vniuersi populi, illa solius tui.Hæc quo succedant e campo ciues,& reliqui omnes: illa quo equę,& asini.Præterea cum ad remp.administrandam hęc sit vtilis,vbi cohortes ad delectum consuli adductę considāt, vbi arma ostendant, vbi censores censu admittant populum.

Malū cōsi⁹. cōs.pessimū
Sedere īter aues.
Ructor.
Citrum.
† hāmoniū
Emblema.

Tua inquit Axius,Hęc in cāpo Martio extremo vtilis,& nō delitiis sumptuosior,q̄ oēs omniū reatinę:tū & oblita tabulis est pictis,nec minus signis ornata.At meā,vestigiū vbi sit nullum Lysippi aut Antiphyli,videbis,sed crebrum satoris,& pastoris : & cū villa nō sit sine fundo magno & eo polito,cultura tua ista neq; agrū habet vllū,neq; bouē,nec equā. Deniq; qd tu habes simile villæ illius,quā tuus auus,& proauus habebat?Nec eñ hæc vt illa fœnisicia videt arida in tabulato,nec vindemiam in cælla,neq; in granario messem. Nam q; extra vrbem est ædificium,nihilo magis ideo est villa , q̄ eorum ædificia,qui habitant extra portam flumentanam, aut in æmilianis. Appius subridēs,Quoniā ego ignoro inquit,quid sit villa,velim me doceas, ne labar in imprudētiam,q; volo emere a M.Seio in Hostiēsi villam.Qꝫ si ea ædificia villę nō sunt, quę asinum tuum,quē mihi † quadraginta millibus emptum ostēdebas apud te,non habēt, metuo ne p̄ villa emā Ostię in litore seianas ædes.Qꝫ ædificium hic me Lucius Merula impulit vt cuperem habere cum diceret,nullam se accepisse villam,qua magis delectatus esset, cū apud eū dies aliquot fuisset.Nec tamē ibi se vidisse tabulam pictam,neq; signum æneum,aut marmoreū vllum:nihilo magis torcula vasa vindemiatoria, aut serias olearias, vt trapeta. Axius respicit Merulam,& qd igitur inquit est ista villa,si nec vrbana habet ornamenta,neq; rustica membra?Cui ille.

Asinus axii.
†quadrigētis legitur li br.ii.c.viii.
Videmiat. vasa.
Serię olear.

Non minus villa tua erit villa ad angulum Velini,quā neq; pictor neq; tector vidit vnq̄,q̄ illa

in Rosea, quę est polita opere tectorio eleganter, quā dominus habes cōmunē cum asino. Cum significasset nutu, nihilominus esse villam eam, quę esset simplex rustica, q̄ eam, in qua esset vtrūq; & rustica scilicet & vrbana, & rogasset quid ex his rebus colligeret. Quid inquit, si propter pastiones tuus fundus in Rosea probandus sit, & ꝙ ibi pascitur pecus, ac stabulatur, recte villa appellatur: Hæc quoq; simili de causa debet vocari villa, in qua propter pastiones fructus capiuntur magni. Quid enim refert vtrum propter oues, an propter aues fructus capias? an ne dulcior est fructus apud te ex bubulo pecore, vnde apes nascuntur, q̄ ex apibus, quæ ad villam, in aluearüs opus faciunt? & nū pluris nūc tu e villa illic natos verres lanio vendis, q̄ hic apros milliarios emis? Qui minus ego inquit Axius istas habere possum in Reatina villa? Nisi si apud Seium Siculum fit mel corsicum in reatino, & hic aprum glans cum pascit emptitia facit pinguem, illic gratuita exilem.

Milliarii apri.

Appius, Posse apud te fieri inquit seianas pastiones non negauit Merula, ego non esse ipse vidi. Duo enim genera cum sint pastionum. Vnum agrestre, in quo pecuarię sunt, alterum villaticum in quo sunt gallinę, ac columbę, & apes, & cętera, quę in villa solent pasci, de quibus & pœn⁹ Mago, & Cassius Dionysius, & alii quid separatim ac dispersim in libris reliquerunt, quos Seius legisse videtur, & ideo ex his pastionibus ex vna villa maiores fructus capere, q̄ alii faciūt ex toto fundo. Certe inquit Merula. Nam ibi vidi greges magnos anserum, gallinarū, columbarum, gruū, pauonum, nec non glirium, piscium, aprorum, & cęterę venationis, ex quibus rebus scriba librarius libertus eius, qui apparuit Varroni, & me absente patrono, hospitio accipiebat, in annos singulos plus †quinquagena millia HS e villa capere dicebat. Axio admiranti, certe nosti inquā mater teræ meę fundū in Sabinis, qui est ad quartū & vicesimū lapidem via salaria a Roma. Quidni inquit? vbi æstate diem meridie diuidere soleam, cum eo Reate ex vrbe, aut cum inde venio hyeme noctu ponere castra. Atq; in hac villa qui est ornithon, ex eo vno quinq; millia scio venisse turdorū denariis ternis, vt HS sexaginta millia ea pars villę reddiderit eo anno, bis tātū q̄ tuus fundus ducentorū iugerū Reate reddit. Quid sexaginta millia inquit Axius? LX. LX. derides? sexaginta millia inquā. Sed vt ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicui⁹, vt tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum cœnę, quę tunc innumerabiles, excandefaciebant annonā macelli. Reliquis annis omnibus & hanc expectabis summā, spero non tibi decoquet non ornithon. Neq; hoc accedit his moribus, nisi raro, ne decipiaris. Quotus enim quisq; est ann⁹, quo non videas epulum, aut triumphum, aut collegia †non epulari, quę nunc innumerabiles †incēdūt annonam? Sed propter luxuriam inquit, quodāmodo epulum quotidianū est intra ianuas Romæ, Nōne item L. Albutius homo (vt scitis) apprime doctus, cui⁹ Luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundū suū pastionibus semper vinci a villa? agrū enim minus dena millia HS reddere, villā plus vicena. Idem secundū mare quo loco vellet, si parasset villam, se supra centum millia e villa recepturū. Age non M. Cato nuper cum Luculli accepit tutelam, e piscinis eius quadraginta millibus †sextertiis vendidit pisces? Axius, Merula inquit recipe me quęso discipulū villaticę pastionis. Ille. Quin simul ac ꝓmiseris mineruał, incipiam inquit. Axius, Ego vero non recuso, vel hodie & ex ista pastione crebro. Appius, Credo simulac primū ex isto villatico pecore mortui erunt anseres, aut pauones. Cui ille, Quid enim interest vtrū morticinas editis volucres, an pisces, quos nisi mortuos estis nunq̄? Sed oro te inquit, induce me in viam disciplinę villaticę pastionis, ac vim, formāq; eius exponere Merula non grauare.

Pastionū genera duo

Apparuit. †quiq̄gita.

Bolus. Excādefac. ānonam.

†coepulari. †qui †itenduat.

†sestertiū.

Mineruał .i. cenam. Morticinę volucres. Induce.

Quę in villa circūve eam ali vel pasci possunt. Caput. III.

PRIMVM inquit dominū scientem esse oportet eorū animaliū, quę in villa, circūve eam ali, ac pasci possunt, ita vt dño sint fructui, ac delectationi. Eius disciplinę genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinę. Nunc ornithonas dicam omniū alitum, quæ intra parietes villę solēt pasci. Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritaui nostri dicebant, vbi soliti lepores sint, sed oīa septa affixa villę quę sunt, & habent inclusa animalia, quę pascantur. Similiter piscinas dico eas, quæ in aqua dulci, aut salsa inclusos habent pisces ad villam. Harum singula genera minimū in binas species diuidi possunt. In prima parte vt sint, quæ terra modo sunt contenta, vt sunt pauones, turtures, turdi. Altera species eorum sunt, quę non sunt contenta terra solum, sed etiam aquā requirunt, vt sunt anseres, querquedulæ, anates. Sic alterum genus illud venaticum duas habet diuersas species. Vnam, in qua est aper, caprea, lepus. Altera item extra villam, quæ sunt, vt apes, cocleę, glires. Tertii generis aquatilis item species duę, partim ꝙ habent pisces in aqua dulci, partim ꝙ in marina. De his sex partibus adhuc ista tria genera artificum comparanda, aucupes, venatores, piscatores, vt ab his emenda, quæ tuorum seruorum diligentia tuearis in fœtura ad par

Ornithōes

Leporaria. Piscinę.

Querq̄dulę

tus,& nata nutricare,saginareq;,in macellum vt perueniant.Neq; non etiam quædam assumēda in villā sine retibus aucupis,venatoris,piscatoris,vt glires,cocleę,& gallinę.Earum rerum cultura instituta prima,ea quę in villa habētur,nō solū augures Romani ad auspicia primū pararunt pullos,sed etiā patrisfamilię rure.Secūda,quę macerie ad villā venationis causa cludūtur,& pro pter aluearia.Apes em̄ subter subgrūdas ab initio villatico vsq; tecto. Tertia piscinæ dulces fieri cœptæ,& e fluminibus captos recepere ad se pisces.Omnibus tribus his generibus sunt bini gra dus,superiores,quos frugalitas antiqua:inferiores,quos luxuria posterior adiecit.Primus em̄ ille gradus antiquus maiorū nostrorum erat, in quo essent auiaria, duo dūtaxat, in plano cohors in qua pascebātur gallinę,& earū fructus erāt oua,& pulli.Alter sublimis,in quo erāt colūbæ in tur ribus,aut summa villa.Cōtra,nūc auiaria sunt nomine mutato,q; vocātur Ornithones,quę palatum suaue domini parauit,vt tecta maiora habeāt,q̄ tum habebant totę villę,in quibus stabulētur turdi,ac pauones.Sic in secunda parte,ac leporario pater tuus Axi prę̄terq̄ lepusculum e venatione vidit nūq̄.Neq; enim erat magnū id septum,qđ nūc vt habeāt,multos apros, ac capras, complura iugera maceriis concludūt.Nō tum inquit mihi,cū emisti fundū Thusculanum a M. Pisone in leporario apri fuerunt multi?In tertia parte quis habet piscinam,nisi dulcem ? & in ea dūtaxat † squalos,ac mugiles pisces?Quis contra nūc rhynton non dicit sua nihil interesse,vtrū his piscibus stagnū habeat plenū an ranis? Non Philippus cum ad Mimidium hospitem cassini diuertisset,& ei e vicino flumine lupum piscem formosum apposuisset,atq; ille gustasset & expuisset,dixit. Peream ni piscē putaui esse.Sic nostra ætas inquā,luxuria propagauit leporaria,ac piscinas protulit ad mare,& in eas pelagios greges piscium reuocauit. Non ꝓpter hos appellati Sergius Orata,& Lucius Murena? Quis em̄ ꝓpter nobilitatē ignorat piscinas Philippi, Hortensii,& Lucullorum?Quare vnde velis me incipere Axi,dic.

Auiaria. Cohors. Ornithōes. Stabulātur. † Scaros. Lupus pis. Piscinę nobiles.

De auibus in genere. Cap. IIII.

ILLE ego vero inquit(vt aiunt post principia in castris) id est ab his potius incipiendum temporibus,q̄ superioribus,q; ex pauonibus fructus capiuntur maiores,q̄ e gallinis.Atq; adeo nō dissimulabo,q; volo de ornithone primum,q; lucrifecerūt hoc nomen turdi.HS enim sexaginta millia firsellina excandere me fecerūt cupiditate. Merula,Duo sunt inquit, ornithonis genera. Vnū delectationis causa,vt Varro hic fecit noster sub Casino,qđ amatores inuenit multos. Alterum fructus causa,quo genere macellarii, & in vrbe quidam habēt loca clausa, & rure maxime conducta in Sabinis,q; ibi propter agri naturā frequētes apparēt turdi. Ex his tertii generis voluit esse Lucullus coniūctū auiariū,qđ fecit in Thusculano,vt in eodē tecto ornithonis inclusum tricliniū haberet,vbi delicate cœnitaret,& alios videret in mazonomo positos coctos,alios volitare circa fenestras captos.Qđ inutile inuenerunt.Nā nō tātū in eo oculos delectant intra fenestras aues volitantes,quantū offendit,q; alienus odor opplet nares.

Post princip. Macellarii. Mazonomum.

De turdis. Cap.V.

SED q; te malle arbitror Axi dicam de hoc ornithone,q; fructus causa faciunt:vnde nōnulli sumuntur pingues turdi.Igitur testudo(vt peristylū tectum tegulis,aut rete)fit magna,in qua millia aliquot turdorū,ac merularum includere possint.Quidam cū eo adiiciunt prę̄ter eas aues alias quoq;,quę pingues vęneūt care.vt milliariæ,ac coturnices.In hoc tectū aquā venire oportet p fistulā,& eam potius p canales angustas serpere,quę facile extergeri possint.Si em̄ late ibi aqua diffusa,& inquinatur facilius,& bibitur inutilius,& ex eis caduca,quę abundat & exit p fistulam facit,vt luto aues laborēt.Ostium habere humile, & angustum, & potissimū eius generis, qđ cochleā appellāt,vt solet esse in cauea,in qua tauri pugnare solēt.Fenestras raras,p quas nō videanē extrinsecus arbores,aut aues,q; earū aspectus ac desideriū macrescere facit volucres inclusas.Tātū luminis habere oportet,vt aues videre possint,vbi assidant,vbi cibus,vbi aqua sit.Tectorio tecta esse leui circū ostia,ac fenestras,ne qua intrare mus,aliave quę bestia possit.Circū huius ędificii parietes intrinsecus multos esse palos,vbi aues assidere possint.Prę̄terea & ꝑticas inclinatas ex humo ad parietē,& in eis trāsuersas alias gradatim modicis interuallis annexas ad speciē cancelloꝝ scenicoꝝ,ac theatri.Deorsū in terrā esse aquā,quā bibere possint.Cibatui offas positas,eę maxime glomeranē ex ficis,& farre misto.Diebus viginti anteq̄ qs tollere velit turdos largius dat cibū,& aquę plus ponit,& farre subtiliore incipit alere.In hoc tecto,caueaq; tabulata habeant aliquot ad perticę supplementum.Contra hoc auiarium est aliud minus, in quo quę mortuę ibi sunt aues, vt domino numerum reddat,curator seruare solet.Cum opus sunt ex hoc auiario, vt sumantur idoneæ,excluduntur in minusculum auiarium,qđ est coniunctum cū maiore ostio,& lumine illu

Peristylū. Milliariæ. Cochlea. Macrescere. Perticę. Cācelli sc. Offę ex fic. Auiariū mi.

Secluſoriũ. Deſpõdeãt an. i Aduenę a. ſtriore,qđ ſecluſorium appellant.Ibi cum eum numerũ habet excluſum,quem ſumere vult,omes occidit.Hoc ideo in ſecluſorio clam,ne reliqui,ſi videant,deſpondeant animũ,atq; alieno tempo re venditori moriantur.Non enim vt aduenę volucres faciunt pullos,vt in agro ciconię,in tecto

Vernaculę. Turdorum aduolatus reuolatuſq; Coturnices Palmaria. hirundines:ſic aut hic,aut illic turdi,qui cum ſunt nomine mares,re vera fœminę quoq; ſunt: neq; id non ſecutum vt eſſet in merulis,quæ nomine fœminino mares quoq; ſunt.Præterea volu cres cum partim aduenę ſint,vt hyrundines,& grues:partim vernaculę,vt gallinæ,ac columbæ. De illo genere ſunt turdi aduentitio,ac quot annis trans mare in Italiam aduolant circiter æqui noctium autumnale,& eodem reuolãt ad ęquinoctiũ vernũ.Et alio tempore turtures, ac coturni ces immani numero.Hoc ita fieri apparet in inſulis propinquis Pontia,Palmaria,Pandataria. Ibi

Volatura. enim in prima volatura cum veniunt,morantur dies paucos requieſcendi cauſa. Idemq; faciunt cum ex Italia trans mare remeant. Appius Axio,Si quinq; millia hic conieceris inquit, & erit epulum,ac triumph⁹,ſexaginta millia quęuis ſtatim in fœnus des licebit.Tum mihi, tu dic illud alterum genus ornithonis,qui animi cauſa conſtitutus a te ſub Caſſino fertur,in quo diceris lon

Archetypõ. Ornithotrophion. ge viciſſe nõ modo archetypon inuentoris noſtri ὀρνιθοτροφεῖον M.Lenii Strabonis, qui Brunduſii hoſpes noſter primus in periſtylo habuit exhedra concluſas aues, quas paſceret obiecto rete, ſed etiam Thuſculanũ magnũ ædificium Luculli.Cui ego,cum habeam ſub oppido Caſſino flumen,qđ per villam fluat liquidum,& altum,marginibus lapideis,latum pedes.lvii.& e villa in vil lam pontibus tranſeatur,longum pedes.D.CCCC.L.directum ab inſula ad Muſeum,quę eſt a Vi

Muſeum. nio fluuio,vbi confluit alter amnis ad ſummũ flumen,vbi eſt Muſeum,circũ huius ripas ambula tio eſt ſub diuo,pedes lata denos.Ab hac ambulatione in agrum verſus,ornithonis locus ex dua bus partibus dextra & ſiniſtra maceriis altis concluſus.Inter quas locus,qui eſt ornithonis,patet

Tabula lit. Capitulum Plumula. in latitudinem ped.XLVIII.deformatus ad tabulę literarię ſpeciem cum capitulo forma,quę eſt quadrata.patet in longitudinẽ pedes.LXXII.qua ad capitulũ rotũdus eſt ped.XXVII.Ad hæc ita vt in margine quaſi infimo tabulæ deſcripta ſit ambulatio,ab ornithone plumula, in qua me dia ſunt caueę,qua iter in aream eſt.In limine in lateribus dextra & ſiniſtra porticus ſunt primoribus columnis lapideis intermediis arbuſculis humilib⁹ ordinatę,cum a ſumma macerie ad epi

Rete canabina. Stylobates. ſtylium tecta porticus ſit rete canabina:& ab epiſtylio ad ſtylobatem hę ſunt auibus omne genus oppletæ,quibus cibus adminiſtratur per rete,& aqua riuulo tenui affluit:ſecundũ ſtylobatis interiorem partem dextra ac ſiniſtra ad ſummã aream quadratam,e medio diuerſæ duę nõ latę,ſed

Tholus. oblongę ſunt piſcinę ad porticus verſus.Inter eas piſcinas tãtũmodo acceſſus ſemita in tholum, qui eſt vltra rotũdus columnatus,vt eſt in ęde Catuli,ſi pro parietib⁹ feceris columnas.Extra eas columnas eſt ſylua manu ſata,grandibus arboribus tecta,vt infima perluceat,tota ſepta maceriis altis.Intra tholi columnas exteriores lapideas,& totidem interiores ex abiete tenues locus eſt pedes quinq; latus.Inter columnas exteriores pro pariete reticuli e neruis ſunt, vt perſpici in ſylua

θεατρίδιον Mutuli. poſſit,& quę ibi ſunt,neq; auis ea tranſire.Intra interiores columnas pro pariete rete auiarium eſt obiectum.Inter has & exteriores gradatim ſunt ſtructa(vt θεατρίδιον) auium mutulis crebris in omnibus columnis impoſitis ſedilia auium.Intra rete aues ſunt omne genus,maxime cantrices, vt luciniolę,ac merulę,quibus aqua miniſtratur per canaliculum,cibus obiicitur ſub rete.Subter

Falere. Culcitę. Axis id eſt orbis ligne⁹ Orbile. Suggeſtus. Epiſtomiõ columnarũ ſtylobatẽ eſt lapis a falere pedem & dodrantẽ altus, ipſum falere ad duos ped.altum a ſtagno, latum ad quinq;,vt in culcitras,& columnellas conuiuę pedibus circumire poſſint.In ſimo intra falere eſt ſtagnum cum margine pedali,& inſula in medio parua.Circũ falere,& natatilia ſunt excauata anatum ſtabula.In inſula eſt columnella,in qua intus axis,qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam,ita vt ad extremum vbi orbile ſolet eſſe acutum,tabula cauata ſit: vt tympa nũ in latitudinem duo pedes,& ſemipedem.in altitudinem palmũ.Hęc ab vno puero, qui miniſtrat ita vertitur,vt omnia vna ponantur,& ad bibendũ & ad edendum,:& admoueantur ad oẽs conuiuas.Ex ſuggeſto faleris,vbi ſolent eſſe πυριπτέσματα,prodeunt anates in ſtagnum, ac nant,

πυριπτέσματα. e quo riuus peruenit in duas quas dixi,piſcinas,ac piſciculi vltro,ac citro commeãt,cum & aqua calida,& frigida ex orbe ligneo,mẽſaq;,quã dixi,in primis radiis eſſe epiſtomiis verſis ad vnũquẽq; factum,ſic vt fluat in conuiuã. Intrinſecus ſub tholo ſtella lucifer interdiu noctu heſperus,ita cir cũeunt ad infimũ hemiſphęrium,ac mouentur,vt indicent quot ſint horę. In eodem hemiſphæ

Cypreſtes. rio medio circũ cardinem eſt orbis ventorum octo,vt Athenis in horologio, qđ fecit Cypreſtes. Ibiq; eminens radius a cardine ad orbem,ita mouetur,vt eum tangat ventum,qui flet, vt int⁹ ſci re poſſis.Cum hæc loqueremur,clamor fit in campo.Nos Athletæ comitiorum vna cum id fieri non miraremur propter ſtudia ſuffragatorum, & tamen ſcire vellemus, quid eſſet,venit ad nos

Pantuleius Parra. Narrat ad tabulam, cum decumberet, quendam deprehensum tesserulas conii- Tesserulas cōiicere i loculum.
cientem in loculum, eum ad Cōsulem tractum a fautoribus competitorum. Pauso surgit, ꝙ eius
candidati custos dicebatur deprehensus.

De pauonibus. Cap. VI.

AXIVS de pauone inquit libere licet dicas, quoniam discessit Fircellius, qui secus siquid di-
ceret de his gentilitatis causa, fortasse ante eum duceret serram. Cui merula, de pauonibus
nostra memoria inqt, greges habere cœpit, & vęniere magno. Ex his M. Aufidius Lurco †HS. se- †supra.
xagena millia nummũ in anno dicitur capere. Ex his aliquanto pauciores esse debent mares, q̃ fœ-
minę, si ad fructum spectes: si ad delectationem, cõtra: formosior enim mas. Pauonum greges agre- Pauonũ greges.
stes transmarini esse dicuntur in insulis Sami in luco Iunonis. Item in Planasia insula M. Pisonis.
Hi ad greges constituendos parantur bona ætate, & bona forma. Huic enim natura, formę e vo- Palma formę pauoni.
lucribus dedit palmã. Ad admissuram hæ minores bimę non idoneę, nec iam maiores natu. Pascũ-
tur omne genus obiecto frumento, maxime ordeo. Itaꝗ Seius his dat in mẽses singulos, ordei sin-
gulos modios, ita vt in fœtura detur vberius, & anteq̃ salire incipiant. Is a ꝓcuratore ternos pul-
los exigit, eosꝗ, cum creuerint, quinquagenis denariis vendit, vt nulla ouis hunc assequatur fru- Excussi pulli.
ctum. Præterea oua emit, ac supponit gallinis, ex quib⁹ ex his excussos pullos refert in id tectum,
in quo pauones habet, qđ magnũ pro multitudine pauonũ fieri debet, & habere cubilia discreta,
tectorio leuata, quo neꝗ serpẽs, neꝗ bestia vlla accedere possit. Pręterea locũ habere ante se, quo
pastum exeant diebus apricis. Vtrũꝗ locum purum esse volunt hę volucres. Itaꝗ pastorem earũ
cum batillo circũire oportet, ac stercus tollere, ac cõseruare, qđ & ad agriculturã idoneũ est, & ad †augurali adiiciali cœna.
substramen pullorum. Primus hos Q. Hortensius augurali † cœna posuisse dicitur, qđ ꝑtin⁹ fa-
ctum tam luxuriosi q̃ seueri boni viri laudabant. Quem cito secuti multi extulerunt eorum pre- Oua qnis denariis vẽdita.
cia, ita vt oua eorum denariis vęneant quinis, ipsi facile quinquagenis: grex centenarius facile qua-
dragena millia †sextertia vt reddat, vt quidam Albutius aiebat, si in singulos ternos exigeret pul- †sestertiũ.
los, perfici sexagena posse.

De columbis. Cap. VII.

INTEREA venit apparitor Appii a Cõsule, & Augures ait citari. Ille foras exit e villa. At in
villam intro inuolant columbę, de quibus Merula. Axi, Si vnq̃ περιστεροτροφεῖον constituisses has περιστεροτροφεῖον.
tuas esse putares, q̃uis ferę essent. Duo enim genera earum in περιστεροτροφείῳ esse solent. Vnũ agre-
ste, vt alii dicunt saxatile, qđ habetur in turribus, ac columinibus villę, a quo appellatę columbæ, Colũbę v...
quæ propter timorem naturalem summa loca in tectis captãt. Quo fit, vt maxime agrestes sequã-
tur turres, in quas ex agro euolant suapte sponte ac remeant. Alterum genus columbarũ est cle-
mentius, qđ cibo domestico contentum intra limina ianuę solet pasci. Hoc genus maxime est co-
lore albo. Illud alterum agreste sine albo, vario. Ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium ge- Miscellum.
nus fructus causa, atꝗ incedũt in locum vnum, qđ alii vocant περιστερῶνα, alii περιστεροτροφεῖον, in
quo vno sæpe, vel qnꝗ millia sunt inclusæ. περιστερὼν fit vt testudo, magna camera tect⁹, vno ostio Peristereõ.
angusto, fenestris punicanis, aut latioribus, reticulatis vtrinꝗ, vt locus omnis sit illustris, neve ser-
pens, aliudve qđ animal maleficum introire queat. Intrinsecus q̃ leuissimo marmorato toti parie- Camera.
tes ac cameræ oblinũtur, & extrinsecus circũ fenestras, ne mus aut lacerta qua adrepere ad colum-
baria possit. Nihil enim timidius columba. Singulis paribus colũbaria fiunt rotunda in ordine
crebra. Ordines q̃plurimi esse possunt a terra vsꝗ ad camerã. Colũbaria singula esse oportet, vt Colũbaria.
os habeant, quo introire, & exire possint. Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus sub or-
dines singulos tabulæ †fictæ, vt sint bipalmes, quo vtantur vestibulo, ac ꝓdeant. Aquã purã esse †fixę.
oportet, quæ influat, vnde & bibere, & vbi se lauare possint. permundę sunt eñ hæ volucres. Itaꝗ Quotq. mẽsibus.
pastorem columbaria quotquot mensibus crebro oportet euerrere. Est enim qđ eum inquinat lo-
cũ appositũ ad agriculturã, ita vt hoc optimũ eẽ scripserint aliquot: siue si colũbã qd offenderit,
vt medeat̃: siqua perierit, vt efferat̃. Siq pulli idonei sunt ad vẽdẽdũ, ꝓmat. Itẽ q̃ fœtę sũt, vt certũ
locũ disclusum ab aliis rete habeãt, quo transferant̃, e quo foras euocare possint matres. Qđ qdẽ
faciũt duabus de causis. Vna, si fastidiũt aut inclusę consenescunt, quo libero aere cum exierint in Illiciũ, alii
agros redintegrentur. Altera de causa propter †illicium. Ipsæ enim propter pullos, quos habent, pullicium.
vtiꝗ redeunt, nisi a coruo occisę, aut ab accipitre interceptæ. Quos columbarii interficere solent Colũbarii. Accipitres quõ itercipiantur.
duabus virgis viscatis defixis in terram inter se curuatis, cum inter eas posuerint obligatum a-
nimal, qđ intercipere soleant accipitres, qui ita decipiuntur, cum se obleuerint visco. Columbas
redire solere ad locum, licet animaduertere, ꝗ multi in theatro e sinu missas faciunt, atꝗ ad locũ

redeunt,quę nisi reuerterent̃,nõ emitterent̃.Et cibus apponitur circũ parietes in canalibus,quas
extrinsecus per fistulas supplent.Delectãtur mil:o,tritico,ordeo,piso,faseolis,eruo. Item feras has
in turribus ac summis villis,qui habent agrestes columbas quoad possunt immittunt in περιστερῶ
Colũba ni= νας ætate bona, parantq́; vt nec pullos,neq; vetulas,totidemq́; mares quot fœminas habeant.Ni=
hil fœcũdi⁹ hil columbis fœcũdius.Itaq; diebus quadragenis cõcipit,& parit,& incubat,& educat,& hoc fe=
re totũ annũ faciunt.Tantũmodo interuallũ faciunt a bruma ad ęquinoctium vernum.Pulli na=
scuntur bini,qui simulac creuerũt,& habent robur,cũ matribus pariunt.Qui saginare solent pul
Colũb.quõ los columbinos,quo pluris vendant,secludunt eos,cũ iam pluma sunt tecti. Deinde manducato
saginẽtur. candido farciunt pane hyeme hoc bis,æstate ter,mane,meridie,vesperi,hyeme demunt cibum me
dium.Qui iam pinnas habere incipiunt,in nido relinquũt illisis cruribus,& matrib⁹,vberius vt ci
bo vti possint,obiiciunt.Eo enim totum diem se,& pullos pascunt.Qui ita educantur,celeri⁹pin
guiores q̃ alii fiunt,& candidiores:parentes eorum Romę,si sunt formosi,bono colore,integri,bo
ni seminis,paria singula vulgo vęneunt ducenis numis,nec non eximia singulis millibus numũ,
quas nuper cũ mercator tanti emere vellet a L.Axio equite Romano,minoris quadringentis de=
Colũb.p̃ciũ nariis daturũ negauit. Axius,Si possem inquit,emere περιστερῶνα factum,quemadmodũ in ædib⁹
eum habere vellem,fictilia columbaria, iam iissem emptum,& misissem ad villam.Quasi vero in=
quit Pica,non in vrbe quoq; sint multi,columbaria qui in tegulis habent. An tibi non videntur
Colũbaria i habere περιστερῶνας, cũ aliquot supra centũ milliũ sestertium habeant instrumentum! e queis ali=
tegulis. cuius totum emas censeo,& anteq̃ ædifices rure,magnum condiscas hic in vrbe quotidie lucrũ
ex asse semissem condere in loculos.

De turturibus. Cap.VIII.

AXIVS,tu Merula deinceps perge.Ille,Turturibus inquit,locum constituendũ proinde ma
gnũ,ac multitudinẽ alere velis.Eumq; itẽ vt de columbis dictũ est,vt habeat ostium,ac fene
stras,& aquã purã,ac parietes,ac cameras munitas tectorio.Sed pro colũbariis in pariete mutilos
Canab tege aut palos in ordine,supra quos tegeticulę canabinę sint impositę.Infimũ ordinẽ oportet abesse a
ticulæ terra nõ minus tres pedes inter reliquos dodrantes,a summo ad cameram ad semipedẽ,ęque late
mutili a pariete extare possunt,in quibus dies noctesq; pascuntur.Cibatui q̃d fit obiiciunt triti=
Turturum cũ siccũ in cẽtenos vicenos turtures fere semodiũ,quotidie euerrẽtes eorum stabula,a stercore ne
sagina. offendãtur, q̃d itẽ seruatur ad agrum colendũ.Ad saginandũ appositissimũ tempus circiter mes
sem.Etenim matres eorũ tunc optimę sunt,cum pulli plurimi gignũtur, qui ad farturam melio=
Fartura. res.Itaq; eorum fructus id temporis maxime consistit.

De Gallinis. Cap.IX.

AXIVS,Ego quę requiro farturę a sura membra de palumbis, de gallinis dic sodes Merula,
tum de reliquis,si quid idoneũ fuerit, ratiocinari licebit. Ille, Igit̃ sunt gallinę quę vocãtur
generũ triũ villaticę,& rusticę,& africanę.Gallinę villaticę sunt,quas deinceps rure habent in vil
lis.De his qui ὀρνιθοβοσκεῖον instituere volũt,iidem adhibita scientia, ac cura,vt capiant magnos
Ornithobo fructus(vt maxime factitauerũt deliaci)hæc quinq; animaduertãt oportet. De emptione,cuius=
scion. modi,& q̃multas parent.De fœtura,quemadmodũ admittant,& pariant.De ouis,quemadmodũ
Excudere o incubent,& excudant.De pullis,quemadmodũ,& a quibus educentur.Hisce appendix adiicitur,
ua. pars quinta queãdmodũ saginentur.E queis tribus generibus proprio nomine vocantur fœminę
Capi semi= quę sunt villatice gallinę,mares galli,capi seminares,q; sunt castrati.Gallos castrant,vt sint capi,
mares. candenti ferro inurentes calcaria ad infima crura vsq; dum rumpantur, atq; extet vlcus,q̃d obli=
Galli quõ niunt figlina creta.Qui spectat,vt ὀρνιθοβοσκεῖον perfectum habeat,sint licet ei tria genera paran
castrẽtur. da,maxime villaticas gallinas oportet.E queis in parando eligat fœcundas, plerunq; rubicunda
Gallinę. pluma,nigris pinnis,imparibus digitis,magnis capitibus,crista erecta ampla.Hæ enim ad partio=
Partiones. nes sunt aptiores.Gallos salaces,qui animaduertunt si sunt lacertosi, rubenti crista,rostro breui,
Galli.
Palea. acuto,oculis rauis aut nigris,palea rubra subalbicanti,collo vario aut aureolo,fœminibus pilo=
sis,cruribus breuibus,vngulis longis,caudis magnis,frequẽtibus pinnis.Itẽ qui elati sunt,ac vo=
ciferant sępe,in certamine pertinaces,& qui animalia,quę nocent gallinis, nõ modo non pertime=
Gallinaria scãt, sed etiã p̃ gallinis propugnent.Nec tamen sequendum in seminio legẽdo tanagricos,ac me
quõ fiant. dicos & chalcidicos,qui sine dubio sunt pulchri,& ad pręliandum inter se maxime idonei, sed ad
partus sunt steriliores.Si ducentas alere velis,locus septus attribuendus, in quo duę caueę coniũ
ctæ magnæ constituendę,quę spectent ad exorientem versus, vtreq; in longitudinem circiter de=
cẽ pedes,latitudine dimidio minores, altitudine paulo humiliores. Vtrisq; fenestrę latitudine tri=

pedali,& eo pede altiores e viminibus factę raris, ita vt lumē prębeāt multū, neq; p eas quicq́ ire intro possit,qđ nocere solet gallinis. Inter duas ostiū fit, qua gallinarius curator earū ire possit. In caueis crebrę pticę traiectę sint,vt oēs sustinere possint gallinas.Cōtra singulas pticas in parie te exculpta sint cubilia earū,ante sit(vt dixi)vestibulū septum,in quo diurno tēpore esse possint, atq; in puluere volutari.Praeterea sit caella grandis,in qua curator habitet,ita vt in parietib⁹ cir cū omnia posita sint cubilia gallinarū,aut exculpta,aut affixa firmiter. Motus em̄ cum incubāt nocet.In cubilibus,cū parturiēt,acus substernendū:cū pepererint,tollere substramen,& recēs aliud subiicere,q; pulices,& caetera nasci solēt, quę gallinā conquiescere nō patiuntur, ob quā rem oua aut inęquabiliter maturescunt,aut consenescunt. Quae velis incubet, negant plus vigintiquinq; oportere oua incubare,q̄uis propter foecunditatem pepererit plura. Optimū esse partum ęquino-ctio verno,aut autumnali.Itaq; quae ante,aut postea nata sunt,& etiam prima eo tempore nō sup ponenda,& ea,quę subiicias,potius e vetulis,q̄ e pullastris, & quibus subiicias rostra, aut vngues nō habeāt acutos,quę debēt poti⁹ i cōcipiēdo occupatę esse q̄ in cubādo. Appositissimae ad partū sunt anniculae,aut bimę.Si oua gallinis pauonina subiiciēs,cū iā decē dies pauonia fouere coepit, tū deniq; gallinacea subiicere,vt vna excudāt. Gallinaceis.n.pullis bis deni dies opus sunt, pauo ninis ter noueni.Eas includere oportet,vt diē & noctē incubēt,pręterq̄ mane & vespere,dū cib⁹ ac potio his det.Curator oportet circūeat dieb⁹ interpositis aliquot, ac vertere oua, vt ęquabiliter cōcalefiant.Oua plena sint,atq; vtilia,necne,aīaduerti aiūt posse,si demiseris in aquā,qđ mane na tat,plenū desidit.Qui(vt hoc intelligāt)concutiūt,errare, q; in eis vitales venas confundunt.In iis idē aiunt,cū ad lumē sustuleris,qđ perlucet,id esse obinane.Qui hęc volūt diutius seruare,per fricāt sale minuto,aut muria,atq; ita sinūt tres,aut quatuor horas,eaq; abluta condūt in furfures, aut acus.In supponēdo oua obseruāt,vt sint numero imparia.Oua,quę incubantur,si habeant in se semē pulli,curatur quatriduo postq̄ incubari coeperint,intelligere potest,si contra lumē tenuit & purū vniusmodi esse animaduerterit,putāt eiiciendum,& aliud subiiciendum.Excussos pullos subducēdum ex singulis nidis,& subiiciēdū ei,quae habeat paucos. Ab eaq;,si reliqua sint oua pau ciora,tollenda,& subiicienda aliis,quę nōdum excuderint,& minus habēt triginta pullos.Hoc.n. gregem maiorē nō faciēdum.Obiiciendum pullis diebus quindecim primis mane subiecto pulue re(ne rostris noceat terra dura)polentā mistam cum nasturtii semine,& aqua aliquanto ante fa-cta intrita,& ne tum deniq; in eorum corpore turgescat,aqua prohibēdū. Quando de clunibus coeperint habere pinnas,e capite,& e collo eo℞ crebro eligendi pedes. Sępe enim propter eos con senescunt.Circū caueas eorum incendendum cornu ceruinum,ne qua serpens accedat, quarum bestiarum ex odore solent interire.Prodigendi in solem,& sterquilinium,vt se volutare possint,q; ita albiores fiunt.Neq; pullos tātū,sed omne ὀρνιθοβοσκεῖον cum aestate, tum vtiq; cum tempestas est,molle,atq; apricum eligi debet intento supra rete,qđ prohibeat eas extra septa volare,& in eas inuolare extrinsecus accipitrem,aut quid aliud.Euitare item caldorē & frigus oportet, q; vtrūq; his aduersum.Cū iam pinnas habebunt,consuefaciendum,vt vnam aut duas gallinas sectentur. Caeterae vt potius ad pariendum sint expeditae q̄ in nutricatu occupatae. Incubare oportet inci-pere secundū nouam lunam,q; fere quae ante,pleraq; nō succedunt.Diebus fere viginti excudunt. De quibus villaticis(quoniā vel nimiū dictū)breuitate reliqua cōpensabo. Gallinae rusticae sunt in vrbe rarę, nec fere mansuetae sine cauea videntur Romę, similes facie nō his villaticis gallinis nostris,sed Africanis aspectu,ac facie incontaminata.In ornatibus publicis solent poni cum psita cis,ac merulis albis,item aliis id genus rebus inusitatis. Neq; fere in villis oua, ac pullos faciunt, sed in syluis.Ab his gallinis dicitur insula Gallinaria appellata,quae est in mari Thusco secūdum Italiam cōtra mōtes Ligusticos,viginti milliū Albingaunium,alii ab his villaticis inuectis a nau-tis ibi fere factis procreatis.Gallinae africanae sunt grandes,varię,gibberae,quas μελεαγρίδας appel lant Gręci.Hae nouissimę in triclinium ganearum introierunt e culina propter fastidium homi-num. Vęneunt propter penuriam magno.De tribus generibus,gallinae saginantur maxime villa ticę.Eas includūt in locum tepidum,& angustum,& tenebrosum, q; motus earum,& lux pingui tudini inimica.electis ad hanc rem maximis gallinis,nec continuo his,quas melicas appellant fal so,q; antiqui vt thetin thelim dicebāt,sic medicā melicā vocabant.Hę primo dicebanť q̄a ex Me dia propter magnitudinem erant allatae,quęq; ex his generatae postea propter similitudinē. Am-plas omnes ex his,euulsis ex alis pinnis,& cauda,farciunt turundis ordeaceis, partim admistis ex farina loliacea,aut semine lini,ex aqua dulci.Bis die cibum dant,obseruātes ex quibusdam signis, vt prior sit concoctus,q̄ secundum dent.Dato cibo,tū perpurgant caput,ne quos habeant pedes,

Gallinari⁹.

Galinę vt i cubent.

Ouū inane natat.

Polēta.

Pedes.

Ornithobo sciō.

Incubādi tē pus.

Galinaria insl.

Africanę gall.

Meleagrides.

Lux pig. ini mica.

Melicę galli

Thetis olim

Saginandi gall. modus

rursus eas cōcludunt. Hoc faciunt vsq; ad dies vigintiquinq;. Tum deniq; pingues fiunt. Quidā ex triticeo pane intrito in aquā misto vino bono & odorato farciunt, ita vt diebus viginti pingues reddant, ac teneras. Si in farciendo nimio cibo fastidiunt, remittendū in datione proportione, sic vt decem primis processit, in posterioribus, vt diminuat eadē ratione, vt vigesimus dies & primus sit par. Eodem modo palumbes farciunt, ac reddunt pingues.

De anseribus. Cap. X.

Amphibiū Chenobosci on.

TRANSI inquit Axius nunc in illud genus, qđ vos philogręci vocatis ἀμφίβιον ꝙ nō est vlla villa ac terra contētum, sed requirit piscinas, quas, quia ibi anseres aluntur, nomine χηνοβοσκεῖον appellatis. Horum greges Scipio Metellus, & M. Seius habēt magnos aliquot. Merula, Seius inquit, ita greges cōparauit anserū, vt hos quinq; gradus obseruaret, quos in gallinis dixi. Hi sunt de genere, de fœtura, de ouis, de pullis, de sagina. Primū iubebat seruū in legendo obseruare, vt essent ampli, & albi, ꝙ plerūq; pullos similes sui faciunt. Est enim alterum genus varium, qđ ferum vocatur, nec cum his libenter congregatur, nec ęque fit mansuetum. Anseribus ad admitendū tempus aptissimū est a bruma, ad pariendū & incubandū a Cal. Martij vsq; ad solstitiū. Saliunt fere in aqua, dum se mergunt in flumen, aut piscinam. Singulæ non plus quater in anno pariūt. Singulis vbi pariūt, faciūdū haras quadratas †circū binos pedes, & semipedē. Eis substernendū paleā. Notandū earum oua aliquo signo, ꝙ aliena non excudunt. Ad incubandū supponūt plerūq; nouē, aut vndecim. Qui hoc minus, septem: qui hoc plus, quindecim. Incubat tempestatibus dies triginta, tepidioribus vigintiquinq;. Cū excudit, quinq; diebus primis patiūtur esse cum matre. Deinde quotidie serenū cū est, producūt in pratis iuxta piscinas, aut paludes, hisq; faciunt haras supra terram aut subtus, in queis non includāt plus vicenos pullos. Easq; cęllas ꝓuident, ne habeant in solo humorem, sed habeāt molle substramen e palea, aliaue qua re, neve eo accedere possint mustellę, alieve bestię, quę noceāt. Anseres pascunt in humidis locis, vbi pabulū serunt, qđ aliquem fructum ferat, serūtq; his hęrbā, quę vocatur seris, ꝙ ea aqua tacta etiam cum est arida, fit viridis. Folia eius decerpentes dāt, ne si comederint, vbi nascitur, aut obterendo ꝑdāt, aut ipsi cruditate pereant. Voraces enim sunt natura. Quo temperandū iis, qui ꝓpter cupiditatē sępe in pascendo si radicē prēderint, quā educere velint e terra, obrumpunt collum. Perimbecillū enim id, vt caput molle. Si hęc herba non est, dandum ordeum, aut frumentū aliud. Cum est tempus farraginis, dandū vt in satis seris dixi. Cum incubant, ordeum his intritum in aqua apponendum. Pullis primū biduo polenta, aut ordeum apponitur, tribus proximis nasturtium viride consectum minutatim ex aqua in vas aliquod. Cum autē sunt inclusi in haras, aut speluncas, vt dixi, victui obiiciunt his polentam ordeaceam, aut farraginem, hęrbamve teneram aliquam concisam. Ad saginandum eligunt pullos circiter sexquimense qui nati sint, eos includūt in saginario, ibiq; polentam & pollinem aqua madefacta dant cibum, ita vt perinde se saturent. Secundum cibū large vt bibant faciunt potestatem. Sic curati circiter duobus mensibus fiunt pingues quotcunq; sumpserunt. Locus solet purgari, ꝙ ipsi amant locum purum, neq; ipsi vllum, vbi fuerint, relinquunt putum.

Anserū gen⁹ optimū. Ans. admiss. Salire in aqua, †circiter. Harę. Seris. Voraces āserę. Anserū sagina. Saginariū.

De Anatibus. Cap. XI.

QVI autem volunt greges anatum habere, & constituere νησσοτροφεῖον, primū locum, queis est facultas, eligere oportet palustrem, ꝙ eo maxime delectant: si id nō potissimū ibi, vbi sit naturalis aut lacus aut stagnum, aut manufacta piscina, quo gradatim descendere possint. Septū altum esse oportet, vbi versentur, ad pedes quindecim, vt vidistis ad villā Seij, qđ vno ostio claudatur, circū totum parietem intrinsecus crepido lata, in qua secundum parietem sint tecta cubilia, ante ea vestibulum exæquatum tectorio opere testaceo. In eo perpetua canalis in quā & cibus ponitur, & immittitur aqua: sic enim cibum capiunt. Omnes parietes tectorio lęuigantur, ne feles aliave quæ bestia introire ad nocendum possit. id septum totum rete grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila possit, neve ex ea euolare anas. Pabulum his datur triticum, ordeum, vinacei, vuę, nōnunq̄ etiam ex aqua cammari, & quædam huiusmodi aquatilia. Quæ in eo septo erunt piscinæ, in eas aquam large influere oportet, vt semper recens sit. Sunt item non dissimilia alia genera, vt querquedulæ, phalarides, † sic perdices, quæ, vt Archelaus scribit, voce maris audita, concipiunt. Quæ vt superiores, neq; propter fœcunditatem, neq; propter suauitatem saginantur, sed sic pascendo fiunt pingues. Qđ ad villaticarum pastionum primum actum pertinere sum ratus, dixi.

Neossotr. & quō paretur. Crepido. Tectorio lęuigare. Feles. Cammari. Querqdulę Phalarides. †quæ sicut perdices. Perdic. vo. maris aud. cōcipere.

De leporibus. Cap. XII.

INTEREA redit Appius, & percũctati nos ab illo, & ille a nobis quid esset dictum ac factum, Appius sequitur inquit, actus secundi generis, affictitius ad villã qui solet esse, ac nomine antiquo a parte quadam leporariũ appellatum. Nam neq; solum lepores in eo includuntur sylua, vt olim in iugero agelli, aut duobus, sed etiam cerui, aut capreæ in iugeribus multis. Quintus Fuluius leporarium dicitur habere in Tarquiniensi septum, iugerum. XL. in quo sunt inclusa non solum ea, quę dixi, sed etiam oues ferę: etiã hoc maius hic in statonẽsi, & quidã in locis aliis. In Gallia vero transalpina T. Pompeius tãtũ septũ venationis, vt circiter triginta millia passuũ locũ inclusum habeat. Præterea in eodẽ consepto habere solet, de animalibus coclearia, atq; aluearia, atq; etiam dolia, vbi habeat glires conclusos. Sed horum omniũ custodia incrementum, & pastio aperta, præterq̃ de apibus. Quis enim ignorat septa e maceriis, ita esse oportere in leporario, vt tectorio tecta sint, & sint alta? Alterum ne feles, aut meles, aliave quę bestia intrare possit: alterum ne lupus transilire. Ibiq; esse latebras, vbi interdiu lepores delitescant in virgultis atq; herbis: & arbores patulis ramis, quæ aquilæ impediant conatus. Quis item nescit paucos si lepores mares in fœminas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur? tãta fœcunditas huius quadrupedis. Quatuor enim modo si intromiseris in leporarium, breui solet repleri. Fit enim sępe cũ habẽt catulos recentes, alios vt in vẽtre habere reperiantur. Itaq; de his Archelaus scribit, annorum quot sint si quis velit scire, inspicere oportere foramina naturę, q; sine dubio alius habet alio plura. † Hos quoq; nuper institutum vt saginarent pleraq;, cum exceptos e leporario concludant in caueis, & loco clauso faciant pingues. Eorum ergo tria genera fere sunt. Vnũ Italicum hoc nostrum pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte pulla, ventre albo, auribus longis, qui lepus dicitur cum pręgnans sit, tamen concipere. In Gallia trãsalpina, & Macedonia fiunt permagni. in Hispania, & in Italia mediocres. Alterius generis est, qđ in Gallia nascitur ad alpes, q hoc ferè mutant, q; toti candidi sunt. Hi raro pferuntur Romã. Tertii generis est, qđ in Hispania nascitur, simile nostro lepori ex quadam parte, sed humile, quẽ cuniculum appellant. Lucius Ælius putabat ab eo dictum leporem a celeritudine, q; leuipes esset. Ego arbitror a græco vocabulo antiquo, q; eum Æoles Bœotiæ leporem appellabant. Cuniculi dicti ab eo, q; sub terra cuniculos ipsi facere soleant, vbi lateant in agris. Horum omniũ tria genera, si possis, in leporario habere oportet, duo enim vtiq; te habere puto, & q; in Hispania annis ita fuisti multis, vt inde te cuniculos persecutos credam.

Leporariũ

Septũ Põp

Feles. Meles.

Leporis fœcunditas.

Foram. naturę.

† Horum

Lepoꝝ gñá

Cuniculus

Lepus vñ.

De Apris. Cap. XIII.

APROS quidẽ habere posse in leporario, neq̃ magno negocio tibi est, captiuos, & cicures, qui ibi nati sint & pingues solere fieri scis inquã Axi. Nã quem fundũ in Thusculano emit hic Varro a M. Pisone, vidisti ad buccinã inflatam certo tẽpore apros & capreas conuenire ad pabulum, cum e superiore loco e palestra effunderetur apris glans, capreis vicia, aut quid aliud. Ego vero inquit ille apud Q. Hortensium cum in agro Laurẽti essem, ibi istuc magis τραγικῶς fieri vidi. Nam sylua erat (vt dicebat) supra quinquaginta iugerum maceria septa, qđ non leporarium, sed θηριοτροφεῖον appellabat. Ibi erat locus excelsus, vbi triclinio posito cœnabam⁹. Quintus Orphea vocari iussit, qui cum eo venisset cum stola & cithara, & cantare esset iussus, buccinã inflauit, vbi tanta circũfluxit nos ceruorum, aprorum, & cęterarum quadrupedum multitudo, vt non minus formosum mihi visum sit spectaculum, q̃ in circo maximo ędilium non sine africanis bestiis cum fiunt venationes.

Cicures.

Theriotrophium.

De cocleis. Cap. XIIII.

AXIVS tuas partes (inquit) subleuauit Appius o Merula noster. Qđ ad venationem pertinet, breuiter secundus transactus est actus. Nec de cocleis, ac gliribus quęro, qđ reliquum est. neq; ẽm magnũ emolumẽtũ esse potest. Nõ istuc tã simplex est inqt Appius, q̃ tu putas o Axi noster. Nã & idoneus sub dio sumẽdus est locus cocleariis, quẽ totũ circũ aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partũ, nõ liberos earũ, sed ipsas q̃ras. Aqua inquã cludẽdę, ne fugitiuari⁹ sit parandus locus. Is melior, quẽ & nõ coqt sol, & tãgit ros. Qui si naturalis nõ est, vt fere nõ sunt in aprico loco, neq; habeas in opaco, vbi facias, vt sunt sub rupibus ac montibus, quorũ alluãt radices lacus, ac fluuii, manu facere oportet rosidum: qui fit, si adduxeris fistulã, & in eã papillas imposueris tenues, quę eructẽt aquã, ita vt in aliquẽ lapidẽ incidat, ac late dissipet. Paruus his cibus opus est, & is sine administratore. Et hũc, dũ serpit, nõ solũ in area reperit, sed etiã si riuus nõ prohibet in parietes stãtes inuenit. Deniq; ipsę ex gruminãtes ad ppalã vitã diu pducũt, cum ad eam rem

Coclearium.

Fugitiuari⁹

Papillę.

Exgruminantes.

pauca laurea folia interiiciant,& aspergant furfures non multos. Itaq; cocus has viuas an mortuas coquat,plerũq; nescit.Genera coclearum sunt plura,vt minutę albulę,quę afferuntur e Reatino,& maxime quæ de Illyrico apportantur,& mediocres,quę ex Africa afferuntur.Nõ ꝙ in his regionibus quibusdã locis,eę magnitudinib⁹ nõ sint dispariles,nam & valde amplę sunt,quædam

Solitanæ. ex Africa,quę vocantur solitanę,ita vt earum calices quadrãtes octoginta capere possint,& sic in aliis regionibus eędem inter se collatę,& minores sunt & maiores.Hę in fœtura pariunt innumerabilia.Earum semẽ,minutũ,ac testa molli,diuturnitate obdurescit, magnis insulis in areis factis, magnũ bolũ deferunt ęris.Has quoq; saginare solent ita,vt ollã cũ foraminibus incrustent sapa, & farre,vbi pascantur,quę foramina habeat,vt intrare aer possit:Viuax enim hęc natura.

De Gliribus. Cap.XV.

Glirarium GLIRARIVM aũt dissimili ratione habet,ꝙ nõ aqua,sed maceria loc⁹ sepitur. Tota leui la

Incrustari. pide aut tectorio intrinsecus incrustatur,ne ex ea erepere possit. In eo arbusculas esse oportet,quę ferãt glãdẽ,quę cũ fructũ nõ ferũt,intra maceriã iacere oportet glãdẽ & castaneã vnde sa

†Cauos turi fiant.Facere his †caueas oportet laxiores,vbi pullos parere possint.Aquã oportet esse tenuẽ, ꝙ ea nõ vtunt multũ,& aridũ locũ quęrũt.Hi saginant in doliis,q̃ etiã in villis habẽt multi,quæ figuli faciũt multo aliter,atq; alia, ꝙ in lateribus eorũ semitas faciunt, & cauũ, vbi cibũ constituant.In hoc doliũ addũt glandẽ,aut nuces iuglandes,aut castaneã. Quib⁹ in tenebris,cũ cumulatim positum est in doliis,fiunt pingues.

De apibus. Cap.XVI.

APPIVS igit relinqtur,inqt,de pastione villatica tertius actus de piscinis. Quid tertius inqt Axius? An quia tu solitus es in adolescẽtia tua domi mulsum non bibere propter parsimoniã,nos mel negligem⁹? Appius,nobis verũ dic inqt.Nã cũ paup,cũ duob⁹ fratrib⁹ & duabus so-

†me roribus essem relict⁹,quarũ alterã sine dote dedi Lucullo,a quo hęreditate †mi cessa primũ,& primus mulsum domi meę bibere cœpi ipse,cũ interea nihilominus pene quotidie in conuiuio om̃ibus datũ mulsum.Pręterea meũ erat nõ tuũ,eas nouisse volucres,quibus natura plurimũ ingenii atq; artis tribuit:itaq; eas melius me nosse q̃ te,vt scias,de incredibili earũ auiũ natura audi.Merula,vt cętera fecit ἱστορικῶς,quę seq melliturgi soleant,demonstrabit. Primũ apes nascunt partim

Melliturgi. Apes vnde nascantur. ex apibus,partim ex bubulo corpore putrefacto.Itaq; Archelaus in epigrãmate ait eas esse

βοὸς φθινομένης πεπνυμένα τέκνα. Idem.

ἵππων μὲν σφῆκες γενεά, μόσχων δὲ μέλισσαι.

ἵπποι μὲν σφηκῶν γένεσις, μόσχοι δὲ μελισσῶν.

Hę apes nõ sunt solitaria natura,vt aquilę,sed vt hoĩes.Quod si hoc faciũt etiã graculi, at non idẽ: ꝙ hic,societas operis,& ędificiorũ, ꝙ illic nõ est. Hic ratio atq; ars,ab his opus facere discunt, ab his ędificare,ab his cibaria condere.Tria eñ harũ,cibus,domus,opus,neq; idẽ qđ cibus cera,neq; qđ ea mel,nec qđ mel domus:nã in fauo cęlla ex ãgulis totidẽ,quot habet ipsa pedes(qđ geometrę

Hexagonõ. ἑξάγωνον fieri in orbi rotundo ostẽdũt)vt plurimũ loci includãt.Foris pascunt,intus fauos melle

Meldijs hoĩbusq; acceptum. farciũt,qđ dulcissimũ quidẽ est,& diis & hoĩbus acceptũ,ꝙ fauus venit in altaria, & mel ad principia conuiuii,& in secundã mẽsam administrat.Hę vt hominũ ciuitates:ꝙ hic est & rex,& imperiũ,& societas,qđ sequunt oĩa pura.Itaq; nulla harũ assidit in loco inquinato,aut eo q male ole-

Muscę ligurriunt. at,neq; etiã in eo q bona olet vnguẽta,itaq; his vnctus q accesserit,pungũt. Nõ vt muscę ligurri-

Vellicans. unt,ꝙ nemo has videt(vt illas)in carne,aut sanguine,aut adipe.Ideo modo considũt, in quo est sapor dulcis.Minime malefica,ꝙ nullius opus vellicãs facit deterius.Neq; ignaua,vt non ei, qui eius opus conetur disturbare,resistat.Neq; tamẽ nescia suę imbecillitatis, quę cũ causa musarum

†dissipatę esse dicant volucres,ꝙ & si quãdo †displicatę sunt,cymbalis,& plausibus,nũero †reducunt in lo-

†reducũtur cũ vnũ.Et vt his diis,Helicona atq; olympon attribuerũt hoĩes:sic his,floridos & incultos natura attribuit montes.Regẽ suũ sequũtur quocũq; it,& fessum subleuant,& si nequit volare, † sub

†Succollãt. uolãt, ꝙ eum seruare volunt.Neq; ipsę sunt † inficiantes,nec non oderunt inertes.Itaq; impetẽ-

†Inficiẽtes. Fuci. tes a se eiiciunt fucos,ꝙ hi neq; adiuuant,& cõsumunt mel,Quos vociferantes plures persequun

Erithace. tur.Etiam paucę extra ostiũ aluei obturãt omnia,qua venit inter fauos spiritus,quã ἐριθάκην ap

Colonias mittere. pellãt gręci.Oẽs vt in exercitu viuũt,atq; alternis dormiũt,& opus faciunt pariter,& vt colonias mittunt.Hiq; duces conficiunt quędã ad vocẽ vt imitatione tubę, tũ id faciũt, cũ inter se signa

Cursu lãpada tibi trado. pacis ac belli habeãt.Sed o Merula,Axius noster ne dum hæc audit physicam addiscat,ꝙ de fructu nihil dixi,nunc cursu lampada tibi trado. Merula, de fructu inquit, hoc dico, ꝙ fortasse an

tibi satis sit Axi, authorem habeo nō solū, qui aluearia sua locata habet quotannis quinis millib⁹ pondo mellis, sed etiā hūc Varronē nostrū, quē audiui dicentē, duos milites se habuisse in Hispania fratres Veianios ex agro Falisco locupletes, qbus cū a patre relicta esset parua villa, & agellus non sane maior iugero vno, hos circū villā totā aluearia fecisse, & hortum habuisse, ac reliquum thymo, & cythiso obseuisse, & apiastro, qđ alii μελίφυλλον, alii μελισσόφυλλον, quidam μέλινον appellant. Hos nūq̄ minus, vt pęrque ducerēt dena millia sextertia ex melle recipere esse solitos, tū eos & velle expectare, vt suo potius tēpore mercatorem admitterent, q̄ celerius alieno. Dic igitur inquit Merula, vbi & cuiusmodi facere me oporteat aluearia, vt magnos capiā fructus. Ille, μελιττῶνας ita facere oportet, quos alii μελιττοτροφεῖα appellant, eandē rē quidam mellaria. Primū secundū villā, potissimū vbi nō resonēt imagines. Hic enim sonus harū fugę causam existimatur esse. Praeterea pcerū esse oportet aere tēperato, neq̨ æstate feruido, neq̨ hyeme nō aprico, vt spectet potissimū ad hybernos ortus, quæ prope se loca habeat ea vbi pabulū sit frequens, & aqua pura. Si pabulum naturale non est, ea oportet dominū serere, quæ maxime sequūtur apes, ea sunt, rosa, serpyllū, apiastrū, papauer, faba, lens, pisum, cyperū, medica, & maxime cythisum, qđ valentibus vtilissimū est. Etenim ab ęquinoctio verno florere incipit, & permanet ad alterū æquinoctiū autūni. Sed vt hoc aptissimū ad sanitatem apium, sic ad mellificiū thymū. Propter hoc siculum mel fert palmā, q̄ ibi thymū bonū, & frequens est. Itaq̨ quidam thymū contundūt in pila, & diluūt in aqua tepida, ea conspergūt omnia seminaria consita apiū causa. Qđ ad locū ptinet, hoc genus periſſimum eligendum iuxta villā, nō q̄ nō in villę porticu quoq̨ quidā (quo tutius essent) aluearia collocarint. Aluos vbi sint, alii faciunt ex viminibus rotundas, alii e ligno ac corticibus, alii ex arbore caua, alii fictiles, alii etiam ex ferulis quadratas longas pedes circiter ternos, latas pedem, sed ita vti cum parum sit qua compleant, eas coangustent, ne in vasto loco & inani despondeant animum. Hæc omnia vocant a mellis alimonio, aluos, quas ideo medias videntur facere angustissimas, vt figuram imitentur earū. Fictiles fimo bubulo obliniūt intus & extra ne asperitate absterreantur, easq̨ aluos ita collocant in mutilis parietis, vt ne agitent, neve inter se contingāt. Cum in ordinē sint positę, sic interuallo interposito, alterū, & tertiū ordinem infra faciūt, & aiunt potius hinc demi oportere, q̄ addi quartum. Media aluo, qua introeant apes, faciunt foramina parua, dextra ac sinistra. Ad extrema, qua mellarii fauū eximere possint, opercula imponunt aluis. Optimæ fiūt cortice, deterrimæ fictiles, qđ & frigore hyeme, & æstate calore vehementissime cōmouentur. Verno tempore, & æstiuo fere ter in mense mellarius inspicere debet fumigans leuiter eas, & a spurcitiis purgare aluum, & vermiculos eiicere. Prǽterea vt animaduertat, ne reguli plures existant: inutiles enim fiunt propter seditiones, &, vt quidam dicunt, tria genera cum sint ducū in apibus, niger, ruber, varius (vt scribit Menecrates) duo niger, & vari⁹, qui ita melior, vt expediat mellario, cum duo sunt eadem aluo, interficere nigrum, quem scit cum altero rege esse seditiosum, & corrūpere aluum, q̄ fuget, aut cum multitudine fugetur. De reliquis apibus optima est parua, varia, rotunda. Fur, qui vocatur ab aliis fucus, alter est lato ventre. Vespa, quę similitudinem habet apis, neq̨ socia est operi, & nocere solet morsu, quā apes a se secernunt. Eæ differunt inter se, quæ feræ, & cicures sunt. Nunc feras dico, quæ in syluestribus locis pascitant, cicures, quæ in cultis. Syluestres minores sunt magnitudine, & pilosæ, sed opifices magis. In emendo emptorem videre oportet valeant, an sint ægræ. Sanitatis signa, si sunt frequentes in examine, & si nitidæ, & si opus qđ faciunt, est ęquabile, ac leue. Minus valentium signa si sunt pilosæ, & horridę, vt puluerulentæ, nisi opificii eas vrget tempus, tum enim propter laborem asperantur, & macescunt. Si transferendę sunt alui in alium locum, id facere diligenter oportet: & tēpora, quibus id potissimū facias, animaduertendum: & loca, quo transferas, idonea prouidendum. Tempora, vt verno potiusq̄ hyberno, q̄ hyeme difficulter consuescunt, quo sunt translatę manere, itaq̨ fugiunt plerunq̨. Si e bono loco transtuleris eo, vbi idonea pabulatio nō est, fugitiuę fiunt. Nec si ex aluo in aluum in eodē loco traiicias, negligenter faciendū. Sed si transituræ sunt apes, ea apiastro perfricandum, q̄ illiciū hoc illis, & faui melliti intus ponendi, a faucibus non lōge, ne cū animaduerterint aut inopiā escę habuisse dicantur, aut cum sunt apes morbidæ propter primores vernos pastus, qui ex floribus nucis græcæ, & cornu fiunt, cæliacas fieri, atq̨ vrina pota refici. De his propolim vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectū in aluū maxime ęstate. Quam rem etiam nomine eodē medici vtuntur in emplastris. Propter quam rem etiam carius in sacra via, q̄ mel venit. Erythacen vocant, quo fauos extremos inter se conglutinant, qđ est aliud melius propoli, itaq̨ in hoc vim esse illiciendi. Quo circa examen vbi volunt cōsidere, eū ramū, aliamve quam rem obliniunt hoc

Apiastrum. Melittones. Melitrophia. Mellaria. Pabulum apum. Cythisū. Mellificiū. Thymū. Alui. Despondeāt aiūt. Aluorū forma. Mutili parietis. Mellarii. Ducū tria genera i api bus. Fucus fur. Vespa. Cicures. Pascitare. Illiciūm. Cæliacę. Propolis. Erythace.

Fauus. admisto apiastro. Fauus est, quem fingunt multicauatum e cera, cum singula caua sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura. Neq; quę afferuntur ad quatuor res faciendas, propolim erithacen, fauum, mel, ex iisdem omnibus rebus carpere dicuntur: simplex ministerium, quod e malo punico, & asparago cibũ carpant solũ: ex olea arbore, ceram: e fico mel, sed non bonũ. Duplex ministerium præberi, vt e faba, apiastro, cucurbita, brassica cerã, & cibũ. Nec non aliter duplex, quod fit e malo & pyro syluestri, ceram & mel. Item aliter duplex, quod e papauere ceram & mel. Triplex ministerium quoq; fieri vti ex nuce græca, & e lapsana cibum, mel, ceram. Item ex aliis floribus ita carpere, vt alia ad singulas res sumant, alia ad plures. Necnon etiam aliud discrimen sequantur in Carptura. carptura, aut eas sequatur, vt in melle, quod ex alia re faciunt liquidum mel, vt ex siseris flore, ex alia contra, spissum, vt e rore marino: sic ex alia re, vt e fico mel insuaue, e cythiso bonũ, e thymo optimũ. Cibi pars quoq; potio, & ea his aqua liquida, vnde bibãt, esse oportet: eamq; propinquã, quæ pręterfluat, aut in aliquẽ locũ influat, ita vt ne altitudine descendat duos aut tres digitos, in qua aqua iaceant testę, aut lapilli, ita vt extent paulũ, vbi assidere & bibere possint. In qua diligenter Mellificiũ. habenda cura, vt aqua sit pura, quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Q: non omnis tempestas ad pastum prodire longius patitur, pręparandus his cibus, ne tũ melle solo cogãtur viuere, aut relinquere exinanitas aluos. Igitur ficorum pinguiũ circiter decem pondo decoquũt in aquæ congiis sex, quas coctas in offas prope apponũt. Alii aquam mulsam in vasculis prope vt sit curant: in quã addũt lanam purpuream, per quã sugant vno tenore, ne potu nimiũ impleantur, aut ne incidant in aquam. Singula vasa ponũt ad aluos singulas, & hac supplentur. Alii ficum, & vuã Pinserũt. passam cum pinserunt, affundũt sapa, atq; ex eo factas offas apponunt. Id tempestatibus, & hyeme, cum in pabulum procedere non possunt. Cum examen exiturum est, qd fieri solet cum adnatę prospere sunt multę, ac progeniẽ veteres emittere volunt in coloniam, vt olim crebro Sabini factitarunt propter multitudinem liberorum, duo solent pręire signa. Vnum, quod superioribus dieb9 Prog. in coloniã emittere. maxime vespertinis multę ante foramẽ (vt vuę) alię ex aliis pendent conglobatę. Alterum, quod cum iam euolaturę sunt, aut etiam incœperũt, cõsonãt vehementer, perinde vt milites faciunt, cum castra mouent, quę primo tũ exierũt in conspectu volitant, reliquas quę nõdũ congregatæ sunt expectantes, dũ coueniant. Cum a mellario id fecisse sunt animaduersæ, iaciundo in eas puluerẽ, & circũ tinniendo ære, perterritas quo voluerit perducet. Nõ longe inde ramũ, vel qd aliud oblinunt erithace, atq; apiastro, cęterisq; rebus, quibus delectantur. Vbi consederũt, afferunt aluũ prope eisdẽ illiciis illitam intus, & prope apposita, fumo leui circũeundo cogũt eas intrare. Vt in nouam coloniã cũ introierint, permaneãt adeo libẽter, vt etiã si proximã posueris illã aluũ, vnde exierunt, tamẽ nouo domicilio potius sint contẽtę. Q: ad pastiones pertinere sum ratus, quoniã dixi, nunc iã cuius causa adhibetur ea cura, de fructu dicã. Eximendorũ fauorũ signũ sumũt ex ipsis, Fauorũ eximẽdorum tempus. cũ plenas aluos habẽt, & cũ illos geminauerint: ex apibus coniecturam capiũt, si intus faciunt bõ Bombus. bũ, & cũ introeũt, ac foras trepidant: & si opercula alui cũ remota sint, fauorũ foramina obducta videntur mellis mẽbranis. Cum sint repleti melle, in eximendo quidam dicunt oportere nouem partes tollere, decimam relinquere. Q: si omne eximas, fore vt discedant. Alii hoc plus relinquũt, q̃ dixi, vt in aratis qui faciunt restibiles segetes, plus tollũt frumenti ex interuallis, sic in aluis, si nõ quotannis eximas, aut nõ quoq; multum, & magis his assiduas habeas apes, & magis fructuosas. Eximendorum fauorũ primũ tempus esse putant vergiliarum exortu. Secundum æstate exacta, anteq̃ totus exoriatur arcturus. Tertium, post vergiliarum occasum, & ita si fœcunda sit aluus, vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur. Si vero aluus non sit fertilis vbi quid eximatur, exemptio cum est maior, neq; vniuersam, neq; palam facere oportet, ne deficiant animum: fauorum, qui eximuntur, siqua pars mellis nihil habet, aut habet inquinatum cultello præsecatur. Prouidendum ne infirmiores a valentioribus opprimantur. Eo enim minuitur fructus. Itaq; imbecilliores secretas subiiciunt sub alterum regem. Quæ crebrius inter se pugnabunt, aspergi eas oportet aqua mulsa. Quo facto non modo desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes, eo magis si mulso sunt aspersæ, quo propter odorem auidius applicant se, atq; Suffumigãdum. obstupescunt potantes. Si ex aluo minus frequentes euadunt, ac subsidit aliqua pars, suffumigandum, & prope fumus apponendus bene olentium herbarum maxime apiastri, & thymi. Prouidendum vehementer ne propter æstum aut propter frigus dispereant. Siquãdo subito imbri in pastu sunt oppressæ, aut frigore subito anteq̃ ipsę prouiderint (id fere quod accidit raro, vt decipiantur) & imbris guttis vberius offensæ iacent prostratæ, & afflictæ, colligendum eas in vas aliquod, & reponendum in tecto loco ac tepido, prono ad meridiem q̃maxime

tempestate bona, & vas ipsum cinere facto e ficulneis lignis infricandum paulo plus caldo q̃ tepidiore. Deinde concutiendum leuiter, vt manu non tangas, & ponendę in sole. Quæ enim sic concinnatæ concaluerunt, restituunt se ac reuiuiscunt, vt solet similiter fieri in muscis aqua necatis. Hoc faciundum secundum aluos, vt reconcinnatæ ad suum quæq; opus & domicilium redeant.

De Piscinis. Caput. XVII.

INTEREA redit ad nos Pauo, & si vultis inquit anchoras tollere, latis tabulis sortitio fit tribuum, ac cœpti sunt a pręcone renunciari quem quæq; tribus fecerint ædilem. Appius cōfestim surgit, vt ibidem candidato suo gratularetur, ac descenderet in hortos. Merula, Tertium actum de pastionibus villaticis postea inquit tibi reddam Axi. Consurgētibus illis, Axius mihi, respectantibus nobis, q; & candidatum nostrum venturum sciebamus. Non labores inquit hoc loco discessisse Merulam: reliqua enim fere mihi sunt nota. Q; cū piscinarum genera sint duo, dulcium & salsarum: alterum apud plebem, & sine fructu, vbi lymphæ aquam piscinis nostris vil laticis ministrant. Illę autem maritimę piscinæ nobilium, quibus Neptunus, vt aquā, sic & pisces ministrat, magis ad oculos pertinent, q̃ ad vesicam, & potius marsupium domini exinaniunt, q̃ replent. Primū enim ædificantur magno, secundo implentur magno, tertio aluntur magno. C. Hirrius circum piscinas suas, ex ædificiis duodena millia † sextertia capiebat. Eam omnem mercedem escis, quas dabat piscibus, consumebat. † Non mirum. Vno tempore enim memini hunc Cęsari sex millia murenarum mutua dedisse in pondus, & propter piscium multitudinem quadragies sextertio villam vænisse. Quare nostra piscina ac mediterranea plebeia recte dicitur dulcis, & illa amara. Quis enim nostrum non vna contentus est hac piscina? Quis contra maritimas non ex piscinis singulis plures coniunctas habet? Nam vt Pausias, & cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi † diuersi colores sint certas: sic hi loculatas habent piscinas, vbi dispares disclusos habeant pisces, quos perinde vt sacri sint, ac sanctiores q̃ illi in Lydia, quos sacrificāti tibi Varro ad tibicinem græcum gregatim venisse dicebas ad extremum littus, atq; aram, q; eos capere auderet nemo, cū eodem tēpore insulas Ludinorum ibi corrosas vidisses. Quintus Hortensius familiaris noster, cum piscinas haberet magna pecunia ædificatas ad Baulos, ita sæpe cum eo ad villam fui, vt illum sciam semper in cœnam pisces Puteolos mittere emptum solitum. Neq; satis erat eum non pasci piscinis, nisi eos ipse pasceret vltro. Ac maiorem curam sibi haberet, ne eius esurirent † mulli, q̃ ego habeo, ne mei in Rosea esuriant asini: & quidem vtraq; re, & cibo, & potione, cum non paulo sumptuosius, q̃ ego his ministret victum. Ego enim vno seruulo, ordeo nō multo, aqua domestica, meos multinumos alo asinos. Hortensius primum qui ministrarent piscatores habebat complures, qui pisciculos minutos aggerebant frequenter, vt a maioribus absumerentur. Præterea salsamenta in eas piscinas emptitia coniiciebat, cum mare turbaretur, vti per tempestatem suis piscibus e macello cætariorum vti e mari obsonium præberet, cum neq; euerriculo illi in littus educere possent viuam saginam plebeiæ cœnæ pisces. Celerius voluntate Hortensij ex equili educeres rhedarios, vt tibi haberes, mulos, q̃ e piscina barbatum mullum. At inquit ille, Non minor cura eius erat de ægrotis piscibus, q̃ de minus valentibus seruis. Itaq; minus laborabat, ne seruus æger, q̃ aquam frigidam haberent sui pisces. Etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullum, & piscinas eius despiciebat, q; † æstiuaria idonea non haberet, ac in residem aquam, & locis pestilentibus habitarent pisces eius. Contra ad Neapolim L. Lucullus, posteaq̃ perfodisset montē, ac maritima flumina immisisset in piscinas quæ reciprocæ fluerent, ipse Neptuno non cederet de piscatu, factū esse enim vt amatos pisces suos videatur propter æstus eduxisse in loca frigidiora, vt Appuli solent pecuarii facere, q; propter calores in montes Sabinos pecus ducunt. In Baiano autem tanta ardebat cura, vt architecto permiserit, vt suam pecuniam consumeret, dummodo perduceret specus e piscinis in mare, obiectaculo quo æstus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire, ac redire rursus in mare posset, ac refrigerare piscinas. Nos hæc. At strepitus a dextra, & eccum recta candidatus noster designatus ædilis. Cui nos occurrimus, & gratulati in capitolium prosequimur: ille inde eundo suam domum, nos nostram. Opinionis nostræ sermonem de pastionę villatica summatim hunc, quem exposui, habeto.

Piscinę duorū generū

Marsupiū.

† sestertiū.

† Nec.

Loculatę arculę.

† discreti.

Loculatę pisc.

Q. hortēsi⁹

† asini.

Euerriculū

Rhedarii

M. Lucull⁹

† æstuaria.

F I N I S.

LVCII IVNII MODERATI
COLVMELLÆ DE RE RVSTICA LIBER PRIMVS.
PRÆFATIO AD P. SILVINVM.

SÆPENVMERO Ciuitatis nostræ principes audio culpantes modo agrorum infœcunditatem, modo cœli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem: quosdam etiã prædictas querimonias velut ratione certa mitigantes, ꝙ existiment vbertate nimia prioris æui defatigatum, & effœtum solum nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta. Quas ego causas Publi Siluine procul a veritate abesse certum habeo, ꝙ neq; fas est existimare† humi naturam, quã prim⁹ ille mundi genitor perpetua fœcunditate donauit, quasi quodã morbo sterilitate affectã: neq; prudentis est credere tellurem, quę diuinam & æternam iuuentã sortita cõmunis omniũ parens dicta sit, quia & cũcta peperit semper, & deinceps paritura sit, velut hominem consenuisse. Nec posthæc reor intemperantia cœli nobis ista, sed nostro potius accidere vitio, qui rem rusticam pessimo cuiq; seruoꝝ velut carnifici noxiæ dedimus, quã maiorum nostroꝝ optimus quisq; optime tractauerit. Atqui ego satis mirari non possum, quid ita dicendi cupidi seligant oratorem, cuius imitentur eloquẽtiam, mensurarum & numerorum modũ rimantes placitę disciplinę consectentur magistrũ vocis & cantus modulatorem: nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissimę requirant saltationis, ac musicæ rationis studiosi. Iamq; qui ædificare velint, fabros & architectos aduocẽt: qui nauigia mari concedere, gubernandi peritos: qui bella moliri, armorũ & militię gnaros: &, ne singula ꝓsequar, ei studio, qđ quis agere velit, cõsultissimũ rectorem adhibeat. Deniq; animi sibi q̃sq; formatorem, pręceptorẽq; virtutis e cœtu sapientium arcessat. Sola res rustica, quę sine dubitatione proxima, & quasi consanguinea sapientię est, tam discentibus egeat, q̃ magistris. Adhuc eñ scholas Rhetorum, & (vt dixi) geometrarum, musicorũq;, vel qđ magis mirandum est, contemptissimorum vitiorum officinas gulosius condiendi cibos, & luxuriosius fercula struendi, capitũq; & capillorum concinnatores non solum esse audiui, sed & ipse vidi. Agricolationis neq; doctores qui se profiterentur, neq; discipulos cognoui. Cum etiam si prędictarum artium professoribus ciuitas egeret, tamen sicut apud priscos florere posset resp. Nam sine ludicris artibus, atq; etiam sine causidicis olim satis fœlices fuere, futuræq; sunt vrbes. At sine agricultoribus nec cõsistere mortales, nec ali posse manifestum est: quo magis prodigii simile est, qđ accidit, vt res corporibus nostris, vitęq; vtilitati maxime conueniens minimam vsq; in hoc tempus consumationẽ haberet, idq; sperneretur genus amplificandi, retinendiq; patrimonij, qđ omni crimine caret. Nã cætera diuersa, & quasi repugnantia dissident a iustitia. Nisi æquius existimamus cepisse prædã ex militia, quæ nobis nihil sine sanguine & cladibus alienis, affert. An bellũ perosis, maris, & negociationis alea sit optabilior, vt rupto naturæ fœdere, terrestre animal homo, ventorum, & maris obiectus iræ, se fluctibus audeat credere, semperq; ritu volucrum, longinqui littoris peregrinus, ignotum pererret orbem? An fœneratio probabilior sit, etiam his inuisa, quibus succurrere videtur? Sed ne caninũ quidem (sicut dixere veteres) studium prętãtius locupletissimũ queq; adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum a maioribus, a nobis etiam concessum intra mœnia, & in ipso foro latrocinium? An honestius duxerim mercenarij salutatoris mendacissimũ aucupium circũuolitantis limina potentiorum, summũq; regis sui rumoribus augurantis: neq; enim roganti quid agitur intus, respondere serui dignantur. An putem fortunatius a cathenato repulsum ianitore sæpe nocte sera foribus ingratis adiacere, miserrimoq; famulatu per dedecus, fascium decus, & imperium profuso tamen patrimonio mercari? Nam nec †gratuitæ †seruituti, sed donis rependitur honor: quę si & ipsa, & eorum similia bonis fugienda sunt, superest (vt dixi) vnũ genus liberale & ingenuũ rei familiaris augendæ, qđ ex agricolatione contingit. Cuius pręcepta si vel temere ab indoctis, dum tamen agrorum professoribus, antiquo more administrarentur, minus iacturę paterentur res rusticę: nam industria dominorum cum ignorantię detrimentis multa pensaret. Nec quorum commodum ageretur, tota vita vellent imprudentes negocij sui conspici, eoq; discendi cupidiores agricolationem pernoscerent. Nunc & ipsi prędia nostra colere dedignamur, & nullius momenti ducimus peritissimũ queq; villicum facere, vel si nescium, certe vigoris experrecti, quo celerius, qđ ignoret, addiscat. Sed siue

Effœtũ solũ
†verũ nat.
Tellus cõis parens.
Noxię dedimus.
Capillorũ cõcinnatores
Causidici.
Agricultores.
Negociationis alea.
Fœneratio
Flores eloquẽtia caninũ studiũ.
Salutatores.
Ianitores.
†gratuita.
†seruitute.

fundum locuples mercatus est,e turba pedisequorum,lecticariorumque defectissimũ annis,& viribus in agrum relegat (cum istud opus non solum scientiam,sed & viridem ætatem cum robore corporis ad labores sufferendos desideret) siue mediarum facultatum dominus ex mercenariis aliquem iam recusantem quotidianum illud tributum,qui vectigalis esse non possit, ignarum rei, cui præfuturus est,magistrum fieri iubet.Quæ cum animaduertam sæpe mecum retractans ac recogitans,q̃ turpi consensu deserta exoleuerit disciplina ruris,vereor,ne flagitiosa,& quodãmodo pudenda,†aut inhonesta videatur ingenuis.Verum cum plurimis monimẽtis scriptorũ admoneat apud antiquos nostros fuisse gloriæ curam rusticationis (ex qua Quintius Cincinatus obsessi consulis & exercitus liberator,ab aratro vocatus ad Dictaturã venerit, ac rursus fascibus depositis,quos festinãtius victor reddiderat q̃ sumpserat imperator,ad eosdem iuuencos,& quatuor iugerum auitum hæırediolum redierit.Itemque C.Fabritius,& Curius Dentatus,alter Pyrrho finibus Italiæ pulso,domitis alter Sabinis,accepta,quę viritim diuidebantur captiui agri, septem iugera,non minus industrie coluerit,q̃ fortiter armis quæsierat.Et ne singulos intempestiue nunc persequar,cum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces hoc semper duplici studio floruisse,vel defendendi,vel colendi,patrios quæsitosve fines, intelligo luxuriæ, & deliciis nostris pristinum morem,virilemque vitam displicuisse.Omnes enim (sicut M.Varro iam temporibus auorum conquestus est) patresfamilię falce,& aratro relictis intra murum correpsimus,& in circis potius ac theatris,q̃ in segetibus & vinetis manus mouemus,attonitique miramur gestus effœminatorum,quod a natura sexum viris denegatum muliebri motu mẽtiãtur, decipiãtque oculos spectantium.Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas,quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus,& exucto sudore sitim quęrimus,noctesque libidinibus & ebrietatibus, dies ludo, vel somno consumimus.At nosmetipsos ducimus fortunatos, quod nec orientem solem videmus, nec occidentem:itaque istam vitam socordem persequitur valetudo.Nam sic iuuenũ corpora fluxa & resoluta sunt,vt nihil mors mutatura videatur.At mehercule vera illa Romuli proles assiduis venatibus,nec minus agrestibus operibus exercitata,firmissimis præualuit corporibus, ac militiam belli,cum res postulauit,facile sustinuit durata pacis laboribus,semperque rusticam plebẽ præposuit vrbanæ.Vt enim qui in villis intra consepta morarentur,q̃ qui foris terram molirentur,ignauiores habitos:sic eos,qui sub vmbra ciuitatis intra mœnia desides cunctarentur, q̃ qui rura colerent†administrarentur opera colonorũ† segniores visos.Nundinarum etiam conuẽtus manifestum est propterea vsurpatos,vt nonis tãtũmodo diebus vrbanę res agerentur, reliquis administrarentur rusticæ: illis enim temporibus (vt ante iam diximus) proceres ciuitatis in agris morabantur,& cum consilium publicum desiderabatur,a villis arcessebantur in senatum. Ex quo qui eos euocabant,viatores nominati sunt: isque mos dum seruatus est perseuerantissimo colendorum agrorum studio,veteres illi Sabini Quirites,atauique Romomani,q̃q̃ inter ferrum & & ignes hosticisque incursionibus vastatæ fruges,largius tamen cõdidere,q̃ nos,quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem rusticã.Itaque in hoc Latio & Saturnia terra,vbi dii cultus agrorum progeniem suã docuerant,ibi nũc ad hastam locamus,vt nobis ex trãsmarinis prouinciis aduehatur frumentum, ne fame laboremus: & vindemias condimus ex insulis Cycladibus ac regionibus Beticis,Gallicisque.Nec mirum,cũ sit publice concepta & confirmata iam vulgaris existimatio,rem rusticam sordidũ opus,& id esse negociũ,quod nullius egeat magisterio pręceptoris.At ego,cum aut magnitudinem totius rei quasi quandam vastitatem corporis,aut partium eius velut singulorũ membrorum numerum recenseo,vereor,ne supremus ante me dies occupet, q̃ vniuersam disciplinam ruris possim cognoscere.Nam qui se in hac scientia perfectũ volet profiteri,sit oportet rerum naturæ sagacissimus,declinationũ mundi non ignarus, vt exploratum habeat quid cuique plagę conueniat,quid repugnet,siderum ortus & occasus memoria repetat, ne imbribus,ventisque imminentibus opera inchoet, laboremque frustretur.Cœli,& anni præsentis mores intueatur:neque enim semper eundem velut ex præscripto habitum gerunt, nec omnibus annis eodem vultu venit æstas,aut hyems, nec pluuiũ semper est ver, aut humidus autumnus. Quæ prænoscere sine lumine animi, & sine exquisitissimis disciplinis nõ queq̃ posse crediderim. Iam ipsa terrę varietas,& cuiusque soli habitus,quid nobis neget, quid promittat paucorum est discernere.Cõtemplatio vero cunctarum in ea disciplina partium quando cuique contingit,vt & segetum,arationũque perciperet vsum,& varias dissimillimasque terrarũ species pernosceret, quarũ nõnullę colore,nõnullę qualitate fallũt,atque in aliis regionibus nigra terra,quã pullã vocãt,vt in Campania,est laudabilis:in aliis pinguis rubrica melius respõdet:quibusdã (sicut in Africa Nu-

[Marginalia: Pedisequi. Lecticarii. | †nostra susceptio. | Cura rusticationis. | Hæırediolũ. | Effœminatorũ gestus. | Ganeę. | Laconica. | Cruditas. | †in aliis nõ legitur | Nũdinarũ couẽtus. | Viatores | Ad hastam | Terrarũ species. | Pulla terra. | Rubrica.]

midia) putres arenę fœcunditate vel robustissimum solum vincunt: In Asia Mysiaq; densa & glutinosa terra maxime exuberat, atq; in his ipsis habere cognitum qd recuset collis, qd campestris positio, quid cultus, quid sylvester ager, quid humidus, & graminosus, quid siccus, & spurcus, ratione quoq; dispicere: & in arboribus, vinetisq;, quorum infinita sunt genera, cōserendis, ac tuēdis: & in pecoribus parandis, cōseruandisq;, quoniā & hāc adsciuimus quasi agriculturę partē, cum separata sit ab agricolatione pastoralis scientia. Nec ea tamē simplex: quippe aliud exigit equinū, atq; aliud bubulū armentū, aliud pecus ouillū, & in eoipso dissimilē rationē postulat tarentinū, atq; hirtum: aliud caprinū, & id ipsum aliter curatur mutilū, & raripilum, aliter cornutū, & setosum, quale est in Cilicia. Porculatoris vero & subulci diuersa pfessio, diuersę pastiones, nec eūdē glabrę sues densęq; coeli statū, nec eandē educationē cultūue quęrūt. Et vt a pecoribus recedā, quorū in parte auiū cohortaliū, & apiū cura posita est, quis tanti studij fuit, vt super ista, quę enumerauimus, tot nosset species insitionū? tot putationū? tot pomorum, holerūq; cultus exercere? tot generibus ficorū, sic vt rosariis impēderet curā, cū a plerisq; etiā maiora negligātur? q̄q̄ & ista iā nō minima vectigalia multis esse cœperūt. Nā prata, & salicta, genistęq;, & arundines q̄uis tenuem nihilo minus aliquā desiderant industriā. Post hanc tā multarū, tāq; multipliciū rerū prędicationem nō me pręterit, si quē desideramus agricolā, quēq; describimus, exegero † a participibus agrestiū operū tardatū iri studia discentiū, qui tam varię, tāq; vastę sciētię desperatione conterriti nolent experiri, q; se assequi posse diffident. Verūtamē qd in oratore iā M. Tullius rectissime dixit, Par est eos qui generi humano res vtilissimas cōquirere, & perpensas, exploratasq; memoriæ tradere concupierint, cuncta tentare. Nec si vel illa prętantis ingenii vis, vel inclytarū artiū defecerit instrumentū, cōfestim debemus ad ociū & inertiam deuolui: sed qd sapienter sperauimus, perseueranter consectari. Summū enim culmē affectantes satis honeste vel in secundo fastigio cōspiciemur. † An Latię musæ nō solos adytis suis Accium & Virgiliū recepere, sed eorum & proximis & procul a secūdis sacras concessere sedes? Nec Brutū, aut Cœliū, Pollionē ve cū Messala, & Catulo deterruere ab eloquentię studio fulmina illa Ciceronis. Nā neq; ille ipse Cicero territus cessat tonantibus Demostheni, Platoniq;: nec parens eloquentiæ deus ille Męonius vastissimis fluminibus facūdię suę posteritatis studia restinxerat. Ac ne minoris quidē famę opifices per tot iā secula videmus laborē suū destituisse, q Protogenē, Apellemq; cū Parrhasio mirati sunt. Nec pulchritudine Iouis Olympij, Mineruęq; Phidiacæ sequentis ætatis attonitos piguit experiri Bryaxim, Lysippū, Praxitelē, Polycletū, quid efficere, aut quousq; progredi possent. Sed in omni genere scientię, & summis admiratio, veneratioq;, & inferioribus merita laus contingit. Accedit huc q; ille, quē nos perfectū esse volumus agricolā, si quidē artis cōsumatę nō sit, nec in vniuersa rerū natura sagacitatē Democriti vel Pythagoræ nō fuerit cōsecutus, & in motibus astrorum ventorūq; Metonis prouidētiā vel Eudoxi, & in pecoris cultu doctrinā Chironis ac Melampodis, & in agrorū soliq; molitione Triptolemj aut Aristei prudentiā, multū tn̄ profecerit, si vsu Tremellios, Sasernasq; & Stolones nostros æquauerit. Potest eñ nec subtilissima, nec rursus, qd aiūt, pingui Minerua res agrestis administrari. Nā illud procul vero est, qd pleriq; crediderūt, facillimam esse, nec vllius acuminis rusticationē. De cuius vniuersitate nihil attinet plura nūc disserere, q̄n̄qdem cunctę partes eius destinatis aliquot voluminibus explicandę sunt, quas ordine suo tūc demū persequar, cū prędatus fuero quę reor ad vniuersam disciplinā maxime pertinere.

Spurcus ager. — Tarētinū. — Mutilum. Raripilū. — Porculator — Densę glabręq; sues. — Genistæ. — † ex ptib9 — Par cūcta tentare. — † Nam. — Fulmina Cic. — Chiron. Melāpos.

Pręcepta quæ sequantur qui rusticari velint. Caput. I.

QVI studium agricolationi dederit, antiquissima sciat hęc sibi aduocanda, prudentiam rei, facultatē impendendi, voluntatē agendi. Nā is demū cultissimū rus habebit (vt ait Tremellius) qui & colere sciet, & poterit, & volet. neq; enim scire, aut velle, cuiq; satis fuerit sine sūptibus quos exigunt opera. Nec rursus faciendi, aut impendēdi voluntas profuerit sine arte, quia caput est i omni negocio nosse quid agendū sit, maximeq; in agricultura in qua voluntas, facultasq; citra scientiā sępe magnā dominis afferunt iacturā, cū imprudenter facta opera frustrantur impensas. Itaq; diligens paterfamilias, cui cordi est ex agri cultu certam sequi rationē rei familiaris augendę maxime curabit, vt ætatis suæ prudentissimos agricolas de quaq; re consulat, & cōmentarios antiquorum sedulo scrutetur atq; æstimet, quid eorū quisq; senserit, quid pręceperit. An vniuersa quę maiores prodiderunt, huius temporis culturę respōdeant, an aliqua dissonent. Multos enim iam memorabiles authores cōperi persuasum habere, longo æui situ qualitatē cœli, statūq; mutari, eorūq; consultissimū astrologiæ professorē Hipparchū prodidisse, tempus fore, quo cardines mūdi loco mouerētur, idq; etiam nō spernēdus author rei rusticæ Saserna videtur

An cœlum mutari quo possit.

adcredidisse. Nam eo libro, quem de agricultura scriptũ reliquit, mutatum cœli statũ sic colligit, ꝙ quę regiones antea propter hyemis assiduam violentiã nullã stirpẽ vitis, aut oleæ depositã custodire potuerint, nũc mitigato iam & intepescente pristino frigore largissimis oliuitatibus, liberisq; vindemiis exuberent. Sed hęc siue falsa, seu vera ratio est, literis astrologię cõcedatur. Cętera non dissimulanda erunt agrorũ cultori pręcepta rusticationis, quę cum plurima tradiderint Pœni ex Africa scriptores, multa tamẽ ab his falso prodita coarguũt nostri coloni, sicut Tremellius, qui querens id ipsum tamẽ excusat, ꝙ Italię & Africæ solum cœlũq; diuersę naturę, nequeat eosdẽ prouentus habere. Quęcũq; sunt autẽ quę propter disciplinã ruris nostrorũ tẽporũ cum priscis discrepẽt, nõ deterrere debẽt a lectione discentẽ. Nã multo plura reperiũtur apud veteres quę nobis probãda sint, q̃ quę repudiãda. Magna porro & Græcorũ turba est de rusticis rebus pcipiens, cuius princeps celeberrimus vates nõ minimũ professioni nostrę cõtulit Hesiodus Bœotius. Magis deinde eã iuuere fontib⁹ orti sapiẽtię Democritus Abderites, Socraticus Xenophõ, Tarentinus Architas, peripatetici magister ac discipulus Aristoteles cum Theophrasto. Siculi quoq; nõ mediocri cura negociũ istud prosecuti sunt, Hieron & Epicharmus discipulus, Philometor, & Attalus. Athenę vero scriptorum frequentiã pepererũt, e queis probatissimi authores Chęreas, Aristandros, Amphilochus, Euphron, Chrestus, Euphronis, nõ, vt multi putãt, Amphipolites, qui & ipse laudabilis habetur agricola, sed indigena soli Attici. Insulę quoq; curã istã celebrauerunt, vt testis est Rhodius, Epigenes, Chius Agathocles, Euagon, & Anaxipolis Thasij. Vnius quoq; de septẽ Biantis illius populares Męnander & Diodorus in primis sibi vendicauerũt agricolationis prudẽtiã. Nec his cessere Milesij Bacchius & Mnasseas, Antigonus Cymæus Pergamenus, Apollonius, Dion Colophonius, Hegesias Maronites. Nã qdẽ Diophanes Bithynius Vticẽsem totũ Dionysiũ Pœni Magonis interpretẽ p multa diffusum volumina, sex epitomis circũscripsit. Et alij tñ obscuriores, quorũ patrias nõ accepimus, aliquod stipẽdiũ nostro studio cõtulerũt. Hi sunt Androtion, Æschrion, Aristomemes, Athenagoras, Crates, Dadis, Dionysius περὶ φυτῶν, Euphorion. Nec minori fide p virili parte tributũ nobis intulerũt Lysimachus, & Cleobolus, Menestratus, Pleutiphanes, Persis, Theophilus. Et vt agricolationẽ Romana tandẽ ciuitate donemus (nã adhuc istis authoribus Gręcę gentis fuit) iã nũc M. Catonẽ Censoriũ illũ memoremus, qui eam latine loqui primus instituit. Post hũc duos Sasernas patrem & filiũ, qui eã diligẽtius erudierũt, ac deinde Scrofam Tremelliũ, qui eã eloquẽtẽ reddidit. & M. Terentiũ, q expoliuit, mox Virgilium, qui carmine quoq; potentem fecit. Nec postremo quasi pædagogi ei⁹ meminisse dedignemur Iulij Higinij. Verũtamen, vt Carthaginensem Magonem rusticationis parentem maxime veneremur. Nam huius octo & viginti memorabilia illa volumina ex senatus consulto in latinũ sermonem conuersa sunt. Non minorẽ tamen laudem meruerũt nostrorũ temporum viri Cornelius Celsus & Iulius Atticus. Quippe Cornelius totũ corpus disciplinę quinq; libris complexus est. Hic de vna specie culturæ pertinentis ad vites singularem librum edidit. Cuius velut discipulus duo volumina similium præceptorum de vineis Iulius Græcinus composita facetius, & eruditius posteritati tradẽda curauit. Hos igitur Publi Siluine prius q̃ cũ agricolatione contrahas, aduocato in consiliũ: nec tamen sic mente dispositus velut summam totius rei sententiis eorũ cõsecuturus, quippe eiusmodi scriptorũ monimenta magis instruũt, q̃ faciũt artificem. Vsus, & experientia dominantur in artibus: neq; est vlla disciplina, in qua nõ peccando discatur, nam vbi quid perperã administratũ cesserit improspere, vitatur qđ fefellerat, illuminatq; rectam viã docentis magisteriũ. Quare nostra pręcepta nõ cõsumare scientiã, sed adiuuare promittũt, nec statim quisq̃ compos agricolationis erit his perlectis rationib⁹, nisi & obire eas voluerit, & per facultates potuerit. Ideoq; hęc velut adminicula studiosis promittimus, non profutura per se sola, sed cum aliis. Ac ne ista quidem præsidia, vt diximus, non assiduus labor, & experiẽtia villici, non facultates, ac voluntas impendendi tantum pollent, quantum vel vna præsentia domini: quæ nisi frequens operibus interuenerit, vt in exercitu cum abest imperator, cuncta cessant officia, maximeq; reor hoc significantẽ Pœnũ Magonem suoꝝ scriptoꝝ primordiũ talibus auspicatũ sentẽtiis. Qui agrũ parabit, domũ vendat, ne malit vrbanũ, q̃ rusticũ larem colere: cui magis cordi fuerit vrbanũ domiciliũ, rustico prædio non erit opus: qđ ego præceptũ, si posset his temporibus obseruari, non immutarem. Nunc quoniam plerosq; nostrum ciuilis ambitio sæpe euocat, ac sæpius detinet euocatos, sequitur, vt suburbanum prædium commodissimũ esse putem, quo vt occupato quotidianus excursus facile post negocia fori contingat. Nã qui longinqua ne dicã trãsmarina rura mercãtur, velut hęredibus patrimonio suo, & qđ grauius est, viui cedũt sera

Oliuitas.
Vide Plinium lib. xxxvi. ca. x.
Rei. rust. scriptores gręci.
Epitomis circũscribere.
Pro virili parte.
Latini scriptores.
Higinius pedagogus Virg.
Cornel. Cels.
Iulius atticus.
Vsum experiẽtiamq; in arte dominari.
Pręsẽtia domini.
Suburbanũ pdium cõmodissimũ.

uis suis, quoniam quidem & illi tam longa dominorum distantia corrumpūtur, & corrupti post flagitia, quę cōmiserunt, sub expectatione successorum rapinis magis q̃ culturę student.

Qualiter dispositus fundus maxime probetur. Cap. II.

CENSEO igitur in propinquo agrum mercari, quo & frequenter dominus veniat, & frequē tius se venturū, q̃ sit venturus, denūciet. Sub hoc enim metu cū familia villicus erit in officio. Quicquid vero dabitur occasionis ruri moretur, quæ non sit mora segnis, nec vmbratilis: nam diligentē patrēfamilias decet agri sui particulas omnes, & omni tempore anni frequentius circūire, quo prudentius naturam soli siue in frondibus & hęrbis, siue iam maturis frugibus cōtempletur: nec ignoret quicquid in eo recte fieri poterit. nā illud vetus est, & Catonis, agrū pessime multari, cuius dominus, quid in eo faciendū sit, non docet, sed audit villicū. quapropter vel a maioribus traditū, possidenti, vel empturo fundū præcipua cura sit scire, qđ maxime regionis genus probetur, vt vel careat inutili, vel mercetur laudabilem. Qꝫ si voto fortuna subscripserit, agrū habebimus salubri cœlo, vberi gleba, parte campestri, parte alia collibus vel ad orientē, vel ad meridiem molliter deuexis, terrisq́ꝫ, aliis cultis atq́ꝫ aliis syluestribus & asperis, nec procul a mari, aut nauigabili flumine, quo deportari fructus, & per qđ merces inuehi possint. Campus in prata, & arua, salictaq́ꝫ, & arūdineis digestus, ædificio subiaceat. Colles alij vacui arboribus, vt solis segetibus seruiant, quæ tamen modice siccis, ac pinguibus campis melius, q̃ præcipitibus locis proueniūt. Ideoq́ꝫ etiam celsiores agri frumentarij planicies habere, & q̃ mollissime deuexi, ac simillimi, debent esse campestri positioni, alij deinde colles oliuetis, vinetisq́ꝫ, & earum futuris pedamentis vestiantur, materiam, lapideq́ꝫ si necessitas ædificandi coegerit, nec minus pecudibus pascua præbere possint. Tum riuos decurrentes in prata, & hortos, & salicta, viuę aquæ salientes emittant, nec absint greges armentorum, cęterorūq́ꝫ quadrupedum culta & dumeta pascentiū: sed hęc positio, quā desideramus, difficilis & rara paucis contingit. Proxima est huic, quę plurima ex his habet, tolerabilis, quę non paucissima.

Quę pręcipue respiciendo agro, anteq̃ ematur, notanda sunt. Cap. III.

PORCIVS quidem Cato censebat in emendo, inspiciendoq́ꝫ agro præcipue duo esse consideranda, salubritatem cœli, & vbertatem loci: quorū si alterū deesset, ac nihilo minus quis vellet incolere, mente esse captū, atq́ꝫ eū ad agnatos & gentiles deducendū. Neminem enim sanū debere facere sumptus in cultura sterilis soli, nec rursus pestilenti q̃uis feracissimo, pinguiq́ꝫ agro dominū ad fructus peruenire. Nam vbi sit cū orco ratio ponenda, ibi non modo perceptionē fructuū, sed & vitā colonorum esse dubiam, vel potius mortem quęstu certiorē. Post hæc duo principalia, subiungebat illa non minus intuenda, viam & aquam & vicinū. Multum conferre agris iter commodū. primū, qđ est maximū, ipsam præsentiam domini, qui libentius commeaturus sit, si vexationem viæ nō reformidet: deinde ad vehenda, & exportanda vtensilia, quæ res frugibus conditis auget precium, & minuit impensas rerum inuectarū, quia minoris apportentur eo, quo facili nisu perueniatur. Nec non nihil esse etiam paruo vehi, si conductis iumentis iter facias, qđ magis expedit, q̃ tueri propria. Seruos quoq́ꝫ qui secuturi patremfamilias sint, non ægre iter pedibus ingredi. De bonitate aquæ ita omnibus clarum est, vt pluribus non sit differēdū. Quis enim dubitet eam maxime probatam haberi, sine qua nemo nostrū vel prosperę vel aduersę valetudinis vitā proroget? De vicini cōmodo non est quidē certū, quē nōnūq̃ mors, alięq́ꝫ nobiscū diuersæ causæ mutant. Et ideo quidam respuūt Catonis sententiam, qui tamen multū videntur errare: nam quemadmodū sapientis est fortuitos casus magno animo sustinere, ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam, qđ facit, qui nequam vicinū suis numis parat, cum a primis cunabulis (si modo liberis parentibus est oriundus) audisse potuerit.

μὴ δ' ἂρ βοῦς ἀπόλοιτ' ει μὴ γέιτων κακὸς εἴη.

qđ non solum de boue dicitur, sed etiā de omnibus partibus rei nostrę familiaris: adeo quidem, vt multi prętulerīt carere penatibus, & ꝓpter iniurias vicinorū sedes suas profugerint, nisi aliter existimamus diuersum orbē gētes vniuersas petiisse relicto patrio solo, Achæos dico & Hiberos, Albanos quoq́ꝫ, nec minus Siculos, & vt primordia nostra cōtingā, Pelasgos, Aborigines, Arcadas, q̃ quia malos vicinos ferre nō potuerāt. Ac ne tātū de publicis calamitatibus loquar, priuatos quoq́ꝫ memoria tradidit, & in regionibus Gręcię, & in hac ipsa Hesperia detestabiles fuisse vicinos, nisi Autolicus ille cuiq̃ potuit tolerabilis eē cōtermin⁹, aut Auētini mōtis īcola Palatinis vllū gaudiū finitimis suis Cacus attulit. Malo.n. ꝑteritoꝝ, q̃ ꝑsentiū meminisse, ne vicinū meū nominē, q nec arborē ꝓlixiorē stare nostrę regionis, nec inuiolatū seminariū, nec pedamenti quicq̃

Marginal notes: Vmbratilis mora. — Subscribere voto fortunam. — Vbertas agri. — Salubritas cœli. — Iter commodum. — Aquę bonitas. — Vicini cōmodum. — Hesiodus. — Autolicus — Cacus.

adnexum vineæ, nec etiã pecudes negligentius pasci sinit. Iure igitur (quãtũ mea fert opinio) M. Porcius talẽ pestẽ vitare censuit. Et in primis futurũ agricolã præmonuit, ne sua sponte ad eã perueniret. Nos ad cętera præcepta illud adiicimus, qđ sapiens vnus de septem in perpetuum posteritati pronunciauit μέτρον ἄριστον. Adhibendum modum mensuramq; rebus, idq; vt nõ solum aliud acturis, sed & agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem q̃ ratio calculorum patiatur, emere velit: nam huc pertinet præclara nostri poetæ sententia. Modus in rebus. Ratio calculorũ.

Laudato ingentia rura, Exiguum colito.

Qđ vir eruditissimus (vt mea fert opinio) traditũ vetus pręceptum numeris signauit. quippe acutissimã gentẽ Pœnos dixisse conuenit, Imbecilliorẽ agrũ, q̃ agricolã esse debere, quoniã cũ sit colluctandũ cũ eo, si fundus pręualeat, allidi dominũ. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, q̃ angustus eximie. Ideoq; post reges exactos Liciniana illa septena iugera, quæ plebi triuiritim diuiserat, maiores quęstus antiquis retulere, q̃ nunc nobis prębent amplissima veruacta. tanta quidẽ Curius Dentatus, quẽ paulo ante retulim⁹, prospero ductu parta victoria ob eximiã virtutẽ deferente populo pręmij nomine quinquaginta soli iugera supra consularem, triũphalẽq; fortunã putauit esse. Repudiatoq; publico munere populari, hac plebeia mensura cõtentus fuit. Mox etiã cũ agrorũ vastitatẽ victorię nostrę, & interniciones hostiũ fecissent, criminosum tamẽ senatori fuit, supra quinquaginta iugera possedisse. Suaq; lege C. Licinius damnatus est, q; agri modũ, quẽ in magistratu rogatione tribunitia promulgauerat, immodica possidẽdi libidine trãscẽdisset: nec magis quia superbũ videbatur tãtũ loci detinere, q̃ quia flagitiosum quos hostis profugiẽdo desolasset agros, nouo more ciuem Romanũ supra vires patrimonij possidendo deserere. Modus ergo qui in omnibus rebus, etiã parandis agris adhibebitur, tãtũ enim obtinendũ est, quãto est opus, vt emisse videamur, quo potiremur, nõ quo oneraremur ipsi, atq; aliis fruẽdũ eriperemus, more prępotentium, qui possident fines gentium, quos ne circũire equis quidem valent, sed proculcandos pecudibus, & vastandos, ac populandos feris derelinquũt, aut occupatos nexu ciuium, & ergastulis tenent. Modus autem erit sua cuiq; moderata voluntas, facultasq;. Neq; enim satis est, vt iam prius dixi, possidere velle, si colere non possis. Liciniana iug. Curius dẽtatus.

De salubritate regionum. Caput. IIII.

SEQVITVR Deinceps Cæsonianũ pręceptũ, quo fertur vsus etiã Cato, mercaturis agrum esse reuisendũ sępius eũ, quẽ velint mercari. Nã prima inspectione neq; vitia, neq; virtutes abditas ostẽdit, quę mox tractãtibus facilius apparẽt. Inspectionis quoq; velut formula nobis a maioribus tradita est. Agri pinguis, ac lęti, de cuius qualitate dicemus suo loco, cũ de generibus terrę differemus. In vniuersum tamẽ quasi testificãdũ, atq; sępius prędicãdũ habeo, qđ primo iã punico bello dux inclytissimus M. Attilius Regulus dixisse memoratur, fundũ, sicuti ne fœcũdissimi quidẽ soli, cũ sit insalubris, ita nec effœti, si vel saluberrimus sit, parandũ. qđ Attilius ætatis suę agricolis, maiore cũ authoritate † suadebat peritus vsu. Nã pupiniæ pestilẽtis simul, & exilis agri cultorẽ fuisse eũ loquũtur historię. Quapropter cũ sit sapientis nõ vbiq; emere, nec aut vbertatis illecebris, aut deliciarũ cõcinnitate decipi: sic vere industrij patrisfamilias est quicquid aut emerit, aut acceperit, facere fructuosum, atq; vtile: quoniã & grauioris cœli multa remedia priores tradiderũt, qbus mitigetur pestifera lues, & in exili terra cultoris prudẽtia ac diligẽtia maciẽ soli vincere potest. Hęc autẽ cõsequemur, si verissimo vati, velut oraculo crediderim⁹ dicẽti. Cęsonianũ pręceptũ. De agri inspectione †vetabat Pupiniæ.

Ventos, & varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultusq;, habitusq; locorum,
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset. Vergil.

Nec contenti tamen authoritate vel priorum vel præsentium colonorum, nostra prætermiserimus exempla, nouaq;, quæ temptauerimus, experimenta. Qđ etsi per partes nonnunq̃ damnosum est, in summa tamen fit compendiosum, q; nullus ager sine profectu colitur: simul attentãdo possessor efficit, vt in id formetur, qđ maxime præstare possit. ea res etiã feracissimos agros vtiliores reddit. Itaq; nusq̃ experimentorum varietas obmittenda est. Longeq; etiam in pingui solo magis audendum, quoniam nec laborẽ, nec sumptum frustratur effectus. Sed † quoniam refert qualis fundus, & quomodo colatur, tum villa qualiter ædificetur, & q̃ vtiliter disponatur. Multos enim deerrasse, memoria prodidit, sicut pręstãtissimos viros L. Lucullum, & Q. Scęuolã, quorum alter maiores, alter minus amplas, q̃ postulauit modus agri, villas extruxit, cum vtrũq; sit contra rem familiarem: Diffusiora enim consepta non solum pluris ædificamus, sed etiã impensis maioribus tuemur: at minora cũ sunt, q̃ postulat fundus, dilabitur fructus, nam & humidę Cõpẽdiosũ. †quum.

res & siccæ,quas terra progenerat,facile vitiantur,si aut non sunt,aut propter angustias,incom
moda sunt tecta,quibus inferantur. Pro portione etiā facultatū,q̄optime paterfamilias debet ha
bitare,vt & libentius rus veniat,& degat in eo.Iucundius vtiq; viro si etiam matrona comitabi-
tur,cuius vt sexus,ita animus est delicatior,quamobrem amœnitate aliqua demerenda erit,quo
patientius moretur cum viro.Elegāter igitur ædificet agricola,nec sit tamē ædificator,atq; areę
Cap.3. idem tātū cōplectatur,qđ ait Cato,quantū ne villa fundū quęrat,neue fundus villam:cuius vni
uersum sitū qualem oporteat esse,nūc explicabimus.Qđ inchoatur ædificiū,sicut salubri regio-
ne,ita saluberrima parte regionis debet constitui:nam circūfusus aer,atq; corruptus plurimas
affert corporibus nostris causas offensarum.Sunt quædam loca,quę solstitiis minus cōcalescūt,
sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent,sicut Thebas ferunt Bœotias.Sunt quæ tepēt hye-
me,sed æstate sæuissime candent,vt affirmant euboicam Calcidem.Petatur igitur aer calore &
frigore temperatus,quē fere medius obtinet collis, q; neq; depressus hyeme pruinis torpet, aut
torret æstate vaporibus,neq; elatus in summa montiū perexiguis ventorū motibus, aut pluuiis
omni tēpore anni sęuit.Hęc igitur est medij collis optima positio,loco tamē ipso paululū intu-
mescente,ne cū a vertice torrens imbribus conceptus effluxerit,fundamenta conuellat.

De aqua. Caput.V.

Lignatio. SIT autem vel intra villam,vel extrinsecus inductus fons perennis,lignatio,pabulūq; vicinū.
Si deerit fluens vnda, putealis quęratur in vicino,quę non sit haustus profundi,non amari
saporis,aut salsi:hæc quoq; si deficiet,& spes arctior aquæ manantis coegerit,vastę cisternæ ho-
Pluuia aqua salu= berrima. minibus,piscinęq; pecoribus instruātur colligendę aquæ tandē pluuiali,quę salubritati corporis
est accōmodatissima:sed ea sic habetur eximia,si fictilibus tubis in contectā cisternam deducatur:
huic proxima fluens aqua e montibus oriunda,si per saxa præceps deuoluitur,vt est in Guarce-
Palustris pestil= no Campaniæ.Tertia putealis,vel collina,vel quę nō infima vallē reperitur.Deterrima palustris
quæ pigro lapsu repit. Pestilens,quæ in palude semper consistit.Hic idem tamen humor quāuis
Cœlestis aqua. nocentis naturæ,temporibus tamen hyemis edomitus imbribus mitescit, ex quo cœlestis aqua
maxime salubris intelligitur, q; etiam venenati liquoris eluit perniciem:sed hanc potui proba-
tissimam diximus.Cęterū ad æstuū temperandos calores,& amœnitatem locorū,plurimū confe
Salientes riui. runt salientes riui,quos (si conditio loci patietur) qualescūq; dūmodo dulces, vtiq; perducēdos
in villā censeo.Sin summotus longius a collibus erit amnis,& loci salubritas,editiorq; situs ripæ
permittet superponere villam profluenti,cauendū tamen erit,vt a tergo potius, q̄ præ se flumen
De situ ædi ficatio neq; villę. habeat, & vt ædificij frons auersa sit ab infestis eius regionis ventis,& amicissimis aduersa, cū
pleriq; amnes æstate vaporatis,hyeme frigidis nebulis caligent:quæ nisi vi maiore inspirantium
ventorū submoueantur,pecudibus hominibusq; cōferūt pestem.Optime autē salubribus, vt dixi,
locis ad orietē,vel ad meridiem: grauibus ad septentrionē villa conuertitur,eadēq; semper mare
recte conspicit,cum pulsatur,ac fluctu respergitur,nunq̄ ex ripa,sed paulum summota a littore.
Nam pręstat a mari longo potius interuallo,q̄ breui refugisse,quia media sunt spatia grauioris
Militaris via. halitus:nec paludem quidem vicinam esse oportet ædificiis,nec iūctam militarem viā,q; illa ca
loribus noxium virus eructat, & infestis aculeis armata gignit animalia,quæ in nos densissimis
Natrix. examinibus inuolant.Tum etiā natricum serpentiūq; pestes hyberna destitutas vligine,cœno &
fermentata colluuie venenatas emittit,ex quibus sępe contrahuntur cæci morbi, quorū causas
ne medici quidē perspicere queunt:sed & anni toto tempore situs atq; humor,instrumentū ru-
sticum,supellectileq;,& inconditos conditosq; fructus corrumpit.Hæc autē prætereuntiū viato
rū populationibus,& assiduis diuertentiū hospitiis infestat rem familiarem, propter quę censeo
eiusmodi vitare incōmoda,villamq; nec in via,nec pestilenti loco,sed procul,& editiore situ con-
dere,vt frons ei⁹ ad orientem æquinoctialem directa sit.Nam eiusmodi positio mediū, tempera-
tūq; libramentū ventorū hyemalium & æstiuorū tenet,quantoq; fuerit ædificij solum pronius
orienti,tanto & æstate liberius capere perflatus,& hyemis procellis minus infestari,& matutino
Regelari. regelari ortu poterit,vt concreti rores liquescant:quoniā fere pestilens habetur,qđ est remotum
ac sinistrū soli & apricis flatibus,quibus si caret,nulla alia vis potest nocturnas pruinas,& quod-
cūq; rubiginis aut spurcitiæ resedit,siccare atq; detergere.Hęc autem cū hominibus afferant p-
niciem,tum & armentis,& virentibus,eorūq; fructibus.Sed quisquis ædificia volet in decliuib⁹
areis extruere,semper ab inferiore parte auspicetur, quia cum ex depressiore loco fuerint orsa
fundamenta,non solū superficiem suā facile sustinebunt,sed & pro fultura,& substructione fun-
gētur aduersus ea,quę mox,si forte villam prolatare libuerit,ad superiorem partē applicabūtur:

quippe ab imo præstructa valenter resistent contra ea, quæ postmodum superposita incumbent: at si summa pars cliui fundata, propriã molem susceperit, quicquid ab inferiore mox apposueris, fissum erit, rimosumq;. Nam nouum cum veteri adstruitur, rimescq; recens, ædificium quasi surgenti reluctans oneri cedit, & qđ prius extructum imminebit cedenti paulatimq; degrauatũ pondere suo præceps attrahetur. Igitur id structuræ vitium cum primum statim fundamenta iaciuntur, euitandum est.

De positione villæ. Cap. VI.

MODVS autem, membrorumq; numerus aptetur vniuerso consepto, & diuidatur in tres partes, vrbanã, rusticam, & fructuariam. Vrbana rursus in hyberna, & æstiua sic digeratur vt spectent hyemalis temporis cubicula brumalem orientem: cœnationes, æquinoctialẽ occidẽtẽ. Rursus æstiua cubicula spectent meridiẽ æquinoctialẽ, sed cœnationes eiusdẽ tẽporis prospectẽt hybernũ orientẽ. Balnearia occidenti æstiuo aduertãtur, vt sint post meridiem, & vsq; in vesperum inlustria. Ambulationes meridiano æquinoctiali subiectę sint, & vt hyeme plurimũ solis, & æstate minimũ recipiant. At in rustica parte, magna & alta culina ponetur, vt & contignatio careat incendij periculo, & in ea commode familiares omni tempore anni morari queant. Optime solutis seruis cęllæ meridiem æquinoctialem spectantes sint, vinctis q̃ saluberrimũ subterraneum ergastulum plurimis, sitq; id angustis illustratũ fenestris, atq; a terra sic editis, ne manu contingi possint. Pecudibus fiant stabula, quæ neq; frigore, neq; calore infestẽtur. Domitis armentis duplicia bubilia sint, hyberna, atq; æstiua. Cæteris autem pecoribus, quæ intra villam esse conuenit, ex parte tecta loca, ex parte sub dio parietibus altis circũsepta, vt illic per hyemem, hic per æstatem sine violentia ferarũ cõquiescãt. Sed omnia stabula sic ordinẽtur, ne quis humor influere possit, & vt quisq;, qui ibi cõceptus fuerit, q̃ celerrime dilabatur, vt nec fundamẽta parietũ corrũpãtur, nec vngulę pecudũ. Lata bubilia esse oportebit pedes. X. vel minime nouẽ, quę mensura & ad procũbendũ pecori, & iugario ad circũeũdũ laxa ministeria præbeat. Non altius edita esse præsepia cõuenit, q̃ vt bos, aut iumentũ sine incõmodo stans vesci possit. Villico iuxta ianuã fiat habitatio, vt intrantiũ exeuntiũq; cõspectũ habeat. Procuratori supra ianuã ob easdẽ causas, & is tamẽ villicũ obseruet ex vicino, sitq; vtriq; proximũ horreũ, quo cõferatur oẽ rusticũ instrumẽtũ, & intra id ipsum clausus locus, quo ferramẽta cõdãtur. Bubulcis pastoribusq; cęllæ ponanť iuxta sua pecora, vt ad eorũ curã sit opportunus excursus. Oẽs tamẽ q̃proxime alter ab altero debent habitare, ne villici diuersas partes circũeuntis sedulitas distẽdatur, & vt inter se diligẽtię, & negligentię cuiusq; testes sint. Pars autẽ fructuaria diuiditur in cęllã oleariã, torculariã, cęllã vinariã, defrutariã, fœnilia, paleariaq;, & apothecas, & horrea, vt ex iis quæ sunt in plano, custodiã recipiant humidarũ rerũ tãq̃ vini aut olei venaliũ. Siccę autẽ res cõgerantur tabularis, vt frumenta fœnũ, frondes, paleæ, cęteraq; pabula. Sed granaria, vt dixi, scalis adeantur, & modicis fenestellis aquilonibus inspirentur. Nã ea cœli positio maxime frigida, & minime humida est, quę vtraq; perennitatẽ cõditis frumentis afferũt. Eadem ratio est in plano sitæ vinarię cęllæ, quę summota procul esse debet a balneis, furno, sterquilinio, reliquisq; immũditiis tetrũ odorẽ spirantibus: nec minus a cisternis, aquisve salientibus, ex quibus qui extrahitur humor, vinũ corrumpit. Neq; me prçterit sedẽ frumentis optimã quibusdã videri horreũ camera contectũ, cuius solũ terrenũ pri⁹ q̃ consternatur perfossum, & amurca recenti non salsa madefactũ, velut signinũ opus † pauiculis cõdensať. Tum deinde cũ exaruit simili modo pauimenta testacea, quę ꝑ aqua receperint amurcam mistã calci, & arenæ supersternũtur, & magna vi pauiculis inculcantur, atq; expoliũtur, oẽsq; parietũ, & soli iũcturę testaceis puluinis fibulantur. Nã fere cũ his partibus ædificia rimas egerũt, caua prçbẽt, & latebras subterraneis animalibus. Sed & lacubus distinguntur granaria, vt separatim quęq; legumina ponãtur. Parietes oblinũtur amurca subacto luto, cui ꝑ paleis admista sunt arida oleastri, vel si ea nõ sunt, oleæ folia. Deinde cũ prçdictũ tectoriũ inaruit, rursus amurca respergitur, qua siccata, frumentũ infertur. Ea res ab noxa curculionũ, & similiũ animaliũ commodissime videtur conditas fruges defendere, quę nisi diligenter repositę sint, celeriter ab iis consumũtur. Sed id genus horrei, qđ scripsimus, nisi sit in sicca positione villæ, quãuis granũ robustissimũ corrũpit situ, qui si nullus adsit, possunt etiã defossa frumenta seruari, sicut transmarinis quibusdã prouinciis, vbi puteorũ in modũ, quos appellant Syros, exhausta humus, editos a se fructus recipit. Sed nos in nostris regionibus, quę redũdant vligine, magis illam positionẽ pensilis horrei, & hanc curam pauimentorũ, & parietum probamus, quoniã (vt retuli) sic emunita sola, & latera horreorũ prohibent curculionẽ, qđ genus exitij cũ incidit, multi opinãtur arceri posse, si

Vrbana villa & ei⁹ diuisio.
Cœnatioes.
Balnearia.
Ambulationes.
Rusticę villę partes.
Culina.
Cõtignatio
Cellę.
Stabula.
Bubilia.
Iugarius.
Procurator.
Horreum.
Fructuarię ptes.
Cella defrutaria.
Apothecę.
Granaria.
Vinaria cella
Horreũ camera cõtectum
Signinũ.
†bacillis a[...]li pilis.
Fibulare.
Lacub⁹ distin. granaria.
Syri.
Horreũ pẽsile.
De curgulionibus.

exesæ fruges in horreo ventilentur,& quasi refrigerentur. Id autem falsissimũ est: neq; enim hoc facto expelluntur animalia,sed immiscentur totis aceruis:qui si maneant immoti,summis tãtum partibus infestantur,quoniam infra mensuram palmi non nascitur curculio, longeq; pręstat id solum,qđ iam vitiatum est,ꝗ totum periculo subiicere:nam cum exiget vsus facile est eo sublato,qđ vitiatum erit,integro inferiore vti:sed hęc,& si extrinsecus, non tamen intẽpestiue videor hoc loco retulisse. Torcularia pręcipue,cęllęq; oleariæ calidæ esse debent,quia cõmodius omnis liquor vapore soluitur,ac frigoribus magis constringitur.

Oleum. Oleum,qđ minus prouenit,si congelatur,fracescet:sed vt calore naturali est opus,qui contingit positione cœli,& declinatione,ita nõ est opus ignibus,aut flammis,quoniã fumo & fuligine sapor olei corrumpitur.

Torcular. Propter qđ torcular debet a meridiana parte inlustrari,necesse ne habeamus ignes lucernãq; adhibere, cũ prematur olea.

Cortinale. Cortinale vbi defrutũ fiat,nec angustũ,nec obscurũ sit,vt sine incõmodo minister, qui sapã decoquet,versari possit.

Fumariũ. Fumariũ quoq;,quo materia (si nõ sit iãpridẽ cęsa) festinato siccetur,in parte rusticę villę fieri potest iunctũ rusticis balneis.

Balneæ. Nã eas quoq; refert esse, in quib⁹ familia,sed tantũ feriis lauetur. Neq; enim corporis robori conuenit frequens vsus earũ.

Apothecę. Apothecę recte superponẽtur his locis,vnde plerũq; fumus earũ exoritur,quoniã vina celerius vetustescũt,quę fumi quodã tenore pręcoquẽ maturitatẽ trahũt. Propter qđ & aliud tabulatum esse debebit,quo admoueãtur,ne rursus nimia suffitione medicata sint. qđ ad villæ pertinet,partiũq; eius dispositionẽ,satis dictũ est.

Piscinæ. Circa villã deinceps hęc esse oportebit,furnũ,& pistrinũ,quãtũ futurus numerus colonorũ postulauerit. Piscinas minimũ duas,alterã,quę anseribus, ac pecoribus seruiat:alterã,in qua lupinũ,vimina, & virgas,atq; alia,quę sunt vsibus nostris apta,maceremus.

Sterquilinia. Sterquilinia quoq; duo sint:vnũ,qđ noua purgamenta recipiat,& in annũ conseruet: alterũ,ex quo vetera vehantur:sed vtrũq; more piscinarũ deuexũ leni cliuo,& extructũ,pauitũq; solũ habeat,ne humorẽ transmittant. Plurimũ enim refert nõ adsiccato succo fimũ vires cõtinere, & assiduo macerari liquore,vt siqua interiecta sint stramentis aut paleis,spinarũ vel graminũ semina intereant,nec in agrũ exportata segetes hęrbidas reddãt. Ideoq; periti rustici quicquid ouilibus,stabulisq; conuersum progesserũt,superpositis virgeis cratibus tegũt,nec arescere ventis sinũt,aut solis incursu patiũtur exuri.

Area. Area,si cõpetit,ita constituẽda est,vt vel a domino,vel certe a procuratore despici possit. Eaq; optima est silice constrata, ꝙ & celeriter frumenta deterũtur,nõ cedente solo pulsibus vngularũ,tribularũq;,& eadẽ euentilata mũdiora sunt, lapillisq; carent,& glebulis,quas per triturã fere terrena remittit area.

Nubilariũ. Huic aũt nubilariũ applicari debet, maximeq; in Italia propter incõstantiã cœli,quo collata semitrita frumẽta protegãtur, si subitaneus imber incesserit. Nã in trãsmarinis quibusdã regionibus,vbi æstas pluuia caret,superuacuũ est. Pomaria quoq; & hortos oportet septo circundari,& esse in propinquo, atq; in ea parte,quo possit omnis stercorata colluuies cortis,balineorũq;,& oleis expressa amurcę sanies influere: nam eiusmodi quoq; lętatur alimentis,& olus,& arbor.

De officiis patrisfamilias. Cap. VII.

HIS omnibus ita vel acceptis,vel cõpositis pręcipua cura domini requiritur, cũ in cæteris rebus,tũ maxime in hominibus. Atq; hi vel coloni,vel serui sunt soluti,aut vincti. Comiter agat cũ colonis,facilẽq; se prębeat,& auarius opus exigat,ꝗ pensiones,quoniã & minus id offendit,& tamẽ in vniuersum magis prodest. Nã vbi sedulo colitur ager,plerũq; compendiũ,nunꝗ (nisi si cœli maior vis aut pdonis incessit) detrimẽtũ affert,eoq; remissionẽ colon⁹ petere nõ audet. Sed nec dominus in vnaquaq; re,cui colonũ obligauerit,tenax esse iuris sui debet,sicut in diebus pecuniarũ,vt lignis,& cęteris paruis accessionibus exigendis, quarũ cura maiorẽ molestiã ꝗ

Sũmũ ius. impensam rusticis affert. Nec sane est vindicandũ nobis quicquid licet. Nã summũ ius antiqui

Noia optima. summã putabant crucẽ. Nec rursus in totũ remittendũ,quoniã vel optima nomina nõ appellando,fieri mala fœnerator Alphius dixisse verissime fertur. Sed & ipse nostra memoria veterẽ consularẽ,viruq; opulentissimũ L. Volusiũ asseuerantẽ audiui,patrisfamilias fœlicissimũ fundũ esse,

Coloni indigenę. qui colonos indigenas haberet,& tanꝗ in paterna possessione natos iam inde a cunabulis longa familiaritate retineret. Ita certe mea fert opinio rẽ malã esse frequentẽ locationẽ fundi, peiorem tamẽ vrbanũ colonũ,qui per familiã mauult agrũ,ꝗ per se colere. Saserna dicebat ab eiusmodi homine fere pro mercede litem reddi. Propter qđ operã dãdã esse,vt & rusticos,& eosdẽ assiduos colonos retineamus,cũ aut nobismetipsis nõ licuerit,aut per domesticos colere non expedierit, qđ tamẽ nõ euenit,nisi in his regionibus,quę grauitate cœli,soliq; sterilitate vastantur. Cęterũ cũ mediocris adest,& salubritas,& terrę bonitas,nũꝗ nõ ex agro plus sua cuiq; cura reddidit,ꝗ co-

loni: nunq̃ non etiã villici, nisi si maxima vel negligentia serui, vel rapacitas interuenit. Quę vtraq; peccata plerunq; vitio domini vel comitti, vel foueri, nihil dubiũ est: cũ liceat, aut cauere, ne talis p̃ficiatur negocio: aut iam præpositus, vt submoueatur, curare. In lõginquis tamẽ fundis, in quos non est facilis excursus patrisfamilias, cũ omne genus agri tolerabilius sit sub liberis colonis, q̃ sub villicis seruis habere, tum pręcipue frumentarium, quẽ minime (sicut vineas aut arbustum) colonus euertere potest, & maxime vexant serui, qui boues elocant, eosdemq;, & cætera pecora male pascunt, nec industrie terram vertunt, longeq; plus imputant seminis iacti, q̃ q̃d seuerint. sed nec q̃d terræ mandauerint sic adiuuant, vt recte proueniat: idq; cum in aream contulerunt, per trituram quotidie minuunt vel fraude vel negligentia. Nam & ipsi diripiunt, & ab aliis furibus non custodiunt. Sed nec conditum cum fide, rationibus inferunt, ita fit, vt & actor, & familia peccent, & ager sæpius infametur: quare talis generis prædium si (vt dixi) domini pręsentia cariturum est, censeo locandum. Actor.

De pecore & pecorum magistris. Cap. VIII.

PROXIMA est cura de seruis, cui quęq; officio præponere cõueniat, quosq; & qualibus operibus destinare. Igitur præmoneo, ne villicũ ex eo genere seruorum, qui corpore placuerũt, instituamus ex eo quidẽ ordine, qui vrbanas ac delicatas arteis exercuerit. Socors & somniculosum genus id mancipiorũ, ociis, campo, circo, theatris, alea, popinæ, lupanaribus consuetũ, nunq̃ nõ easdẽ ineptias somniat, quas cum in agriculturã transtulit, non tãtũ in ipso seruo, quantũ in vniuersa re detrimẽti dominus capit. Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus, & inspectus experimentis. Si tamẽ is non erit, de iis pręficiatur, qui seruitutẽ laboriosam tolerauerunt. Iamq; is transcenderit ætatẽ primæ iuuentę, necdum senectutis attigerit: illa ne & authoritatẽ detrahat ad imperiũ, cũ maiores dedignẽtur parere adolescẽtulo: hęc ne laboriosissimo succũbat operi. Serui.

Medię igitur sit ætatis, & firmi roboris, peritus rerũ rusticarũ, aut certe maximę curę, quo celerius addiscat. Nã non est nostri negocij alterũ imperare, & alterũ docere: neq; enim recte opus exigere valet, qui quid aut qualiter faciendũ sit, ab subiecto discit. Potest etiã illiteratus, dummodo tenacissimę sit memorię, rem satis cõmode administrare. Eiusmodi villicũ Cornelius Celsus ait, sæpius numos domino, q̃ librũ afferre, quia nescius literarũ vel ipse minus possit rationes cõfingere, vel per aliũ propter conscientiã fraudis timere. Sed qualicunq; villico contubernalis mulier assignanda est, quę contineat eũ, & in quibusdã rebus tamẽ adiuuet. Ideoq; actori pręcipiendũ est, ne conuictũ cũ domestico, multoq; minus cũ extero habeat. Nõnunq̃ tamẽ eũ, quẽ assidue sedulũ, & fortẽ in operibus administrãdis cognouerit, honoris causa mensę suę die festo dignetur adhibere. Sacrificia nisi ex pręcepto domini ne fecerit. Aruspices, sagasq;, quę vtraq; genera vana superstitione rudeis animos ad impensas, ac deinceps ad flagitia cõpellunt, ne admiserit: neq; vrbẽ, neq; vllas nundinas nouerit, nisi emendę, vendendęue pertinẽtis ad se rei causa. Villicus enim (q̃d ait Cato) ambulator esse non debet, nec egredi terminos, nisi vt addiscat aliquam culturã, & hoc si ita in vicino est, vt cito remeare possit. Semitas, nouosq; limites in agro fieri ne patiatur, neue hospitem nisi amicum, familiaremq; domini necessariũ receperit. Vt ab his arcendus, ita exhortandus est ad instrumentorũ, ferramentorũq; curã, vt duplicia q̃ numerus seruorũ exigit, refecta & reposita custodiat, nequid a vicino petendum sit, quia plus in operis seruorum, q̃ in precio rerum eiusmodi cõsumitur. Cultam vestitãq; familiã magis vtiliter q̃ delicate habeat, munitamq; diligẽter a vento, frigore, pluuiaq;, quę cũcta prohibẽtur pellibus manicatis, centonibus cõfectis, vel sagis cucullis: id si fiat, nullus dies tã intolerabilis est, quo nõ sub diuo moliri aliquid possit. Nec tantum operis agrestis sit artifex, sed & animi quantum seruile patitur ingeniũ, virtutibus instructus, vt neq; remisse, neq; crudeliter imperet. Semperq; aliquos ex melioribus foueat, parcat tamẽ etiã minus bonis, ita vt potius timeant eius seueritatẽ, q̃ crudelitatẽ detestentur. Id contingere poterit, si maluerit custodire subiectos, ne peccent, q̃ negligentia sua cõmittere, vt puniat delinquentes. Nulla est autẽ maior vel nequissimi hominis custodia, q̃ operis exactio: vt iusta reddantur, vt villicus semper se repræsentet. Sic enim & magistri singulorum officiorũ sedulo munia sua exequentur, & cæteri post fatigationem operis quieti, ac somno potius q̃ deliciis operam dabunt. Iam illa vetera, sed optimi moris, quæ nunc exoleuerunt, vtinam possint obtineri: ne cõseruo ministro quoq̃ nisi in re domini vtatur, ne cibum nisi in cõspectu familiæ capiat, neue aliũ q̃ qui cæteris præbetur: sic enim curabit, vt & panis diligenter confiat, & reliqua salubriter apparentur. Ne extra fines nisi a se missum, progredi sinat, sed nec ipse mittat, nisi magna necessitate cogente. Neue negocietur sibi, pecuniamq; domini aut animalibus, aut rebus alijs promer-

Villicus medię ætatis. Illiteratus vil. Ratiões cõfingere. Contubernalis mulier. Sage. Instrumentorũ cura. Pelles manicatæ. Centones. Cuculli. De seruis. Promercalcs.

Cũ rationibus paria facere.

calibus occupet. Hæc enim negociatio curam villici auocat, nec vnq̃ patitur eum cum rationibus domini paria facere. Sed vbi numeratio exigetur, rem pro numis ostendit. In vniuersum tamen hoc maxime obtinendum ab eo est, ne quid se putet scire, qđ nesciat, quęratq; semper addiscere qđ ignorat. Nam cum multum prodest perite quid facere, tum plus obest perperã fecisse. Vnum enim ac solum dominatur in rusticatione, quicquid exigit ratio culturæ semel facere, quippe cum emendatur vel imprudentia vel negligentia, iam res ipsa decoxit. Nec in tãtũ post modum exuberat, vt & rem amissam restituat, & quęstum temporum præteritorum resarciat.

Res decoxit

In cæteris seruis hæc fere præcepta seruanda sunt, quæ me custodisse non pœnitet, vt rusticos, qui modo non incommode se gessissent, sæpius q̃ vrbanos, familiariusq; alloquerer, & cum comitate domini leuari perpetuum laborem eorum intelligerem. Nonnunq̃ etiam iocarer, & plus ipsis iocari permitterem. Iam illud sæpe facio, vt quasi cum peritioribus de aliquibus operibus nouis deliberem, & per hoc cognoscam cuiusq; ingenium quale, q̃q; sit prudens. Tum etiã libentius eos id opus aggredi video, de quo secum deliberatum, & consilio ipsorum susceptum putant. nam illa solennia sunt omnibus circunspectis, vt ergastuli mancipia recognoscant. vt explorent, an diligenter vincta sint, an ipsę sedes custodiæ satis tutæ, munitæq; sint: num villicus aut alligauerit quempiam domino nesciẽte, aut reuinxerit: nam vtrunq; maxime seruare debet, vt & quem paterfamilias tali pœna multauerit, villicus nisi eiusdem permissu compedibus non eximat: & quem ipse sua sponte vinxerit anteq̃ sciat dominus non resoluat: tantoq; curiosior inquisitio patrisfamilias debet esse pro tali genere seruorum, ne aut in vestiariis, aut in cæteris præbitis iniuriose tractentur, quanto & pluribus subiecti, vt villicis operum magistris, vt ergastulariis, magis obnoxij perpetiendis iniuriis, & rursus sæuitia atq; auaritia læsi magis timendi sunt. Itaq; diligens dominus cum & ab ipsis, tum & ab solutis, quibus maior est fides, quærat an ex sua constitutione iusta percipiant. Atq; ipse panis, potionisq; bonitatem gustu suo exploret, vestem, manicas, pedumq; tegmina recognoscat. Sæpe etiam querendi potestatem faciat de iis, qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infestent. Nos quidem † aliquanto iuste dolentes, tã vindicamus, q̃ animaduertimus in eos, qui seditionibus familiã concitant, qui calumniantur magistros suos: ac rursus præmio prosequimur eos, qui strenue atq; industrie se gerunt. Fœminis quoq; fœcundioribus, quarum in sobole certus numerus honorari debet, ocium nonnunq̃, & libertatem dedimus, cum complures natos educassent. nam cui tres erant filij, vacatio: cui plures, libertas quoq; contingebat. Hæc enim iustitia, & cura patrisfamilias multum confert augendo patrimonio. Sed & illa meminerit, cum e ciuitate remeauerit, deos penates adorare: deinde si tempestiuum erit, confestim: si minus, postero die fines oculis perlustrare, & omneis parteis agri reuisere atq; æstimare, nunquid absentia sua de disciplina & custodia remiserit. Nũ aliqua vitis, num arbor, num fruges absint: tum etiã pecus & familiam recenseat, fundiq; instrumentum & supellectilem, quæ cuncta si per plures annos facere instituerit, bene moratam disciplinam, cum senectus aduenerit, obtinebit. Nec erit vlla eius ætas annis ita confecta, vt spernatur a seruis.

Ergastuli mãcipia recognoscere. — *Vestiaria.* — *Ergastularu.* — *† aliquãdo.* — *De fœminis villæ.*

Qualis corporaturę mancipia, cuiq; operi contribuenda sunt. Cap. IX.

DICENDVM etiam est quibus operibus, quęq; habitum corporis aut animi contribuendum putemus. Magistros pecoribus oportet præponere sedulos ac frugalissimos, ea res vtraq; plus q̃ corporis statura roburq; confert huic negocio, quoniam hic ministeriũ custodiæ diligentis & artis officium est. bubulco q̃uis necessaria, non tamen satis est indoles mentis, nisi eum vastitas vocis, & habitus metuendũ pecudibus efficit. Sed temperet vires clemẽtia, quoniam terribilior debet esse q̃ sęuior, vt & obsequantur eius imperiis, & diutius perennent boues non confecti vexatione simul operum, verberũq;. Sed quę sint magistrorũ munia, quęq; bubulcorum, suo loco repetam. Nunc ammonuisse satis est, nihil in his, in illis plurimũ referre vires & proceritatem. Nam longissimũ quęq; aratorem (sicut dixi) faciemus, & propter id quod paulo ante retuli, & q; in re rustica nullo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando stiuæ pene rectus innititur: mediastinus qualiscunq; status potest esse, dummodo perpetiendo labori sit idoneus. Vineæ non sic altos, quemadmodum latos & lacertosos viros exigunt. nam is habitus fossuris, & putationibus, cæterisq; earum culturis magis aptus. Minus in hoc officio, q̃ in cæteris agricolatio frugalitatẽ requirit, quia & in turba, & sub monitore vinitor opus facere debet. Ac plerũq; velocior animus est improborum hominũ, q̃ desiderat huius operis conditio: non solũ enim fortem, sed & acuminis strenui ministrum postulat. Ideoq; vineta plurimũ per alligatos excoluntur.

Magistri pecor. — *Bubulcus.* — *Perennare* — *Arator bonus.* — *Mediastin⁹* — *Vineæ lacertosi.* — *Vineta per alligatos xco.l.*

Nihil tamē eiusdem agilitatis homo frugi non melius ꝙ nequam faciet. Hoc interposui, nequis existimet in ea me opinione versari, qua malim per noxios, ꝙ per innocentes rura colere. Sed & illud censeo ne confundantur opera familiæ, sic vt omnes omnia exequantur. Nam id minime conducit agricolę, seu quia nemo suum proprium aliquod esse opus credit, seu quia cum enixus est, non suo, sed communi officio proficit, ideoq; labori multum se subtrahit: nec tamen viritim malefactum deprehenditur, qđ fit a multis: propter qđ separandi sunt aratores a vinitoribus, & vinitores ab aratoribus, iiq; a mediastinis. Classes etiam non maiores, ꝙ denum hominū faciūdæ, quas decurias appellauerunt antiqui, & maxime probauerunt, ꝙ is numeri modus in opere cōmodissime custodiretur, nec præeuntis monitoris diligētiam multitudo confunderet. Itaq; si latior est ager, in regiones deducendæ sunt eæ classes, diuidundūq; ita opus, vt neq; singuli biniue sint, quoniam dispersi non facile custodiuntur. Nec tamen supra decem, ne rursus vbi nimia turba sit, id opus ad se pertinere singuli non existiment: hæc ordinatio non solum concitat æmulationem, sed & deprehendit ignauos. Nam cum certamine opus excitetur, tum in cessanteis animaduersio iusta, & sine querela videt adhiberi. Sed nimirū dū quę maxime prouidēda sunt agricolę futuro pręcipimus, de salubritate, de via, de vicino, de aqua, situ villæ, fundi modo, colonoꝝ & seruorū generibus, officiorum operūq; distributione, tempestiue per hęc ad ipsum iam terræ cultum peruenimus, de quo pluribus libro insequente mox disseremus. Classes. Decuriæ.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLÆ DE RE RVSTICA LIBER SECVNDVS.

Terram nec senescere, nec fatigari, si stercoretur. Caput. I.

QVÆRIS ex me Publi Siluine, qđ ego sine cunctatione non recuso docere, cur priore libro veterū opinionē fere omniū, qui de cultu agrorū locuti sunt, a principio confestim repulerim, falsamq; sententiam repudiauerim censentiū longo æui situ, longiq; iam temporis exercitatione fatigatā, & effœtam humū cōsenuisse. Nec te ignoro cū & aliorū illustriū scriptorū, tū pręcipue Tremellij authoritatē uereri, qui cū plurima rusticarū rerū pręcepta simul eleganter & scite memoriæ prodiderit, videlicet illectus nimio fauore priscorū de simili materia differentiū, falso credidit parentem omniū terrā, sicut muliebrem sexū ætate anili iam confectam, progenerandis esse fœtibus inhabilem. Qđ ipse quoq; confiterer, si in totū nullę fruges prouenirent. Nam & hominis tum demū declaratur sterile seniū non cū desinit mulier trigeminos aut geminos parere, sed cū omnino nullū cōceptū edere valet. Itaq; transactis iuuentę tēporibus, etiā si longa vita superest, partus tamen annis denegatus, non restituitur. At e contrario seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, cū est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet. Non ergo est exiguarū frugū causa terrę vetustas, si modo cū semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuirescere, aut repubescere potest: sed ne lassitudo quidē soli minuit agricolæ fructū. neq; enim prudentis est adduci tāꝙ in hominibus nimia corporis exercitatione, aut oneris alicuius pondere, sic cultibus, & agitationibus agrorū fatigationē succedere. Quid ergo est inquis, qđ asseuerat Tremellius intacta & syluestria loca, cū primū cœperint cultu exuberare, mox deinde non ita respondere labori colonorum? Videt sine dubio quid eueniat, sed cur id accidat, non peruidet: neq; enim iccirco rudis, & modo ex syluestri habitu in aruū transducta fœcūdior haberi terra debet, ꝙ sit requietior & iunior, sed ꝙ multorū annoꝝ frondibus, & hęrbis, quas suapte natura progenerabat, velut saginata largioribus pabulis facilius edendis educandisq; frugibus sufficit. At cū perruptę rastris, & aratris radices hęrbarū, ferroq; succisa nemora frondibus suis desierunt alere matrem, quęq; temporibus autumni frutetis & arboribus delapsa folia superiaciebantur, mox conuersa vomeribus, & inferiori solo, qđ plerūq; est exilius, permista, atq; absumpta sunt, sequitur, vt destituta pristinis alimētis macrescat humus. Non igitur fatigatione, quemadmodū plurimi crediderūt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benigne nobis arua respondent. Licet enim maiorem fructum percipere, si frequenti & tempestiua & modica stercoratione terra refoueatur. De cultu dicturos nos priori volumine polliciti iam nunc disseremus.

Sterile senium. Repubescere.

Quot ſint genera terreni, quot deinde ſpecies generibus ſubiungantur, qđ ſolũ maxime probetur. Caput. II.

Terrarum gña tria. Campus. Perlibrata pl. Collis. Mons.

CALLIDISSIMI ruſticarum rerum Siluine genera terreni tria eſſe dixerunt: campeſtre, collinum, montanum. Campum nõ æquiſſima ſitum planicie, nec perlibrata, ſed exigue prona. Collem clementer, & molliter aſſurgentem. Montem non ſublimem & aſperum, ſed nemoroſum & herbidum maxime probauerunt. His autem generibus ſingulis ſenæ ſpecies contribuuntur: ſoli pinguis vel macri, ſoluti vel ſpiſſi, humidi vel ſicci: quæ qualitates inter ſe miſtæ vicibus, & alternatæ plurimas efficiunt agrorum varietates: eas enumerare non eſt artificis agricolæ. Neq; enim artis officium eſt per ſpecies, quæ ſunt innumerabiles, euagari: ſed ingredi per genera quæ poſſunt, & cogitatione mentis, & ambitu verborum facile copulari. Recurrendum eſt igitur ad qualitatum inter ſe diſſidentium, quaſi quaſdam cõiũctiones, quas græci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos diſcordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. Atq; etiam ſignificandũ eſt ex omnibus quæ terra progeneret, plura campo magis q̃ colle, plura pingui ſolo q̃ macro lętari.

Siccanea. Rigua.

De ſiccaneis & riguis non comperimus vtra numero vincant, cum vtiq; pene infinita ſint, quæ ſiccis, quęq; humidis locis gaudent: ſed ex his nihil non melius reſoluta humo, q̃ denſa prouenit, qđ noſter quoq; Vergilius cum & alias fœcundi arui laudes retuliſſet, adiecit.

Et cui putre ſolum, nanq; hoc imitamur arando.

Colere qđ. Fermẽtare terrã.

Neq; enim aliud eſt colere, q̃ reſoluere, & fermentare terram: ideoq; maximos quæſtus ager præbet. idem pinguis ac putris, quia cum plurimum reddat, minimũ poſcit: & qđ poſtulat, exiguo labore atq; impenſa conficitur. Præſtantiſſimum igitur tale ſolum iure dicatur. Proximum deinde huic pinguiter denſum, qđ impenſam coloni, laboremq; magno fœtu remuneratur. Tertia eſt ratio loci rigui, quia ſine impenſa fructum reddere poteſt. Hanc primam Cato eſſe dicebat, qui maxime reditum pratorum cæteris anteponebat: ſed nos de agitatione terræ nunc loquimur, non de ſitu. Nullum deterius habetur genus, q̃ qđ eſt ſiccum pariter & denſum & macrũ, quia cum difficulter tractetur, tum ne tractatum quidem gratiam refert: nec relictum pratis, vel paſcuis abunde ſufficit. Itaq; hic ager ſiue exercetur, ſeu ceſſat, colono eſt pœnitendus, ac tãq̃ peſtilens refugiendus. Nam ille mortem facit, hic teterrimam comitem mortis famẽ. Si tamẽ Græcis camœnis habemus fidem clamitantibus, λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν, καὶ πότμον ἐπισπεῖν.

Odyſſeę. μ.

Sed nunc potius vberioris ſoli meminerimus, cuius demõſtranda eſt duplex ratio, culti & ſylueſtris: de ſylueſtri regione in aruorum formam redigenda prius dicemus, quoniam eſt antiquius facere agrum, q̃ colere. Incultum igitur locum conſideremus, ſiccus an humidus, nemoroſus arboribus an lapidibus confragoſus, iunco ne ſit an gramine veſtitus, an †filictis aliiſve frutetis impeditus: ſi humidus erit, abundantia vliginis ante ſiccetur foſſis. earum duo genera cognouimus cæcarum & patentium, ſpiſſis atq; cretoſis regionibus apertę relinquũtur: at vbi ſolutior humus eſt, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcęcantur, ita vt in patentes ora hiantia cæcarũ competant: ſed & patentes latius, & apertas ſumma parte, decliueſq;, & ad ſolum coarctatas, imbricibus ſupinis ſimiles facere conueniet: nam quarum recta ſunt latera, celeriter aquis vitiantur, & ſuperioris ſoli lapſibus replentur. Opertæ rurſus obcæcari debebunt, ſulcis in altitudinem trepidaneam depreſſis, qui cum parte dimidia lapides minutos, vel nudam glaream receperint, æquentur ſuperiecta terra, quæ fuerat effoſſa. Vel ſi nec lapis erit, nec glarea, ſarmentis connexus velut funis informabitur in eam craſſitudinem, quã ſolum foſſæ poſſit anguſtę, quaſi accommodatam coarctatãq; capere. Tum per imum contendetur, vt ſuper calcatis cupreſſinis, vel pineis, aut ſi eæ non erunt, aliis frondibus terra contegatur, in principio atq; exitu foſſæ more ponticulorum binis ſaxis tantũmodo pilarum vice conſtitutis, & ſingulis ſuperpoſitis, vt eiuſmodi conſtructio ripam ſuſtineat, ne præcludatur humoris illapſu atq; exitu. Nemoroſi, frutetoſiq; tractus duplex cura eſt, vel exſtirpandis radicitus arboribus & remouendis, vel (ſi raræ ſint) tãtũ ſuccidendendis, incendiſq; & inarandis. At ſaxoſum facile eſt expedire lectione lapidum, quorum ſi magna eſt abundantia, velut quibuſdam ſubſtructionibus partes agri ſunt occupandæ, vt reliquæ emundentur: vel in altitudiuem ſulco depreſſo lapides obruendi, qđ tamen ita faciendum erit, ſi ſuadebit operarum vilitas. Iunci & graminis pernicies, repaſtinatio eſt: filicis, frequẽs exſtirpatio, quę vel aratro fieri poteſt, quoniam intra bienniũ ſępius conuulſæ moriuntur: celerius etiam, ſi eodem tempore ſtercores, & lupino vel faba conſeras, vt cum aliquo reditu medearis agri vitio. Nãq; conſtat filicem ſationibus & ſtercoratione facilius interimi. Verũ & ſi ſubinde naſcentem falce decidas, qđ vel puerile opus eſt, intra prędictũ tẽpus viuacitas ei⁹ abſumitur.

†filicibus. Vligo. Foſſę cęcę & patẽtes. Frutetoſus tractus. Subſtructiones. Filicis exſtirpatio.

†Sed iam expedienti rudis agri rationem sequitur cultorũ noualiũ cura,de qua mox quid censeã profitebor,si quæ ante discenda sunt aruorum studiosis præcepero. Plurimos antiquorũ, qui de rusticis rebus scripserũt,memoria repeto,quasi confessa nec dubia signa pinguis, ac frumentorũ fertilis agri prodidisse,dulcedinẽ soli propriã,hẽrbarũ & arborũ prouentũ,nigrũ colorẽ vel cinereum.De cęteris ambigo,de colore satis admirari nõ possum cũ alios, tum Cornelium Celsum, non solũ agricolationis,sed vniuersę naturę prudentẽ virũ:sic & sentẽtia,& visu deerrasse,vt oculis eius tot paludes,tot etiã campi salinarũ nõ occurrerent,quibus fere contribuũtur prędicti colores.Nullũ enim temere videmus locũ,qui modo pigrũ cõtineat humorẽ,non eũdem vel nigri, vel cinerei coloris,nisi forte in eo fallor ipse,qđ nõ putem aut in solo limosæ paludis, & vliginis amaræ,aut in maritimis areis salinarũ gigni posse iacta frumenta,sed est manifestior hic antiquorum error,q̃ vt pluribus argumentis conuincendus sit,non ergo color tã̃ certus author, testis est bonitatis aruorum.Et ideo frumentarius ager,id est pinguis magis aliis qualitatibus æstimãdus est.Nam vt fortissimę pecudes diuersos ac pene innumerabiles,sic etiam robustissimę terræ plurimos & varios colores sortitę sunt.Itaq; considerandum erit,vt solum,qđ excolere destinamus,pingue sit.Per se tamen id parum est,si dulcedine caret,qđ vtrũq; satis expedita nobis ratione contingit discere:nam perexigua conspergitur aqua gleba, manuq; subigitur,ac si glutinosa est,& quouis leuissimo tactu pressa inhęrescit,& picis in morem ad digitos lentescit habendo,vt ait Virgilius.eademq; illisa humo non dissipatur,ea res admonet nos inesse tali materiæ naturalem succum,& pinguitudinem.Sed & si velis scrobibus egestam humũ recondere,& recalcare,cũ aliquo quasi fermento abundauerit,certum erit esse eam pinguem:cum defuerit,exilem:cũ æquauerit,mediocrem:q̃q̃ ista quæ nunc retuli,non tam vera possunt videri,q̃ si sit pullula terra,quæ melius prouentu frugum approbatur.Sapore quoq; sic dignoscemus,si ex ea parte agri,quę maxime displicebit,effossæ glebæ,& in fictili vase madefactę,dulci aqua permisceantur,ac more feculenti vini diligenter colatæ gustu explorẽtur: nam qualem traditum ab eis retulerit humor saporem,talem esse dicemus eius soli:sed citra hoc experimentum multa sunt,quę & dulcem terram,& frumentis habilem significẽt,vt iuncus,vt calamus,vt gramen,& trifolium,ebulum, rubi, pruni syluestres,& alia complura,quę etiam indagatoribus aquarum nota,non nisi dulcibus terræ venis educantur.Nec contentos esse nos oportet prima specie summi soli,sed diligẽter exploranda est inferioris materiæ qualitas,terrena necne sit.Frumentis autẽ sat erit,si æque bona suberit bipedana humus:arboribus altitudo quatuor pedum abunde est.Hęc cum ita explorauerimus,agrum sationibus faciundis expediemus. Is autem non minimũ exuberat,si curiose & scite subigitur:quare antiquissimi fere omnes formam huius operis conscripsere,quam velut scita legemq; in proscindendis agris sequantur agricolæ. Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit,quo speciosius ingrediantur sublimes,& elatis capitibus,ac minus colla eorum labefactentur,iugumq; melius aptum ceruicibus insidat. Hoc enim genus iuncturæ maxime probatũ est.Nam illud,qđ in quibusdam prouinciis vsurpatur,vt cornibus illigetur iugum,fere repudiatum est ab omnibus,qui præcepta rusticis conscripserunt,neq; immerito. plus enim queunt pecudes collo & pectore conari,q̃ cornibus. Atq; hoc modo tota mole corporis, totoq; pondere nituntur: at illo, retractis & resupinis capitibus excruciantur, ægreq; terræ summam partem leui amodum vomere sauciãt.Et ideo minoribus aratris moliuntur,qui non valent alte perfossam noualium terram rescindere: qđ cum fit omnibus virentibus plurimum confert:nam penitus aruis sulcatis maiore incremento segetum arborumq; fœtus grandescunt. Et in hoc igitur a Celso dissentio,qui reformidans impensam, quæ scilicet largior est in amplioribus armentis, censet exiguis vomeribus & dentalibus terram subigere,quo minoris formæ bubus administrari id possit,ignorans plus esse reditus in vbertate frugum,q̃ impendii,si maiora mercemur armenta, præsertim in Italia,vbi arbustis atq; oleis consitus ager altius resolui ac subigi desiderat,vt & summæ radices vitium,olearumq; vomeribus rescindantur: quæ si maneant, frugibus obsint, & inferiores penitus subacto solo facilius capiant humoris alimentum. Potest tamen illa Celsi ratio Numidiæ,& Ægypto cõuenire, vbi plerũq; arboribus viduũ solum frumentis seminatur. Atq; eiusmodi terram pinguibus arenis putrem veluti cinerem solutam, q̃uis leuissimo dente moueri satis est. Bubulcum autem per proscissum ingredi oportet, alternisq; versibus obliquum tenere aratrum, & alternis recto plenoq; sulcare, sed ita necubi crudum solum, & immotũ relinquat,qđ agricolę scamnũ vocant.Boues, cũ ad arborẽ venerint,fortiter retinere ac retardare,ne in radicẽ maiore nisu vomis impactus colla cõmoueat:neue aut cornu bos ad stipitẽ

†Sed iã expediẽdi ruris agricolationẽ &c.

Non colorẽ soli cert⁹ est auctor bonitatis.

Pullula terra.

Sapore solũ dignosci.

Citra experim. Indicia frumentariæ terrę.

De bubus inter arandum.

Versus.

Scamnũ quid.

vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, ramumq; deplantet, voce potius quam verberibus terreat. Vltimaq; sint opus recusantibus remedia, plagę, nunquam stimulo lacessat iuuencum, quod retractantem calcitrosumq; eum reddit: nonnunquam tamen admoneat flagello, sed nec in media

Versura. parte versurę consistat. Detq; requiem in summa, vt spe cessandi totum spatium bos agilius enitatur.

Sulci longi Sulcum autem ducere longiorem, quam pedum centum viginti, contrarium pecori est, quoniam plus æquo fatigatur, vbi hunc modum excessit. Cum ventum erit ad versuram, in priorem partem iugum propellat, & boues inhibeat, vt colla eorum refrigescant, quæ celeriter conflagrãt

Dolabra. (nisi assidue refrigerentur) & ex eo tumor, ac deinde vlcera inuadunt. Nec minus dolabra, quam vomere bubulcus vtatur, & præfractas stirpes, summasq; radices quibus ager arbusto consitus implicatur, omneis refodiat, ac persequatur.

Quæ cura adhibenda sit bubus ab opere disiunctis. Cap. III.

BOVES cum ab opere disiunxerit, substrictos confricet, manibusq; comprimat dorsum, & pellem reuellat, nec patiatur corpori adhęrere, quia id genus morbi maxime est armentis noxium. Colla subigat, merumq; faucibus (si æstuauerint) infundat. Satis autem est singulis binos sextarios prębere. Sed ante ad præsepia boues relegari non expedit, quam sudare, atq; anhelare desierint: cum deinde tempestiue potuerint vesci, non multum nec vniuersum cibum, sed partibus, & paulatim prębere conuenit. Quem cum assumpserint ad aquam duci oportet, sibiloq; allectari, quo libentius bibãt, tum demum reductos largiori pabulo satiari. Hactenus de officio bubulci dixisse abunde est, sequitur, vt tempora quoq; subigendi arui præcipiamus.

Quo anni tempore campi arandi sint, & quomodo. Cap. IIII.

PINGVES campi, qui diutius continẽt aquam, proscindendi sunt anni tempore iam incalescente, cum omneis hęrbas ediderint, neq; adhuc earum semina maturuerint, sed tam frequẽtibus densisq; sulcis arandi sunt, vt vix dignoscatur in vtram partẽ vomer actus sit, quoniam sic omnes radices hęrbarum perruptę necantur. Sed & cõpluribus iterationibus sic resoluatur veruactum in puluerẽ, vt vel nullam, vel exiguam desideret occationẽ, cum seminauerimus. nam veteres Romani dixerunt male subactum agrum, qui satis frugibus occandus sit: cum porro an recte aretur, frequenter explorare

Veruactum.

Scamna. debet agricola. Nec tantum visu, qui fallitur nonnunquam, superfusa terra latentibus scamnis, verumetiam tactu, qui minus decipitur, cum solidi rigoris admota pertica transuersis sulcis inseritur, ea si æqualiter, ac sine offensione penetrauit, manifestum est totum solum deinceps esse motum: sin autem subeunti

Crudum veruac. durior aliqua pars obstitit, crudum veruactum esse demonstrat. Hoc cum sępius bubulci fieri vident, nõ

Vliginosi campi. cõmittunt scamna facere. Igitur vliginosi campi proscindi debent post Idus mensis Aprilis. Quo tempore cum arati fuerint diebus interpositis circa solstitium, quod est nonum vel octauum Calen. Iulias,

Iterati tertiatiq; agri. iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos: cum id tempus ab æstiuo solstitio conuenit inter peritos rei rusticę non esse arãdum, nisi si magnis (vt fit nõnunquam) ac subitaneis imbribus, quasi hybernis pluuiis terra permaduerit. Quod cum accidit, nihil prohibet, quo minus mense Iulio veruacta subigantur: sed quandocunq; arabitur, obseruabimus, ne lutosus ager tracte-

Varia Variosaq; terra. tur, neue exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici variam cariosamq; appellãt. ea est cum post longas siccitates leuis pluuia superiorẽ partẽ glebarum madefecit, inferiorẽ non attigit. Nam quæ limosa versantur arua, toto anno desinunt posse tractari, nec sunt habilia sementi, aut occationi, aut sationi. At rursus, quę varia subacta sunt, cõtinuo triennio sterilitate afficiuntur. Medium igitur temperamentum maxime sequamur in arandis agris, vt neq; succo careant, nec abundẽt vligine. Quippe nimius humor (vt dixi) limosos lutososq; reddit, at quę siccitatibus aruerunt, expediri probe nõ possunt: nam vel respuitur duritia soli dens aratri, vel siqua parte penetrauit, nõ minute diffindit humum, sed vastos cespites cõuellit, quibus obiacẽtibus impeditum aruum minus recte potest iterari, quia ponderibus glebarum, sicut aliquibus obstãtibus fundamẽtis vomis a sulco repellitur: quo euenit, vt in iteratione quoq; scamna fiant, & boues iniquitate operis maxime multentur. Accedit huc, quod omnis humus quamuis lętissima, tamẽ inferiorẽ partẽ ieiuniorẽ habet, eamq; attrahunt excitatę maiores glebę. Quo euenit, vt infoecundior materia mista pinguiori segetẽ minus

Iusta. vberẽ reddat, tum etiam ratio rustici aggrauatur exiguo profectu operis. Iusta enim fieri nequeunt, cum induruit ager. Itaq; siccitatibus censeo quod iam proscissum est, iterare, pluuiamq; operiri, quę madefacta terra, facilẽ nobis culturam prębeat. Sed iugerum talis agri quatuor operis expeditur: nam cõmode

Dodrante tertiatur. proscinditur duabus, vna iteratur, tertiatur dodrante, in liram statim redigitur quadrante ope-

Lira. re. Liras autem rustici vocãt easdem porcas, cum sic aratum est, vt inter duos latius distanteis sulcos

Porca. medius cumulus siccam sedẽ frumentis præbeat. Colles pinguis soli peracta satione trimestri, mẽse

Martio, si vero tepor cæli, siccitasq; regionis suadebit, Februario statim ꝓscindendi sunt. Deinde de Aprili medio vsq; in solstitiũ iterandi, tertiandiq;. Septembri, circa æquinoctiũ ac totidẽ operis, quot vliginosi campi excolit iugerũ talis agri. sed in arando maxime est obseruandũ, semper vt transuersus mons sulcetur. Nam hac ratione difficultas accliuitatis infringitur, laborq; pecudũ, & hominũ cõmodissime sic minuitur. Paulũ tñ quotiescũq; iterabitur, modo in elatiora, modo in depressiora cliui obliquũ agi sulcũ oportebit, vt in vtrãq; partem rescindamus, nec eodem vestigio terrã moliamur. Exilis ager planus, qui aquis abundat, primũ arcetur, vltima in parte mensis Augusti. Subinde Septẽbri sit iteratus, paratusq; sementi circa æquinoctiũ. Expeditior aũt labor eiusmodi solo est, eo q; pauciores impendũtur operæ, nam tres vni iugero sufficiunt. Itẽ graciles cliui nõ sunt æstate arandi, sed circa Septembres Calendas, quoniã si ante hoc tempus ꝓscinditur, effœta & sine succo humus ęstiuo sole peruritur, nullasq; virium reliquias habet. Itaq; optime inter Calendas, & Idus Septembris aratur, ac subinde iteratur, vt primis pluuijs æquinoctialibus conseri possit: neq; in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est. Mõs transuersus sulcetur.

Exilis terra quomodo stercoretur. Cap. V.

PRIVS tamen, q̃ exilem terram iteremus, stercorare cõueniet, nã eo quasi pabulo gliscit. In campo rarius, in colle spissius, aceruí stercoris instar quinq; modiorũ disponentur, atq; in plano pedes interualli quoquo versus octo, in cliuo duobus minus relinqui sat erit. sed id nobis decrescente luna fieri placet, nam ea res herbis liberat segetes. Iugerũ aũt desiderat, q; spissius stercoratur, vehes quatuor & viginti, qđ rarius, duodeuiginti. Disiectum deinde protinus fimũ inarari, & obrui conuenit, ne solis habitu vires amittat, & vt permista humus prædicto alimento pinguescat. Itaq; cum in agro disponentur acerui stercoris, non debet maior modus eorum dissipari, q̃ quem bubulci eodem die possint obruere. Gliscit. Vehes. Fimũ iarari & obrui.

De generibus seminum. Cap. VI.

QVONIAM sementi terrã docuimus pręparare, nũc seminũ genera ꝑsequemur. Prima, & vtilissima sunt hominibus frumẽta triticũ, & semẽ adoreũ. Tritici genera cõplura cognouimus. Verũ ex his maxime serendũ est, qđ robus dicitur, quoniã & pondere & nitore pręstet. Secunda conditio est habenda siliginis, cuius species in pane præcipua pondere deficitur. Tertium erit trimestre, cuius vsus agricolis gratissimus. Nam vbi propter aquas, aliamve causam matura satio est omissa, pręsidium ab hoc petit. Id genus est siliginis. Reliquę tritici species, nisi quos multiplex varietas frugũ, & inanis delectat gloria, superuacuę sunt. Adorei aũt plerũq; vidim⁹ in vsu genera quatuor. Far, qđ appellatur clusinũ candoris nitidi. Far, qđ vocatur vennuculũ rutilũ, atq; alterum candidũ, sed vtrũq; maioris ponderis, q̃ clusinũ. Semen trimestre, qđ dicitur halicastrum, idq; pondere & bonitate est præcipuum. Sed hęc genera tritici, & adorei propterea custodienda sunt agricolis, q; raro quisq̃ ager ita situs est, vt vno semine contenti esse possimus, interueniente parte aliqua vel vliginosa vel arida. Triticum autem sicco loco melius coalescit. Adoreum minus infestatur humore. Robus. Siligo. Trimestre. Clusinum far. Vẽnuculũ alii vermiculum. Halicastrũ.

De generibus leguminum. Cap. VII.

LEGVMINVM genera cum sint complura, maxime grata, & in vsu hominũ videtur, faba, lenticula, pisum, phaselus, cicer, cannabis, miliũ, panicũ, sesama, lupinũ, linũ etiam, & ordeũ, quia ex eo ptisana est. Item pabulorum optima sunt medica, & fœnũ græcum, nec minus vicia. Proxima deinde cicera, & eruum, & farrago, quæ est ex ordeo, sed de his prius disseremus, quę nostra causa seminãtur, memores antiquissimi pręcepti, quo monemur, vt locis frigidis nouissime, tepidis celerius, calidis ocyssime seramus. Nunc autem † proinde, acsi temperatæ regioni præcepta dabimus. Ptisana. Pabulorũ genera. †perinde.

Quod sit seminandi tempus. Cap. VIII.

PLACET nostro poetę adoreum, atq; etiam triticum non ante seminare, q̃ occiderint vergiliæ, qđ ipsum numeris sic edisserit.

At si triticeam in messem, robustaq; farra
Exercebis humum, solisq; instabis aristis,
Ante tibi eoæ Atlantides abscondantur.

Absconduntur aũt altero & trigesimo die post autũnale æquinoctium, qđ fere conficitur nono Calen. Octobris, ꝓpter quod intelligi debet tritici satio dierũ sex & quadraginta ab occasu vergiliarum, qui fit ante diem. LX. Calen. Nouemb. ad brumæ tempora. Sic enim seruant prudentes agricolę, vt quindecim diebus priusq̃ conficiatur bruma, totidemq; post eam cõfectam neq; arẽt, Vergiliarũ occasus.

neq; vitem, aut arborem putent. Nos quoq; nō ambigimus in agro temperato, & minime humido sementē sic fieri debere. Cæterum locis vliginosis, atq; exilibus, aut frigidis, aut etiam opacis plerūq; citra Calendas Octobris seminare conuenire, dum sicca tellure licet, dum nubila pendēt, vt prius cōualescant radices frumentorū, q̄ hybernis imbribus, aut gelicidiis, pruinisve infestent. Sed q̄uis tempestiue sementis confecta erit, cauebitur tamen, vt patenteis liras, crebrosq; sulcos aquarios, quos nōnulli elices vocant, faciamus, & oēm humorem in colliquias, atq; inde extra segetes deriuemus. Nec ignoro quosdam veteres authores præcepisse, ne seminarentur agri, nisi cū terra pluuiis permaduisset. Qđ ego, si tempestiue competat, magis conducere agricolę non dubito. Sed si (qđ euenit nōnunq̄) seri sunt imbres, q̄uis sitienti solo recte semen cōmittitur, idq; etiā in quibusdam prouinciis, vbi status cæli talis est, vsurpatur. Nā qđ sicco solo ingestū, & inoccatū est perinde ac si repositū in horreo non corrumpitur. Atq; vbi venit imber, multorū dierum sementis vno die surgit. Tremellius quidem affeuerat, priusq̄ impleuerit, ab auibus, aut formicis sata edi, vbi æstiuis serenitatibus ager aret. Idq; etiam sæpius nos experti, verum adhuc esse cōperimus. Magis apte tamen in eiusmodi agris adoreum, quā triticū seritur, qm̄ folliculū, quo continetur, firmū & durabilem aduersus longioris temporis humorem habet.

Elices. Colliqę. An sitienti solo semen cōmittatur. Inoccatum. Adoreum.

Quot seminum modios iugerum postulet, & medicinæ seminum.

Caput. IX.

IVGERVM agri pinguis plerūq; modios tritici quatuor, mediocris quinq; postulat. Adorei modios nouē si est lætum solum, si mediocre, decem desiderat. Nam q̄uis de mensura minus authoribus conuenit, hanc tamen videri cōmodissimā docuit noster vsus, quem siquis sequi recusat, vtatur præceptis eorum, qui vberē campū in singula iugera tritici quinq;, & adorei octo modiis obserere præcipiunt. Atq; hac portione mediocribus agris semina præbenda censent. Nobis ne istam quidē, quā prædiximus, mensuram semper placet seruari, q; eam variat, aut loci, aut temporis, aut cæli conditio. Loci, cum vel in campis, vel collibus frumentum seritur, atq; his vel pinguibus, vel mediocribus, vel macris. Temporis, cū autumno, aut etiam ingruente hyeme frumēta iacimus. Nam prima sementis rarius serere permittit, nouissima spissius postulat. Cæli, cū aut pluuium, aut siccum est. Nam illud idem, qđ prima sementis, hoc quoq; vltima desiderat. Omne autem frumētū maxime campo patente, & ad solem prono, apricoq;, & soluto lætatur. Collis enim q̄uis granum robustius aliquāto, minus tamen tritici reddit. Densa, cretosaq;, & vliginosa hum⁹ siliginem, & far adoreum non incōmode alit. Ordeum nisi solutum & siccum locum non patitur. Atq; illa vicibus annorum requietum, agitatumq; alternis, & q̄ lætissimū volūt aruum. Hoc nullam mediocritatē postulat: nā vel pinguissima, vel macerrima humo iaciatur, perit. illa post continuos imbres si necessitas exigat, q̄uis adhuc limoso & madente solo sparseris, iniuriam sustinent. Hoc si lutoso commiseris, emoritur. Siliginis autē, vel tritici, si mediocriter cretosus vliginosusve ager est etiam paulo plusq̄. vt prius iam dixi, quinq; modiis ad sationem opus est. at si siccus, & resolutus locus, ideq; vel pinguis, vel exilis est, quatuor, quoniam & e cōtrario macer tantundem seminis poscit. Nam nisi rare cōseritur, vanam, & minutā spicam facit. at vbi ex vno semine pluribus culmis fruticauit, etiam ex rara segete densam facit. Inter cætera quoq; nō ignorare debem⁹ quintā partem seminis amplius occupare agrū cōsitum arbusto q̄ vacuū, & apertū. Atq; adhuc de satione autūnali loquimur, hāc enī potissimā ducimus. Sed & est altera, cū cogit necessitas, trimestrē vocant agricolæ. Ea locis prægelidis ac niuosis, vbi æstas est humida, & sine vaporibus recte cōmittitur. Cæteris admodū raro respondet, quā tñ ipsam celeriter, & vtiq; ante æquinoctiū vernū cōueniet peragere. Si vero locorū, & cœli cōditio patietur, quāto maturi⁹ seuerimus, tāto cōmodius ꝓueniet. Neq; enim est vllū sicut multi crediderūt natura trimestre semē, quippe idem iactū autūno melius respōdet. Sed sunt nihilo min⁹ quædā aliis potiora, quæ sustinēt veris tepores vt siligo, & ordeū galathicū, & halicastrū, granūq; fabæ marsicæ. Nā cætera robusta frumenta semper ante hyemē seri debent in regionibus temperatis. Solet autē salsā nōnūq̄ & amaram vliginem vomere terra, quæ q̄uis matura iam sata manente noxio humore corrūpit, et locis glabrentibus sine vlla stirpe seminū areas reddit. Ea glabreta signis adhibitis notari cōuenit, vt suo tempore vitiis eiusmodi medeamur. nā vbi vel vligo, vel aliqua pestis segetē enecat, ibi colūbinū stercus, vel si id nō est, folia cupressi cōuenit spargi, & inarari. Sed antiq̄ssimū est oēm inde humorem facto sulco, deducere, aliter vana erūt prædicta remedia. Nonnulli pelle hyęnę satoriā trimodiam vestiunt, atq; ita ex ea, cū paulū immorata sunt semina iaciūt non dubitantes prouētura, quę sic sata sint. Quędam etiam subterraneę pestes adultas segetes radicibus subiectis enecāt. Id ne fiat

Sementis pr. Satio autūnal. potissima. Trimestre semen. Robusta frum. Glabreta. Satoria trimodia.

remedio est aquę mistus succus hęrbę, quā rustici sedū appellāt: nā hoc medicamine vna nocte semina macerata iaciuntur. Quidam cucumeris anguinei humorē expressum, & eiusdē tritam radicem diluūt aqua, similiq; ratione madefacta semina terrę mandāt. Alij hac eadē aqua, vel amurca insulsa, cū cœpit infestari seges, perfundūt sulcos, & ita noxia animalia summouēt. Illud deinceps præcipiendū habeo, vt demessis segetibus iam in area futuro semini consulamus. Nam q; ait Celsus, vbi mediocris est fructus, optimā quāq; spicam legere oportet, separatimq; ex ea semen reponere: cū rursus amplior messis prouenerit, quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit, & semper qđ propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reseruandum. nam id plurimū prodest, quia q̄uis celerius locis humidis, tamen etiam siccis frumenta degenerant; nisi cura talis adhibeatur. Neq; enim dubiū est, ex robusto semine posse fieri non robustum: qđ vero ꝓtinus exile natum sit, nunq̄ robur accipere manifestum est. Ideoq; Vergilius cum & alia, tum & hoc de seminibus præclare sic disseruit, — Sedum. Capisteriū

Vidi ego lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quęq; manu legeret, sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.

Granū aūt rutilum si cum diffissum est eundem colorem interiorem habet, integrum esse nō dubitamus. Qđ extrinsecus albidum, intus etiā conspicitur candidū, leue, ac vanum intelligi debet. nec nos tanq̄ optabilis agricolis fallat siligo. Nam hoc tritici vitium est, & q̄uis candore præstet, pondere tamen vincitur. Verum in humido statu cæli recte prouenit, & ideo locis manātibus magis apta est. Nec tamen ea longe nobis, aut magna difficultate requirenda est. Nam omne triticū solo vliginoso post tertiam sationem conuertitur in siliginem. Proximus est his frumētis vsus ordei, qđ rustici hexasticum, quidam etiam cātherinum appellant, quoniam & alia animalia, quę ruri sunt, melius q̄ triticum: & hominem salubrius, q̄ malum triticum pascit. Nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit. Seritur soluta siccaq; terra, & vel pręualida vel exili, quia constat arua segetibus eius, macescere: propter quod pinguissimo agro, cuius nimiis viribus nocere nō possit, aut macro, cui nihil aliud committitur. Altero sulco seminari debet post æquinoctiū media fere sementi, si læto solo, si gracili maturius. Iugerum quinq; modii occupabunt. Idq; vbi paulum maturuerit, festinantius q̄ vllū aliud frumentum demetendum erit. Nam & fragili culmo, & nulla vestitum palea granū eius celeriter decidit, iisdemq; de causis facilius teritur q̄ cętera. Sed cum eius messem sustuleris, optimū est noualia pati anno cessare, si minus stercore saturare, & omne virus, qđ adhuc inest terrę, propulsare. Alterum quoq; genus ordei est, qđ alii distichum, galaticum nōnulli vocant, ponderis, & candoris eximii, adeo vt tritico mistum egregia cibaria familię præbeat. Seritur q̄pinguissimis, sed frigidis locis circa Martium mensem. Melius tamen respondet, si clementia hyemis permittit, cum seminatur circa Idus Ianuarias. Iugerū sex modios postulat. Inter frumenta etiam panicum & milium ponenda sunt, q̄uis iam leguminibus ea contribuerim. nam multis regionibus cibariis eorū coloni sustinentur. Leuē solutamq; humū desiderant. Nec in sabuloso solo, sed in arena quoq; proueniunt modo humido cælo, vel riguo solo (nam siccum cretosumq; reformidant). Ante ver seri non possunt, quoniam teporibus maxime lętantur, vltima tamen parte Martii mensis cōmodissime terrę cōmittūtur. Nec impensa graui sationem cultoris onerant, quippe sextariis fere quatuor iugerū implent. Frequentē tamen exigunt sarritionē, & runcationē, vt herbis liberentur. Ea cū spicas ediderunt, priusq̄ semina hient, ęstibus, manu carpuntur, & suspensa in sole cū afficcata fuerint, recōduntur. atq; ita reposita perennant diutius, q̄ cætera. Panis ex milio conficitur, qui anteq̄ refrigescat, sine fastidio potest absumi. Panicum pinsitum, & euolutum furfure, sed & milium quoq; pultem, quauis inopia maxime cum lacte non fastidiendam præbet. — Granū rutilum. Siligo. Hexastichū & Cātherinū ordeum. Distichum ordeum. Panicū & milium. Perennare. Panis ex milio & panico.

Quod solum cuiq; legumini conueniat. Cap. X.

QVONIAM de frumentis abunde præcepimus, de leguminibus differamus. Lupini prima ratio est, qđ & minimū operarū absumit, & vilissime emitur, & maxime ex iis, quæ serūtur, iuuat agrū. Nā vineis iā emaciatis, & aruis optimū stercus prębet, ac vel effœto solo prouenit, vel repositū in granario patitur æuū. Boues per hyemē coctū maceratūq; probe alit. Famē quoq;, si sterilitas annonę incessit hominibus, cōmode propulsat. Spargitur statim ex area. Atq; id solū oīm leguminū nō desiderat requiē in horreo, siue Septēbri mēse ante æquinoctiū, seu protinus a Calē dis Octobris crudis noualibus ingeras. Et qualitercūq; obruas, sustinet coloni nigligentiā. Teporē — Lupinum. Cruda no-

tamē autūni desiderat, vt celeriter cōfirmetur. Nā si non ante hyemē conualuerit, frigoribus affligitur. Reliquū qđ seminis superest, in tabulatū, quo fumus peruenit, optime reponis, quoniā si humor inuasit, vermes gignit, qui simulatq; oscilla lupinorū ederunt, reliqua pars enasci non potest. Id, vt dixi, exilem amat terrā, & rubricam pręcipue. Nā cretā reformidat, limosoq; non exit agro. Iugerū decē modij occupant. Ab hoc recte phaselus terrę mandabitur, vel in veruacto, vel meli⁹ pingui, & restibili agro. Nec amplius quatuor modiis iugerū obseritur. Similis quoq; ratio est pisi qđ tamen facilē, & solutā terrā desiderat, tepidūq; locū, & cœlum frequentis humoris. Eadē mensura iugerū, vel modio minus q̄ phaselū, licet obserere primo tempore sementis ab ęquinoctio autumnali. Fabę pinguissimus locus, vel stercoratus destinatur, & si veruactū erit in valle situm, qđ a superiore parte succū accipit, prius tamē iaciemus semina, deinde proscindemus terrā, pscissaq; in liram reuocabimus, occabimusq;, quo altius largiore humo cōtegatur. Nam id plurimū refert, vt radices enatorū seminū penitus demersę sint. Sin autē proximę messis, occupādū erit restibile, desectis stramentis quatuor & viginti vehes stercoris in iugerū disponemus, dissipabimusq;. Et similiter cū semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatūq; occabimus, q̄uis sint, qui negent locis frigidis oportere occari fabā, qa extantes glebę a gelicidijs adhuc eā tenerā vindicent, & aliquē teporē frigore laboranti prębeāt. Sunt etiā q putēt in aruis hāc eandē vice stercoris fungi, qđ sic ego interpretor, vt existimē nō sationibus eius pinguescere humū, sed minus hāc, q̄ cætera semina vim terrę cōsumere. Nā certū habeo frumētis vtiliorē agrū esse, qui nihil, quā q istam siliquam proximo anno tulerit. Iugerū agri (vt Tremellio) quatuor (vt nobis videtur) fabæ sex occupant modii, si solum pingue sit: si mediocre, paulo ampli⁹. Eaq; nec macrū, nec nebulosum locum patitur. Densa tamen humo sępe cōmode respōdet. Media sementi pars seri, & pars vltima debet, quę †septimūcialis satio dicitur. Tēpestiua, frequentius, nōnunq̄ tamen sera, melior est. Post brumā parū recte seritur, pessime vere, q̄uis sit etiam trimestris faba, quę mense Februario seratur, quinta parte amplius, q̄ †natura, sed exiguas paleas nec multā siliquā facit. Veteres itaq; rusticos plerūq; dicenteis audio, malle se matura fabalia, q̄ fructū trimestrem. Sed quocunq; tēpore anni seritur, opera danda erit, vt quantū destinauerimus in sationem, tātū quintadecima luna, si tamē ea nō trāscurret eo die solis radios, qđ gręci ἀπόκαυσιν vocant. Si minus quartadecima vtiq; adhuc crescente lumine spargatur, etiā si confestim totū semen operiri non poterit. Nihil enim nocebitur ei nocturnis roribus, aliisve ex causis, dū a pecore & auibus vindicetur. Priscis autem rusticis, nec minus Vergilio, prius amurca, vel nitro macerari eam, & ita seri placuit.

Lætior vt fœtus siliquis fallacibus esset,
Et q̄uis igni exiguo properata maderent.

Nos quoq; sic medicatū comperimus, cum ad maturitatem perducta sit, minus a curculione infestari. Sed & illud qđ deinceps dicturi sumus experti pręcipimus, silente luna fabam vellito ante lucem. Deinde cum in area exaruerit, confestim priusq̄ luna incrementum capiat, excussam, refrigeratamq; in granarium conferto. Sic condita a curculionibus erit innoxia. Maximeq; ex leguminibus ea, & sine iumentis teri, & sine vento purgari expeditissime sic poterit. Modicus fasciculorū numerus resolutus in extrema parte areę collocetur, quē per longissimū eius, mediumq; spatium tres vel quatuor homines promoueant pedibus, & baculis furcillisve contundāt. deinde cum ad alteram partem areę peruenerint, in aceruum culmos regerant. Nam semina excussa in area iacebunt, superq; ea paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur. Ac durissimę quidē acus resectæ, separateq; erūt a cudentibus. minutę vero quę de siliquis cū faba resederunt, aliter secernentur. Nā cū aceruus paleis granisq; mistus in vnū fuerit cōgestus, paulatim ex eo ventilabris p lōgius spatium iactetur, quo facto, palea, quę leuior est, citra decidit: faba, quæ longius emittetur, pura eo perueniet, quo ventilator eā iaculabitur. Lentē sementi media, crescente luna vsq; in duodecimam, solo tenui & resoluto, vel pingui, & sicco maxime loco, seri conuenit: nam in flore facile luxuria & humore corrūpitur, quę vt celeriter prodeat, & ingrandescat, anteq̄ seratur, fimo arido permisceri debet, & cum ita quatuor, aut quinq; diebus requieuerit spargi. Sationes ei⁹ duas seruamus, alterā maturā p mediā semētim, seriorē alterā mense Februario. Iugerum agri paulo plus q̄ modius occupat. Ea ne curculionib⁹ absumat (nā etiā dū est in siliqua estur) curādū erit, vt cū extrita sit, in aquam demittatur, & ab inani, quæ protinus innatat, separetur solida: tū in sole siccetur, & radice silphij trita cū aceto aspergatur, defriceturq;, atq; ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata recondat, si maior est modus, in horreo: si minor, in vasis oleariis, salsamentarijsq;, quę repleta cū confestim gypsata sint, quandocūq; in vsus prōpserimus, integram lentē reperiemus.

Marginalia: Oscilla lupinorum. — Rubrica terra. — Phaselus. — Pisum. — Faba. — Occup. rest. — Imporcatū — An occāda faba. — † Septūcialis — † matura — Siliqua Fabalia. — ἀπόκαυσις — Amurca macerari fabā. — Silēte luna. — Acus Cudentes. — Ventilator — Lens — Salsamēt. Gypsata.

Poteſt tamē etiam citra iſtā medicationē cineri miſta cōmode ſeruari. Lini ſemē, niſi magnus eſt eius in ea regione quā colis ꝓuentus, & preciū proritat, ſerendū non eſt: agris enim præcipue noxium eſt: itaq; pinguiſſimū locum, & modice humidū poſcit. Seritur a Calēdis Octobris in ortū aquilę qui eſt. VII. Idus Decēbris. Iugerū agri octo modiis obſeritur. Nōnullis placet macro ſolo ꝗ ſpiſſiſſimū ſemē eius cōmitti, quo tenue linū ꝓueniat. Idē etiā ſi læto ſolo ſeratur menſe Februario, decē modios in iugerum iaci oportere dicunt. Seſama, quę rigantur maturius, quæ carent humore, ab æquinoctio autumnali ſerenda ſunt, in Idus Octobr. putre ſolū, qđ Campani pullum vocant, plerūq; deſiderant: non deterius tamen etiam pinguibus harenis, vel congeſtitia humo ꝓ ueniunt: tantūq; ſeminis, quantū milium panicumq;, interdū etiam duobus ſextariis amplius in iugerū ſpargitur. Sed hoc quidē ſemen Ciliciæ Syrięq; regionibus ipſe vidi menſe Iunio Iulioq; conſeri, & per autumnū cum permaturuerit, tolli. Cicercula, quę piſo eſt ſimilis, menſe Ianuario, aut Februario ſeri debet læto loco, cælo humido. Quibuſdam tamen Italię locis ante Calendas Nouembris ſeritur. Tres modii iugerū implent. Nec vllum legumen minus agro nocet, ſed raro reſpondet, quoniam nec ſiccitates, nec auſtros in flore ſuſtinet, quę vtraq; incōmoda fere eo tēpore anni ſunt, quo defloreſcit. Cicer qđ arietinū vocatur, itemq; alterius generis qđ punicū ſeri menſe Martio toto poteſt, cælo humido, loco ꝗlętiſſimo. Nam etiā id terram lędit, atq; ideo improbatur a callidioribus agricolis, qđ tamen ſi ſeri debeat, pridie macerandū erit, vt celerius enaſcatur. Iugero modij tres abunde ſunt. Cannabis ſolum pingue ſtercoratumq; & riguū, vel planū, atq; humidum, & alte ſubactum depoſcit. In quadratum pedem ſeruntur grana ſex eius ſeminis arcturo exoriente, qđ eſt vltimo menſe Februario circa ſextum aut quintum Calen. Martias. Nec tamen vſq; in ęquinoctium vernum, ſi ſit pluuius cæli ſtatus, improbe ſeretur. Ab his leguminibus ratio eſt habenda naporum raporumq;, nam vtraq; ruſticos implent. Magis tamen vtilia rapa ſunt, quia & maiore incremento proueniunt, & non hominem ſolum, verū etiam boues paſcunt, præcipue in Gallia, vbi hyberna cibaria prędictis pecudibus id olus prębet. Solum putrę & ſolutū res vtraq; deſiderat, nec denſa naſcitur humo. Sed rapa campis, & locis humidis lætantur. Napus deuexā amat, & ſiccam, tenuiq; propiorem terram. Itaq; glareoſis ſabuloſiſq; aruis melior exit, lociq; proprietas vtriſq; ſemen cōmutat. Nāq; in alio ſolo rapa biennio ſata cōuertuntur in napum, in alio napus raporum accipit ſpeciem. Riguis locis vtrūq; recte ab ſolſtitio ſeritur, ſiccis vltima parte menſis Auguſti, vel prima Septembris. Subactū ſolum pluribus iterationibus aratri vel raſtri, largoq; ſtercore ſatiatum poſtulant. Nam id plurimū refert, non ſolum ꝙ melius ea proueniunt, ſed ꝙ etiam poſt fructum eorum ſic tractatum ſolū ſegetes opimas facit. Iugerum agri non amplius quatuor ſextariis raporum ſeminis obſerendū eſt, quarta parte amplius napis ſpargendū, quia non in ventrē lateſcunt, ſed tenuē radicem deorſum agunt. Atq; hæc hominū cauſa ſerenda cenſemus, illa deinde pecudum.

Margin: Linum. Proritat. Aqlę ortus. Seſama. Pullū ſolū. Cicercula. Cicer arietinum. Cānabis. Arcturi exortus. Rapa. Napus. Lateſcūt.

De genere pabulorum, & medica, vicia, farragine, auena, fœno græco, eruo, & cicera. Cap. XI.

PABVLORVM genera complura, ſicut medicā, & viciam, farraginem quoq; ordeaceam, & auenam, fœnū græcum, nec minus eruū, & cicera. Nam cætera neq; enumerare, ac minus ſerere dignamur, excepta tamen cythiſo, de qua dicemus in iis libris, quos de generibus ſurculorū conſcripſimus. Sed ex iis, quæ placēt, eximia eſt herba medica, ꝙ cū ſemel ſerit, decē annis durat: ꝙ per annum, deinde recte quater, interdum etiam ſexies demetitur, ꝙ agrū ſtercorat, ꝙ omne emaciatum armentū ex ea pingueſcit, ꝙ agro tanti pecori remediū eſt, ꝙ iugerum eius toto anno tribus equis abūde ſufficit. Seritur, vt deinceps præcipiemus. Locū in quo medicam proximo vere ſaturus es, proſcindito circa Calendas Octobris, & eū tota hyeme putreſcere ſinito. Deinde Calendis Februariis diligēter iterato, & lapides oēs egerito, glebaſq; offringito. Poſtea circa Martiū menſem tertiato, & occato. Cum ſic terram ſubegeris, in morē horti areas latas pedū denum, longas pedū quinquagenū facito, vt ꝑ ſemitas aqua mininiſtrari poſſit. Adituſq; vtraq; parte rūcantibus pateat. deinde vetus ſtercus iniicito, atq; ita menſe vltimo Aprilis ſerito tantum, quantum vt ſinguli cyathi ſeminis locum occupent decem pedum longū, & quinq; latum: qđ vbi feceris, ligneis raſtris (id enim multum confert) ſtatim iacta ſemina obruantur, nam celerrime ſole adurūtur. Poſt ſationem ferro tangi locus non debet. Atq; vt dixi, ligneis raſtris ſarriendus, & idētidem runcandus eſt, ne alterius generis herba inualidam medicā perimat. Tardius meſſem primam eius facere oportebit, cū iam ſeminū aliquam partem eiecerit. Poſteaꝗ voles teneram, cum proſilucrit, deſeces licet, & iumentis præbeas. Sed inter initia parcius dū conſueſcant, ne noui-

Margin: Medica.

tas pabuli noceat. Inflat enim, & multum creat sanguinē. Cū secueris aūt, sępius eā rigato. Paucos
Fruticare. deinde post dies, vbi cœperit fruticare, omneis alterius generis herbas eruncato. sic culta, sexies
Vicia. in anno demeti poterit, & permanebit annis decē. Vicię aūt duę sationes sunt. Prima, quā pabuli causa circa ęquinoctiū autumnale serimus, septē modios eius in vnū iugerū. Secunda, qua sex modios m[illegible] Ianuario, vel etiā serius iacimus semini progenerando. Vtraq; satio potest cruda terra fieri, sed m[illegible]ius pscissa, idq; genus pręcipue non amat rores, cum seritur. Itaq; post secundā diei horam, vel tertiam spargendū est, cum iam omnis humor sole ventove detersus est. neq; amplius proiici debet, q̄ qđ eodem die possit operiri. Nam si nox incessit, quantulocūq; humore priusq̄ obruatur corrūpitur. Obseruandū erit, ne ante quintam & vigesimam lunam terrę mādetur. Aliter
Farrago. satę fere limacem nocere comperimus. Farraginē in restibili stercoratissimo loco, & altero sulco serere conuenit. Ea fit optima, cū cantherini ordei. X. modiis iugerū obseritur circa ęquinoctium autumnale, sed impendentibus pluuiis, vt consita, rigataq; imbribus celeriter prodeat, & cōfirmetur ante hyemis violentiā. nā frigoribus cū alia pabula defecerunt, ea bubus cæterisq; pecudibus optime desecta prębetur. & si depascere sępius voles, vsq; in mensem Maiū sufficit. Q̄ si etiam semen voles ex ea percipere, a Calen. Martiis pecora depellenda, & ab omni noxa defendenda est, vt
Auena. sit idonea frugibus. Similis satio auenę, quę autumno sata, partim cęditur in fœnum, vel pabulū,
Fœnū gręcum. Siliqua. dū adhuc viret, partim semini custoditur. Fœnū gręcū (qđ siliquam vocant rustici) duo tempora sationū habet, quorum alterum est Septembris mensis (cum pabuli causa seritur) iisdem diebus quibus vicia circa ęquinoctium: alterū autem mensis Ianuarij vltimo, vel primo Februarii, cū in messem seminatur. sed hac ratione iugerum sex modijs, illa septē occupamus. vtraq; cruda terra non incōmode fit, daturq; opera, vt spisse aretur, nec tamen alte: nam si plus quatuor digitis adobrutū est, semen eius non facile prodit. propter quod nōnulli prius q̄ serant, minimis aratris pro
Eruum. scindunt, atq; ita iaciunt semina, & sarculis adobruūt. Eruū aūt lętatur loco macro, nec humido, quia luxuria plerūq; corrūpitur. Potest & autumno seri, nec minus post brumā Ianuarij parte nouissima, vel toto Februario, dū ante Calē. Martias, quē mēsem vniuersum negant agricolę huic legumini conuenire, q̄ eo tempore satū pecori sit noxiū, & pręcipue bubus, quos pabulo suo ce
Cicera. rebrosos reddat. quinq; modiis iugerū obserit. Cicera bubus erui loco, fresa datur in Hispania bætica, quę cum suspensa mola diuisa est, paulū aqua maceratur, dum lentescat. Atq; ita mista paleis subtritis pecori prębetur. Sed erui duodecim librę satisfaciunt vni iugo, cicerę sexdecim. eadē hominibus nō inutilis, neq; iniucūda est. Sapore certe nihilo differt a cicercula, colore tātū discer
Cicercula. Obsoletior nitur: nam est obsoletior, & nigro propior: seritur primo vel altero sulco mense Martio, ita vt postulat soli lętitia, q̄ eadem quatuor modiis, nōnunq̄ & tribus, interdum etiam duobus ac semodio iugerum occupat.

Quemadmodum, & quot operis vnumquodq; frumentum & legumen colatur.

Caput. XII.

QVONIAM quādo quidq; serendū sit persecuti sumus, nūc queādmodū quotq; operis singula eorū, quę retulimus colenda sint, demonstrabimus. Peracta sementi, sequens cura est
Sarritio. sarritionis, de qua nō cōuenit inter authores. Quidā negāt eā quicq̄ proficere, q̄ frumēti radices sarculo detegant, aliquę etiā succidant, ac si frigora incesserint post sarritionē gelu frumenta
Runcacio enecentur. Satius aūt esse ea tēpestiue rūcari & purgari. Pluribus tamē sarriri placet, sed neq; eodē modo, neq; iisdē tēporibus vsquequaq; fieri. Nā in agris siccis & apricis, simulac primū sarritionē pati queāt segetes, debere eas pmota terra adobrui, vt fruticare possint. qđ ipsum ante hyemē fieri oportere, deinde post hyemē iterari. In locis aūt frigidis, & palustrib[9] plerūq; trāsacta hyeme sarriri, nec adobrui, sed plana sarritione terrā permoueri. Multis tn̄ nos regionibus aptam esse hyemalē sarritionē cōperimus, dūtaxat vbi & siccitas cæli, & tepores pmittūt. Sed nec istud vbiq; fieri cēsemus, verū incolarū cōsuetudine vti. sūt enī regionum propria munera, sicut Ægypti & Africę, quibus agricola post sementē, ante messem segetē nō attingit, quoniā cæli conditio, & terrę bonitas ea est, vt vix vlla hęrba exeat, nisi ex semine iacto, siue quia rari sunt imbres, seu q̄a qualitas humi sic se cultoribus prębet. In iis aūt locis, vbi desideratur sarritio, nō ante sunt attingendæ segetes, etiā si cæli status permittit, q̄ cū sata sulcos contexerint. Triticumq; & adoreū cum quatuor fibras habere cœperint, ordeū cū quinq;, faba & cætera legumina cū quatuor digitis a terra
Lupinū nō sarriri. extiterint, recte sarrietur. Excepto tn̄ lupino, cuius semini contraria est sarritio, quoniam vnā radicē habet, quæ siue ferro succisa est, seu vulnerata, tot[9] frutex emoritur. Qđ etiam si non fieret, superuacuus tamē esset cultus, cum sola hęc res adeo nō infestet herbis, vt ipsa herbas pimat. At

tum ſterquilinių raſtris permiſceri oportet,quo facilius putreſcat,& ſit aruis idoneum.Parũ autẽ diligentes exiſtimo eſſe agricolas,apud quos minores ſingulæ pecudes tricenis diebus minus q̃ ſingulas,itẽq; maiores denas vehes ſtercoris efficiunt,totidemq; ſinguli hoĩes.q non ſolũ ea pur gamẽta quę ipſi corporibus edunt,ſed & quę colluuies cortis & ædificii quotidie gignit,cõtrahe re,& cõgerere poſſunt.Illud quoq; pręcipiendũ habeo,ſtercus omne qđ tempeſtiue repoſitũ anno requieuerit,ſegetibus eſſe maxime vtile.Nã & vires adhuc ſolidas habet,& herbas non creat. Quã to autem vetuſtius ſit,minus prodeſſe, quoniam minus valeat.Itaq; pratis q̃ recentiſſimũ debere iniici,ꝙ plus herbarũ progeneret.idq; menſe Februario luna creſcente fieri oportere.nã ea quoq; res aliquantum fœni fructum adiuuat.de cætero vſus ſtercoris qualis in quaq; re debeat eſſe,tum dicemus,cum ſingula perſequemur. Sterc' vet' nõ ꝓbari.

Quibus temporibus agri ſtercorandi ſunt. Cap.XVI.

INTERIM Qui frumentis arua præparare volet,ſi autumno ſementẽ facturus eſt,menſe Septẽ bri,ſi vere,qualibet parte hyemis modicos aceruos luna decreſcente diſponat, ita vt plani loci iugerum duodeuiginti,cliuoſi quatuor & viginti vehes ſtercoris teneant:& vt paulo prius dixi, nõ antea diſſipet cumulos,q̃ erit ſaturus.Si tamen aliqua cauſa tempeſtiuam ſtercorationem fa cere prohibuerit,ſecunda ratio eſt, anteq̃ ſarrias more ſeminantis ex auiariis puluerem ſtercoris per ſegetem ſpargere.Si & is non erit,caprinũ manu iacere,atq; ita terram ſarculis permiſcere. ea res lætas ſegetes reddit.Nec ignorare colonos oportet,ſicuti refrigeſcere agrũ, qui non ſtercore tur, magiſq; conducere agricolę frequẽter id potius q̃ immodice facere.Nec dubium quin aquo ſus ager maiorem eius copiã,ſiccus minorem deſideret. alter ꝙ aſſiduis humoribus rigẽs hoc ad hibito regelatur : alter ꝙ per ſe repẽs ſiccitatibus,hoc aſſumpto largiore torretur.propter quod nec deeſſe ei talem materiã,nec supereſſe oportet.Si tamẽ nullum genus ſtercoris ſuppetet,ei mul tum proderit feciſſe,qđ M.Columellam patruũ meũ doctiſſimũ & diligentiſſimũ agricolã ſæpe numero vſurpaſſe memoria repeto,vt ſabuloſis locis cretam ingereret:cretoſis ac nimiũ denſis,ſa bulum:atq; ita non ſolum ſegetes lætas excitaret,verũetiam pulcherrimas vineas efficeret. Nam idem negabat ſtercus vitibus ingerendũ, ꝙ ſaporem vini corrũperet: melioreq; cenſebat eſſe ma teriã vindemiis exuberandis,congeſtitiã,vel de vepribus,vel deniq; aliã quãlibet arceſſitam,& ad uectã humũ.Iã vero(vt ego reor)ſi deficiatur omnibus rebus agricola, lupini certe pſidium ex peditiſſimũ nõ deeſſe,qđ cũ exili loco circa Idus Septẽbris ſparſerit,& inarauerit,idq; tempeſtiue vomere vel ligone ſucciderit,vim optimę ſtercorationis exhibebit. Succidi aũt lupinum ſabulo ſis locis oportet,cum ſecundũ florem,rubricoſis cum tertiũ egerit.Illic dũ tenerũ eſt conuertitꝰ,vt celeriter ipſum putreſcat,pmiſceaturq; gracili ſolo:hic iã robuſtius , ꝙ ſolidiores glebas diutius ſuſtineat,& ſuſpendat,vt eę ſolibus æſtiuis vaporatę reſoluantur.

Q. ſterco radũ & nõ nimiũ.

Regelari.

Cretoſa & ſabuloſa quo ſtercorãda.

Vites non ſtercorãdę.

Lupinũ.

Ligo.

Quemadmodum ex aruo prata fiant. Cap.XVII.

ATQVE hæc arator exequi poterit,ſi non ſolũ,quæ retuli genera pabulorum prouiderit,ve rũetiam copiam fœni quo melius armenta tueatur,ſine quibus terram cõmode moliri diffi cile eſt:& ideo neceſſarius ei cultus eſt etiam prati, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt.Nomen quoq; indiderunt ab eo , ꝙ protinus eſſet paratum,nec magnũ laborem deſi deraret.M.quidem Porcius & illa cõmemorauit , ꝙ nec tempeſtatibus affligeretur,vt alię partes ruris,minimiq; ſumptus egens.per omneis annos præberet reditum:neq; eum ſimplicem,cũ etiam in pabulo non minus redderet,q̃ in fœno.Eius igitur animaduertimus duo genera , quorũ alte rum eſt ſiccaneum , alterum riguum . Læto pinguiq; campo non deſideratur influens riuus,me liuſq; habetur fœnum,qđ ſuapte natura ſuccoſo gignitur ſolo,q̃ qđ irrigatum aquis elicitur.quę tamen ſunt neceſſarię,ſi macies terræ poſtulat:nam & in denſa & reſoluta humo q̃uis exili. pratũ fieri poteſt,cum facultas irrigandi datur.Ac nec campus concauę poſitionis eſſe, neq; collis præ rupti debet.ille ne collectam diutius contineat aquam:hic ne ſtatim pręcipitẽ fundat.Poteſt tamẽ mediocriter accliuis, ſi aut pinguis eſt,aut riguꝰ ager,pratum fieri. At planities maxime talis pro batur,quæ exigue prona nõ patitur diutius imbres,aut influentes riuos immorari:aut ſi qs eam ſuperuenit humor,lente prorepit.Itaq; ſi palus in aliqua parte ſubſidens reſtagnat,ſulcis deriuan da eſt.Quippe aquarũ abundantia atq; penuria graminibus ęque eſt exitio.

Primas.

Pratũ q̃ſi paratum.

Siccaneũ.

Riguũ.

Cãpus.

Collis.

Planities.

Quemadmodum facta prata colantur.

Caput.XVIII.

CVLTVS autem pratorum magis curæ,q̃ laboris eſt.Primum ne ſtirpes aut ſpinas validio riſq; incrementi herbas ineſſe patiamur:atq; alias ante hyemem, & per autumnũ extirpemꝰ, Extirpare

desiderāt bubulcorū operas.cxv. Nam ꝑscinditur is agri modus (q̄uis durissimi) quinquaginta operis, iteratur quinq; & viginti, tertiatur, & conseritur quadraginta. Cætera legumina occupant operas.lx. id est menses duos. Pluuiales quoq;, & feriarū computātur, quibus non aratur, dies qnq; & quadraginta. item peracta sementi, quibus requiescunt, dies.xxx. Sic in asse fiunt octo mēses, & dies decem. Supersunt tamen de anno tres reliqui menses, & dies quinq; & viginti, quos absumamus, aut in satione trimestrium, aut in vecturis fœni, & pabulorum, & stercoꝝ, aliorumq; vtēsiliū.

Quæ legumina aruis noceant, quęq; prosint. Cap. XIIII.

Legumina agros stercorantia.

SED ex iis, quæ retuli, seminibus, idē Saserna putat aliis stercorari & iuuari agros, aliis rursus peruri & emaciari. Stercorari lupino, faba, vicia, eruo, lente, cicercula, piso. De lupino nihil dubito, atq; etiam de pabulari vicia, si tamē eam viridem desectam confestim aratrum subsequatur, & qd̄ falx reliquerit priusq̄ inarescat, vomis rescindat, atq; obruat: id enim cedit pro stercore. nam si radices eius desecto pabulo relictę inaruerint, succū oēm solo auferent, vimq; terrę absument. Qd̄ etiam in faba, cęterisq; leguminibus, quibus terra gliscere videtur, verisimile est accidere, vt nisi ꝑtinus sublata messe eorum ꝑscindatur, nihil iis segetibus, quę deinceps in eo loco seminari debēt, profuturum sit. Ac de iis quoq; leguminibus, quæ velluntur, Tremellius obesse maxime ait solo virus ciceris, & lini: alterum quia sit salsæ, alterum quia sit feruidæ naturæ. qd̄ etiam Vergilius significat dicendo.

Gliscere.

Agrū vrentia legumina.

Vrit enim lini campum seges, vrit auenæ,
Vrunt læthæo perfusa papauera somno.

Neq; enim dubium, quin & iis seminibus infestetur ager, sicut etiam milio, & panico. sed omni solo, qd̄ prędictorum leguminū segetibus fatiscit, vna pręsens medicina est, vt stercore adiuues, & absumptas vites hoc velut pabulo refoueas. Nec tantū ꝓpter semina, quę sulcis aratri cōmittunt, verūetiā propter arbores, ac virgulta, quæ maiorē in modū lætantur eiusmodi alimēto. Quare si est, vt videtur agricolis vtilissimū, diligētius de eo dicendum existimo cū priscis authorib⁹, q̄uis non omissa res, leui tamen admodum cura sit prodita.

Fatiscit solū

De generibus stercoris. Cap. XV.

Auiū sterc⁹

Colūbinū.

Hominū.

Vrina hoīs

TRIA igitur stercoris genera sunt pręcipua, qd̄ ex auib⁹, qd̄ ex hominibus, qd̄ ex pecudibus confit. Auium primū habetur, qd̄ ex columbariis egerit. Deinde qd̄ gallinę, cæteræq; volucres edunt, exceptis tamen palustrib⁹, aut nantibus, vt anatis & anseris: nam id noxium quoq; est. Maxime tamen columbinum ꝓbamus, ꝙ modice sparsum terram fermentare comperimus. Secūdū deinde qd̄ homines faciunt, si & aliis villę purgamentis immisceatur, quoniam ꝑ se naturæ est feruentioris, & idcirco terram perurit. Aptior est tamen surculis hominis vrina, quā sex mēsibus passus fueris veterascere, si vitibus aut pomorum arboribus adhibeas, nullo alio magis fruct⁹ exuberat: nec solum ea res maiorem facit prouentum, sed etiam saporem, & odorem vini, pomorūq; reddit meliorem. Potest & vetus amurca, quę salem non habet, permista huic cōmode frugiferas arbores, & pręcipue oleas rigare. Nam per se quoq; adhibita multum iuuat. Sed vsus vtriusq; maxime per hyemē est, & adhuc vere ante ęstiuos vapores, dū etiam vites, & arbores ablaqueatę sūt. Tertium locum obtinet pecudū stercus, atq; in eo quoq; discrimen est, nam optimū existimatur, qd̄ asinus facit, quoniam id animal lentissime mandit, ideoq; facilius concoquit, & bene confectū, atq; idoneum protinus aruo fimū reddit. Post hæc quę diximus, ouillū, & ab hoc caprinū est, mox cæterorum iumentorum, armentorūq;. Deterrimū ex omnibus suillū habetur. Quinetiam satis ꝓfuit cineris vsus & fauillę. Frutex vero lupini succisus optimi stercoris vim prębet. Nec ignoro quoddā esse ruris genus, in quo neq; pecora, neq; auis haberi possint, attamen inertis est rustici eo quoq; loco defici stercore. Licet enim quālibet frondē, licet e vepribus compitisq; cōgesta colligere. Licet filicem sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere, & permiscere cū purgamētis chortis. Licet depressa fossa, qualem stercori reponendo primo volumine fieri pręcepimus, cinerem, cœnūq; cloacarū, & culmos, cæteraq;, quę euerrūtur, in vnum cōgerere. sed eodem medio loco robustam materiā defigere conuenit: nāq; ea res serpentū noxā latere in stercore prohibet. Hæc vbi viduus pecudibus ager, nam vbi greges quadrupedū versantur, quędam quotidie, vt culina, & caseale: quędam pluuiis diebus, vt bubilia, & ouilia debēt emundari. At si tātū frumentarius ager est, nihil refert genera stercoris separari, sin autem surculo, & segetibus, atq; etiam pratis fundus est dispositus generatim quoq; reponendum est, sicut caprarum, & auium. Reliqua deinde in pręḋictum locum concauū congerenda, & assiduo humore satianda sunt, vt herbarum semina culmis, cæterisq; rebus immista putrescant. Æstiuis deinde mensibus non aliter, ac si repastines, to-

Amurca.

Pecudū stercus.

Asinū lētiss. mādere.

Cinis & fauil.

Caseale.

tum ſterquiliniũ raſtris permiſceri oportet,quo facilius putreſcat,& ſit aruis idoneum.Parũ autẽ diligentes exiſtimo eſſe agricolas,apud quos minores ſingulæ pecudes tricenis diebus minus q̃ ſingulas,itẽq; maiores denas vehes ſtercoris efficiunt,totidemq; ſinguli hoĩes,q non ſolũ ea purgamẽta quę ipſi corporibus edunt,ſed & quę colluuies cortis & ædificii quotidie gignit,cõtrahere,& cõgerere poſſunt.Illud quoq; pręcipiendũ habeo,ſtercus omne qđ tempeſtiue repoſitũ anno requieuerit,ſegetibus eſſe maxime vtile.Nã & vires adhuc ſolidas habet,& herbas non creat. Quãto autem vetuſtius ſit,minus prodeſſe, quoniam minus valeat.Itaq; pratis q̃ recentiſſimũ debere iniici,ꝙ plus herbarũ progeneret.idq; menſe Februario luna creſcente fieri oportere.nã ea quoq; res aliquantum fœni fructum adiuuat.de cætero vſus ſtercoris qualis in quaq; re debeat eſſe,tum dicemus,cum ſingula perſequemur. Sterc' vet' nõ ꝓbari.

Quibus temporibus agri ſtercorandi ſunt. Cap.XVI.

INTERIM Qui frumentis arua præparare volet,ſi autumno ſementẽ facturus eſt,menſe Septẽbri,ſi vere,qualibet parte hyemis modicos aceruos luna decreſcente diſponat, ita vt plani loci iugerum duodeuiginti,cliuoſi quatuor & viginti vehes ſtercoris teneant:& vt paulo prius dixi; nõ antea diſſipet cumulos,q̃ erit ſaturus.Si tamen aliqua cauſa tempeſtiuam ſtercorationem facere prohibuerit,ſecunda ratio eſt, anteq̃ ſarrias more ſeminantis ex auiariis puluerem ſtercoris per ſegetem ſpargere.Si & is non erit,caprinũ manu iacere,atq; ita terram ſarculis permiſcere. ea res lætas ſegetes reddit.Nec ignorare colonos oportet,ſicuti refrigeſcere agrũ, qui non ſtercoretur, magiſq; conducere agricolę frequẽter id potius q̃ immodice facere.Nec dubium quin aquoſus ager maiorem eius copiã,ſiccus minorem deſideret. alter ꝙ aſſiduis humoribus rigẽs hoc adhibito regelatur: alter ꝙ per ſe repẽs ſiccitatibus,hoc aſſumpto largiore torretur,propter quod nec deeſſe ei talem materiã,nec ſupereſſe oportet.Si tamẽ nullum genus ſtercoris ſuppetet,ei multum proderit feciſſe,qđ M.Columellam patruũ meũ doctiſſimũ & diligentiſſimũ agricolã ſæpenumero vſurpaſſe memoria repeto,vt ſabuloſis locis cretam ingereret:cretoſis ac nimiũ denſis,ſabulum:atq; ita non ſolum ſegetes lætas excitaret,verũetiam pulcherrimas vineas efficeret. Nam idem negabat ſtercus vitibus ingerendũ, ꝙ ſaporem vini corrũperet: melioreq; cenſebat eſſe materiã vindemiis exuberandis,congeſtitiã,vel de vepribus,vel deniq; aliã quãlibet arceſſitam,& advectã humũ.Iã vero(vt ego reor)ſi deficiatur omnibus rebus agricola, lupini certe ꝓſidium expeditiſſimũ nõ deeſſe,qđ cũ exili loco circa Idus Septẽbris ſparſerit,& inarauerit,idq; tempeſtiue vomere vel ligone ſucciderit,vim optimę ſtercorationis exhibebit. Succidi aũt lupinum ſabuloſis locis oportet,cum ſecundũ florem,rubricoſis cum tertiũ egerit.Illic dũ tenerũ eſt conuertitur,vt celeriter ipſum putreſcat,ꝑmiſceaturq; gracili ſolo:hic iã robuſtius , ꝙ ſolidiores glebas diutius ſuſtineat,& ſuſpendat,vt eę ſolibus æſtiuis vaporatę reſoluantur.

Q̃. ſtercorãdũ & nõ nimiũ.

Regelari.

Cretoſa & ſabuloſa quo ſtercorãda.

Vites non ſtercorãdę.

Lupinũ.

Ligo.

Quemadmodum ex aruo prata fiant. Cap.XVII.

ATQVE hæc arator exequi poterit,ſi non ſolũ,quæ retuli genera pabulorum prouiderit,verũetiam copiam fœni quo melius armenta tueatur,ſine quibus terram cõmode moliri difficile eſt:& ideo neceſſarius ei cultus eſt etiam prati, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt.Nomen quoq; indiderunt ab eo , ꝙ protinus eſſet paratum,nec magnũ laborem deſideraret.M.quidem Porcius & illa cõmemorauit , ꝙ nec tempeſtatibus affligeretur,vt alię partes ruris,minimiq; ſumptus egens,per omneis annos præberet reditum:neq; eum ſimplicem,cũ etiam in pabulo non minus redderet,q̃ in fœno.Eius igitur animaduertimus duo genera , quorũ alterum eſt ſiccaneum , alterum riguum . Læto pinguiq; campo non deſideratur influens riuus,meliuſq; habetur fœnum,qđ ſuapte natura ſuccoſo gignitur ſolo,q̃ qđ irrigatum aquis elicitur.quę tamen ſunt neceſſarię,ſi macies terræ poſtulat:nam & in denſa & reſoluta humo q̃uis exili, pratũ fieri poteſt,cum facultas irrigandi datur.Ac nec campus concauę poſitionis eſſe, neq; collis præruptĩ debet.ille ne collectam diutius contineat aquam:hic ne ſtatim pręcipitẽ fundat.Poteſt tamẽ mediocriter accliuis, ſi aut pinguis eſt,aut rigu^9^ ager,pratum fieri.At planities maxime talis probatur,quæ exigue prona nõ patitur diutius imbres,aut influentes riuos immorari:aut ſi qs eam ſuperuenit humor,lente prorepit.Itaq; ſi palus in aliqua parte ſubſidens reſtagnat,ſulcis deriuanda eſt.Quippe aquarũ abundantia atq; penuria graminibus ęque eſt exitio.

Primas.

Pratũ q̃ſi paratum.

Siccaneũ.

Riguũ.

Cãpus.

Collis.

Planities.

Quemadmodum facta prata colantur.

Caput.XVIII.

CVLTVS autem pratorum magis curæ,q̃ laboris eſt.Primum ne ſtirpes aut ſpinas validioriſq; incrementi herbas ineſſe patiamur:atq; alias ante hyemem, & per autumnũ extirpem^9^, Extirpare.

Euellere. Solsticialis spina. vt rubos,virgulta,iuncos,alias per ver euellamus,vt in tuba,ac solstitiales spinas:ac neq; suem velimus impasci,quoniā rostro suffodiat,& cespites excitet:neq; pecora maiora,nisi cū siccissimū solum est,quoniā demergūt vngulas,& atterūt,scinduntq; radices herbarū.Tū deinde macriora, &

Pēdula loca. Prata situ obducta vetustatis. pendula loca mense Februario luna crescēte fimo iuuanda sunt. Omnes lapides, & siqua obiacēt falcibus obnoxia colligi debēt,ac lōgi⁹ exportari,summittiq; pro natura locorū, aut tēporius aut serius.Sunt etiam quędā prata situ vetustatis obducta veteri vel crasso musco,quibus mederi solent agricolę seminibus de tabulato superiectis,vel ingesto stercore, quorū neutrum tantū pdest, quantū,si cinerem sępius ingeras,ea res muscū enecat. Attamen pigriora sunt ista remedia,cū sit efficacissimū de integro locū exarare.Sed hoc,si prata cœpimus,facere debemus.sin aūt noua fuerint instituenda,vel antiqua renouanda(nā multa sunt vt dixi,quę negligentia exolescant,& fiāt sterilia)ea expedit interdū etiam frumenti causa exarare, quia talis ager post longā desidiā lætas segetes affert.Igitur eum locū,quem prato destinauerimus,æstate pscissum, subactumq; sępius p autumnū rapis,vel napis,vel etiam faba conseremus:insequente deinde anno,frumēto:tertio diligenter arabimus,omnesq; validiores herbas,& rubos,& arbores,quæ interueniunt radicitus extirpabimus,nisi,si fructus arbusti id facere nos prohibuerit.deinde viciam permistā seminibus fœni

Grumi. Ferramētū fœnisecæ. †fœnisecę. seremus,tū glebas sarculis resoluemus,& inducta crate coæquabimus,grumosq;, quos ad versurā plerūq; tractæ faciunt crates,dissipabimus ita,vt necubi ferramentū fœnisecę possit offendere. Sed eam viciā nō cōuenit ante desecare,q̄ permaturuerit,& aliqua semina subiacenti solo iecerit. Tū fœnisecā messorē oportet inducere,& desectā herbā religare,& exportare,deinde locū rigare, si fuerit facultas aquę,si tamen terra densior est,nā in resoluta humo nō expedit inducere maiorem vim riuorum,priusq̄ conspissatū,& herbis colligatū sit solum, quoniā impetus aquarū proluit terram,nudatisq; radicibus gramina nō patitur coalescere,propter quod nec pecora quidem oportet teneris adhuc & subsidentibus pratis immittere,sed quoties herba prosiluerit falcib⁹ desecare.Nā pecudes(vt iā ante dixi)molli solo infigunt vngulas,atq; interruptas nō sinūt herbarum radices serpere,& condensare. altero tamen anno minora pecora post fœnisicia permittem⁹ admitti,si modo siccitas & conditio loci patietur.Tertio deinde cum pratū solidius ac duri⁹ erit, poterit etiam maiores recipere pecudes:sed in totū curandū est,vt secundū Fauonii exortū,mense Februario,circa Idus immistis seminibus fœni,macriora loca,& vtiq; celsiora stercorentur: nā editior cliuus prębet etiā subiectis alimentū,cum superueniens imber, aut manu riuus perduct⁹,

Colles mag. q̄ valles stercorādi. succum stercoris in inferiorem partem secū trahit.atq; ideo fere prudentes agricolæ etiam in aratis collem magis,q̄ vallem stercorant,quoniam,vt dixi,pluuię semper omnem pinguiorem materiam in ima deducunt.

Quemadmodum succisum fœnum tractari & condi debeat.

Caput.XIX.

Siccādi feni modus. Fœnū iterādū ignē creare. FOENVM autē demetitur optime,anteq̄ inarescat,nā & largius percipitur,& iucundiorem cibum pecudibus prębet.Est autem modus in siccando,vt neq; peraridū, neq; rursus viride colligatur.alterum q; oēm succū,si amisit,stramenti vicem obtinet: alterū,q; si nimiū retinuit, in tabulato putrescit:ac sępe cum concaluit,ignem creat,& incendiū:nōnunq̄ etiam cum fœnū cecidimus,imber oppressit,qđ si permaduit,inutile est vdum mouere:meliusq; patiemur superiorem

† strigam, partem sole siccari: tunc demū cōuertemus,& vtrūq; siccatū coartabimus in striam,atq; ita manipulos vinciemus:nec omnino cūctabimur,quo minus sub tectum congeratur, vel si non competit,vt aut in villam fœnū portetur,aut in manipulos colligatur.Certe quicquid ad eū modū,quo

In metas extrui. debet,siccatum erit,in metas extrui conueniet,easq; ipsas in angustissimos vertices exacui.Sic eñ cōmodissime fœnū defendit a pluuiis,quę etiā si nō sint, nō alienū tamē est pdictas metas facere, vt si qs humor herbis inest,exsudet atq; excoquat in aceruis:propter qđ prudentes agricolę,q̄uis iā illatā tecto,nō ante cōponūt,q̄ per paucos dies tenuere congestum,vt in se concoqui, & deferuescere patiantur.Sed & iam fœnisicia sequitur cura messis,quā, vt recte possimus pcipere,prius instrumenta pręparanda sunt,quibus fruges coguntur.

De Area constituenda. Cap.XX.

Pauiculę. AREA quoq; si terrena erit,vt sit ad trituram satis habilis,primum radatur, deinde cōfodiatur,permistisq; paleis cū amurca,quę salem nō accepit,extergat:nā ea res a populatione murū,formicarūq; frumēta defendit:tū æquata pauiculis,vel molari lapide condenset,& rursus subiectis paleis inculcetur,atq; ita solib⁹ siccanda relinquat.Sūt tamen qui potius adiacentium fabalium partem triturę destinant, areamq; demessa faba & lecta expoliunt, nam dum a pecudibus

legumina pculcātur, herbę etiam vngulis atterūtur, atq; ita glabrescit, & fit idonea trituris area. Glabrescit.

De messe facienda, & de tritura. Cap. XXI.

SED cum matura fuerit seges, anteq̃ torreatur vaporibus æstiui sideris, qui sunt vastissimi p ortum caniculę celeriter demetatur. Nā dispendiosa est cunctatio. primū, q; auibus prędā cæterisq; animalibus prębet. deinde q; grana, & ipsę spicę culmis arentibus & aristis celeriter decidūt. si vero procellæ ventorum, aut turbines incesserint, maior pars ad terram defluit. propter quę recrastinari non debet, sed ęqualiter flauentibus iam satis, anteq̃ ex toto grana indurescāt, cum rubicūdum colorem traxerūt, messis facienda est, vt potius in area, & in aceruo, q̃ in agro grandescant frumenta. constat em̃ si tēpestiue decisa sint, postea capere incrementū. Sūt autem metendi genera cōplura. multi falcibus verriculatis, atq; iis, vel rostratis, vel denticulatis medium culmū secant. multi mergis, alii pectinib⁹ spicam ipsam legunt. idq; in rara segete facillimū, in densa difficillimū est. Q; si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in aceruū, vel in nubilarium cōgeritur, & subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. sin autem spicæ tantūmodo recisæ sunt, possunt in horreum conferri, & deinde per hyemē, vel baculis excuti, vel exteri pecudibus. at si cōpetit, vt in area teratur frumētum, nihil dubium est, quin equis melius q̃ bubus ea res conficiatur. & si pauca iuga sunt, adiicere tribulam & traham possis, quę res vtraq; culmos facillime cōminuit. Ipsę autem spicæ melius fustibus tūduntur, vannisq; expurgantur. At vbi paleis immista sunt frumenta, vento separētur: ad eam rem fauonius habetur eximius, qui lenis, æqualisq; æstiuis mensibus perflat, quem tamem operiri lenti est agricolæ: quia dum expectatur, sęua nos hyems deprehendit. Itaq; in area detrita frumenta sic sunt aggerāda, vt omni flatu possint excerni. At si cō pluribus diebus vndiq; silebit aura, vannis expurgentur, ne post nimiā ventorum segnitiem vasta tempestas irritū faciat totius anni laborem. pura deinde frumenta, si in annos recōdūtur, † repurgari debent: nam quanto sunt expolitiora, minus a curculionibus exeduntur. sin protinus vsui destinantur, nihil attinet repoliri, satisq; est in vmbra refrigerari, & ita granario inferri. Leguminū quoq; nō alia cura est, q̃ reliquorum frumentorum: nam ea quoq; vel statim absumūtur, vel recōdūtur. atq; hoc supremū est aratoris emolumentum percipiendorũ seminū, quę terrę crediderat.

Recrastinari. Grādescere frumēta in horreo. Mergi. Subinde. Tribula. & Traha. Fauonius. Excerni. Vanni. †reteri.

Quæ per ferias liceat agricolę, & quę non liceat facere.

Caput. XXII.

SED cum tam ocii, q̃ negocii rationem reddere maiores nostri censuerint, nos quoq; monēdos esse agricolas existimamus, quę feriis facere, quęq; non facere debeant. Sūt enim (vt ait poeta) quę festis exercere diebus,

Fas, & iura sinunt: riuos deducere nulla
Relligio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere vepres,
Ballantumq; gregem fluuio mersare salubri.

Q̃q̃ Pontifices negent segetem feriis sepiri debere. Vetant quoq; lanarum causa lauari oues, nisi propter medicinam. Vergilius, q; liceat feriis flumine abluere gregem, præcepit, & iccirco adiecit fluuio mersare salubri. Sunt enim vitia, quorum causa pecus vtile sit lauare. Feriis autem rit⁹ maiorum etiam illa permittit, far pinsere, faces incidere, candelas † sebare, vineam conductam colere, piscinas, lacus, fossas veteres tergere & purgare, prata sicilire, stercora æquare, fœnum in tabulata componere, fructus olíueti conductos cogere, mala pyra ficos pandere, caseum facere, arbores serendi causa, collo vel mulo clitellario afferre, sed iuncto aduehere non permittitur, nec apporta ta serere, neq; terram aperire, neq; arborem collucare: sed ne sementem quidem administrare, nisi prius catulo feceris: nec fœnū secare, aut vincire, aut vehere. Ac ne vindemiā qdē cogi p religiones pontificū feriis licet: nec oues tōdere, nisi si catulo feceris. Defrutū quoq; facere, & defrutare vinū licet. Vuas itēq; oliuas cōditui legere licet. Pellibus oues vestiri nō licet. In horto qcqd olerum causa facias omne licet. Feriis publicis hominē mortuū sepelire non licet. M. Porcius Cato, mulis, equis, asinis nullas esse ferias dixit. Idēq; boues permittit coniungere lignorũ & frumentorũ aduehendorū causa. nos apud Pontifices legimus feriis tātū denicalibus mulos iūgere nō licere, cæteris licere. Hoc loco certū habeo quosdā cū solēnia festorũ percēsuerim, desideraturos lustrationū, cęterorūq; sacrificiorũ, quę pro frugib⁹ fiunt, morē priscis vsurpatū. nec ego abnuo docēdi curā: sed differo in eū librū, quē cōponere in animo est, cū agricolationis totā disciplinā pręscripsero. Finē interim pręsentis disputationis faciā, dicturus exordio sequente, quę de vineis, arbustisq; prodidere veteres authores, quęq; ipse mox comperi.

Tā ocii q̃ negocii reddēda ratio. †seuare. Cādelas sebare. Fossas tergere. Sicilire. Collucare. Catulo facere. Defrutare. Oues vestire. Ferię denicales.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLÆ DE RE RVSTICA LIBER.III.

Quod genus vitis conueniat cuiq; solo,& statui cæli.

Caput.I.

HACTENVS aruorum cultus, vt ait pręstantissimus poeta. Nihil enim prohibet nos P. Siluine. de iisdem rebus dicturos celeberrimi carminis auspicari principia. Sequitur arborum cura, quæ pars rei rusticæ vel maxima est. Earum species diuersę & multiformes sunt, quippe varii generis (sicut author idem refert) nullis hominum cogentibus ipsæ sponte sua veniunt: multæ etiam nostra manu satæ procedunt. sed quę non ope humana gignũtur, syluestres ac ferę, sui † cuiusq; ingenii semina gerũt. At quibus labor adhibetur, magis aptę sunt frugibus. De eo igitur pri⁹ genere dicẽdum est, qđ nobis alimenta præbet. Idq; tripartito diuiditur. Nam ex surculo vel arbor procedit, vt olea: vel frutex, vt palma campestris: vel tertium quiddam, qđ nec arborem nec fruticem proprie dixerim, vt est vitis. Hanc nos cęteris stirpibus iure præponimus, non tãtũ fructus dulcedine, sed etiam facilitate, per quã omni pene regione, & omni declinatione mundi, nisi tamen glaciali, vel pręferuida, curę mortalium respõdet. Tamq; felix campis q̃ collibus prouenit, & in densa non minus q̃ in resoluta, sępe etiam gracili atq; pingui terra, siccaq; & vliginosa. Tum sola maxime vtrãq; patitur intemperiem cæli, vel sub axe frigido † æstiuo, procellosoq;. Refert tamẽ cuius generis, aut quo habitu vitem pro regionis statu colere censeas: neq; enim omni cælo solove cultus idem: neq; est idem stirpis eius gen⁹, quodq; pręcipuum est ex omnibus non facile dictu est, cum suum cuiq; regioni magis aut min⁹ aptum esse doceat vsus. Exploratum tamen habebit prudens agricola genus vitis habile campo, qđ nebulas pruinamq; sine noxa perfert, cæliq; siccitatem, ventosq; patitur: pingui & vberi dabit agro gracilem vitem, nec natura nimis fœcundã, macro feracẽ, terrę densę vehementem multaq; materia frondentẽ: resoluto & lęto solo rari sarmenti: humido loco sciet nõ recte mandari fructus teneri, & amplioris acini, sed callosi, & angusti, frequentisq; vinacei: sicco recte contribui diuersæ quoq; naturę semina. Sed & post hęc non ignorabit dominus loci plus posse qualitatem cæli frigidã, vel calidã, siccam, vel roscidam, grandinosam, ventosamq;, vel placidam, serenam, vel nebulosam. Frigidęq; aut nebulosæ duorũ generum vites aptabit, seu præcoques, quarum maturitas frugum præcurrit hyemẽ: seu firmi, duriq; acini, quarũ inter caligines vuę deflorescunt, & mox gelicidiis ac pruinis, vt alię calorib⁹ mitescũt: vẽtoso quoq; & tumultuoso statu cæli fidẽtes easdẽ tenaces, ac duri acini cõmittet: rursus calido teneriores vberiores concredet: sicco destinabit eas, quę pluuijs aut cõtinuis roribus putrescũt: roscido, quę siccitatibus laborãt: grãdinoso, quę foliis duris latisq; sunt, quo melius ꝓtegãt fructũ: nã placida & serena regio nullã nõ recipit: cõmodissime tñ eã, cuius vel vuę vel acini celeriter decidũt. At si voto est eligendus vineis locus, & stat⁹ cæli, sicut censet verissime Celsus, optimũ est solũ, nec dẽsum nimis, nec resolutũ, soluto tamẽ ꝓpi⁹, nec exile, nec lętissimũ, ꝓximũ tñ vberi, nec campestre, nec pręceps, simile tñ edito cãpo, nec siccũ, nec vliginosum, modice tñ roscidũ, qđ fõtibus nõ in summo, nõ in profundo terræ scaturiat, sed vt vicinum radicibus humorẽ subministret, eũq; nec amarũ, nec salsum, ne saporẽ vini corrũpat, & incremẽta virẽtiũ veluti quadã scabra rubigine coerceat, si modo credimus Vergilio dicenti.

Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara
Frugibus infelix, ea nec mansuescit arando,
Nec baccho genus, aut pomis sua nomina seruat.

Cælũ porro neq; glaciale, vinea (sicut pędixi) nec rursus ęstuosum desiderat. Calido tñ potius q̃ frigido lętaẽ, imbrib⁹ magis q̃ serenitatib⁹ offendiẽ, & solo sicco q̃ nimis pluuio est amicior. ꝓflatu modico leniq; gaudet, procellis obnoxia est. atq; hæc maxime ꝓbabilis est cęli & soli qualitas.

Quæ vites suburbanis regionibus ad escam conserendæ sunt.

Caput.II.

VITIS aũt ad escã, vel ad effusionem deponitur. Ad escam non expedit instituere vineta, nisi cũ tã suburban⁹ est ager, vt ratio postulet incõditũ fructũ mercãtib⁹ velut pomũ vẽdere,

Margin notes: † quęq; — Vitis cęteris stirpibus pstare. — † vel. — Præcoques vites. — Acini Gelicidia — Vineis eligend⁹ locus — Salsa & amara terra frugib⁹ inimica. — Vuę ad escã

quæ cũ talis eſt cõditio,maxime præcoques,& duracinę,tũ deniqꝫ purpureę,& bumaſti,dactyliqꝫ,
& rhodię,libycę quoqꝫ & ceraunię.Nec ſolũ quę iucũditate ſaporis,verũetiam quę ſpecie cõmeda
ri poſſint,conſeri debẽt,vt ſtephanitę,vt tripedaneæ,vt vnciarię,vt cydonitę. Itẽ quarũ vuæ tẽpo
ribus hyemis durabiles vaſis cõduntur,vt venuculæ,vt nup in hos vſus exploratę, † numiſianæ.
At vbi vino cõſulimus,vitis eligitur, quæ & in fructu valet, & in materia: ꝙ alterum ad reditus
coloni,alterũ ad diuturnitatẽ ſtirpis plurimũ cõfert.Sed ea tum pręcipua eſt,ſi nec nimis celeriter
† ſpondet,& primo quoqꝫ tẽpore defloreſcit,nec nimis tarde miteſcit:quinetiam pruinas,& caligi
nẽ,& carbunculũ facile propulſat,eadẽqꝫ nec imbribꝰ putreſcit,nec ſiccitatibꝰ aboleſcit. Talis no
bis eligatur vel mediocriter fœcunda,ſi modo is locus habetur,in quo guſtus nobilis precioſuſqꝫ
fluit:nam ſi ſordidus aut vilis eſt,feraciſſimã quãqꝫ ſerere conducit,vt multiplicatione frugũ re-
ditus augeatur. Fere aũt omni ſtatu locorũ campeſtria largius vinũ, ſed iucundius afferunt colli
na:quę tamẽ ipſa modico ſtatu cæli magis exuberant aquiloni prona,ſed ſunt generoſiora ſub au
ſtro. Nec dubiũ quin ſit ea nõnullarũ vitiũ natura,vt pro locorũ ſitu bonitate vini modo vincat,
modo ſuperetur. Solę traduntur amineæ excepto cœli ſtatu nimis frigido,vbicũqꝫ ſint etiã ſi de-
generent,ſibi comparatę,magis aut minus probi guſtus vina p̄bere,& cęteras omneis ſapore præ
cedere. Eę,cũ ſint vnius nominis,nõ vnã ſpeciẽ gerũt. Duas germanas cognouimus,quarũ minor
ocyus & melius defloreſcit,habilis arbori,nec nõ iugo.illa pinguem terram, hęc mediocrem deſi
derat,longeqꝫ pręcedit maiorẽ,quia & imbres & ventos fortius patitur.nã maior celeriter in flo-
re corrũpitur,& magis in iugis,q̃ in arboribus.ideoqꝫ nõ eſt vineis apta,vix etiã arbuſto, niſi præ
pingui & vuida terra:nam nec mediocri valet,multoqꝫ minus in exili.prolixarum frequentia ma
teriarũ,foliorũqꝫ,& vuarũ,& acinorũ magnitudine dignoſcit.internodiis quoqꝫ rarior,largis fru-
ctibus a minore ſuperat,guſtu nõ vincit,& hę quidẽ vtręqꝫ aminęę. Verũ & alię duę geminę,quę
ab eo ꝙ duplices vuas exigũt,gemellę vocãtur,auſterioris vini,ſed ęque perẽnis. Earũ minor vul
go notiſſima:quippe Cãpanię celeberrimos Veſuuij colles,ſurrẽtinoſqꝫ veſtit. Hilaris inter ęſtiuos
fauonij flatus,auſtris affligitur. Cęteris itaqꝫ partibus Italię nõ tã vineis,q̃ arbuſto eſt idonea, cũ
prędictis regionibus cõmodiſſime iugũ ſuſtineat materiã, fructũqꝫ, niſi ꝙ duplicẽ non abſimilẽ
minori germanę egerit,ſicut maior gemina minori germanę:quæ tñ minor hoc melior eſt,ꝙ fœ-
cundior etiã mediocri ſolo:nã illã niſi pręp ingui nõ reſpondere iã dictũ eſt. Lanatã quoqꝫ aminęã
quidã maxime ꝓbãt,quę hoc vocabulũ nõ ideo vſurpat,ꝙ ſola ex omnibus amineis,verũ ꝙ præ-
cipue caneſcit lanugine. Sane boni vini,ſed leuioris,q̃ ſuperioris, crebram quoqꝫ materiã fundit,
atqꝫ ideo ꝓpter pãpini dẽſitatẽ ſępe parũ recte defloreſcit, eadẽqꝫ maturo fructu celeriter putre-
ſcit. Sup hũc numerũ,quẽ retulimꝰ,ſingularis habet aminæa, maiori geminę non diſſimilis,pri-
mũ ſpecie pampini & trũci,ſed vini ſapore aliquanto inferior,q̃uis generoſiſſimus ſit,ꝓximę præ
ferẽda etiã ꝓpriis virtutibus:nã & feracior eſt,& flore melius exuit, † ſpiſſaqꝫ,& albidas vuas, ac
tumidioris acini gerit,gracili aruo nõ deſciſcit.atqꝫ ideo inter vbertimas vites numeratur. No-
mẽtanę vini nobilitate ſubſequunt amineas,fœcũditate vero etiã ꝑueniũt:quippe cũ ſe frequẽter
impleãt,& id,qđ ediderũt,optime tueant. Sed earũ quoqꝫ feracior eſt minor, cuius & foliũ parcꝰ
ſcindit,& materia nõ ita rubet,vt amineis,a quo colore † rubellianę nũcupant.eædẽqꝫ fæciniæ,ꝙ
plus q̃ cæteræ fæcis afferũt. Id tñ incõmodũ repẽſant vuarũ multitudine,quas & in iugo, ſed &
in arbore melius exhibẽt. Vẽtos & imbres valẽter ſufferũt,& celeriter defloreſcũt, & ideo citius
miteſcũt,oĩs incõmodi patiẽtes,ꝑter caloris:nam qa minuti acini,& durę cutis vuas habẽt, æſti
bus cõtrahunt. Pingui aruo maxime gaudẽt,ꝙ vbertatẽ aliquã natura gracilibus & exilibꝰ vuis
præbere valet. Frigidũ ac roſidũ ſolũ,& cælũ cõmodiſſime ſuſtinẽt † eugeniæ, dũ ſunt in albano
colle:nã mutato loco vix nomini ſuo reſpondẽt.nec minus allobrogicæ, quarũ vini iucunditas
cũ regione mutat. Magnis etiã dotibus tres apianæ cõmẽdant,oẽs feraces,iugoqꝫ & arboribus ſa
tis idoneę.generoſior tñ vna,quæ nudis foliis eſt:nã duę lanatæ q̃uis frõdibus & palmitũ pari fa
cie flexere,qualitate ſunt diſpariles,cũ tardius altera recipiat cariẽ vetuſtatis. Pingui ſolo feraciſſi
mæ,mediocri quoqꝫ fœcundæ,præcoquis fructus. Ideoqꝫ frigidis locis aptiſſimæ,vini dulcis, ſed
capiti,neruis,veniſqꝫ non aptę,niſi mature lectæ.pluuiis,ventiſqꝫ,& apibus afferũt prædam,qua-
rum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur. atqꝫ hæ precioſi guſtus celeber-
rimæ. Poſſunt tamen etiam ſecundę notę vites prouentu & vbertate commendari,qualis eſt bi-
turica,qualis baſilica,quarum minorem colubẽ vocant Hiſpani,longe omnium primis vtræqꝫ ꝓ-
ximæ; nam & vetuſtatem vinum earum patitur,& ad bonitatem aliquam per annos venit. Iam
vero ipſæ fœcunditate pręſtant omnibus quas ante retuli,tum etiam patientia, quippe turbines,

Præcoques. Duracinę. Purpureę. Bumaſti. Dactyli. Rhodiæ. Libycæ. Ceraunię. Stephanitę. Tripedaneę. Vnciarię. Cydonię. Venuculæ. Numiſianę. Nurſianę. † frõdet. Cãpeſtria & Collina vina. Aminęę. Gemellę. Lanata aminęa. † ſpiſſaſqꝫ. Nomẽtanę. † rubellianę. Fæcinię. † Euganiæ. Allobrogicæ. Apianę. Secũdę notę vites. Colubes.

imbresq; fortiſſime ſuſtinēt,& cōmode fluūt,nec deficiūt macro ſolo.Frigora melius q̄ humores
Viſulæ. Argitis. ſuſtinēt,humores cōmodius q̄ ſiccitates,nec caloribus tamē contriſtanť. Viſulę deinde ab his &
minor argitis terræ mediocritate lętanť:nā in pingui nimiis viribus luxuriant, in macra tenues
& vacuę fructu veniūt.Amiciores iugo,q̄ arboribus , ſed argitis etiā in ſublimibus fertilis vaſtis
†durum materiis & vuis exuberat,humillimis tabulatis aptior.Viſula breuē materiā †& latū foliū exigit,
cuius amplitudine fructus ſuos optime aduerſus grandinē tuetur. q tamen niſi primo quoq; tē-
pore maturi legantur,ad terrā decidūt:humoribus etiā priuſq̄ defluant putreſcūt.Sūt & Heluo
Heluolę quę & variæ lę,quas nōnulli varias appellāt, neq; purpureę neq; nigræ,ab heluo (niſi fallor) colore vocitatæ.
Helu⁹color melior eſt nigrior abundantia vini,ſed hæc ſapore precioſior. color acinorū in neutra conſpicitur
æqualis,vtraq; candidi muſti alterna vice annorū plus aut minus afferūt:melius arborem, ſed &
Preciæ. Albuelis. iugum cōmode veſtiūt,mediocri quoq; ſolo fœcundæ,ſicut pretię minor,& maior:ſed eę genero
ſitate vini magis cōmendanť,& frequentibus materijs frondent,& cito matureſcunt.Albuelis vti
lior,vt ait Celſus,in colle,q̄ in campo:in arbore,q̄ in iugo:in ſumma arbore,q̄ in ima,ferax & ma-
Mareoticæ Thaſiæ teriæ frequētis,& vuę.nam quę gręculę vites ſunt,vt mareoticę,thaſiæ,pſythię,ſophortię,ſicut ha
Pſythiæ bent probabilē guſtū,ita noſtris regionibus & raritate vuarū, & acinorū exiguitate minus fluūt.
Sophortię Inerticula Inerticula tñ nigra,quā qdā gręci amethyſton appellant,poteſt in ſecūda quaſi tribu eſſe,ꝙ & bo
ni vini eſt,& innoxia,vnde etiā nomen traxit,ꝙ iners habetur in tentandis neruis,q̄uis †guſtu nō
†guſt⁹ hebetis ſit †hebes.Tertiū gradū facit earū Celſus,quæ fœcunditate ſola cōmendanť, vt tres heluenaciæ,
Heluenacię quarū duę maiores nequaq̄ minori bonitate & abundātia muſti pares habētur: earum altera,quā
Auara lōga ꝙ vua. galliarū incolę emarcū vocāt,mediocris vini:& altera,quā longā appellant,eandemq; auarā ſordi
di,nec tā largi q̄ ex numero vuarū,quas prima ſpes promittit.Minima & optima e tribus facilli-
me folio dignoſcitur.nā rotūdiſſimū oīm id gerit,atq; eſt laudabilis,ꝙ ſiccitates maxime perfert,
ꝙ frigora ſuſtinet,dū tñ ſine imbribus ſit,ꝙ nōnullis locis etiā vinū eius in vetuſtatē diffunditur,
Spionia dapſilis ꝙ pręcipue ſola acerrimū quoq; ſolū fertilitate ſua cōmēdat. At ſpionia dapſilis muſto & amplitu
dine magis vuarū,q̄ numero fertilis,vt oleginia,vt murgentina,eademq; pōpeiana, vt numiſiana,
† venūcula vt †venucula eadēq; ſcirpula,atq; ſticula vt nigra fregellana,vt merica, vt retica, vt omniū, quas
cognouimus copioſiſſima arcelaca maior,a multis argitis falſo exiſtimata.Nā has nuper mihi co
gnitas pergulanā dico,& irtiolam,fereolamq; non facile aſſeuerem quo gradu habēdę ſint. ꝙ & ſi
Dracōtion ſatis fœcundas ſcio,nondū tamē de bonitate vini,qđ afferunt iudicare potui.vnam etiam præco
cem vitem nobis ante hoc tempus incognitam græca conſuetudine dracontiō vocitari comperi
mus,quæ fœcūditate iucūditateve arcelatæ baſilicęq; & bituricæ cōparari poſſit, generoſitate vi
ni aminęæ.Multa pręterea ſunt genera vitium,quarū nec numerū,nec appellationes cū certa fide
referre poſſumus.Neq; enim vt ait poeta,numero comprendere refert,

Quem qui ſcire velit,libyci velit æquoris idem
Diſcere q̄ multæ zephyro verſentur harenæ.

Quippe vniuerſę regiones,regionūq; pene ſingulæ partes habēt propria vitiū genera, quę conſue
tudine ſua nomināt:quędā etiam ſtirpes cū locis vocabula mutauerunt,quędam ꝓpter mutatio
nes locorum,ſicut ſupra diximus,etiam a qualitate ſua diſceſſerunt, ita vt dignoſci non poſſint:
ideoq; in hac ipſa Italia,ne dicam in tam diffuſo terrarum orbe vicinę etiam nationes nominibus
Nomēclationis aucupio earū diſcrepāt,variātq; vocabula:quare prudentis magiſtri eſt eiuſmodi nomēclationis aucupio
quo potiri nequeat,ſtudioſos non demorari:ſed illud in totū præcipere,qđ & Celſus ait, & ante
eum M.Cato,Nulliū genus vitiū cōſerendū eſſe niſi fama,nullū diutius cōſeruandū niſi experimē
Proritet, irritet, icitet, allectet. to probatum:atq; vbi multa inuitabunt regionis cōmoda,vt nobilē vitem cōſeram⁹, generoſam
requiremus inquit Iulius Græcinus.vbi nihil erit,aut nō multū,qđ proritet feracitatem, potius
ſequemur,quę non eadem portione vincitur precio q̄ vincit abundātia, ſed de hac ſentētia q̄q̄ &
ipſe paulo ante id cenſuerim,qđ tñ arcanius iudicē,ſuo loco mox dicā. Propoſitū eſt enim doce-
re qua ratione vineæ pariter feraces & precioſę,fluxuræ poſſint conſtitui.

Nihil magis ruſticis conuenire,q̄ vitem colere. Cap.III.

NVNC priuſq̄ de ſatione vitiū diſſeram,non alienum puto velut quoddam fundamentū ia-
cere diſputationi futurę,vt ante perpenſum & exploratum habeamus,an locupletet patrē-
familias vinearum cultus:eſt enim pene adhuc ſuperuacuum de his conſerendis pręcipere,dū qđ
prius eſt nondū concedatur,an omnino ſint habendæ,idq; adeo plurimi dubitent, vt multi refu-
giant,& reformident talē poſitionē ruris,atq; optabiliorem pratorū poſſeſſionē, paſcuorumq; vel
ſiluę ceduę iudicēt.nā de arbuſto etiam inter authores non exigua pugna fuit, abnuente Saſerna

genus id ruris, Tremellio maxime probãte, sed & hãc sententiam suo loco æstimabimus. interim
studiosi agricolationis hoc primũ docẽdi sunt, vberrimũ esse reditũ vinearũ, atq; vt omittã vete Vberrim⁹ vinearũ reditus.
rẽ illã felicitatẽ aruorũ, quibus & ante iã M. Cato, & mox Terẽtius Varro ꝓdidit singula iuge-
ra vinearũ sexcenas vrnas vini ꝓbuisse: id enim maxime asseuerat in primo libro rerũ rusticarum
Varro: nec vna regione ꝓuenire solitũ, verũ & in fauẽtino agro, & in gallico, q nũc pyceno con- Nomẽtana regio Seneca.
tribuitur. hęc iis certe tẽporib⁹. Sed nomẽtana regio nunc celeberrima fama, est illustris, & præci-
pue, quã possidet Seneca vir excellẽtis ingenii atq; doctrinę, cuius in prędiis vinearũ iugera singu
la culleos octonos reddidisse plerũq; cõpertũ est. nã illa vident̃ prodigialiter in nostris Ceretanis
accidisse, vt aliqua vitis apud te excederet vuarũ numerũ duorũ milliũ, & apud me octogenę stir-
pes insitę intra biẽniũ septenos culleos perę quarẽt, vt primę vineę cẽtenas amphoras iugeratim Iugeratim.
prębêrẽt, cũ prata, & pascua, & syluę, si cẽtenos sestertios in singula iugera efficiãt, optime dño cõ
sulere videant̃: nam frumenta maiore quidẽ parte Italię qñ cũ † quarto respõderint, vix meminis † 14
se possumus. cur ergo res infamis est? non quidẽ suo, sed hominũ inquit vitio Grȩcinus. primũ, ꝙ
in explorandis seminibus nemo adhibet diligentiã, & ideo pessimi generis plériq; vineta cõserũt,
deinde sata non ita enutriũt, vt ante cõualescant ac prosiliãt, q̃ retorrescant, sed & si forte adoleue
rint, negligenter colũt. Iã illud a principio nihil referre cẽsent, quẽ locũ conserant, immo etiã seli-
gunt deterrimã partẽ agrorum, tanq̃ sola sit huic stirpi maxime terra idonea, quę nihil aliud ferre
possit. sed ne ponendi quidẽ rationẽ, aut ꝓspiciũt, aut perspectã exequuntur, tum etiam dotẽ. i. in-
strumentum raro vineis pręparant, cum ea res si omissa sit, plurimas operas, nec minus arcam pa-
trisfamilias semper exhauriat. Fructum vero plerique q̃ vberrimũ pręsentem cõsectantur, nec ꝓui
dent futuro tempori, sed quasi plane in diem viuãt, sic imperant vitibus, & eas ita multis palmiti
bus onerant, vt posteritati non consulant. Hæc omnia vel certe plurima ex his cum commiserint,
quiduis malunt, q̃ suam culpam confiteri: queruntur q; non respondere sibi vineta, quæ vel per
auaritiam, vel inscitiam, vel ꝑ negligentiam perdiderunt. At si qui cum scientia sociauerint diligẽ
tiam, non vt ego existimo tricenas vel quadragenas certe, sed vt Grȩcinus minimũ computans, li
cet inquit amphoras vicenas, percipient ex singulis iugeribus, omneis istos, qui fœnũ suum, & ole
ra amplexantur, incremento patrimonii facile superabũt. nec in hoc errat, quippe vt diligẽs ratio
cinator calculo posito videt id genus agricolationis maxime rei familiari conducere. Nam vt am
plissimas impensas vineę poscant, non tamen excedunt septem iugera vnius operam vinitoris,
quem vulgus quidem parui ęris, vel de lapide noxiũ posse comparari putat: sed ego plurimorum De lapide noxium.
opinioni dissentiens, preciosum vinitorem in primis esse censeo, isq; licet sit emptus sex, vel potius
sextertiis octo millibus, cũ ipsum solum septẽ iugerũ totidẽ millibus numorũ partũ, vineasq; cum
sua dote. i. cũ pedamentis, & viminibus binis millibus in singula iugera positas duco. Fit tum in
assem cõsummatũ preciũ sextertioꝝ. xxix. milliũ. huc accedũt semisses vsurarum sextertiũ tria mil In assem.
lia, & quadringenti octoginta numi biennij temporis, quo velut infantia vinearũ cessat a fructu.
Fit in assem summa sortis & vsurarũ. xxxii. milliũ quadringentorum. lxxx. numorũ. ꝗd quasi no-
men si, vt fœnerator cũ debitore, ita rusticus cũ vineis suis fecerit, eius summæ, vt in perpetuum
prędictam vsuram semissium dominus constituat, percipere debet in annos singulos mille septin
gentos quadraginta sextertios numos: qua cõputatione vincit tñ reditus. vij. iugerum secundum
opinionẽ Grȩcini, vsurã triũ milliũ quadringentoꝝ octoginta numorũ. Quippe, vt deterrimi ge-
neris sint vineæ, tamẽ si cultæ singulos vtiq; culleos vini, singula earũ iugera perę quabunt, vtq;
trecẽtis numis quadragenę vrnę veneãt (ꝗd minimũ preciũ est annonæ) cõsumant tñ septẽ cullei
sestertiũ duo millia & centũ numos. ea porro summa excedit vsuram semissiũ. atq; hic calculus
quẽ posuimus, Græcini rationẽ continet, sed nos extirpanda vineta cẽsemus, quorum singula iu-
gera minus q̃ ternos culleos prębẽt, & adhuc tamẽ sic computauimus, quasi nullæ sint viuiradi- Viuiradices.
ces, quæ de pastinato eximantur: cũ sola ea res oẽm impensam terreni precio suo liberet, si modo
non prouincialis, sed Italicus ager est. neq; id cuiq̃ dubiũ esse debet, cũ & nostrã & Iulii attici ra- Prouincialis ager.
tionem dispexerit. Nos iã eñ vicena millia malleolorũ ꝑ vineę iugerũ inter ordines pangimus. Ille
minus quatuor millibus deponit, cuius vt vincat ratio, nullus tamẽ vel iniquissim⁹ locus nõ ma
iorẽ quęstũ reddet, q̃ acceperit impensam. fit qdẽ, vt cultoris negligentia sex millia seminũ intere-
ant, reliqua tñ decẽ millia tribus millibus numorũ libenter, & cũ lucro redẽptor emerit, quę sum
ma tertia parte superat duo millia sestertiũ, quãti cõstare iugerũ vinearũ prędixim⁹: q̃q̃ nostra cu
ra in tantũ iam processit, vt nõ inuiti sestertiis sexcẽtis numis, singula millia viuiradicis a me ru-
stici mercent̃. sed vix istud alius pręstiterit: nã nec quisq̃ nobis facile crediderit, tãtã in agellis esse De hoc vide infra cap. xvi.

nostris abundantiam vini,quātā tu Siluine nouisti.Mediocre itaq; vulgatumq; preciū viuiradicis posui,quo celerius nullo dissentiente perduci possent in nostram sententiam, qui propter ignorantiam genus hoc agricolationis reformidant.Siue ergo pastinationis reditus,seu futurarū spes vindemiarum cohortari nos debet ad positionem vinearum,quas cum docuimus rationis esse cōserere,nunc institutionis earum pręcepta dabimus.

Quæ obseruare debet,qui vineas instituit. Cap.IIII.

CVI vineta facere cordi est,præcipue caueat,ne alienę poti⁹ curę,q̄ suę credere velit,neve mercetur viuiradicem. Sed genus surculi probatissimū domi cōferat,faciatq; vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire.nam quę peregrina ex diuersa regione semina transferuntur, minus sunt familiaria nostro solo,q̄ vernacula:eoq; velut alienigena reformidāt mutatam cæli, lociq; positionem.Sed nec certam generositatis fidem pollicentur,cū sit incertum,an is,qui cōseruerit ea, diligenter exploratum probatumq; genus surculi deposuerit. quaobrem biennii spatium longū esse minime existimandum est,intra qđ vtiq; tempestiuitas seminum respondet,cum semper (vt dixi) plurimū retulerit exquisiti generis stirpem deposuisse.Post hęc deinde meminerit accurate locum vineis eligere,de quo cum iudicauerit,maximam diligentiam sciat adhibendam pastinationi:quā cum peregerit,non minore cura vitem conserat:& cum seruerit,summa sedulitate culturę seruiat.id enim quasi caput & columen est impensarum,quoniam in eo consistit, melius an segnius terrę mandauerit paterfamilias pecuniam, q̄ in ocio tractare. Igitur vnumquodq; eorum, quę proposui,suo iam prosequar ordine.

Vitiarium

Cultura caput oīm impensarum.

Quali solo,& quomodo vitiarium faciundum sit. Cap.V.

VITIARIVM neq; ieiuna terra,neq; vliginosa faciendum est:succosa tamen,& mediocri potius,q̄ pingui,tametsi fere omnes authores huic rei lætissimū locum destinauerunt.qđ ego minime reor esse pro agricola:nam depositæ stirpes valido solo,q̄uis celeriter cōprehendant,atq; prosiliant,tamen cū sint viuiradices factæ,priusq̄ transferantur,retorrescunt, nec adolescere queunt.Prudentis autem coloni est ex deteriori terra potius in meliorem,q̄ ex meliore in deteriorem transferre.Propter quod mediocritas in electione loci maxime probatur,quoniā in confinio boni maliq; posita est.Siue enim post modū necessitas postulauerit tempestiua semina ieiuno solo cōmittere,nō magnā sentient differentiā,cū ex mediocri terra in exilem trāslata sunt,siue lętior ager conserendus est,longe celerius in vbertate coalescunt.Rursus tenuissimo solo vitiariū facere minime rationis est,quoniā malleolorū pars maior deperit,& quę superest tarde fit idonea trāslationi.Ergo mediocris & modice siccus ager vitiario est aptissimus, isq; bipalio prius subigi debet, quæ est altitudo pastionis,cū in duos pedes, & semissem conuertitur humus, ac deinde tripedaneis relictis spatiis,per quę semina excolantur,in singulis ordinibus,qui ducenos quadragenos pedes obtinēt sexceneni malleoli pangendi sunt:is numerus cōsumat p totū iugerū seminū millia quatuor & viginti.Verū hāc curā pręuenit inquisitio,& electio malleolorū:nam vt sępe iā retuli, quasi fundamentū est prædictę rei,probatissimū genus stirpis deponere.

Bipalium.

Malleolor. numerus & electio.

Qualis,& ex quibus partibus vitis malleolus legendus sit. Cap.VI.

SED electio dupliciter facienda est. nō em̄ solū fœcundā esse matrē satis est, ex qua semina petuntur,sed adhibēda ratio est subtilior,vt ex his partibus trūci sumanť,quę & genitales sunt & maxime fertiles.Vitis autem fœcūda,cuius progeniē studemus submittere,non tātū debet eo æstimari,q; vuas cōplures exigit.potest enim trunci vastitate id accidere,& frequētia palmitum, nec tamē eam feracē dixerim,cuius singulę vuę in singulis sarmentis cōspiciunť: sed si per vnumquēq; pāpinū maior numerus vuarū dependet,si ex singulis gēmis compluribus materiis cū fructu germinat:si deniq; etiā e duro virgā cū aliquibus racemis citat,si etiā nepotū fructu, grauida est,ea sine dubitatiōe ferax destinari debet legēdo malleolo.Malleolus aūt nouellus est palmes innatus prioris anni flagello,cognominatusq; a similitudine rei,q; in ea parte,quę deciditur ex vetere sarmento prominens vtrinq; malleoli speciē prębet. Hunc ex fœcundissima stirpe legendum censemus omni tempore,quo vineę putanť,ac super terram gemmis tribus vel quatuor extantibus diligenter obruendum loco modice humido non vliginoso,dum tamen antiquissimū sit considerare,ne vitis,ex qua is sumitur,ancipitem floris habeat euentum,ne difficulter acinus ingrādescat,ne aut pręcoquem,aut seræ maturitatis fructum afferat.nam illa volucribus,hęc etiā tempestatibus hyemis infestatur.Tale porro genus non vna cōprobatur vindemia. potest.n.vel anni prouentu,vel aliis de causis etiam naturaliter infœcunda vitis semel exhuberare. Sed vbi pluriū velut emeritis annorum stipendiis fides surculo cōstitit,nihil dubitādum est de fœcunditate:nec

Nepotū fr.

Malleolus.

tamen vltra quadrienniũ talis extenditur inquisitio.id enim tempus fere viretium generositatẽ declarat,quo sol in eandem partem signiferi per eosdem numeros redit,per quos cursus sui prin cipium cœperat,quem circuitum meatus dierum integrorum mille quadringentorum sexaginta vnius ἀποκατάστασιν vocant studiosi rerum cœlestium. Apocatastasis.

Quomodo fœcunditatem vitis explores. Cap.VII.

SED certũ habeo Publi Siluine iam dudũ te tacitũ requirere,cuius generis sit ista fœcunda vitis,quã nos tam accurate describimus,ac ne de iis aliqua significetur,quæ vulgo nõ habẽtur feracissimę:plurimi nãq; bituricam,multi spioniam,quidã basilicam,nõnulli † arcelacam laudib⁹ efferunt.Nos quoq; hęc genera non fraudamus testimonio nostro, sunt enim largissimi vini:sed proposuimus docere vineas eiusmodi conserere,quę nec minus vberes fructus prædictis generibus afferant,& sint preciosi saporis,velut aminęi,vel certe non procul ab eo gustu:cui nostrę sententiæ scio pene omniũ agricolarũ diuersam esse opinionem,quę de aminęis inueterata longo iã tempore conualuit,tãq̃ natali & ingenita sterilitate laborantibus,quo magis nobis ex alto repetita cõpluribus exemplis firmanda ratio est,quę desidia,nec minus imprudẽtia colonorũ damnata,& velut ignorantię tenebris obcęcata luce veritatis caruit.quare non intempestiuũ est nos ad ea pręuerti,quę videntur hũc publicum errorem corrigere posse. † tarelatam.

Quę spectanda sit qualitas in eo solo,qđ vineis destinaueris. Cap.VIII.

IGITVR si rerum naturã Publi Siluine velut acrioribus mentis oculis intueri velimus,reperiemus parem legẽ fœcũditatis eam dixisse virentibus,atq; hominibus,cæterisq; animalibus, nec sic aliis nationibus,regionibusve proprias tribuisse dotes, vt aliis in totũ similia munera denegaret:quibusdã gentibus numerosam progenerandi sobolem dedit,vt Ægyptiis,& Afris, quibus gemini partus familiares,ac pene solennes sunt:sed & Italici generis esse voluit eximię fœcũditatis Albanas curiatię familiæ trigeminorũ matres.Germaniam decorauit altissimorũ hominũ exercitibus,sed & alias gentes non in totũ fraudauit pręcipuę staturę viris.Nã & M. Tullius Cicero testis est Romanũ fuisse ciuem Nęuiũ Pollionem pede longiorẽ q̃ quẽq̃ longissimũ:& nuper ipsi videre potuimus in apparatu pompæ Circensium ludorũ Iudęę gentis hominẽ procerio rem celsissimo Germano. Transeo ad pecudes.Armentis sublimibus insignis Meuania est,Liguria paruis. Sed & Meuanię bos humilis,& Liguriæ nõnũq̃ taurus eminentis staturę cõspicitur. India perhibetur molibus ferarũ mirabilis,pari tamẽ in hac terra vastitate belluas progenerari quis neget? cum intra mœnia nostra natos animaduertamus elephantos. Ad genera frugum redeo.Mysiam Libyãq; largis aiunt abundare frumentis,nec tamen Appulos Campanosq; agros opimis deffici segetibus.Tmolon,& †Corycion florere croco. Iudęam & Arabiam preciosis odoribus illustrem haberi,sed nec nostrã ciuitatẽ prędictis egere stirpibus,quippe cũ pluribus locis vrbis,iam casiam frondentẽ conspicimus,iam turiam plantã,florẽtesq; hortos myrrha & croco. His tamen exemplis nimirũ admonemur curæ mortalium obsequentissimam esse Italiam, quæ pene totius orbis fruges adhibito studio colonorũ ferre didicerit: quo minus addubitamus de eo fructu, qui velut indigena, peculiarisq; & vernaculus est huius soli. Neq; enim dubium est massici,surrentiniq;,& albani,atq; cecubi agri vites omniũ,quas terra sustinet,in nobilitate vini principes esse. Nęuius Pollio. Meuania. † Corycon.

Quomodo Aminęas feraces facias. Cap.IX.

FOECVNDITAS ab his forsan desideratur,sed & hæc adiuuari potest cultoris industria: nam si,vt paulo ante retuli,benignissima rerũ omniũ parens natura quasq; gentes atq; terras ita muneribus propriis ditauit,vt tamen cæteras nõ in vniuersum similibus dotibus fraudaret,Cur eam dubitemus etiam in vitibus prędictã legem seruasse,vt quãuis earũ genus aliquod pręcipue fœcundũ esse voluerit,tãq̃ bituricum,aut basilicũ,non tamen sic aminęum sterile reddiderit,vt ex multis millibus eius ne paucissimę quidẽ vites fœcundę,tãq̃ in Italicis hominibus albanæ illę sorores reperiri possint?id autẽ cũ sit verisimile,tum etiã verũ esse nos docuit experimẽtum,cũ & in ardeatino agro,quẽ multis tẽporibus ipsi ante possedimus,& in carseolano, itemq; in albano generis aminęi vites huiusmodi notę habuerimus numero quidẽ perpaucas, verũ ita fertiles,vt in iugulo singulę ternas vrnas pręberent,in pergulis autẽ singulę denas amphoras peræquarent.Nec incredibilis debet in aminęis hęc fœcũditas videri: nam quemadmodũ Terẽtius Varro,& ante eũ M.Cato possent affirmare† sexcẽtenas vrnas priscis cultoribus singula vinearũ iugera fudisse,si fœcunditas aminęis defuisset? quas plerũq; solas antiqui nouerant,nisi putamus ea quę nuper,ac modo plane longinquis regionibus accersita notitię nostræ sunt tradita, bitu- † sexcentas

tici generis,aut basilici vineta eos coluisse,cum vetustissimas quasq; vineas adhuc existimemus aminęas. Siquis ergo tales, quales paulo antę possedisse me retuli, aminęas pluribus vindemiis exploratas notet,vt ex his malleolos feracissimos eligat,posset is pariter generosas vineas & vberes efficere: nihil enim dubium est,quin ipsa natura sobolem matri similem esse voluerit. Vnde etiam pastor ille in Bucolicis ait,

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos Noram.

Sacra certam. Vnde sacrorum certaminũ studiosi pernicissimarum quadrigarum semina,diligenti obseruatione custodiunt,& spem futurarum victoriarũ cõcipiunt propagata sobole generosi armenti: nos Olympionicæ equę. quoq; pari ratione velut Olympionicarum equarum, ita feracissimarum aminęarum seminibus electis largę vindemiæ spem capiamus: neq; est q temporis tarditas quẽq̃ deterreat,nam quicqd morę est,in exploratione surculi absumitur.Cæterum cum fœcunditas vitis comprobata est,celerrime insitionibus ad maximum numerũ perducitur,eius rei testimonium tu præcipue Publi Siluine perhibere nobis potes, cũ pulchre memineris a me duo iugera vinearum intra tempus Ceretanũ. biennii ex vna præcoque vite,quã in cerotano tuo possides, insitione facta cõsumata. Quẽnam igitur existimas vitium numerum intra tantũdem temporis interseri posse duorum iugerũ malleolis,cũ sint ipsa duo iugera vnius vitis progenies? quare si,vt dixi,laborẽ & curã velimus adhibere,facile prædicta ratione tam feraces aminęi generis vineas constituemus,q̃ biturici,aut basilici.tantũ retulerit,vt in transferendis seminibus similem statum cœli,lociq;,& ipsius vitis habitũ obseruemus,quoniam plerũq; degenerat surculus,si aut situs agri,aut aeris qualitas repugnent, aut etiam si ex arbore in iugum defertur.Itaq; de frigidis in frigida,de calidis ĩ similia, de vineis in vineas transferemns: magis tamen ex frigido statu stirps aminęa potest calidum sustinere, q̃ ex calido frigidum,quoniam omne vitis genus tum maxime prędictũ naturaliter lętatur tepore potius q̃ frigore. Sed & qualitas soli plurimũ iuuat, vt ex macro aut mediocri transducatur in melius: nam qđ assuetũ est pingui,nullo modo maciem terræ patitur,nisi sæpius stercores. Atq; hæc de cura eligendi malleoli generatim præcepimus:nunc illud proprie specialiter, vt non solũ ex fœcundissima vite,sed etiam e vitis parte feracissima semina eligantur.

Ex qua vitis parte semina eligenda sunt. Cap. X.

Caput vitis. FERACISSIMA autẽ semina sunt,non vt veteres authores tradiderunt,extrema pars eius qđ caput vitis appellant,id est vltimum & productissimum flagellum: nam in eo quoq; fal Flagellũ. luntur agricolæ.Sed erroris est causa prima species,& numerus vuarum,qui plerũq; conspicitur in productissimo sarmento,quæ res nos decipere non debet: id enim accidit non palmitis ingenita fertilitate,sed loci opportunitate,quia reliquas trunci partes humor omnis & alimentum, qđ a solo ministratur,transcurrit,dum ad vltimũ perueniat.naturali enim spiritu omne alimen Siphones. Diabetes. tum virentis ,quasi quædam anima per medullam trunci veluti per siphonem,quẽ diabeten vocant mechanici,trahitur in summũ.Quo cum peruenerit,ibi consistit,atq; consumitur. Vnde etiã materię vehementissimę reperiuntur aut in capite vitis,aut in crure vicino radicibus: sed & eæ †steriles. †stirpes,quę e duro citantur,duplici ex causa probatę sunt,q a fœtu vacant,q q ex proximo terrę integro atq; illibato succo aluntur:& illę fertiles ac firmæ,quia e tenero prorepunt, & quicqd (vt supra dixi) ad eas alimenti peruenit,indiuiduũ est.Mediæ sunt macerrimæ,quia transcurrit hinc parte aliqua interceptus,illinc a se tractus humor. Non debet igitur vltimũ flagellũ quasi fœcundũ obseruari,etiã si plurimũ afferat,siquidẽ loci vbertate in fructũ cogitur:sed id sarmẽtũ .s.sterilis est. qđ media vite situ,non importuna quidẽ parte deficit,ac numeroso fœtu benignitatem suã ostẽdit.Hic surculus translatus rarius degenerat,cũ ex deteriore statu meliorẽ sortitur: siue enim pastinato deponitur,siue trunco inseritur,largioribus satiatur alimẽtis,q̃ prius,cum esset in egeno. †humeros Itaq; custodiemus,vt a prędictis locis,quos †humerosos rustici vocant,semina legamus,tñ quæ attulisse fructũ antea animaduertimus:nã si fœtu vacua sint,q̃uis laudabilẽ partẽ vitis nihil cẽsemus ad feracitatẽ cõferre malleolo.quare vitiosissima est eoꝝ agricolarũ opinio,qui minimũ referre credũt,quot vuas sarmentum habuerit,dũ ex vite fertili legatur, & nõ ex duro trunco enatũ, Pãpinariũ qđ pampinariũ vocãt.Hęc autẽ opinio,quę orta est ex inscitia seminũ eligendorũ, primũ parum fœcundas vineas,deinde etiã nimis steriles reddit. quis enim omnino iam per tã longã seriem annorum agricolæ malleolũ legenti pręcepit ea quę paulo ante retulimus? Immo quis non imprudentissimũ quẽq;,& eũ,qui nihil aliud operis facere valeat,huic negocio delegat? Itaq; ex hac cõsuetudine veniũt imprudentissimi ad rem maxime necessariã,deinde etiã infirmissimi:nam & inutilissimus quisq;,vt dixi,q nullũ aliũ laborẽ ferre queat,huic officio applicatur.Is porro etiã si

quā scientiā eligēdi malleoli habet, eā propter infirmitatē dissimulat, aut †seponit: & vt numerū, quē villicus īperauit, explere possit, nihil curiose nihil religiose administrat: vnūq; est ei ꝓpositū peragere operis sui pensum, cū tamē & vt sciat, & qđ scit exequatur, hoc solū pceptū a magistris accepit, ne pampinariam virgā deplantet, cętera omnia vt seminibus cōtribuat. Nos autē primū rationē secuti, nūc etiam longi tēporis experimentū, non aliud semen eligimus, nec frugiferū esse ducimus, nisi qđ in parte genitali fructū attulerit. nam illud quidē, qđ loco sterili lętum, robustūq; sine fœtu processit, fallacem fœcūditatis imaginē pręfert, nec vllam generādi vim possidet. Id procul dubio verū esse ratio nos admonet, si modo vt in corporibus nostris propria sunt officia cuiusq; membri, sic & frugiferarū stirpiū partibus propria munia. Videmus hominibus inspiratam velut aurigā rectricēq; membrorū animā, sensusq; iniectos ad ea discernenda, quę tactu, naribus, auribusq;, & oculis indagantur, pedes ad gressum compositos, brachia ad cōplexum: ac ne per omnes vices ministeriorū vagetur insolenter oratio, nihil aures agere valent qđ est oculoꝝ, nihil oculi qđ aurium, nec generandi quidē data est facultas manibus aut plantis, sed qđ hominibus ignotū voluit esse genitor vniuersi ventre protexit, vt diuina praeditus ratione rerū aeternus opifex, quasi quibusdā secretis corporis in arcano atq; operto sacra illa spiritus elementa cū terrenis primordiis misceret, atq; hanc animantis machinae speciē effingeret. Hac lege pecudes, ac virgulta progenuit, hac vitiū genera figurauit, quibus eadē ipsa mater ac parens primū radices velut fundamēta quędā iecit, vt iis quasi pedibus insisteret. Truncū deinde superposuit velut quādā staturā corporis, & habitus: mox ramis diffudit quasi brachiis. Tū caules & pāpinos elicuit, velut palmas, eorūq; alios fructu donauit, alios frōde sola vestiuit ad ꝓtegendos tutādosq; partus. Ex his igit, vt supra diximus, si nō ipsa mēbra genitalia conceptu atq; foetu grauida, sed tāq̄ tegmina & vmbracula eorū, q̄ fructibus vidua sunt, legerimus, vmbrę scilicet nō vindemię laborabimus. Quid ergo est cur q̄uis non sit e duro pampinus, sed e tenero natus, si tamē orbus est, etiā in futurū quasi sterilis damnatur a nobis? Modo enim disputatio nostra colligebat vnicuiq; corporis parti propriū esse attributū officiū, qđ scilicet ei conuenit, vt malleolo quoq;, qui opportuno loco natus est, foecunditatis vis adsit, etiā si interim cesset a partu. Nec ego abnuerim ī hoc me institisse argumentari: sed & illud maxime profiteor, palmitem, q̄uis frugifera parte enatum, si fructū non attulerit, nec vim quidē fœcūditatis habere: nec hoc illi sententię repugnat. Nam & homines quosdā non posse generare, q̄uis omniū membrorum numero constante, manifestū est, ne sit incredibile, si genitali loco virga nata fructu careat, cariturā quoq; esse foetu. Itaq; vt ad cōsuetudinem agricolarū reuertar, eiusmodi surculos, qui nihil attulerint, spadones appellāt, qđ nō facerent, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus, quę & ipsa appellatio rationē mihi subiecit nō eligendi malleolos q̄uis probabili parte vitis enatos, si fructum non tulissent: q̄q̄ & hos sciam nō in totū sterilitate affectos. nam confiteor pampinarios quoq; cū e duro prorepserint, tēpore anni sequentis acquirere foecunditatē, & ideo in resecem submitti, vt progenerare possit. Verū eiusmodi partū cōperimus, non tā ipsius resecis, q̄ materni esse muneris: nam quia inhęret stirpi suę, quae est natura ferax, mistus adhuc parentis alimentis, & foecundi partus seminibus, ac velut altricis vberibus eductus, paulatim fructū ferre condiscit. At quę citra naturę quādā pubertatem, immatura atq; intempestiua planta direpta trunco, vel terrae, vel etiā stirpi recisę inseritur, quasi puerilis aetas, ne ad coitum quidē, nedū ad conceptū habilis vim generandi vel in totum perdit, vel certe minuit. Quare magnopere censeo in eligendis seminibus adhibere curam, vti fructuosa parte vitis palmites legamus eos, qui futurā foecunditatē iam toto fructu promittūt. Nec tamen contenti simus singulis vuis, maximeq; probemus eos, qui numerosissimis foetibus conspiciūtur. An non opinionē laudabimus ex ea matre sobolem propagantē, quę geminos enixa sit, & caprarium summittentē foetus earū pecudū, quę trigemino partu cōmendantur? videlicet quasi semp sit parentū foecunditati proles responsura, & nos sequamur in vitibus hāc ipsam rationē, tanto quidē magis, q; compertū habeamus naturali quadā malignitate desciscere interdum, q̄uis diligenter probata semina, idq; nobis poeta velut surdis veritatis indulget dicendo.

Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quęq; manu legeret, sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.

qđ non tantū de seminibus leguminū, sed in totā agricolationis rationē dictū esse intelligendū est. Si modo longi temporis obseruatione comperimus, qđ certe comperimus, cū malleolum, qui quatuor vuas tulerit, deputatū, & in terram depositum

† spernit
Religiose.
Corporis mēbra eorūq; officia
Anima auriga rectrixq; mēbrorum.
Stirpium mēbra.
Spadones surc.
Resex.

Degeneraturos, minimeq; responsuros fœcūditati.

a fœcunditate materna sic degenerare, vt interdū singulis, nonnūq̄ etiā binis vuis minus afferat. In quantū autē censemus defecturos eos qui binos, aut fere singulos fœtus in matre tulerint, cū etiam feracissimi translationē sępe reformident. Itaq; huius rationis demonstratorem magis esse me, q̄ inuentorē libenter profiteor, ne quis existimet fraudari maiores nostros laude merita: nā id ipsum censuisse eos nō dubiū est, q̄uis nullo alio sit scripto proditū, exceptis quę retulimus metris Vergilij. Et hic tamen vt de seminibus leguminū præcipiatur. Cur enim aut e duro natam virgā, aut etiā ex fœcundo malleolo, quē ipsi probassent, decisam sagittam repudiabant, si nihil interesse dicebant, ex quo loco semina legerentur? Nunc, quia vim fœcunditatis certis quasi mēbris inesse non dubitabant: iccirco pampinarium & sagittā velut inutiles ad deponendū, prudentissime damnauerūt. Qđ si ita est, nihil dubiū est multo magis ab his improbatū esse etiā illum

Sagitta. palmitē, qui frugifero loco natus, fructū nō attulisset. Nam si sagittam, id est superiorē partē malleoli, vituperandā censebāt, cū esset eadē pars surculi frugiferi, quanto magis vel ex optima vitis

Flagellū. parte natū flagellū, si est sterile, improbatū ab his ratio ipsa declarat? Nisi tamē (qđ est absurdū) crediderūt id translatū & abscissum a sua stirpe, destitutūq; materno alimento, frugiferum, qđ in ipsa matre nequā fuisset. Atq; hęc & forsitan pluribus dicta sunt, q̄ exigebat ratio veritatis: min⁹ tamen multis q̄ postulabat praue detorta, & inueterata opinio rusticorum.

Quę spectandę qualitates in eo solo, qđ vineæ destinaueris. Cap. XI.

NVNC ad reliquū ordinē propositę disputationis redeo. Sequitur hāc eligendi malleoli curam pastinationis officiū, si tamen ante de qualitate soli constiterit, nam eā quoq; plurimū & bonitati & largitati frugū conferre nihil dubiū est, ac prius q̄ ipsum pspiciamus, illud antiq̄ssimū cēsemus, rudem potius eligendū agrū, si sit facultas, q̄ vbi fuerit seges, aut arbustū: nam de vinetis, quę longo situ exoleuerunt, inter omnes authores constitit pessima esse si referere velim⁹: q; & inferius solum pluribus radicibus sit impeditū, ac velut irretitū, & adhuc non amiserit virus, & cariem illā vetustatis, quibus hebetata quasi aliquibus venenis humus torpeat. Quam ob causam syluestris ager præcipue est eligendus: qui etiā si frutetis, aut arboribus obsessus est, facile extricatur: q; suapte natura quęcūq; gignūtur, non penitus, nec in profundū radices agunt, sed

Ipurum. per summū terræ dispergunt atq; deducūt: quibus ferro recisis atq; extirpatis, † parum qđ supest inferioris soli rastris licet effodere, & in fermentū congerere atq; cōponere. Si tamē rudis terra nō sit, proximū est vacuū arboribus aruū, si nec hoc est, rarissimū arbustum, vel oliuetum qđ nō fue

Restibilis vinea. rit maritum, vineis destinatur. Vltima est, vt dixi, conditio restibilis vineæ: nam si necessitas facere cogit, prius quicquid est residuę vitis extirpari debet: deinde totū solum sicco fimo, aut, si id non sit, alterius generis q̄ recentissimo stercorari, atq; ita couerti, & diligentissime refossas omnes radices in summū regeri atq; comburi. Tunc rursus vel stercore vetusto, quia nō gignit hęrbas, vel de vepribus egesta humo pastinatum large contegi. At vbi pura noualia arboribus sunt libe

Surcularis terra. ra, cōsiderandū est anteq̄ pastinemus, surcularis nec ne sit terra, idq; facillime exploratur per stirpes, quę sua sponte proueniūt. Neq; enim est vllum tādiu viduū solum virgultis, vt non aliquos surculos progeneret tāq̄ pyros syluestres, & prunos, vel rubos certe. Nam hęc q̄uis genera spinarum sint, solent tamen fortia & lęta, & grauida fructu consurgere. Igitur si non retorrida & scabra, sed lęuia & nitida, & prolixa, fœcundaq; viderimus, eā intelligemus esse terrā surcularē. Sed hoc in totū ad illud qđ vineis pręcipue est idoneū, proprie considerandū, vt prius retuli, si faci

Pulla terra lis est humus & modice resoluta, quā diximus pullam vocitari: nec quia sola ea, sed quia sit habilis maxime vinetis. Quis enim vel mediocris agricola nesciat etiā durissimū tophum, vel carbūculum, simulatq; sunt confracti, & in summo regesti, tempestatibus, geluve, nec minus æstiuis putrescere caloribus, ac resolui, eosq; pulcherrime radices vitiū per æstatem refrigerare, succūq; re

Glarea & Calculus. Silex. tinere? quę res alendo surculo sunt accōmodatissimę. Simili quoq; de causa probari solutā glareā calculosumq; agrū, & mobilem lapidē, si tamen hæc pingui glebæ permista sunt: nam eadē ieiuna maxime culpantur. Est autē (vt mea fert opinio) vineis amicus etiā silex, cui superpositū est modicum terrenū, quia frigidus & tenax humoris per ortum caniculę nō patitur sitire radices. Higinius quidē secutus Tremellium pręcipue montiū ima quæ a verticibus defluentē humū recepe rūt, vel etiā valles quę fluminū alluuie & inundationibus concreuerint, aptas esse vineis asseue

Cretosa humus. Creta. Argilla. Sabulo. rat, me non dissentiente. Cretosa humus vtilis habetur viti, nam per se ipsa creta, qua vtūtur figuli, quāq; nōnulli argillam vocāt, inimicissima est, nec minus ieiunus sabulo, & quicqđ, vt ait Iulius Atticus, retorridū surculum facit. Id autē solum vel vliginosum est, vel salsum, vel amarū, & vel siticulosum, & peraridum. Nigrum tamen & rutilum sabulonem, qui sit humidę terræ per

mistus,probauerunt antiqui:nam carbunculosum agrũ,nisi stercore iuues,macras vineas efficere dixerunt.Grauis est rubrica,vt idem Atticus ait,& ad comprehendendum radicibus iniqua.Sed alit eadem vitem cum tenuit, verum est in opere difficilior, ꝙ neq; humentem fodere possis, ꝙ sit glutinosissima:nec nimiũ siccam,quia vltra modum prædura.

Carbũculosum solũ.
Rubrica terra.

Quę Iulius Græcinus tradiderit de terra vineali. Cap. XII.

SED Ne nunc per infinitas terreni species euagemur, non intempestiue commemorabimus Iulij Græcini conscriptam velut formulam,ad quam posita est limitatio terræ vinealis.Idem enim Græcinus sic ait,Esse aliquam terram calidam vel frigidam, humidam vel siccam, raram vel densam, leuem aut grauem,pinguem aut macram:sed neq; nimiũ calidum solum posse tolerare vitem,quia inurat: neq; prægelidum, quoniam velut stupentes & congelatas radices nimio frigore moueri non sinat:neq; humidum,quoniam cum se promunt vites, modico tepore euocant humorem terræ iusto maiorem,qui putrefacit deposita semina: rursus nimiam siccitatem destituere plantas dicit naturali alimento,aut in totum necare,aut scabras & retorridas facere:perdensam humũ cœlesteis aquas non sorbere,nec facile perflari,facillime perrumpi, & prębere rimas,quibus sol ad radices stirpium penetret: eademq; velut conclausa & coarctata semina comprimere atq; strangulare: raram supra modum velut per infundibulum transmittere imbres,& sole ac vento penitus siccari atq; exarescere.Grauem terram vix vlla cultura vincibilem, leuem vix vlla sustineri,pinguissimam & lætissimam luxuria,macram ac tenuem ieiunio laborare.Opus est,inquit,inter has tam diuersas inæqualitates magno temperamento, qđ in corporibus quoq; nostris desideratur:quorum bona valetudo,calidi & frigidi,humidi & aridi,densi & rari,certo & quasi examinato modo continetur.Nec tamen hoc temperamentum in terra, quæ vineis destinetur, pari momento libratum esse debere ait,sed in alteram partem propẽsius:vt calidior terra sit q̃ frigidior,siccior q̃ humidior,rarior q̃ densior,& siqua sunt his similia,ad quæ cõtemplationem suam dirigat, qui vineas instituet: quæ cuncta (sicut ego reor) magis prosunt, cum suffragatur etiam status cœli, cuius regionem,quam spectare debeant vineæ, vetus est dissensio: *Saserna* maxime probante solis ortum,mox deinde meridiem,tum occasum: Tremellio Scrofa præcipuam positionem meridianam censente: Vergilio de industria occasum sic repudiante.

Infundibulum.
Valetudo.
De positiõne vinearũ

Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem.

Democrito & Magone laudantibus cœli plagam septetrionalem,quia existiment ei subiectas feracissimas fieri vineas,quæ tamen bonitate vini superentur.Nobis in vniuersum pręcipere optimũ visum est,vt in locis frigidis meridiano vineta subiiciantur,tepidis orienti aduertantur,si tamen non infestabuntur austris, eurisq;, velut orę maritimę in Betica. *Sin* autem regiones prędictis ventis fuerint obnoxię,melius aquiloni vel fauonino cõmittentur: nam feruentibus prouinciis,vt Ægypto & Numidia,vni septentrioni rectius opponentur. quibus omnibus diligenter exploratis,tum demum pastinationem suscipiemus.

Quomodo terra pastinetur. Cap. XIII.

EIVS autem ratio cum Italici generis futuris agricolis,tum etiam prouincialibus tradenda est,quoniam in longinquis & remotis regionibus istud genus vertendi & subigẽdi agri minime vsurpatur,sed aut scrobibus aut sulcis vineæ plerũq; conserũtur. Scrobibus vineta sic ponũtur. Quibus vitem mos est scrobibus deponere,fere per tres longitudinis pedes, perq; duos in altitudinẽ cauato solo quantũ latitudo ferramẽti patitur,malleolos vtrinq; iusta latera fossarum consternũt,& aduersis scrobium frontibus curuatos erigunt,duabusq; gemmis supra terrã eminere passi reposita humo cętera coæquant,quę faciunt in eadem linea intermissis totidem pedũ scamnis,dũ peragãt ordinem. Tum deinde relicto spatio prout cuiq; mos est vineas colenti, vel aratro vel bidente persequentes ordinem insistunt.Et si fossore tantũ terra versetur, minimũ est quinq; pedũ interordinium,septem maximum: sin bubus & aratro,minimũ est septem pedum, satis amplum decem.Nonnulli tamen omnem vitem per denos pedes in quincuncem disponũt, vt more noualium terra transuersis aduersisq; sulcis proscindatur.Id genus vineti non conducit agricolæ,nisi vbi lętissimo solo vitis amplo incremento consurgit.At qui pastinationis impensam reformidant,sed aliqua tamen parte pastinationem imitari student,paribus alternis omissis spatiis,senum pedum latitudinis sulcos dirigunt,fodiuntq; & exaltant in tres pedes,ac per latera fossarũ vitem vel malleolũ disponũt.Auarius quidã dupondio & dodrante altum sulcum,latum pedum quinq; faciunt, deinde ter tanto amplius spatium crudum relinquũt,atq; ita sequentem

Scrobibus vineta quę ponenda.
Interordinium.
Quincunx.
Exaltant.
Dipondio & dodrãte alt.sulc.


sulcum infodiũt:qđ cũ per definitum vinetis locũ fecerint,in lateribus sulcorum viuiradices, vel decisos q̃ recentissimos palmites nouellos erigunt, consitis compluribus inter ordinaria semina malleolis,quos posteaq̃ conualuerint,crudo solo qđ emissum est,transuersis scrobibus propagẽt atq; ordinent vineam paribus interuallis. sed eæ,quas retulimus,vinearum sationes,pro natura & benignitate cuiusq; regionis aut vsurpandæ,aut repudiandę sunt nobis.Nũc pastinandi agri

De pastinatione.

propositũ est rationẽ tradere.Ac primũ ex omni siue arbustiuo,siue syluestri loco quẽ vineis destinauerimus,omnis frutex atq; arbor erui & summoueri debet,ne postea fossorem moretur,neue iam pastinatũ solũ iacentibus molibus imprimatur, & exportantiũ ramos atq; truncos ingressu proculcetur.Neq; enim parũ refert suspensissimũ esse pastinatum,& si fieri possit,vestigio quoq; inuiolatũ,vt mota æqualiter humus nouelli seminis radicibus quãcũq; in partem prorepserint, molliter cedat,ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero velut nutritio sinu recipiat, & cœlestes admittat imbres,eosq; alendis seminibus dispenset,ac suis omnibus partibus ad educãdam prolem nouã conspiret.Campestris locus alte duos pedes & semissem infodiendus est, accliuis regio treis.Præruptior vero collis vel in quatuor pedes vertendus, quoniam cũ a superiore parte in inferiorẽ detrahitur humus,vix iustũ pastinationi prębet regestũ,nisi multo editiorem ripam,q̃ in plano feceris.Rursus depressis vallibus minus alte duobus pedibus deponi vineã nõ placet.Nam pręstat non conserere,q̃ in summa terra suspendere.Nisi tamẽ si scaturigo palustris obuia (sicut in agro Rauẽnate) plus q̃ sesquipedem prohibeat infodere. Primũ autem prędicti operis exordiũ est,non vt huius tẽporis pleriq; faciũt agricolæ,sulcũ paulatim exaltare, & ita secũdo vel tertio gradu peruenire ad destinatam pastinationis altitudinem: sed protinus æqualiter linea posita rectis lateribus perpetuã fossam educere,& post tergũ motam humũ cõponere atq; in tantũ deprimere,donec altitudinis mensuram datã ceperit,tum per omne spatiũ gradus æqualiter mouenda linea est,obtinendũq; vt eadem latitudo in imo reddatur, quę cœpta est in summo:opus est autẽ perito ac vigilante exactore,qui ripam erigi iubeat,sulcũq; vacuari,ac totum spatiũ crudi soli cũ emota iam terra cõmitti,sicut pręcepi superiore libro,cũ arandi rationem traderẽ,monendo necubi scamna omittantur,& qđ est durũ summis glebis obtegatur. sed huic operi exigendo quasi quãdam machinã cõmenti maiores nostri,regulam fabricauerunt: in cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem,qua deprimi sulcum oportet,cõtingit sum-


Ciconia.

mam ripæ partem. Id genus mensuræ ciconiam vocant rustici.



Decussare.

Sed ea quoq; fraudem recipit,quoniam plurimum interest, vtrum eam pronam, an rectam ponas: nos itaq; huic machinæ quasdam partes adiecimus,quæ contendentium litem disputationemq; dirimerent:nam duas regulas eius latitudinis,qua pastinator sulcum facturus est in speciẽ græcæ literæ X decussauimus, atq; ita mediæ parti,qua regulę cõmittuntur,antiquã illam ciconiam infiximus vt tanq̃ suppositæ basi ad perpendiculum normata insisteret: deinde transuersæ quæ est in latere virgulæ fabrilem libellam supposuimus.



Organũ. Stella.

Libella.

Sic compositũ organũ, cũ in sulcũ demissum est, litem domini & conductoris sine iniuria deducit:nam stella, quã diximus græcæ literæ faciẽ obtinere,pariter imę fossæ solũ metitur atq; perlibrat, quia siue pronũ,seu resupinũ est,positione machinę deprehẽditur: quippe prædictę virgulæ superposita libella alterutrũ ostendit,nec patitur exactorem operis,decipi:sic permensum,& perlibratũ opus in similitudinẽ veruacti semp procedit,tãtũq; spatii linea promota occupatur,quantum effossus sulcus longitudinis ac latititudinis obtinet,atq; id genus præparandi soli probatissimũ est.

Quot modis vitis ponatur aut in prouinciis,aut in Italia. Cap.XIIII.

SEQVITVR opus vineæ cõserendę,quę vel vere,vel autumno tempestiue deponitur. Vere melius,si aut pluuius aut frigidus status cœli est,aut ager pinguis,aut campestris, & vliginosa planicies: rursus autumno si sicca,si calida est aeris qualitas,si exilis atq; aridus campus, si macer,pręruptusve collis,vernęq; positionis dies fere quadraginta sunt ab idibus Februariis vsq; in æquinoctium. rursus autumnalis ab idibus Octob.in Cal.Decembres. Sationis autẽ duo genera,malleoli,vel viuiradicis,qđ vtrũq; ab agricolis vsurpatur, & in prouinciis magis malleoli: neq; enim seminariis student,nec vsum habent faciendę viuiradicis.hanc sationẽ cultores Italię pleriq; iure improbauerũt,cũ plurimis dotibus pręstet viuiradix: nã minus interit, cũ & calorẽ

Sationis gña duo.

Seminariis vitiũ prouincias nõ vti.

& frigus,& cęteras tempestates propter firmitatem facilius sustineat,deinde adolescit maturius: ex quo euenit,vt celerius quoq; sit tempestiua edendis fructibus,tum etiam nihil dubium est sæpius translatū. potest tamen malleolus protinus in vicem viuiradicis conseri soluta & facili terra,cæterum densa & grauis vtiq; vitem desiderat.

Meliorem esse positionem pastinato solo,q̃ nouali. Cap.XV.

SERITVR ergo prius in emundata inoccataq; & æquata pastinatione,macro solo quinis pedibus inter ordines omissis,mediocri,senis,in pingui vero septenū pedum spatia danda sunt, quo largiora vacent interualla,per quę frequentes prolixæq; materię diffundantur.hæc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur.quippe linea per totidē pedes, quot destinaueris interordiniorum spatiis purpura,vel quolibet alio conspicuo colore insuitur, eaq; sic denotata per repastinatum intenditur,& iuxta purpuram calamus defigitur,atq; ita paribus spatiis ordines dirigūtur:qđ deinde cū est factū,fossor insequitur,scrobēq; alternis omissis per ordinem spatiis a calamo ad proximū calamū non minus altum q̃ duos pedes & semissem planis locis refodit,accliuibus in dipondium & dodrantem,pręcipitibus etiā in tres pedes.in hanc mensuram scrobibus depressis viuiradices ita deponūtur,vt a media scrobe singulæ & in diuersum sternantur,& contrariis frondibus fossarum ad calamos erigantur.Satoris autē officiū est primū q̃ recentissimā,& si fieri possit,eodē momento quo serere velit, de seminario transferre plantam diligenter exemptā & integrā:deinde eam velut veteranā vitem totā exputare, & ad vnā materiam firmissimā redigere,nodosq; & cicatrices alleuare:si quę etiā radices (qđ maxime cauendū est,ne fiat in eximendo) laborauerint,eas amputare,sic deinde curuatā deponere,ne duarū vitiū radices implicētur. id em̄ vitare facile est per imū solū iuxta diuersa latera fossarū dispositis paucis lapidibus,qui singuli nō excedant quinq;librale pondus. Hi videntur (vt Mago prodit) & aquas hyemis,& vapores æstatis propulsare radicibus,quem secutus Vergilius,tutari semina & muniri sic pręcipit,Aut lapidē bibulū,aut squallētes infode conchas.& paulo post. Iāq; reperti

Qui saxo super,atq; ingentis pondere testæ
Vrgerent. hoc effusos munimen ad imbres,
Hoc vbi hiulca siti findit canis æstifer arua.

Idemq; Pœnus author probat vinacea permista stercori depositis seminibus in scrobem vires mouere, q; illa prouocent,& eliciant nouas radiculas. hoc per hyemem frigentem & humidā scrobibus inferre calorem tempestiuū,ac per æstatem virentibus alimentum,& humorem prębere. Si vero solum,cui vitis cōmittitur,videtur exile,longius accersitam pinguem humū scrobibus inferre censet.qđ an expediat,regionis annona,operarumq; ratio nos docebit.

Quæ mensura pastinandi soli abunde sit vineis. Cap.XVI.

EXIGVE humidum pastinatū sationi cōuenit,melius tamen vel arido,q̃ lutoso semen cōmittitur:idq; cū supra summā scrobem cōpluribus internodiis productum est,qđ de cacumine superest,duabus gemmis tantū supra terrā relictis amputatur,& ingesta humo scrobis cōpletur.Coæquato deinceps pastinato malleolus ordinariis vitibus interserendus est,eiq; sat erit medio spatio,qđ vacat inter vites per imam lineam depangere.Sic enim melius & ipse conualescet,& ordinariis seminibus modice vacuū solum ad culturā prębebit iter:in eadē deinde linea in qua viuiradix obtinebit ordinē suū,præsidij causa quorū ex numero propagare possit in locū demortuæ vitis,quinq; malleoli pangendi sunt,per spatiū pedis,isq; pes a medio interordinio sumitur,vt ab vtraq; parte paribus interuallis distent:tali consitioni Iulius Atticus abunde putat esse malleolorū sexdecim millia.Nos tamen plus quatuor millibus conserimus, quia negligentia culterū magna pars deperit,& interim seminū cętera quę virent,rarescunt. Depangere

Quemadmodum,& quo tempore vitis serenda sit. Cap.XVII.

DE positione surculi non minima disputatio fuit inter authores: quidā totū flagellum sicut erat matri detractū crediderūt sationi cōuenire:idq; per gemmas quinas vel etiā senas partiti cōplures taleolas terræ mandauerūt.Qđ ego minime probo,magisq; assentior his authoribus qui negauerūt esse idoneam frugibus superiorē partem materię,solāq; eam,quæ est iuncta cū vetere sarmento,probauerunt.Cęterum omnem sagittam repudiauerūt.Sagittam rustici vocant nouissimam partem surculi,siue quia lōgius recessit a matre,& quasi emicuit atq; prosiluit: seu quia cacumine attenuata prædicti teli speciem gerit.Hanc ergo prudentissimi agricolę negauerūt conseri debere,nec tamen sententię suę rationē nobis prodiderūt,videlicet quę ipsis in re rustica multū callentibus prompta erat,& ante oculos pene exposita:omnis em̄ fœcundus pam- Flagellū. Taleola. Sagitta.

pinus intra quintã aut sextã gemmã fructu exuberat,reliqua parte q̃uis longissima vel cessat,vel perexiguos ostendit racemos,quã ob causam sterilitas cacuminis iure ab antiquis incusata est. Malleolus autẽ sic ab iisdẽ pangebatur,vt nouello sarmento pars aliqua veteris hęreret. sed hãc positionẽ damnauit vsus: nam quicquid ex vetere materia relictũ erat,depressum atq; obrutum celeriter humore putrescebat,proximasq; radices teneras, & vixdum prorũpentes vitio suo enecabat: qđ cum acciderat,superior pars seminis retorrescebat. Mox Iulius Atticus,& Cornelius Celsus ætatis nostræ celeberrimi authores patrẽ atq; filiũ Sasernam secuti,quicquid residui fuit ex vetere † palma per ipsam cõmissuram,qua nascitur materia noua,resecuerunt,atq; ita cũ suo capitulo sarmentum depresserunt.

†palmite

Quę obseruare debet,qui vitem ponit. Cap. XVIII.

Pastinum quid. Repastinatæ vites.

SED Iulius Atticus prætorto capite,& recuruato,ne pastinũ effugiat,prædictũ semen demersit. Pastinũ vocant agricolæ ferramentũ bifurcum,quo semina pangũtur. vnde etiã repastinatæ dictę fuere vineæ veteres,quæ refodiebantur. hæc enim propria appellatio restibilis vineti erat: nũc antiquitatis imprudens consuetudo quicquid emoti soli vineis pręparatur,repastinatũ vocat. sed redeamus ad propositũ. Vitiosa est (vt mea fert opinio) Iulij Attici satio,quę cõtortis capitibus malleolum recipit. eiusq; rei vitandę nõ vna ratio est. Primum,q; nulla stirps anteq̃ deponatur,vexata & infracta melius ꝓuenit, q̃ quę integra & inuiolata sine iniuria deposita est: deinde quicquid recuruũ & sursum versus spectans,demersum est,cũ tempestiuũ eximitur,in modum hami repugnat obluctanti fossori:& velut vncus infixus solo anteq̃ extrahatur, prærumpitur: nam fragilis est ea parte materia, qua torta & recuruata cũ deponeretur,ceperat vitiũ, propter qđ perfractã maiorẽ partẽ radicũ amittit. Sed vt incõmoda ista pręteream,certe illud qđ est inimicissimũ,dissimulare nequeo. nã paulo ante cũ de summa parte sarmenti disputarẽ, quã sagittã dixerã vocitari, colligebã † fore intra quintã vel sextã gemmã,quę sint proximę veteri sarmento fructus † medij. Hanc ergo fœcundã partẽ consumit,qui cõtorquet malleolum,quoniã & ea pars quę duplicatur,tres gemmas vel quatuor obtinet:& reliqui duo vel tres fructuarij oculi penitus in terrã deprimuntur,mersiq; nõ materias,sed radices creant. ita euenit, vt qđ in † salicto cõserẽdo vitaueramus,id sequamur in eiusmodi malleolo,quẽ necesse est facere longiorẽ, si volumus detortũ depangere: nec dubiũ,quin gemmæ cacumini proximę,quę sunt infœcũdę,in eo reliquantur,ex quibus pampini pullulant vel steriles,vel certe minus feraces, quos rustici vocant racemarios. Quid qđ plurimũ interest,vt malleolus, qui deponitur ea parte qua est a matre decisus,coalescat,& celeriter cicatricẽ ducat! nã si id factũ nõ est,velut per fistulã,ita per apertã vitis medullã nimius humor trahitur,ideoq; truncũ cauat. vnde formicis aliisq; animalib⁹,quę putrefaciũt crura vitiũ,latebrę prębẽtur. hoc autẽ euenit retortis seminibus,cũ enim per exemptionẽ imæ partes eorum perfractę sunt,apertę medullæ deponũtur,atq;,irrepentibus aquis prędictisq; animalibus,celeriter senescunt. Quare pangendi optima est ratio recti malleoli, cuius imum caput,cũ consertũ est bifurco pastini,angustis faucibus ferramẽti facile continetur ac deprimitur, idq; sarmentum sic depressum citius coalescit. Nam & radices e capite, qua recisum est, æque mittit: quæ cum excreuerunt,cicatricem obducũt,& alioquin plaga ipsa deorsum spectans non tantũ recipit humorem,quantũ illa quæ reflexa & resupina more infundibuli per medullam trãsmittit quicquid aquarum cœlestium superfluit.

†fere †edi

†sagitta.

Pampini Racemarii

Pãgẽdi rõ optima.

Q; longus debet esse malleolus. Cap. XIX.

LONGITVDO, quę debeat esse malleoli,parũ certa est,quoniã siue crebras gemmas habet breuior faciẽdus est,seu raras lõgior,attamẽ nec maior pede,nec dodrãte minor esse debet. hic ne p summa terrę sitiat æstatibus,ille ne depressus altius cũ adoleuerit,exemptionẽ difficilem prębeat. sed hęc in plano: nã in cliuosis,vbi terra decurrit, potest palmipedalis deponi. Vallis & vliginosi cãpi situ serimus etiã trigemmẽ,qui est paulo minor dodrante,longior vtiq; semipede, isq; nõ ab eo trigẽmis dictus est, q; oĩno triũ oculoꝝ est,cũ fere circa plagã, qua matri abscissus est,plenus sit gẽmarũ: sed q; his exceptis,q̃bus est freq̃ẽs in ipso capite,tres deinceps articulos, totidẽq; gemmas habet. Sup cętera illud quoq; siue malleolũ,siue viuiradicẽ serentẽ ꝑmoneo, ne semina exarescãt,immodicũ vẽtũ solẽq; vitare,q vterq; nõ incõmode arcetur obiectu vestis, aut cuiuslibet densi tegminis. Verũtamẽ pręstat eligere sationi silẽtis vel certe placidi spiritus diẽ: nã sol vmbraculis facile depellitur. Sed illud etiã,qđ nõdũ tradidimus, anteq̃ disputationi clausulã imponamus,dicẽdũ est,an pluriũ generũ vites habendę sint,eæq; separatę & distinctę specialiter, an confusę,& mistę cateruatim. prius differemus de eo qđ primũ proposuimus.

Palmipedalis, Trigẽmis vnde.

Silens spiritus.

Quot genera vitium ponenda sint. Cap. XX.

PRVDENTIS igitur agricolæ est, vitẽ, quã præcipue probauerit, nulla interueniẽte alterius notæ stirpe conserere, numerũq; q̃maximũ eius semper augere: sed prouidentis est, diuersa quoq; genera deponere: neq; enim vnq̃ sic mitis ac tẽperatus est annus, vt nullo incõmodo vexet aliquod vitis genus, siue enim siccus est id qđ humore proficit, cotristatur: seu pluuius, q siccitatibus gaudet: seu frigidus & pruinosus, q non est patiens vredinis: seu feruens, q vaporem nõ sustinet. At ne nũc mille tẽpestatũ iniurias persequar, semp est aliquid, qđ vineas offendat. Igitur si vnũ genus seuerimus, cum id acciderit, qđ ei noxium est, tota vindemia priuabimur: neq; enim vllum erit subsidium, cui diuersarum notarum stirpes non fuerint: at si varij generis vineta seuerimus, aliquid ex iis inuiolatum erit, qđ fructũ perferat. nec tamen ea causa nos debet compellere ad multas vitium varietates, sed qđ iudicauerimus eximiũ genus, id quantę multitudinis possumus, efficiamus. qđ deinde proximũ a primo, tum qđ est tertię notæ vel quartæ, qđq; eatenus velut lectarũ quoddam contenti simus tetartæo: satis est enim per quatuor, vel summũ quinq; genera vindemiæ fortunam †opperiri. De altero, qđ mox proposueram, nihil dubito, quin per species digerendę vites, deponendæq; sint in proprios hortos semitis ac decumanis distinguendæ, nec qđ ipse potueram a meis familiaribus obtinere, vt ante me quisq̃ eorum, qui q̃maxime id probauerit, effecerit. Est enim omniũ rusticorum operum difficillimũ, quia & summam diligentiam legendis desiderat seminibus, & nonnihil discernendis, in quo maxima plerũq; felicitate & prudentia opus est: sed interdum (qđ ait diuinus author Plato) rei nos pulchritudo trahit, vel ea consectandi, quæ propter infirmitatẽ commortalis naturæ consequi nequeamus. Istud tamen si ætas suppetat, & scientia, facultasq; cum volũtate congruant, nõ ęgerrime perficiemus, q̃uis nõ omnino minimo ætatis spatio perseuerandũ sit, vt magnus numerus per aliquot annos discernatur. neq; enim omne tempus permittit ei⁹ rei iudiciũ. nam vites quę propter similitudinem coloris, aut trũci, flagellorũve dignosci nequeunt, maturo fructu, foliisq; declarant: quã tamen diligentiã nisi per ipsum patremfamilias exhiberi posse non affirmauerim. nam credidisse villico, vel etiam vinitori secordis est, cũ qđ longe sit facilius, adhuc perpaucissimis agricolis contigerit, vt nigri vini stirpe careant, q̃uis color vuæ possit vel ab imprudentissimo deprehendi.

†experiri. Semitan⁹ & Decuman⁹ limes. Perpaucissimis.

Vtrum distinctis generibus vitium horti conferendi sint. Cap. XXI.

ILLA tamen vna mihi ratio suppetit, celerrime qđ proposuimus efficiendi, si sint veteranę vineæ, vt separatorũ surculorũ cuiusq; generis singulos hortos inseramus. sic paucis annis multa nos millia malleoloꝝ ex insitis percepturos, atq; ita discreta semina p regiones conssituros, nihil dubito. eius porro faciendæ rei nos vtilitas multis de causis compellere potest: & vt a leuioribus incipiam, primũ q ad omnem rationẽ vitę non solũ agricolationis, sed cuiusq; disciplinę, prudẽtem delectant impensius ea quę propriis generibus distinguntur, q̃ quę passim velut abiecta, & quodã aceruo confusa sunt. Deinde q vel alienissimus rusticę vitę, si in agrũ tempestiue consitũ veniat, summa cũ voluptate naturę benignitatẽ miretur, cũ istinc bituricæ fructibus opimę, hinc pares his hæluolæ respondent. illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ basilicæve cõueniãt, qbus alma tellus annua vice (velut æterno quodam puerperio) lęta, mortalibus distenta musto demittit vbera, inter quę fauente Libero fœtis palmitibus, vel generis albi, vel flauentis, ac rutili, vel purpureo nitore micãtis, vndiq; versicoloribus pomis grauidus collucet autumnus: sed hęc q̃uis plurimũ delectent, vtilitas tamen vincit voluptatem. Nam & paterfamilias libentius ad spectaculũ rei suæ quanto est ea luculentior descendit. & qđ de sacro numine poeta dicit:

Bituricæ.

Et quocunq; deus circum caput egit honestum.

Verum quocũq; domini præsentis oculi frequenter accessere, in ea parte maiorẽ in modum fructus exuberat. Sed omitto illud qđ in descriptis etiã vitibus cõtingere potest: illa, quæ sunt maxime spectanda, persequar. Diuersæ notæ stirpes nec pariter deflorescũt, nec ad maturitatem simul perueniũt. Quã ob causam qui separata generibus vineta non habet, patiatur alterum incõmodũ necesse est, vt aut serũ fructũ cũ pręcoque eleuet, quæ res mox acorẽ facit: aut si maturitatem serotini expectet, amittat vindemiã præcoquẽ, quæ plerũq; populationibus volucrũ, pluuiisq; aut ventis lacessita dilabitur. Si vero interiectibus capere cuiusq; generis fructũ aueat, primũ necesse est, vt vindemiatorũ aleam subeat, neq; enim singulis totidẽ antistites dare potest, qui obseruẽt, quiq; præcipiãt, ne acerbę vuæ cũ maturis demetantur. deinde etiã quarũ vitiũ maturitas cõpetit, cũ diuersę notę sint, melioris gustus ab deteriore corrũpitur, cõfususq; in vnũ multarũ sapor, vetustatis impatiens fit: atq; ideo necessitas cogit agricolam musti annonã expedire, cũ plurimũ

Oculi dñi. Fructus præcox acorẽ facit.

precio accedat,si venditio vel in annũ,vel in æstatẽ certe differri possit.Iam illa generũ separatio summã cõmoditatẽ habet, ꝙ vinitor suã cuiq; facilius putationẽ reddet, cũ scit cuius notę sit Cõseminex vineæ. hortus quẽ deputet:idq; in vineis nõ conseminets obseruari difficile est, quia maior pars putationis per id tempus administratur,quo vitis neq; foliũ notabile gerit,ac multũ interest pluresne an pauciores materias pro natura cuiusq; stirpis vinitor summittat , prolixisve flagellis incitet, an angusta putatione vitẽ coerceat.Quin etiã quã cœli partẽ spectet genus quodq; vineti pluri mũ refert:neq; enim omni calido statu,nec rursus frigido lętatur , sed est proprietas in surculis, vt alij meridiano axe cõualescãt,quia rigore vitiãtur:alij septentrionẽ desiderent,qui cõtristẽtur æstu,quidã tẽperamẽto lętẽtur orientis vel occidẽtis.Has differẽtias seruat pro situ & positione locorũ,qui genera per hortos separat. Illã quoq; non exiguã sequitur vtilitatẽ,ꝙ & laborẽ vindemiæ minorẽ patitur,& sumptũ.Nã & quę maturescere incipiũt,tempestiue legũtur:& quę nõdũ maturitatẽ ceperunt vuæ,sine dispendio differũtur.Nec pariter vetus atq; tempestiuus fructus præcipitat vindemiã,cogitq; pluteis operas quantocũq; precio conducere . Iam & illud magnæ dotis est posse gustũ cuiusq; generis nõ mistũ,sed vere merũ condere,ac separatim reponere,siue Spionicus, & diffusa. est ille bituricus,seu basilicus,seu spionicus,quæ genera cũ sic † diuisa sunt,quia nihil interuenit diuersæ naturę qđ repugnet, per potus tamen nobilitantur:neq; enim post annos quindecim,vel paulo plures deprehendi potest ignobilitas in gustu . quoniam fere omne vinũ post id tempus eam qualitatem sortitur,vt vetustate acquirat bonitatem . Quare,vt dicere instituimus,vtilissima est generum dispositio, quã si tamen obtinere nõ possis,secunda est ratio,vt diuersæ notę nõ alias conseras vites q̃ quæ saporem consimilem,fructũq; maturitatis eiusdem præbeant . Potes iam (si te cura pomorũ tangit) vltimis ordinibus in ea vineti fine, quę subiacet septẽtrionibus, ne cum increuerint,obumbrent,cacumina ficorum,pyrorũue,& malorum depangere,quę vel inseras interposito biennij spatio,vel,si generosa sint,adulta transferas.Hęc de positione vinearum. Superest pars antiquissima, vt præcipiamus etiam cultus earum , de quibus sequenti volumine pluribus disseremus.

LVCII IVNII MODERATI
COLVMELLÆ DE RE RVSTICA
LIBER. IIII.

¶Contra opinionẽ Attici & Celsi,non esse satis altos scrobes bipedaneos vineaticis seminibus. Caput.I.

CVM DE VINEIS Conserendis librum a me scriptum Publi Siluine compluribus agricolationis studiosis relegisses, quosdã repertos esse ais,qui cętera quidem nostra pręcepta laudassent,vnũ tamen atq; alterum reprehendissent, quippe seminibus vineaticis nimiũ me profundos cẽsuisse fieri scrobes adiecto dodrante super altitudinem bipedaneam,quã Celsus & Atticus prodiderant,singulasq; viuiradices singulis adminiculis parũ prudenter contribuisse, cum permiserint iidẽ illi authores minore sumptu gemmis diductis duo continua per ordinẽ vestire pedamenta,quę vtraq; ambiguã magis habent æstimationem, q̃ veram.Etenim (vt qđ prius proposui,prius refellam) si cõtenti bipedanea scrobe futuri sumus,quid ita censemus altius pastinare tam humili mensura vitem posituri? Dicet aliquis,vt sit inferior tenera subiacens terra,quæ non arceat, nec duritie sua repellat nouas irrepentes radiculas.Istud quidẽ contingere potest etiã si ager bipalio moueatur, & deprimantur semina in regesto,qđ est fermẽtatũ,plus dupondio semisse. nam semper in plano refusius egesta humus tumidior est q̃ gradus soli crudi:nec sane positio seminũ sibi altũ cubile substerni desiderat. Verũ abunde est semipedaneam consitis resolutam vitibus terrã subiicere , quę velut hospitali atq; etiã materno sinu recipiat incrementa virentium.Exemplum eius rei capiamus in arbusto,vbi cũ scrobes defodimus, admodũ exigui pulueris viuiradici subiicimus. Verior igitur causa est depressius pastinandi,quoniã iugata vineta melius consurgũt altioribus demissa scrobibus:nã bipedanei vix etiã prouincialibus agricolis approbari possunt,apud quos humili statu vitis plerũq; iuxta terrã coercetur.Cũq; iugo destinatur,altiore fundamẽto stabiliẽda sit,& si modo scandit excelsius,plus alimenti terręq; desiderat . Et ideo in maritandis arboribus nemo minorem bipedanea scrobem vitibus comparat. Cæterum illa parum prosunt agricolarum studio

præcipua commoda humilis positionis, φ & celeriter adolescant semina, quæ non fatigantur multo soli pressa pondere: fiantq; vberiora, quæ leuiter suspēsa sunt. Nam vtraq; ista Iulij Attici ratio conuincitur exemplo arbustiuæ positionis, quę scilicet multo validiorem fertilioreq; stirpē reddit: qđ non facerent, si non laborarent altius demersa semina. Quid φ repastinata humus, dū est recens soluta laxaq;, velut fermento quodam intumescit? cum deinde non longissimā cepit vetustatem, cōdensata subsidit, ac velut innatantes radices vitiū summo solo destituit? Hoc aūt minus accidit nostræ sationi, in qua maiore mensura vitis demittitur. Nam qđ in profundo semina frigore laborare dicūtur, nos quoq; non diffitemur. Sed non est dupondij, & dodrantis altitudo, quę istud efficere possit, cum pręsertim, qđ paulo ante retulimus, depressior arbustiuę vitis satio tamen effugiat prædictum incommodum.

Non oportere vnius viuiradicis duos palos vestire, sed singula semina singulis adminiculis esse contribuenda. Cap. II.

ALTERVM illud qđ minori impensa duos palos vnius seminis flagellis cēsent maritari, falsum est. Siue enim caput ipsum demortuū est, duo viduātur statumina, & mox viuiradices totidem substituendæ sunt, quę numero suo rationē cultoris onerant. Siue viuit, &, vt sępe venit, vel nigri est generis, vel parum fertilis, nō in vno, sed in pluribus pedamentis fructus claudicat: q̄q̄ etiam generosę stirpis vitem sic in duos palos diuisam rerum rusticarū prudētiores existimāt minus fertilem fore, quia cratem factura sit. Et iccirco veteres vineas mergis propagare potius q̄ totas sternere idem ipse Atticus præcipit, φ mergi mox facile radicantur, ita vt quęq; vitis suis radicibus tāq̄ propriis fundamentis innitatur. Hæc autem quæ toto prostrata corpore cum inferius solum quasi cancellauit, atq; irretiuit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis angitur, nec aliter q̄ si multis palmitibus grauata deficit. Quare per omnia prætulerim duobus potius seminibus depositis, q̄ vnico periclitari, nec id velut compēdium consectari, qđ in vtrāq; partem longe maius afferre possit dispendium. Sed iam prioris libri disputatio repetit a nobis promissum sequentis exordium.

Statumina vid.

Mergis purgare.

Nouam consitionem vineæ, nisi magna & assidua cultura adiuuetur, celeriter interire. Cap. III.

IN omni genere impensarum (sicut ait Græcinus) pleriq; noua opera fortius auspicantur q̄ tuentur perfecta. Nam quidā, vt inquit, ab inchoato domos extruūt, nec peræd̄ificatis cultum adhibent. Nōnulli strenue fabricant nauigia, nec consumata perinde instruūt armamentis, ministrisq; quosdā emacitas in armentis, quosdā exercet in cōparandis mancipiis, sed iisdem tuendis nulla cura tangit. Multi etiam beneficia, quę in amicos contulerūt, leuitate destruūt. Ac ne ista Siluine miremur, liberos suos nonnulli nuptiis votisq; quęsitos, auare nutriūt, nec disciplinis aut cæteris corporis excolunt instrumentis. Quid iis colligitur? scilicet plerūq; simili genere peccari etiā ab agricolis: q pulcherrime positas vineas anteq̄ pubescāt, variis ex causis destituūt. Alii sumptum annuū refugientes, & hūc primū reditū certissimū existimantes impēdere nihil, quasi plane fuerit necesse vineas facere, quas mox auaritia desererent. Nonnulli magna potius q̄ culta vineta possidere pulchrum esse ducūt. Cognoui iam plurimos, qui persuasum haberent, agrum bonis ac malis rationibus colendū. At ego, cū omne genus ruris, nisi diligenti cura, sciteq; exerceatur, fructuosum esse non posse iudicem, tum vel maxime vineas. Res enim est tenera, infirma, iniuriæ maxime impatiens, quæ plerūq; nimio labore & vbertate consumitur, peritq; si modum non adhibeas, fœcunditate sua. Cum tamen aliquatenus se confirmauit, & veluti iuuenile robur accepit, negligentiam sustinet. Nouella vero dū adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad vltimam redigitur maciem, & sic intabescit, vt nullis deinceps impensis recreari possit. Igitur summa cura ponenda sunt quasi fundamenta, & vt membra infantium a primo statim die consitionis formāda. qđ nisi fecerimus, omnis impensa incassum recidat, nec prætermissa cuiusq; rei tempestiuitas reuocari queat. Experto mihi crede Siluine bene positā vineā, boniq; generis, & bono cultore nūq̄ non cum magno fœnore gratiam reddidisse: idq; nō solum ratione, sed etiam exemplo nobis idē Græcinus declarat eo libro, quem de vineis scripsit, cum refert ex patre suo sępe se audire solitū Paridium quendam veterensem vicinū suū duas filias, & vineis consitum habuisse fundū, cuius partem tertiam nubenti maiori filiæ dedisse in dotem, ac nihilo minus æque magnos fructus ex duabus partibus eiusdem fundi percipere solitum. Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri: nec sic ex pristino reditu detraxisse. Quo quid coniicit? nisi melius scilicet postea cultam esse tertiam illam fundi partem, q̄ antea vniuersam.

Bonis ac malis rationibus.

Vinea res infirma iniurię īpatiēs.

Prosterni vitem in scrobem,& recuruatam vsq; ab imo solo rectam calamo applicari oportere. Cap.IIII.

ET nos igitur Publi Siluine magno animo vineas ponamus, ac maiore studio colamus: quarum consititionis sola illa cõmodissima ratio est,quã priore tradidimus exordio,vt facta in pastinato scrobe,tota vitis a media fere parte sulci prosternatur,& ad frontem eius ab imo vsq; recta materies erigatur,calamoq; applicetur, id enim præcipue obseruandũ est, ne similis sit alueo scrobs: sed vt expressis angulis velut ad perpendiculum frontes eius dirigantur.nam vitis supina,& velut recumbẽs in alueo deposita,posteaq̃ ablaqueatur,vulneribus obnoxia est.Nam dũ exaltare fortius orbem ablaqueationis fossor studet,obliquam vitem plerũq; sauciat,& nonnunq̃ præcidit.Meminerimus ergo vsq; ab imo scrobis solo rectum adminiculo sarmentũ applicare,& ita in summũ perducere.Tũ cętera,vt priore libro præcepimus,ac deinde duabus gemmis super extantibus terrã coæquare.Deinde malleolo inter ordines posito crebris fossionibus pastinatum resoluere,atq; in puluerẽ redigere.Sic enim malleoli & viuiradices,& reliqua semina, quæ deposuerimus,conualescent,si mollis ac tenera humus nullis hęrbis irrepentibus humorem stirpibus prębuerit,nec duritia soli nouellas adhuc plantas velut arcto vinculo compresserit.

Scrobs ne sit alueo similis.

A consitione omnibus mensibus fodiendum & curandum ne hęrbæ nascantur. Caput.V.

NVMERVS autem vertendi soli bidentibus (vt verum fatear) definiendus non est, cum quanto crebrior sit,plus prodesse fossionem conueniat. Sed quoniam impensarũ ratio modum postulat, satis plerisq; visum est ex Calendis Martiis vsq; in octobres, trigesimo quoq; die nouella vineta confodere,omnesq; hęrbas,& præcipue gramina extirpare, quę nisi manu eligũtur,& in summũ reiiciuntur,quantulacũq; parte adobruta sunt,reuiuiscunt,& vitium semina ita perurunt,vt scabra atq; retorrida efficiant.

Bidentes.

Gramina.

De pampinatione malleolis,& viuiradicibus facienda. Caput.VI.

EA porro siue malleolo,seu viuiradice deposuimus,optimũ est ab initio sic formare,vt frequenti pampinatione superuacua detrahantur,nec patiamur plusq̃ in vnam materiã vires & omne alimentum conferre,primo tamen bini pampini summittũtur,vt sit alter subsidio, si alter forte deciderit.Cum deinde paulum induruere virgæ,tum deteriores singulæ detrahuntur. Ac ne quæ relictæ sunt,procellis ventorũ decutiantur,molli & laxo vinculo,adsurgẽtes subsequi conueniet,dũ clauiculis suis quasi quibusdã manibus adminicula comprehẽdant.Hoc si operarũ penuria facere prohibet in malleolo,quẽ & ipsum pampinare censemus. at certe in ordinariis vitibus vtiq; obtinendum est,ne pluribus flagellis emacientur,nisi si propaginibus futuris prospiciemus.Sed vt singulis materiis seruiant,quarũ incrementa eligere debebimus,applicato lõgiore adminiculo,per qđ prorepant in tantũ,vt sequentis anni iugũ exuperent, & in fructum curuari possint.Ad quã mensurã cũ increuerint cacumina infringenda sunt,vt potius crassitudine cõualescant,q̃ superuacua longitudine attenuentur.Idẽ tamẽ sarmentũ, qđ in materiã submittimus, ab imo vsq; in tres pedes & semissem pampinabimus,& omnes eius intra id spatiũ nepotes enatos sępius decerpemus.Quicquid deinde supra germinauerit,intactũ relinqui oportebit.magis eñ cõueniet proximo autumno falce deputari superiorẽ partẽ,q̃ æstiuo tẽpore pampinari, quoniã ex eo loco vnde nepotem ademeris,confestim alterum fundit,quo enato,nullus relinquitur oculus in ipsa materia,qui sequenti anno cum fructu germinet.

Pãpinatio.

Nepotes.

Tempestiuam esse pampinationem,qua digito palmites deiiciũtur. Cap.VII.

OMNIS autẽ pampinationis ea est tẽpestiuitas,dũ adeo teneri palmites sunt, vt leui tactu digiti decutiãtur.Nã si vehementius induruerint, aut maiore nisu conuellendi sunt, aut falce deputãdi, qđ vtrũq; vitãdũ est:alterũ,quia lacerat matrẽ,si reuellere coneris:alterũ,quia sauciat,qđ in viridi,& adhuc stirpe immatura fieri noxiũ est.neq; eñ eatenus plaga cõsistit,qua vestigiũ fecit acies.sed æstiuis caloribus falce vulnus penitus impressum,latius inarescit, ita,vt non minimã partẽ de ipso matris corpore enecet.Atq; ideo si iã caulibus duris falcẽ adhibere necesse est,ij paululũ ab ipsa matre recidẽdi,& velut reseces relinquẽdi sunt,qui caloris excipiãt iniuriã,eatenus qua nascũtur a latere palmitis.Vltra eñ nõ serpit vaporis violentia. In malleolo similis ratio est pampinandi,& in longitudinẽ eliciendi materiã,si eo velimus adminiculo vti, qđ ego sępe feci:sed si propositũ est vtiq; recidere,vt † bino potius vtamur,cũ ad vnũ pampinũ iam redegeris,& ipse excesserit pedalem longitudinẽ,decacuminare cõueniet,vt in ceruicẽ potius cõfirmetur,& fit robustior.Atq; hæc positorum seminũ prima cultura est,

† bimo vno

Decacuminare.

Per autumnũ ablaqueandam esse vineam. Cap.VIII.

SEQVENS deinde tẽpus (vt prodidit Celsus,& Atticus,quos in re rustica maxime nostra ætas probauit) ampliorẽ curã deposcit: nã post Idus Octobris priusq̃ frigora inuadãt,vitis ablaqueanda est.qđ opus adopertas ostendit æstiuas radiculas,easq; prudens agricola ferro decidit.Nã si passus est conualescere,inferiores deficiũt, atq; euenit vt vinea summa parte terreni radices agat.quę & frigore infestentur,& caloribus maiorẽ in modũ æstuent,ac vehemẽter sitire matrẽ in ortu caniculæ cogant.Quare quicquid intra sesquipedem natũ est,cum ablaqueaueris recidendũ est.Sed huius non eadẽ ratio est,quę amputandi,quę traditur in superiori parte vitis. Nã minime adleuanda plaga est,minimeq; applicandũ ferramentũ ipsi matri, quoniã si iuxta trũcum radicem præcideris,aut ex cicatrice plures enascẽtur,aut hyemalis,quę ex pluuiis cõsistit, in lacusculis ablaqueatiõnis aqua brumæ congelationibus noua vulnera peruret, & ad medullã penetrabit.qđ ne fiat †recidere ab ipso codice instar vnius digiti spatio conueniet,atq; ita radiculas præcidere,quę sic ademptę non amplius pullulant,& a cętera noxa truncum defendunt. Hoc opere consumato,si est hyems in ea regione placida,patens vitis relinquenda est: sin violentior,id facere nos prohibet,ante Idus Decembris prędicti lacusculi æquandi sunt.Si vero etiã pręgelida frigora regionis eius suspecta erũt,aliquid fimi,vel,si est commodius,columbini stercoris, aut in hunc vsum pręparatę veteris vrinę senos sextarios,anteq̃ vitem adobruas,radicibus superfundes. Sed ablaqueare omnibus autumnis oportebit primo quinquennio,dũ vitis conualescat.vbi vero truncus adoleuerit,fere triennio intermittẽdus est eius operis labor. Nam & minus ferro crura vitium læduntur,nec tam celeriter radiculę inueterato iam codice enascuntur.

Ablaqueãda vi.

Lacusculi. †recedere

Quemadmodum ablaqueata vinea putetur. Cap.IX.

ABLAQVEATIONEM deinde sequiť talis putatio,vt ex pręcepto veterũ authorũ vitis ad vnã virgulam reuocetur,eaq; recidatur duabus gemmis iuxta terrã relictis. Quę putatio non debet secũdũ articulũ fieri,ne reformidet oculus,sed medio fere internodio ea plaga obliqua falce fit,ne si transuersa fuerit cicatrix,cœlestem superincidentẽ aquã contineat. Sed nec ad eã partẽ qua est gemma, verũ ad posteriorẽ declinatur, vt in terrã potius deuexa, q̃ in germen delachrymet,Nãq; defluens humor cęcat oculum,nec patitur frondescere.

Putatio.

Qđ sit optimum tempus putandi. Cap.X.

PVTANDI autem duo sunt tempora,melius autem (vt ait Mago) vernum anteq̃ surculus progerminet,quoniã humoris plenus facilem plagam & leuem & æqualem accipit, nec falci repugnat.Hunc autem secuti sunt Celsus & Atticus.Nobis neq; angusta putatione coercẽda semina videntur,nisi si admodum inualida sunt.neq; vtiq; verno recidenda. Sed primo quidẽ anno quo sunt posita,frequentibus fossionibus,omnibus mensibus dum frondent,ac pampinationibus adiuuanda sunt,vt robur accipiãt.Nec plus q̃ vni materiæ seruiãt,quã vt educauerint autumno,vel vere,si magis cõpetit,abradenda: & nepotibus,quos pampinator in superiore parte omiserat,liberanda censemus,atq; ita in iugum imponenda.Ea enim leuis & recta sine cicatrice vinea est,quæ se primi anni flagello supra iugum extulit. qđ tamen apud paucos agricolas, & raro contingit. Ideoq; prædicti authores primitias vitis resecare censuerunt. Sed nec vtiq; verno omnibus regionibus melior putatio est. nam vbi cœlum frigidum est,ea sine dubio eligẽda est.Vbi vero aprica loca sunt,mollesq; hyemes,optima,& maxime naturalis est autumnalis, quo tempore diuina quadam lege & æterna fructum cum fronde stirpes deponunt.

Verna putatio.

Autũnalis putatio.

Quomodo malleolus resecandus sit. Cap.XI.

HOC facere, siue viuiradicem siue malleolum conseueris,censeo : nam illam veterem opinionem damnauit vsus,non esse ferro tangendos anniculos malleolos, q; aciem reformident.qđ frustra Vergilius & Saserna,Stolonesq; & Catones timuerunt,qui non solum in eo errabant, q; primi anni capillamenta seminũ intacta patiebantur,sed & post bienniũ cũ viuiradix recidenda erat, omnẽ supficiẽ amputabant solo tenus iuxta ipm articulũ. vt e duro pullularet. nos autem magister artium docuit vsus primi anni malleolorum formare incrementa, nec pati vitem superuacuis frondibus luxuriantem syluescere:nec rursus in tantũ coercere,quantum antiqui præcipiebant,vt totam superficiem amputemus. nam id quidem maxime contrarium est. Primũ q; cũ ad terram decideris,semina (velut intolerabili affecta vulnere) pleraq; intereunt,& nõnulla etiã quę pertinaciter vixerũt,minus fœcũdas materias afferũt.siquidẽ e duro quę pullulant omniũ confessione,pampinaria sępissime fructu carẽt.Media igitur ratio sequẽda est,vt neq; solo tenus malleolũ recidamus, nec rursus in lõgiorẽ materiã prouocemus, sed annotato supio-

Error Verg.

Capillamẽta seminũ.

ris anni pollice supra ipsam commissuram veteris sarmẽti vnam vel duas gemmas relinquemus, ex quibus germinet.

Quemadmodum pedanda sit vinea, & de canterio. Cap. XII.

Pedare vineam. Ridica.

PVTATIONEM sequitur iam pedandę vineæ cura, verum hic annus nondum vehementem palum, aut ridicam desiderat. notatum est enim a me plerũq; teneram vineam melius adminiculo modico, q̃ vehementi palo adquiescere. Itaq; aut veteres (ne nouæ radicem agant) arundines binas singulis vitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus adnectuntur singulæ transuersæ perticæ in imam partem ordinis: qđ genus

Canterius.

iugi canterium vocant rustici. plurimũ id refert esse qđ paulum infra curuationem vitis prorepens pampinus statim apprehendat, & in transuersa potius se fundat, q̃ in edita, vẽtosq; facilius sustineat subnixus canterio. idq; iugum intra quartum pedem conueniet alleuari, dum se vinea

Pedatio.

corroboret in pedationem.

Quomodo vitis alliganda sit. Cap. XIII.

Alligatoris officium.

DEINDE sequitur alligator, cuius officiũ est, vt rectã vitem producat in iugum, quæ siue iuxta palum est posita, vt quibusdã placuit authorib[9], obseruare debebit, qui adnectit, ne in alliganda materia flexum pali (si forte curuus est) sequẽdũ putet, nam ea res vncã vitem facit, siue (vt Attico & nõnullis aliis agricolis visum est) inter vitem & palũ spatiũ relinquetur, qđ nec mihi displicet. Recta arundo adiũgenda stirpi est, & ita per crebra retinacula in iugũ perducẽda. Vinculi gen[9] quale sit, quo religãtur semina, plurimũ refert. nã dũ nouella vinea est, q̃ mollissimo nectenda est: quia si viminibus salicis aut vlmi ligaueris, increscens vitis, seipsam præcidit. optima est ergo genista, vel paludibus desectus iuncus, aut vlua. non pessime tamen in vmbra siccata faciunt in hunc vsum arundinum quoq; folia.

Malleolis iugũ imponendũ, & q̃ alte canterius alleuandus sit. Cap. XIIII.

Canterius.

SED & malleolorum similis cura agenda est, vt ad vnã, aut duas gemmas deputatis autũno vel vere prius q̃ germinent, iugẽtur. is, vt dixi canterius propius a terra, q̃ vitibus ordinariis

Capreoli.

submittendus est: neq; enim editior esse debet pedali altitudine, vt sit quo teneri adhuc pampini se capreolis illigent suis, ne ventis explantentur. insequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim soli terga conuertat. hanc planã fossuram maxime nos probamus: nã illa quã in Hispania hybernam appellant, cum terra vitibus detrahitur, & in media spatia interordiniorum confertur, superuacua nobis videtur, quia iam præcessit autumnalis ablaqueatio, quæ & nudauit summas, & ad inferiores peruenit radiculas, & hybernos trãsmisit imbres. Numerus autem fossionis, aut idem debet esse, qui primi anni, aut vna minus: nam vtiq; frequenter solum exercendũ est, dum id incremento suo vites inumbrent, nec patiantur hęrbam subcrescere. Pampinationis eadem debet esse ratio huius anni, atq; prioris: adhuc enim cõpescẽda quasi pueritia seminũ est, nec plus q̃ in vnũ flagellum est submittenda, tãto quidem magis, q; tenera eius ætas nõn sustinet & fœtu & materiis onerari.

Quemadmodum nouella vinea frequentanda est, & propagines faciendæ sunt. Caput. XV.

Pręsidiarii malleoli

SED cum annicula, mensiũq; sex ad vindemiam perducta est, sublato fructu protinus frequentanda est, & præsidiarij malleoli propagandi sunt, qui in hunc vsum fuerant depositi: vel si ne hi quidem sunt, ex ordinaria vite in alterum palum mergus est attrahendus: nam plurimum interest, adhuc noua consitione, pedamen omne vestiri. nec mox vineam, tum subseri, cum fructus

Mergus.

faciendus est. Mergi genus est, vbi supra terram iuxta suum adminiculum vitis curuatur, atq; ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantem palum. tum ex arcu vehemẽter citat materiã, quæ protinus applicata suo pedamẽto ad iugum euocatur. Sequente deinde anno ĩsecatur superior pars curuaturæ, vsq; ad medullam, ne totas vires matris propagatum flagellũ in se trahat, & vt paulatim condiscat suis radicibus ali: bima deinde præciditur ꝓxime palmã, quæ ex arcu summissa est. et id, quod a matre abscissum recens erit, cõfestim alte circunfoditur, & scrobiculo facto ad imum solum præciditur, adobruiturq;, vt & radices deorsum agat, nec ex propinquo negligẽter in summa terra resectum progerminet. tempus aũt non aliud magis idoneum est hũc mergũ amputandi, q̃ ab idibus Octob. in idus Nouemb. vt hybernis mensibus suas radices confirmet:

Gemmare palmites.

nam si vere id fecerimus, quo gemmare palmites incipiunt, matris alimentis subito destitutus languescit.

Quo tempore viuiradix transferanda sit. Cap. XVI.

EADEM ratio est in transferendo malleolo: nam in secundo autumno, si cœli & loci qualitas patitur, cōmodissime post Idus Octobris exemptus conseritur. sin autē aliqua terrę, vel aeris repugnat iniuria, tēpestiuitas eius in proximū ver differtur. neq; diutius in vineis relinquēdus est, ne soli vires absumat, & ordinaria semina infestet, quę quāto celerius liberata sunt cōsortio viuiradicū, tāto facilius cōualescūt. At in seminario licet trimā, atq; etiā quadrimā vitē resectā, vel anguste putatā custodire, quoniā nō cōsulitur vindemiæ. Cū mēsem trigesimū excesserit posita vinea, id est tertio autumno, vehemētioribus statuminibus statim impedanda est, idq; non vt libet, aut fortuito faciendū. nā siue prope truncū defigitur palus, pedali tamē spatio recedēdū est, ne aut premat, aut radicē vulneret, & vt fossor ab omni parte semina circūfodiat: isq; palus sic ponendus est, vt frigorū & aquilonū excipiat violentiā, vitemq; protegat, siue medio interordinio pangetur, vel defodiendus est, vel prius paxillo perforato solo, altius adigendus, quo facilius & iugū & fructū sustineat. Nā quāto propius truncus cū ridica statuitur, etiā leuiter defixa stabilior est, quoniā cōtingens vitē mutua vice sustinetur, & sustinet. Statuminibus deinde firmiora iuga sunt alliganda, eaq; vel saligneis perticis, vel cōpluribus quasi fasciculis arundinū connectūtur, vt rigorē habeāt, nec pandātur onere fructuū. nā binę iam materię singulis seminibus summittendæ erunt, nisi si tamen gracilitas vitis alicuius angustiorem putationē desiderabit, cuius vnus palmes, atq; idem paucorū oculorum erit relinquendus. Pandere.

Quo modo iugum faciendum sit. Cap. XVII.

PERTICÆ iugum firmius faciunt, minusq; operosum, arundines pluribus operis iugantur, Iugum. quoniam & pluribus locis nectuntur, eæq; inter se conuersis cacuminibus vinciendæ sunt, vt æqualis crassitudo totius iugi sit. nam si cacumina in vnū competunt, imbecillitas eius partis grauata pondere iam maturum fructum prosternit, & canibus ferisq; reddit obnoxium. At cum iugum in fascem pluribus arundinibus alterna cacuminū vice ordinatū est, fere quinquēnij prębet vsum. Neq; enim est alia ratio putationis, aut cęterę culturæ, q̄ quę primi biennij. nam & autumnalis ablaqueatio sedulo facienda, nec minus vacantibus palis propagines applicandæ. hoc enim opus nūq̄ intermittendū est, quin omnibus instauretur annis. Neq; enim ea, quę seruntur a nobis, immortalia esse possunt, attamen æternitati eorū sic consulimus, vt de mortuis seminibus alia substituamus: nec ad occidionem vniuersum genus perduci patimur compluriū annorum negligentia; quinetiā crebræ fossiones dandę, q̄uis possit vna detrahi culturę prioris anni: pampinationes quoq; sępe adhibendę: neq; enim satis est semel aut iterū tota æstate viti detrahere frōdem superuacuam. Præcipue autē decutienda sunt omnia, quę infra trunci caput egerminauerint. item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint, q̄uis largos fructus ostendant, detrahendi sunt eis singuli palmites, quo lętior, quę superest materia consurgat, & reliquū melius educet fructū. post quadragesimū & alterū mensem perfecta vindemia, sic instituēda est putatio, vt submissis pluribus flagellis vitis in stellam diuidatur. Sed putatoris officiū est pedali fere spatio circa iugū vitem cōpescere, vt e capite quicquid tenerum est, per brachia emissum prouocetur, & per iugū inflexum pręcipitetur ad eā mensurā, quæ terrā nō possit contingere. sed modus pro viribus trunci seruandus est, ne plures palmites submittātur, q̄ quibus vitis sufficere queat. Putatoris officium. fere autē prædicta ætas lęto solo trūcoq; tres materias, raro quatuor desiderat, quæ per totidem partes ab alligatore diuidi debent. nihil enim refert iugum in stellam decussari atq; diduci, nisi & palmites adiugentur, quā tamē formā nō omnes agricolæ probauerūt, nā multi simplici ordine fuere contenti. verū stabilior est vinea, & oneri sarmentorū & fructui ferendo, quæ ex vtraq; parte iugo deuincta pari libramento velut anchoris quibusdam distinetur. tum etiam per plura brachia materias diffundit, & facilius eas explicat vndiq; subnixa, q̄ quę in simplici canterio frequētibus palmitibus stipatur. Potest tamē, si vel parū late disposita vinea, vel parū fructuosa, cœlumq; nō turbidū, nec procellosum habeat, vno iugo cōtenta esse. nā vbi magna vis & incursus est pluuiarū, procellarumq;, vbi frequentibus aquis vitis labefactatur, vbi pręcipitibus cliuis velut pendens plurima præsidia desiderat, ibi quasi quadrato circūfirmanda est agmine. calidis vero & siccioribus locis in omnē partē iugū porrigendū est, vt prorepentes vndiq; pampini iūgantur, & condensari camerę more terrā sitientē obumbrent. cōtra frigidis & pruinosis regionibus simplices ordines instituendi: nam & sic facilius insolatur humus & fructus percoquitur, perflatūq; salubriorem habet. fossores quoq; liberius & aptius iactant bidentes, meliusq; perspicitur a custodibus fructus, & commodius legitur a vindemiatore. Insolare.

Quomodo in hortulos vineæ diuidendę sint. Cap. XVIII.

SED quando vineta placuerit ordinare, centenæ stirpes per singulos hortos semitis distinguantur, vel (vt quibusdã placet) in semiiugera omnis modus dirimatur, quę distinctio prę ter illud commodũ, ꝙ plus solis & venti vitibus prębet, tum etiã oculos & vestigia domini (res agro saluberrima) facilius admittit, certãq; æstimationem in exigendis operibus prębet. neq; enĩ falli possumus per paria interualla iugeribus diuisis. Quinetiã ipsa hortulorũ descriptio quãto est minoribus modulis consita, fatigationẽ veluti minuit, & simul eos qui opera moliuntur, ad festinandũ inuitat. nam fere vastitas instantis laboris animos debilitat. nonnihil etiam prodest vires & prouentũ cuiusq; partis vinearũ nosse, vt æstimemus quę magis aut minus colenda sit. Vindemiatoribus quoq; hæ semitę, & iugum pedamentaq; sarrientibus opportunam laxitatem præbent, per quam vel fructus vel statumina portentur.

De positione iugi, & quatenus a terra leuandum. Cap. XIX.

DE Positione iugi quatenus a terra leuandum sit, hoc dixisse abunde est, humillimam esse quatuor pedum, celsissimã septem: quæ tamen in nouellis seminibus vitanda est: neq; enim hęc prima constitutio vinearum esse debet, sed per annorum longã seriem ad hanc altitudinem vitis perducenda est. cęterũ quanto humidius est solum, & cœlum, humidioresq; venti, tanto est altius attollendũ iugum. nam lętitia vitiũ patitur se celsius euagari, fructusq; summotus a terra minus putrescit, & hoc vno modo perflatur ventis, qui nebulam & rorem pestiferum celeriter adsiccant, multũq; ad deflorescendũ, & ad bonitatẽ vini cõferunt. Rursus exilis terra & accliuis torrensq; æstu, vel quę vehementibus procellis obnoxia est, humilius iugũ poscit. at si cũcta cõpetunt voto, iusta est altitudo vineæ pedum quinq;, nec tamen dubiũ, quin vites tanto melioris saporis prębeant mustum, quanto in editiora iuga consurgunt.

De cura & modo alligandarum vitium. Cap. XX.

PEDATAM vineam iugatãq; sequitur alligatoris cura, cui antiquissimũ esse debet, vt supra dixi, rectã conseruare stirpẽ, nec flexũ ridicę persequi, ne prauitas statuminũ ad similitudinem sui vitẽ configuret: id non solũ ad speciẽ plurimũ refert, sed ad vbertatẽ, & ad firmitatẽ, perpetuitatẽq;: nã rectus truncus similẽ sui medullã gerit, per quã velut quodã itinere sine flexu atq; impedimento facilius terræ matris alimenta meant, & ad summũ perueniũt: at quæ curuæ sunt & distortæ, nõ æqualiter alligantur, inhibentibus nodis, & ipso flexu incursum terreni humoris veluti salubris, retardante: quare cũ summũ palũ recta vitis extenta est, capistro cõstringitur, ne fœtu grauata subsidat, curueturq;: tũ ex eo loco qđ ꝓximũ iugo ligatũ est, brachia disponũtur in diuersas partes, palmæq; superpositæ deorsum versus curuantur a vinculo, itaq; id quod iugo dependet, fructu impletur: rursusq; curuatura iuxta vinculũ materiã exprimit. Quidã eã partẽ quã nos præcipitamus, supra iugũ porrigũt, & crebris viminibus innexis cõtinẽt: quos ego minime probandos puto: nã dependentibus palmitibus, neq; pluuię, neq; pruinæ, grãdinesue tantũ nocent, quantũ religatis, & quasi tẽpestatibus oppositis: iidẽ tamẽ palmites priusq̃ fructus mitescant, variantibus adhuc & acerbis vuis, religari debent, quo minus roribus queant putrescere, aut ventis ferisq; deuastentur. Iuxta decumanũ atq; semitas palmites intrinsecus flectendi sunt, ne prætereuntiũ incursu lædantur: & hac quidẽ ratione tẽpestiua vitis ad iugũ perducitur: nam quæ vel infirma, vel breuis est, ad duas gemmas recidenda est, quo vehementiorem fundat materiam, quæ protinus emicet in iugum.

Emicare.

Nouella vinea quomodo putanda sit. Cap. XXI.

QVINQVENNIS vineæ nõ alia est putatio q̃ vt figuretur queadmodũ supra instituimus, neue superuagetur. Sed vt caput trunci pedali fere spatio sit inferius iugo, quaternisq; brachiis, quę duramenta quidã vocant, diuidatur in totidẽ partes. hęc brachia sat erit interim singulis palmitibus in fructũ summitti, donec vineæ iusti sint roboris, cũ aliquot deinde annis, quasi iuuenilem ætatẽ ceperint, quot palmites relinqui debeant, incertũ est: nã loci lætitia plures, exilitas pauciores desiderat. siquidẽ luxuriosa vitis, nisi fructu cõpescitur, male deflorescit, & in materiã frondẽq; effunditur: infirma rursus, cũ onerata est, affligitur. Itaq; pingui terra singulis brachiis licebit bina iungere flagella, nec tamen numerosius onerare, q̃ vt vna vitis octo seruiat palmitibus, nisi si admodũ nimia vbertas plures postulabit. illa enim pergulæ magis q̃ vineæ figurã obtinet, quæ supra hunc modũ materiis distenditur. nec debemus cõmittere, vt brachia pleniora trunco sint: verũ assidue, cũ e lateribus eorũ flagella licuerit summittere, amputãda erũt superiora duramenta, ne iugũ excedant. sed nouellis palmis semper vitis renouetur, quę si satis excreuerint, iugo superponantur: sin aliqua earũ vel perfracta, vel parũ procera fuerit, lo-

Duramẽta & Brachia

Luxuriosa vitis.

Pergula & Vinea.

eumq; idoneũ obtinebit, vnde vitis anno sequẽti renouari debeat, in pollicẽ tondetur, quẽ quidã custodẽ, alii resecẽ, nõnulli pręsidiariũ appellant, id est sarmentũ gemmarũ duarũ vel triũ, ex quo cũ processere fructiferę materiæ, quicquid est supra vetusti brachii, amputatur, & ita ex nouello palmite vitis † pullulascit. atq; hęc ratio bene institutarum vinearũ in ppetuũ custodiẽda erit. Custos & Resex & Pręsidiari* † pullescit

Quemadmodũ veteranę vineę restituantur. Cap.XXII.

SI vero aliter formatas acceperimus vineas, & multorũ annorũ negligẽtia superuenerint iugũ, considerandũ erit, cuius lõgitudinis sint duramina, quę excedũt prędictã mensurã: nã si duoꝝ pedũ, aut paulo amplius fuerint, poterit adhuc vniuersa vinea sub iugũ mitti. Si autem palus trũco est applicitus, is a vite summouetur, & in medio spatio duorũ duraminũ ad lineã pangit, trãsuersa deinde vitis ad statumẽ perducitur, atq; ita iugo subiicitur. at si duramenta eius longius excesserint, aut in quartũ, vel etiã in quintũ statumẽ prepserint, maiore sumptu restituentur: mergis his nãq;, qđ nobis maxime placet, propagata celerrime puenit. hoc tamen, si vetus & exesa est superficies trunci, maiorem: at si robusta & integra, minorẽ operã desiderat. quippe hyberno tẽpore ablaqueata fimo satiatur, angusteq; deputat, & inter quartũ ac tertiũ pedẽ a terra viridissima parte corticis, acuto mucrone ferramẽti vulneratur. frequẽtibus deinde fossuris terra permiscetur, vt incitari vitis possit, & ab ea maxime parte, quę vulnerata est pampinũ fundere: plerũq; aũt germẽ de cicatrice procedit, qđ siue lõgius prosiluerit in flagellũ summittitur, siue breuius, in pollicem, siue admodũ exiguũ, in furunculum. is ex quolibet vel minimo capillamẽto fieri potest: nam vbi vnius aut alterius folii pampinus prorepsit e duro, dũmodo ad maturitatẽ perueniat, sequẽte vere si non abnodatus, neq; abrasus est, vehementẽ fundit materiã: quę cũ cõualuit, & quasi brachiũ fecit, licet tũc superuagatã partẽ duramẽti recidere, & ita reliquã iugo subiicere. Multi sequentes compendiũ temporis, tales vineas supra quartum pedem detruncant, nihil reformidãtes eiusmodi resectionẽ: quoniã fere plurimarũ stirpium natura sic se cõmodat, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulescant. Sed hęc quidẽ ratio minime nobis placet, siquidem vastior plaga nisi habeat superpositã valentẽ materiam, qua possit inolescere, solis halitu torretur: mox deinde rorib⁹ putrescit, & imbribus. Attamen cum est vtiq; vinea recidenda, prius ablaqueare, deinde paulũ infra terrã conuenit amputare, vt superiecta humus vim solis arceat, & e radicibus nouellos prorũpẽtes caules trãsmittat, qui possint vel sua maritare statumina, vel, siqua sunt vidua, in propinquo ppaginibus vestire. Hęc autem ita fieri debebunt, si vineę altius positę, nec in summo labanteis radices habebunt, & si boni generis erunt: nãq; aliter incassum dependitur opera, quoniam degeneres etiã renouatę pristinũ seruabũt ingeniũ, atq; summa parte terræ vix adhęrebũt, & deficiẽt anteq̃ cõualescant. Altera ergo vinea fructuosis potius surculis inserenda erit, altera funditus extirpanda & referenda, si modo soli bonitas suadebit: at si cum eius vitio consenuit, nullo modo restituendam censemus. Loci porro vitia sunt, quæ fere ad internitionem vineta perducunt, macies, & sterilitas, terra salsa, vel amara, vligo, pręceps & prærupta positio, nimiũ opaca & soli auersa, valles arenosę, arenosus etiam tofus, & plus iusto ieiunus sabulo, nec minus terreno carens, ac nuda glarea, & siqua est proprietas similis, quę vitẽ nõ alit. Cęterum si vacat iis, & horum similibus incõmodis, potest ea ratione fieri restibilis vinea, quã priore libro pręcepimus. Illa rursus mali generis vineta, quæ q̃uis robusta sint, propter sterilitatem fructu carẽt, vt diximus, emendantur insitione facta, de qua suo loco differemus, cũ ad eã disputationem peruenerimus.

Duramina

Pollex.

Furũculus

Maritare statumina vidua.

Loci vitia. Tofus.

Quẽadmodum & quando eædem putentur. Cap.XXIII.

NVNC, quoniam parũ videmur de putatione vinearum locuti, maxime necessariam partem propositi operis diligentius persequemur. Placet ergo si mitis ac temperata permittit in ea regione quã colimus, cæli clementia, facta vindemia secundũ Idus Octobris auspicari putationẽ, cum tamen ęquinoctiales pluuiæ pręcesserint, & sarmenta iustam maturitatem ceperint: nam siccitas seriorẽ putationem facit. Sin autem cæli status frigidus & pruinosus hyemis violentiam denũciat, in Idus Febru. hanc curam differemus, atq; id licebit facere, si erit exiguus possessionis modus. Nam vbi ruris vastitas electionem nobis temporis negat, valentissimã quãq; partem vineti frigoribus, macerrimam vere vel autumno, quin etiam per brumam meridiano axi oppositas vites, aquiloni per ver & autumnum deputari conueniet. Nec dubium, quin sit horum virgultorum natura talis, vt quanto maturius detonsa sint, plus materiæ: quãto serius, plus fruct⁹ afferãt.

Quæ bonus vinitor in constituta iam vinea vitare, aut sequi debeat. Cap.XXIIII.

QVANDOCVNQVE igitur vinitor hoc opus obibit, tria pcipue custodiat. Primum, vt q̄maxime fructui consulat. deinde, vt in annū sequentē q̄ lætissimas iam hinc eligat materias. Tū etiam, vt q̄lōgissimā perennitatē stirpi acquirat: nam quicquid ex his omittitur, magnum affert domino dispendium. Vitis autem cum sit p quatuor diuisa parteis, totidem cæli regiones aspicit. Quæ declinationes cum contrarias inter se qualitates habeant, variam quoq; postulāt ordinationem pro conditione suę constitutionis a parte vitium. Igitur ea brachia, quę septētrionib⁹ obiecta sunt, paucissimas plagas accipere debent, & magis si putabuntur ingruentibus iam frigoribus, quibus cicatrices inuruntur. Itaq; vna tantūmodo materia iugo proxima, & vnus infra eā custos erit summittēdus, qui vitē mox in annū renouet. At e contrario per meridiem plures palmites submittantur, qui laborantem matrem feruoribus æstiuis opacent, nec patiantur ante maturitatem fructum † inarescere. Orientis, atq; occidentis haud sane magna est in putatione differentia, quoniam solem pari horarum numero sub vtroq; axe vitis accipit. Modus itaq; materiarū is erit, quem dictabit humi, atq; ipsius stirpis lętitia. Hæc in vniuersum, illa per parteis custodienda sunt. Nam vt ab vna vite, quasi a quibusdam fundamentis incipiam, semper circa crus dolabella dimouenda terra est. Et si soboles, quā rustici suffraginem vocant, radicibus adhęret, diligenter explantanda, ferroq; alleuanda est, vt hybernas aquas respuat. Nam pręstat ex vulnere sobolem recens pullescentem vellere, q̄ nodosam & scabram plagam relinquere. Hoc enim modo celeriter cicatricem ducit, illo cauatur, atq; putrescit. Percuratis deinde quasi pedibus crura ipsa, truncíq; circunspiciendi sunt, ne aut pampinarius palmes internatus, aut verucę similis furunculus relinquatur, nisi si iugo superiecta vitis, desiderabit ab inferiore parte reuocari. Si vero trunci pars secta solis afflatu peraruit, aut aquis, noxijsve animalibus, quæ per medullas irrepunt, cauata vitis est, dolabella conueniet expurgare, quicquid emortuū est: deinde falce eradi viuo tenus, vt a viridi codice ducat cicatricē. neq; est difficile, mox alleuatas plagas terra quā prius amurca madefeceris, linire: nam & teredinem, formicamq; prohibet. Solem etiam & pluuias arcet eiusmodi litura, pter quæ celerius coalescit, & fructum viridem conseruat. Cortex quoq; aridus, fissusq; per summa trūci dependens corpore tenus delibrandus est, ꝗ & melius vitis quasi sordibus liberata conualescit & minus vino fecis affert. Iam vero muscus, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, situq; & veterno macerat, ferro distringendus, & eradendus est. Atq; hęc in ima parte vitis. Nec minus ea, quæ in capite seruanda sint, deinceps præcipiantur. Plagæ, quas in duro vitis accipit, obliquæ rotundæq; fieri debent: nam citius conualescunt, & q̄diu cicatricem non obduxerint, commodius aquam fundunt. Transuersæ plus humoris & excipiunt & continent. Eam culpam maxime vinitor fugito. Sarmenta lata, vetera, male nata, contorta, deorsum spectātia recidito. Nouella, & fructuaria recta summittito. Brachia tenera, & viridia seruato. Arida & vetera falce amputato. Vngues custodum annotinos resecato. In quatuor ferme pedes supra terram vitem elatam totidem brachiis componito, quorum singula spectent decussati iugi partes: tum vel vnum flagellum, si macrior vitis erit: vel duo, si plenior, brachio cuiq; summittito, eaq; iugo superposita præcipitato. Sed meminisse oportebit, ne in eadem linea, vnoq; latere brachij esse duas materias, pluresve patiamur. Namq; id maxime vitem infestat, vbi non omnis pars brachii pari vice laborat, atq; ęqua portione succum proli suæ dispensat, sed ab vno latere exugitur. Quo fit, vt ea vena cuius omnis humor assumitur, velut icta fulgure arescat. Vocatur etiam focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prorepere, & iccirco eum prædicto vocabulo rustici appellant, ꝗ inter duo brachia, qua se diuidit vitis, enatus velut fauces obsidet, atq; vtriusq; duramenti alimenta præripit. Hunc ergo tanq̄ æmulum diligenter iidem amputant, & abnodant, priusq̄ corroboretur. Si tamen ita præualuit, vt alterutrum brachium afflixerit, id qđ imbecillius est, tollitur, & ipse focaneus summittitur. Reciso enim brachio, æqualiter vtriq; parti vires mater sumministrat. Igitur caput vitis †pendens infra iugum constituito, vnde se pandant quatuor (vt dixi) brachia in quibus quotannis vitis renouetur, & summissis nouis † palmitibus, quarum delectus scite faciendus est. Nam vbi magna materiarū facultas est, putator custodire debet, ne aut proximas duro, id est a trunco, & capite vitis relinquat, aut rursus extremas. Nam illæ minimum vindemiæ conferunt, cum exiguum fructum præbent, similes scilicet pampinariis, hæ vitem exhauriunt, quia nimio fœtu onerant, & vsq; in alterum, ac tertium palum, quod vitiosum esse diximus, se extendunt. Quare medio in brachio commodissime palmę summittentur, quæ nec spem vindemiæ destituant, nec emacient stirpem suam, nonnulli fructus auidius eliciunt extrema, & media flagella summittendo, nec minus proximū duro sarmentum in custodem resecando, quod faciendum,

Vites secūdū cœli regionē & plagā quō constituēdę.
Custos palmes.
†alii humo vrescere, al. humore egere.
Dolabella.
Soboles q̄ suffrago.
Pāpinari⁹ palmes.
Delibrare.
Muscus.
Quę i capite vitis seruāda.
Plagę vitis
Brachia.
Vngues annotinos.
Decussatū iugum.
Focaneus pal.
†pede infra
†palmis.

nisi permittētib⁹ soli & trūci viribus minime cēseo: nā ita se induūt vuis, vt nequeāt maturitatē capere, si benignitas terrę, atq; ipsius trūci lætitia nō adsit. Subsidiarius, idemq; custos in pollicem resecari nō debet, cū palmę, ex quibus proximi fructus sperāt, idoneo loco sitæ sunt. Nam vbi ligaueris eas, & in terrā spectantes deflexeris, infra vīculum materias exprimes. At si longius, q̄ ritus agricolarū p̄mittit, & a capite vitis emicuerit, & brachiis in aliena iugorum compluuia perrepserit, custodē validum, & q̄maximum iuxta truncum duorū articulorū vel trium relinquemus, ex quo quasi pollice, proximo anno citata materia formetur in brachiū, vt sic recisa vitis ac renouata intra iugū contineatur. Sed in summittēdo custode hęc maxime sunt obseruāda. Primū, ne resupina coelū, sed prona potius plaga terram spectet. sic enim in gelicidijs ipsa se p̄tegit, & ab sole obumbratur. deinde ne sagittæ, sed vngulis quidē similis fiat resectio. nam illa celerius & latius emoritur, hęc tardius & angustius reformidat. Quodq; etiam vsurpari vitiosissime animaduerto, maxime vitādum est. Nam dum seruiunt decori, quo sit breuior custos, & similis pollici, iuxta articulū sarmentum recidunt. Id autem plurimū officit, quoniam secundum plagam posita gēma, pruinis, & frigore, tū deinde æstu laborat. Optimū est igitur medio fere internodio subsidiarium tondere palmitem, deuexamq; resectionem facere post gemmā, ne vt iā ante diximus superlachrymet, & gemmantem cæcet oculum. Sed si resecis facultas non erit, circūspiciendus est furūculus, qui q̄uis angustissime præcisus in modum verucæ proximo vere materiam exigat, quā vel ī brachium, vel in fructuariū remittamus, si neq; is reperiatur, saucianda ferro est, atq; exulcerāda vitis in ea parte, qua pampinū studemus elicere. Iā vero ipsos palmites, quos vindemiæ pręparam⁹, clauiculis ac nepotibus liberādos magnopere censeo. Sed in ijs recidēdis alia conditio est, atq; alia ī ijs quę procedunt e trunco, nā quicquid est, quod e duro prominet, vehemētius applicata falce abnodatur atq; eraditur, quo celerius obducat cicatricem. Rursus quicquid e teneto processit, sicut nepos parcius detondetur, quoniam fere cōiunctam gerit ab latere gemmā, cui cōsulendum est, ne falce destringatur. pressius enim si abnodes applicato ferro, aut tota tollitur, aut cōuulnerat. propter quod palmes, quem mox in germinatione citauerit, imbecillis, ac minus fructuosus erit. tum etiam magis obnoxius vētis, scilicet quia infirmus de cicatrice prorepserit. Ipsius autē materiæ, quam summittemus, longitudini modū difficille est imponere. Plerīq; tamē in tantū prouocant, vt curuata, & præcipitata per iugū nequeat terram contingere. Nos subtilius dispiciēda illa cēsemus, primum vitis habitum: nā si robusta est, ampliores materias sustinet. deīde soli quoq; pinguitudinem, quę nisi adest, q̄uis validissimam vitem celeriter necabimus procerioribus emaciatā flagellis. Sed longi palmites non mēsura, verum gemmarum numero æstimantur. nam vbi maiora sunt spatia inter articulos, licet eousq; materiam producere, dum pene terrā contingat. nihilo minus enim paucis frondescet pampinis. At vbi spissa internodia frequentesq; oculi sunt, q̄uis breue sarmentū, multis palmitibus virescit, & numeroso foetu exuberat. Quare modus talis generis necessario maxime est adhibendus, ne procerioribus fructuarijs oneretur. Et vt consyderet vinitor proximi anni magna, necne fuerit vindemia. Nam post largos fructus parcēdum est vitibus, & ideo anguste putādum, post exiguos, imperādum. Super cætera illud etiam cēsemus, vt duris tenuissimisq; & acutissimis ferramētis totum istđ opus exequamur: obtusa enim, & hebes, & mollis falx putatorē moratur, eoq; minus operis efficit, & plus laboris affert vinitori. Nā siue curuatur acies, quod accidit molli: siue tardius penetrat, quod euenit in retuso & crasso ferramēto, maiore nisu est opus. Tū etiam plagæ asperæ atque inæquales, vites lacerant. Neq; enim vno, sed sæpius repetito ictu res transigitur. Quo plerūq; fit, vt quod præcidi debeat, perfringatur, & sic vitis laniata, scabrataq; putrescat humoribus, nec plagę cōsanentur. Quare magnopere monēdus putator est, vt prolixet aciem ferramēti, & quantum possit, nouaculæ similem reddat. Nec ignoret ī quaq; re qua parte falcis vtēdum sit. nam plurimos per hanc inscitiam vastare vineta comperi.


Custos quō submittēd⁹

Furūculus.

Scabrata

Figura falcis. Cap. XXV.

EST autem sic disposita vinitoriæ falcis figura, vt capulo pars proxima, quę rectam gerit aciem, culter ob similitudinē nominetur. Quę flectitur, sinus. Quę a flexu p̄currit, scalprū. Quę deinde adunca est, rostrum appellatur. Cui superposita semiformis lunæ species, securis dicit. Eiusq; velut apex pronus imminēs, mucro vocatur. Ha-



a Capulus d Scalprum
b Culter e Rostrum
c Sinus f Securis
g Mucro.

rum partium quæq; suis munerib⁹ fungitur, si modo vinitor gnarus est. Nam cum in aduersum Ridica. Pędamen. pressa manu desecare quid debet, cultro vtitur. cũ autem retrahere, sinu: cum adleuare, scalpro: cum ĩcauare, rostro: cũ ictu cædere, securi: cum in angusto aliquid expurgare, mucrone. Maior aũt pars operis in vineã ductim potiusq̃ cæsim facienda est. Nam ea plaga, quę sic efficitur, vno vestigio alleuatur. Prius enim putator applicat ferrũ, atq; ita quę destinauit pręcidit. Qui cæsim vitẽ pꝺtit, si frustratus est (qđ sępe euenit) pluribus ictib⁹ stirpem vulnerat. Tutior igitur, & vtilior putatio est, quę (vt retuli) ductu falcis non ictu conficitur.

De cura adminiculandę, iugandęq; vineæ. Cap. XXVI.

HIS peractis, sequitur (vt ante iam diximus) adminiculãdę, iugandęq; vineę cura, cui stabiliẽdę melior est ridica palo, neq; ea quęlibet. nam est precipua cuneis fissa olea, quercus, & suber, ac si qua sunt similia robora. Tertium obtinet locũ pedamen teres: idq; maxime ꝓbatur ex iunipero, & lauru, & cupressu. Recte etiam faciunt ad eã rem syluestres pinus, atq; etiam sambuci ꝓbabilis vsus: tamen in his hęc, eorũq; similia pedamenta post putationem retractãda sunt, partesq; eorum putres dedolandæ. atq; alia cõuertenda, quæ synceritatem habent, alia summouenda, quę vel cariosa, vel iusto breuiora sunt, eorũq; in vicẽ idonea reponenda, iacentia statuenda, declinata corrigenda. Iugo si non erit opus noua sartura, recentia vincula inserantur. Si restituendũ videbitur, anteq̃ vitis palo applicetur, perticis, vel arũdinibus cõnectatur, ac tũ demũ (sicut in nouella pcepimus) vitem iuxta caput, infraq; brachia colligemus cum ridica, idq; facere nõ oportebit omnibus annis eodem loco, ne vinculũ incidat, & truncũ strangulet. Brachia deinde sub stella quadri- Stella. partito locabimus, tenerosq; palmites super iugum ligabimus nihil repugnantes naturę, sed vt qsquis obsequetur, leuiter curuabitur, ne deflexu frangatur, neue iam tumentes gemmæ detergeãtur. Atq; vbi duę materiæ per vnã partem iugi mittẽtur, media pertica interueniat, directęq; palmæ per iugorum compluuia decurrant, & velut mersę cacuminibus in terram despiciãt. Id vt scite fiat, meminerit alligator, ne retorqueat sarmentũ, sed tantũ inflexum deuinciat, & vt omis materia, quę nihil potest pręcipitari, iugo superponatur, vt poti⁹ innixa perticę, q̃ e vinculo pendeat. Sepe enim notaui p imprudentiã rusticos subiicere iugo palmam, & ita colligare: vt solo vimine suppendeat. Quæ vinea cum accipit pampini & vuarum pondus, infringitur.

Quæ bonus vinitor in constituta iam vinea vitare, aut sequi debeat.

Caput. XXVII.

SIC deinde ordinata vineta festinabimus emũdare, sarmentisq; & calametis liberare. Quæ sicco Calameta. tamen solo legenda sunt, ne lutosa humus inculcata maiorẽ fossori laborem præbeat, qui protinus adhuc silentibus vineis inducendus est. Nã si palmis incipiẽtibus, pgẽmantibusq; fossorem immiseris, magnã partem vindemiæ decusseris. Igitur anteq̃ gemmẽt per diuortiũ veris atq; hyemis q̃ altissime fodiendę vineę sunt, quo lętius atq; hilarius pullulent. Eęq; vbi se frõdibus & vuis vestierint, teneris caulibus necdũ adultis modus adhibendus est. Idemq; vinitor, qui ante ferro, nũc manu decutiet, vmbrasq; compescet, ac superuacuos pampinos deturbabit. Nam id plurimũ refert, non inscite facere, siqdẽ vel magis pampinatio, q̃ putatio vitibus consulit. Nã illa q̃uis multũ iuuat, sauciat tamen, & resecat: hęc clementius sine vulnere medetur, & anni sequentis expeditiorem putationem facit. Tũ etiam vitem minus cicatricosam reddit, quoniã id ex quo viride & tenerũ decerptũ est, celeriter consanescit. Super hæc materiæ, quæ fructum habent, melius conualescũt, & vuæ cõmodius insolatæ percoquũtur. Quare prudentis est, ac maxime callentis vinitoris æstimare, ac dispicere, qbus locis in annũ debeat materias summittere, nec orbos tantũ detrahere palmites, verũetiam frugiferos, si supra modũ se numerus eorum ꝓfuderit, siquidem euenit, vt qdam oculi trigeminis palmis egerminent, quibus binos detrahere oportet, quo cõmodius singulos alumnos educent. Est enim sapientis rustici reputare, nũ maiore fructu vitis se induerit, q̃ vt perferre eum possit. Itaq; non solũ frondem supuacuam debet decerpere, qđ semper faciendum est, verum interdum partem aliquam foetus decutere, vt vbere suo grauatam vitem leuet. Idq; faciet variis de causis pampinator industrius, etiam si non erit maior fructus, q̃ vt maturescere que- Pãpinator at. Si autem continuis superioribus annis dapsili prouentu fatigata vitis fuerit, requiescere ac refici par erit, & sic futurę materię consulendum. Nam cacumina flagellorum confringere luxurię cõprimẽdæ causa, vel e dura parte, aut a trunco surgentes pampinos submouere oportebit, nisi ad renouandam vitem vnus atq; alter seruandus est. Tum e capite quicquid inter brachia viret explantare: atq; eos, qui per ipsa duramenta steriles, nequicq̃ matrem occupant, palmites detergere, cuiuslibet vel pueri est officium.

Quomodo pampinari,& quot fossuris vinea excoli debeat. Cap. XXVIII.

TEMPVS aũt pampinationis anteq̃ florem vitis ostẽdat,maxime est eligendũ,sed & postea licet eandẽ repetere.Mediũ igit̃ eorũ dierũ spatiũ,quo acini formantur vinearũ,nobis aditum negat,quippe florentẽ fructũ mouere nõ expedit,pubescentẽ vero,& quasi adolescentẽ cõuenit religare,folijsq; omnibus nudare,tũ & crebris fossionibus implere,nã fit vberior puluerationibus. Nec inficior plerosq; ante me rusticarũ magistros tribus fossuris cõtentos fuisse:ex quibus Græcinus,qui sic refert,potest videri satis esse constitutã vineã ter fodere.Celsus quoq;,& Attic⁹ cõsentiunt tres esse motus in vite,seu potius in omni surculo naturales:vnũ,quo germinet:alterum,quo floreat:tertiũ,quo maturescat.Hos ergo motus censent fossionibus concitari. Non enim natura,qđ vult satis efficit,nisi eam labore cum studio iuueris. atq; hæc colendarum vinearum cura est,quæ finitur vindemia. — Vitisq; si col liganda. — Pulueratio

De inserendis vitibus,& insitione tuenda. Cap. XXIX.

REDEO nunc ad eam partẽ disputationis,qua sum ꝓfessus vitiũ inserendarũ,tuendarũq; insitionũ pręcepta.Tẽpus inserendi Iulius Atticus tradidit ex Calendis Nouẽbribus in Calẽdas Iunias quoad posse custodiri surculũ † siue gemmã affirmat.Eoq; debem⁹ intelligere nullam partẽ anni excipi,si sit sarmentis alendis facultas.Id porro in aliis stirpiũ generibus,quæ firmioris & succosioris libri sunt,posse fieri sane cõcesserim.In vitibus nimis temere tot mensiũ rusticis insitionẽ ꝑmissam dissimulare nõ est fidei meę,non q; ignorẽ brumę tẽporibus aliquãdo insitã vitẽ comprehendere.Sed nõ qđ in vno vel altero experimẽto casu fiat,verũ quid certa ratione plerũq; proueniat,discentibus pręcipere debemus.Etenim si exiguo numero periclitãdũ sit,in quo maior cura temeritati medetur,possum aliquatenus cõniuere. Cum vero vastitas operis etiam diligentissimi agricolæ curam distendat,oẽm scrupulũ summouere debemus.Est eñ contrariũ qđ Atticus pręcipit.Nã idem ꝑ brumã negat recte putari vineã.Quæ res,q̃uis minus lædat vitẽ, merito tamẽ fieri prohibet̃,q; frigoribus oĩs surculus rigore torpet, nec ꝓpter gelicidia corticẽ mouet, vt cicatricẽ consanet.Atq; idẽ Atticus non ꝓhibet eodẽ ipso tẽpore inserere,qđ tũ, & totius obtrũcatione vitis,& cũ eiusdẽ resectionis fissura pręcipit fieri.Verior itaq; ratio est inserendi tepẽtibus iã diebus post hyemẽ,cũ & gẽmas,& corticẽ naturaliter mouent,nec frigus ingruit,qđ possit aut surculũ insitũ,aut fissurę plagã inurere.Permiserim tamen festinãtibus autumno vitẽ inserere,qa nõ dissimilis est eius aeris qualitas vernę:sed quocũq; quis tẽpore destinauerit inserere,nõ aliam sciat esse curã surculis explorandis,q̃ quæ tradita est priore libro,cũ de malleolis eligendis præcepimus,quos vbi generosos,& fœcundos,& q̃ maturissimos viti detraxerit,diem quoq; tepidũ,silentẽq; a vẽtis eligat.Tũ cõsideret surculũ teretẽ, solidiq; corporis, nec fungosę medullę crebris etiam gẽmis & breuibus internodiis.nam plurimũ interest nõ esse longũ sarmentũ,qđ inseratur:& rursus plures oculos,q̃bus egerminet,inesse.Itaq; si sunt lõga internodia,necesse est,ad vnã vel summã duas gẽmas recidere surculum,ne ꝓceriorẽ faciamus,q̃ vt tẽpestates, & vẽtos, & imbres immobilis pati possit.Inseritur aũt vitis vel rescissa,vel integra perforata terebra. Sed illa frequentior,& pene oĩbus agricolis cognita insitio.hæc rarior,& paucis vsurpata: de ea igitur pri⁹ differã,quę magis in cõsuetudine est.Reciditur vitis plerũq; supra terrã,nõnunq̃ tamen & infra, quo loco magis solida est,atq; enodis:cũ iuxta terrã insita est, surculus adobruitur cacumine tenus:at cũ editior est a terra,fissura diligenter subacto luto linitur,atq; superposito musco ligatur qđ & calores,& pluuias arceat:temperatur ita surculus,vt calamo nõ absimilis,coagmentet fissurã,sub qua nodus in vite desideraẽ,q quasi alliget eã fissurã,nec rimã patiatur vltra ꝓcedere.Is nodus etiã si quatuor digitis a resectione abfuerit,illigari tñ eũ prius,q̃ vitis findat̃, cõueniet, ne cũ scalpro factum fuerit iter surculo,plus iusto plaga hiet:calamus aũt nõ amplius tribus digitis debet alleuari:æqualiter ex ea parte,qua raditur,vt sit leuis, eaq; rasura ita deducitur,vt medullam cõtingat vno latere,atq; altero paulo vltra corticẽ distrĩgatur,figureturq; in speciem cunei,sic vt ab ima parte acutus surculus,latere altero sit tenuior,atq; altero plenior:perq; tenuiorẽ partẽ insertus eo latere arctetur quo est plenior,& vtrinq; contingat fissuram.nã nisi cortex cortici sic applicetur,vt nullo loco trãsluceat,nequit coalescere.Vinculi genus ad insitionẽ nõ vnũ est:alii viminibus obstringũt:nõnulli circũdant libro fissuram,plurimi ligant iunco,qđ est aptissimũ. nam vimẽ,cũ inaruit,penetrat,& insecat corticẽ,ꝓpter quod molliora vincula magis probamus, quæ cũ circũuenere truncũ, adactis arundineis cuneoli arctãtur.sed antiq̃ssimũ est,& añ hæc ablaqueari vitem,radicesq; summas,vel soboles amputari.& post hæc adobrui truncũ.isq; cũ cõphendit,aliã rursus exigit curam.nã sæpius pampinãdus est,cũ germinat, frequẽtiusq; detrahẽdæ sũt — † sine germine affir. — Per brumã nõ putãdũ. — Inserẽdi verior ratio. — Ablaq̃ari vitem.

soboless quę a lateribus,radicibusq; prorepsit: tum qđ ex insito profundit subligandũ, ne vento surculus motus labefactet,aut explantetur tener pampinus: qui cũ excreuit,nepotibus orbandus

Caluitium. est,nisi si propter penuriã & caluitiũ loci sumitur in ꝓpagines autumn⁹.deinde falcẽ maturis pal mitibus admouet,sed putationis insitis custodit ea ratio,vt vbi nulla desideratur propago, vn⁹ surculus euocetur in iugũ:alter ita recidatur,vt adęquetur plaga trunco,sic tamẽ ne quid radatur e duro.Pampinandũ non aliter est,q̃ in nouella viuiradice:putandum vero sic,vt vsq; in quartum annũ parcius imperetur,dũ plaga trunci ducat cicatricem. atq; hęc p fissuram insitarũ est ordinatio.In illa aũt,quę fit per terebrationẽ,primũ ex vicino fructuosissimã oportet considerare

Terebratio vitem,ex qua(velut traducem inhęrentẽ matri)palmitẽ attrahas,& per foramen transmittas.hęc

Traduces. enim tutior,& certior est insitio,quoniã & si ꝓximo vere non cõprehendit,sequente certe, cũ increuit,cõiungi cogitur.& mox a matre reciditur:atq; ita superficies insitę vitis vsq; ad receptum surculum obtrũcatur.Huius traducis si nõ est facultas, tum detractũ viti q̃ recentissimũ eligitur sarmentũ,& leuiter circũrasum,vt cortex tantũ detrahatur,aptatur foramini,atq; ita luto circũlinitur refecta vitis,vt totus truncus alieni generis viti seruiat.quod quidem non fit in traduce, qui a materno sustinetur vbere,dũ inolescat. Sed aliud est ferramentũ,quo priores vitem perfora

Terebra. bant:aliud,quod ipse vsu nunc magis aptũ comperi.nam antiqua terebra,quã solam veteres agri colæ nouerant,scobẽ faciebat,perurebatq; eã partem,quam perforauerat,deusta porro raro reui-

Scobis. rescebat,vel cum priore coalescebat:in eaq; nec insitus surculus cõprehendebat. tũ etiam scobis nunq̃ sic eximebatur,vt non inhæreret foramini.ea porro interuentu suo prohibebat corpus surculi corpori vitis applicari.nos terebrã,quam gallicam dicimus,ad hãc insitionem commenti lõge habiliorem,vtilioremq; comperimus:nã sic excauat truncũ,ne foramen inurat.quippe non sco-

Insitio vitiũ ꝑfecta. bem,sed ramẽta facit,quibus exemptis,plaga leuis relinquitur, quæ facilius omni parte sedẽtem surculum contingat,nulla interueniẽte lanugine,quã excitabat antiqua terebra. Igitur secũdum vernum æquinoctium perfectã vitium insitionem habeto,locisq; aridis & siccis nigrã vitẽ inserito,humidis albã.neq; est vlla propagãdi necessitas,si modo tam mediocris est crassitudo trunci, vt incremẽtum insiti plagã possit cõtegere, & nisi;tñ vacuus locus demortui capitis vitẽ reposcit:qđ cũ ita est,alter ex duobus surculis mergitur,alter eductus ad iugũ in fructũ summittitur. neq; inutile ex ea vite,quam merseris,enascentes in arcu propaginis pãpinos educare, quos possis mox,si ita cõpetet,vel propagare,vel ad fructũ relinquere.

De ratione pedaminũ,viminũ,& de salicto. Cap.XXX.

QVONIAM cõstituendis colendisq; vineis,quę videbantur vtiliter præcipi posse, disserui mus,pedaminũ,iugorumq; & viminũ prospiciendorum tradenda ratio est.hęc enim quasi quędam dotes vineis ante pręparantur, quibus si deficitur agricola, causam faciendi vineta non habet,cũ omnia,quę sunt necessaria,extra fundũ quęrenda sint:nec emptionis tãtũ(sicut ait Atticus)precium onerat vitis rationẽ,sed est etiam comparatio molestissima : conuehenda sunt eñ tempore iniquissimo hyberno.quare salices viminales,atq; arũdineta,vulgaresq; syluę, vel consulto consitę e castaneis prius facienda sunt. Viminaliũ(vt Atticus putat) singula iugera, sufficere possunt quinis & vigenis iugeribus ligandæ vineę. Arũdineti singula iugera,vigenis iugãdis.Ca

Salix. staneti iugerũ,totidẽ palandis,quot arũdineti iugandis.Salicẽ vel riguus ager,vel vliginosus optime,nec incommode tamen alit planus,& pinguis,atq; is debet conuerti bipalio:ita enim pręcipi-

† pastinare unt veteres in duos pedes & semissem †salicto destinatum solum.nec refert cuius generis vimen seras,dum sit lentissimũ,putant tamen tria esse genera pręcipuę salicis,græcę,gallicæ,sabinę,quã

Amerina. plurimi vocant amerinam.Græca flaui coloris est,gallica obsoleti purpurei, & tenuissimi viminis.Amerina salix gracilem virgam,& rutilam gerit.Atq; hæ vel cacuminibus, vel taleis deponũ

Perticę. tur. Perticę cacuminum modicæ plenitudinis,quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem nõ excedant,optime panguntur,eousq; dum ad solidum demittãtur.Taleę sesquipedales terreno im

Taleæ. Rigu⁹ loc⁹. Siccaneus mersæ pabulum obruunt. Riguus locus spatia laxiora desiderat,eaq; senum pedum per quincuncem recte faciunt.Siccaneus spissiora,sic ,vt sit facilis accessus colentibus ea, quinum pedum interordinia esse abunde est,vt tamen in ipsa linea consitionis alterna vacuis intermissis bipedaneis

Silẽt virgæ spatiis consistant semina.Satio est eorum priusq̃ germinent, dum silent virgæ,quas arboribus de

Salicta. trahi siccas conueniet : nam rosidas si recideris, parum prospere proueniunt. ideo pluuii dies in exputanda salice vitantur. Fodienda sunt primo triennio salicta crebrius, vt nouella vineta,cum deinde conualuerint, tribus fossuris contenta sunt,aliter culta celeriter deficiunt: nam

quis adhibeatur cura, plurimę salices intereunt, quarum in loco ex ꝓpinquo † mergis propagari debet, curuatis & defossis cacuminibus, quibus restituatur quicquid intercidit: anniculus deinde mergus decidatur a stirpe, vt suis radicibus tanquam vitis ali possit. †mergi ꝓpagari debent curuata & defossa cacumina.

De genista. Cap. XXXI.

PERARIDA loca, quę genus id virgultorum non recipiunt, genistam postulant, eius cum sit satis firmum tum etiam lentissimum est vinculum. Seritur autem semine, quod cum est natum, vel defertur bima viuiradix: vel relicta cum id tempus excessit, omnibus annis more segetis iuxta terram demeti potest: cętera vincula, qualia sunt ex rubo, maiorem operam, sed in egeno tamen necessaria exigunt. Perticalis fere salix eundem agrum quem viminalis, desiderat, melior tamen riguo prouenit atque ea taleis conseritur, & cum germinauit ad vnam perticam summittitur, crebroque foditur, atque exherbatur nec minus quam vinea pampinatur, vt in longitudinem ramorum potius, quam in latitudinem euocetur. sic culta quarto demum anno cæditur. nam quæ vinculis præparatur, potest annicula præcidi ad semissem supra duos pedes, vt e trunco fruticet, & in brachia velut humilis vinea disponatur, si tamen siccior fuerit ager, bima potius resecabitur. ꝑticalis salix, & viminalis. Exherbari.

De arundinetis. Cap. XXXII

ARVNDO minus alte pastinatur, melius tamen bipalio seritur. ea cum sit viuacissima, nec recuset vllum locum, prosperius resoluto quam denso, humido quam sicco, vallibus quam cliuis, fluminum ripis, & limitibus, ac vepretis commodius quam mediis agris deponitur. † Bulbus radicis seritur & talea calami, nec minus toto prosternitur corpore: bulbus tripedaneis interuacantibus spatiis obrutus anno celerius maturam perticam prębet: talea, & tota arundo serius prędicto tempore euenit: sed siue recisa in dupondium & semissem talea, siue totę arundines prostratæ deponantur, extent earum cacumina oportet. quæ si obruta sunt, totæ putrescunt. Sed cultus arundinetis primo triennio non alius est, quam cęteris. cum deinde consenuit, repastinandum est: ea est autem senectus, cum vel exaruit situ & inertia pluuium annorum, vel ita densatum est, vt gracilis, & cannæ similis arundo prodeat. Sed illud de integro refodi debet, hoc potest intercidi, & disrarari, quod opus rustici castrationem vocant, quę tamen refectio arundineti cęca est, quia non apparet in terra quid aut tollendum sit aut relinquendum: tolerabilius tamen arundo castratur antequam cęditur: quatenus calami velut indices demonstrant, quid eruendum sit. Tempus repastinandi, & conserendi est prius quam oculi arundinum egerminent: cęditur deinde post brumam, nam vsque in id tempus incrementum capit, ac tum compescitur, cum † obrigant hyberno frigore: fodiendum quoties & vineta, sed & macies eius, cinere, vel alio stercore iuuanda est, ꝓpter quod cæsum plerique incendunt arundinetum. Arūdo. †Bulbus seritur. Arūdineti cultus. Disrarari. Castratio. Arundo castratur. † obriguit.

De castaneis, & castanetis. Cap. XXXIII.

CASTANEA roboribus proxima est, & ideo stabilendis vineis habilis, eius enim in repastinato nux posita celeriter emicat, & post quinquennium cęsa more salicti recreatur, atque in palum formata fere vsque in alteram cęsionem perennat. Ea pullam terram & resolutam desiderat, sabulonem humidum, vel refractum tofum non respuit, opaco & septentrionali cliuo lætatur, spissum solum, & rubricosum reformidat: seritur ab Nouembri mense per totam hyemem sicca terra, & repastinata in altitudinem dupondij, & semissis: nuces in ordinem semipedalibus: ordines autem quinum pedum spatiis dirimuntur: in altitudinem dodrantis castanea depressis sulcis committitur, qui vbi nucibus sunt consiti, priusquam complanentur, breues arundines ab latere castanearum panguntur, vt per hos sationis indices cautius fodi, & runcari possint: simulatque semina † stillauerint & iam bima transferri queunt, interuelluntur, ac bini pedes arbusculis vacui relinquuntur, ne densitas plantas emaciet: spissius autem semen propter varios casus deponitur, nam interdum priusquam enascatur, aut siccitatibus nux inarescit, aut aquarum abundantia putrescit: interdum subterraneis animalibus sicuti muribus, & talpis infestatur: propter quæ sępe nouella castaneta caluescunt. atque vbi frequentanda sunt, melius ex vicino, si competit (mergi more) pertica declinata ꝓpagatur, quam exempta reseritur. hæc enim velut immota sua sede vehementer germinat: at quæ radicitus exempta, & deposita est, biennio reformidat. propter quod compertum est commodius nucibus, quam viuiradicibus eiusmodi syluas instituii. spatia huiusce sationis, quæ supra scripta sunt, capita castanearum recipiunt. M. M. DCCCLXXX. cuius summæ (sicut ait Atticus) ex facili iugera singula prębebunt statuminum duodena millia. etenim taleæ propius stirpem recisæ quadrifidas plerunque, ac deinde secundæ taleæ eiusdem arboris bifidas ridicas subministrant: quod genus fissilis adminiculi manet diutius, quam teres palus. Cultus eiusdem est fossionis, positionisque, qui vineæ, supputari debet bima, quin etiam trima. nam bis ferro repetenda est veris principio, vt incitetur eius proceritas: potest †stylauerit Castaneta caluescere. Quadrifidæ & bifidæ ridicę.

etiam quercus simili ratione seri,verum biẽnio tardius,q̃ castanea deciditur:propter qđ ratio postulat tempus potius lucrari,nisi si dumosi,glareosi ꝑ montes,atq; ea genera terrę:quę supra diximus,glandem magis q̃ castaneam postulabunt.Hæc de vineis Italicis vinearũq; instrumẽtis, quã tum reor,non inutiliter,& abunde disserui,mox agricolarum prouincialium vineaticos, nec minus nostratis,& gallici arbusti cultus traditurus.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLÆ DE RE RVSTICA LIBER. V.

Quemadmodum datas formas agrorum metiri debeas. Cap.I.

SVPERIORIBVS libris.quos ad te de constituendis, colẽdisq; vineis Siluine scripserã, nõnulla defuisse dixisti,quę agrestium operũ studiosi desiderarent:neq; inficior aliqua me pręteriisse, q̃uis inquirentẽ sedulo,quę nostri seculi cultores,quęq; veteres literarum monimentis prodiderunt.Sed cũ sim professus rusticę rei pręcepta,nisi fallor, nõ asseueraverã,quę vastitas eius scientię contineret,cuncta me dicturũ,sed plurima:nã illud in vnius hominis prudentiã cadere non poterat. neq; em̃ est vlla disciplina,aut ars,quę singulari consumata sit ingenio.quapropter vt in magna sylua boni venatoris est indaganter feras q̃plurimas capere,nec cuiq̃ culpę fuit nõ omnes cepisse: ita nobis satis abũdeq; est, tam diffusę materię quã suscepimus,maximã partẽ tradidisse:quippe cũ in ea velut omissa desiderentur,quę non sunt ꝓpria nostrę ꝓfessionis,vt proxime cũ de cõmetiendis agris rationem M.Trebellius noster a me requireret,vicinũ adeo atq; coniũctũ esse cẽsebat demonstranti quẽadmodũ agrũ pastinaremus.præcipere etiam pastinatum quemadmodum metiri debeamus.quod ego non agricolæ,sed mensoris officium esse dicebam,cũ præsertim ne architecti quidem,quibus necesse est mensurarum nosse rationem, dignentur consumatorũ ædificiorũ, quæ ipsi disposuerint,modũ comprehendere: sed aliud existiment professioni suę cõuenire,aliud eorũ,q iam extructa metiũtur,& imposito calculo perfecti operis rationẽ computant. Quo magis veniam tribuendã esse nostrę disciplinæ censeo,si eatenus ꝓgreditur,vt dicat.qua quidq; ratione faciendũ,nõ quãtũ id sit,qđ effecerit. Verũ quoniã familiariter a nobis tu quoq; Siluine pręcepta mensurarũ desideras,obsequar volũtati tuę,cũ eo,ne dubites id opus geometrarum magis esse q̃ rusticorũ:desq; veniam,si quid in eo fuerit erratũ,cuius scientiã mihi non vendico.Sed vt ad rem redeã,modus omnis areę pedali mẽsura comprehenditur,qui digitorũ est.xvi. Pes multiplicat⁹ in passus,& actus,& climata,& iugera,& stadia,centuriasq;,mox etiã in maiora spatia ꝓcedit. Passus habet pedes quinq;. Actus minimus(vt ait M.Varro)latitudinis pedes quatuor,longitudinis habet pedes.cxx. Clima quoquouersus pedũ est.lx. Actus quadratus vndiq; finitur pedibus cxx.hoc duplicatum facit iugerũ,& ab eo, q erat iunctũ,nomen iugeri vsurpauit:sed hunc actũ ꝓuinciæ Bæticæ rustici agnã vocant:ijdemq; triginta pedũ latitudinẽ,&.clxxx.lõgitudinem porcam dicunt:at Galli candetũ appellant in areis vrbanis,spatiũ centũ pedũ,in agrestibus aũt pedũ cl.qđ aratores candetũ nominãt,semijugerũ quoq; arepennẽ vocant.Ergo(vt dixi) duo actus iugerũ efficiunt longitudine pedũ.ccxl.latitudine pedũ.cxx.quę vtręq; summę inter se multiplicatæ quadratorũ faciũt pedũ viginti octo millia & octingentos. Stadiũ deinde habet passus.cxxv. id est pedes.625.quæ †octies multiplicata efficit mille passus,sic veniũt quinq;millia pedũ. Centuriam nũc dicimus(vt idem Varro ait)ducentorũ iugerũ modũ:olim aũt ab centum iugerib⁹ vocabatur centuria,sed mox duplicata nomen retinuit:sicuti tribus dictę primũ a partibus populi tripartito diuisi,quæ tamen nunc multiplicatæ pristinũ nomen possidet. Hęc non aliena, nec ꝓcul a ratiocinio,qđ tradituri sumus,breuiter pręfari oportuit:nunc veniamus ad propositum.Iugeri partes non omnes posuimus,sed eas quę cadunt in ęstimationem facti operis,nã minores persequi supuacuũ fuit,pro quibus nulla merces dependitur.Igitur(vt diximus)iugerum habet quadratorum pedũ viginti octo millia & octingentos,qui pedes efficiunt scrupula.cclxxxviii.Vt aũt a minima parte,id est ab dimidio scrupulo incipiam,pars quingentesima septuagesima sexta pedes efficit quinquaginta,id est iugeri dimidiũ scrupulũ:pars ducẽtesima octogesima octaua,pedes cẽtũ,hoc est scrupulũ:pars centesima quadragesimaquarta,pedes.cclx.hoc est scrupula duo: pars septuagesimasecunda,pedes.cccc.hoc est sextula,in qua sunt scrupula quatuor. Pars quadragesimaoctaua,pedes.DC.hoc est sicilicus,in quo sũt scrupula sex. Pars vigesimaq̃rta pedes mille

Pes. Passus. Actus. Clima. Act⁹ q̃dratus. Iuger vñ. Agna. Porca. Cãdetum. Arpẽnis. Stadium. +mensura. Cẽturia. Lib.1.cap.x et18. Tribus. Scrupulũ. Sextula. Sicilicus.


ducentos,hoc eſt ſemũcia,in qua ſunt ſcrupula.xii.Pars duodecima duo millia & quadringẽtos, hoc eſt vncia,in qua ſunt ſcrupula.24.Pars ſexta, pedes q̃tuor millia & octingẽtos, hoc eſt ſextãs, in quo ſunt ſcrupula.48.Pars quarta pedes ſeptẽ millia & ducẽtos,hoc eſt quadrans in quo ſunt ſcrupula.72.Pars tertia pedes nouẽ millia & ſexcẽtos,hoc eſt triens,in quo ſunt ſcrupula.96.Pars tertia † & vnaduodecima,pedes duodecim millia,hoc eſt quincũx,in quo ſunt ſcrupula.120.Pars dimidia pedes quatuordecim millia & quadringentos, hoc eſt ſemis, in quo ſunt ſcrupula.144. Pars dimidia †& vnaduodecima,pedes ſexdecim millia & octingẽtos,hoc eſt ſeptunx,in quo ſunt ſcrupula.168.Partes duętertię.pedes decẽnouẽmillia & ducẽtos:hoc eſt bes,in quo ſunt ſcrupula. 192.Partes treſquartæ.pedes vnũ & viginti millia & ſexcentos,hoc eſt dodrãs,in quo ſunt ſcrupula.216. Pars dimidia & tertia, vigintiquatuor millia, hoc eſt dextans,in quo ſunt ſcrupula.240. Partes duętertiæ & vna quarta,pedes vigintiſex millia & quadringentos,hoc eſt deunx,in quo ſũt ſcrupula.264.Iugerum pedes vigintiocto millia & octingentos: hoc eſt as,in quo ſunt ſcrupula. 288.Iugeri autem modus ſi ſemper quadraret,& in agendis menſuris in longitudinem haberet pedes.240.in latitudinem pedes.120. expeditiſſimũ eſſet eius ratiocininũ, ſed quoniã diuerſę agrorũ formę veniũt in diſputationẽ,cuiuſq; generis ſpecies ſubiiciem⁹,q̃bus quaſi formulis vtemur.

† & duodecima

†duodecima


De variis agrorum formis, & eorum dimẽſionibus. Cap.II.

OMNIS ager aut quadratus,aut lõgus,aut cuneatus,aut triquetrus,aut rotũdus, aut etiã ſemicirculi,vel arcus,nõnunq̃ etiam pluriũ angulorũ formã exhibet.Quadrati mẽſura facillima eſt:nã cum ſit vndiq; pedũ totidẽ,multiplicãtur in ſe duo latera,& quæ ſumma ex multiplicatione effecta eſt, eam dicemus eſſe quadratorũ pedũ. tanq̃ eſt locus q̃uoquouerſus.C.pedũ,ducimus centies cẽtenos, fiunt decẽmillia. Dicemus igitur eũ locũ habere decẽmillia pedũ quadratorũ,quæ efficiunt iugeri triẽtem,& ſextulam,pro qua portione operis effecti numerationem facere oportebit.




Pedes quadrati.


AT ſi longior fuerit,q̃ latior,vt exẽpli cauſa iugeri forma pedes habeat lõgitudinis.240. latitudinis pedes.120. ita, vt paulo ante dixi, latitudinis pedes cũ lõgitudinis pedibus ſic multiplicabis,centies vicies duceni quadrageni fiunt vigintiocto millia, & octingenti. Dicemus iugerum agri tot pedes quadratos habere. Similiterq; fiet de omnibus agris,quorum longitudo maior ſit latitudine.



Sin autẽ cuneatus ager fuerit, vt puta lõgus pedes centum:latus ex ex vna parte pedes.20. & ex altera pedes decẽ,tũc duas latitudines cõponem⁹,fiet vtraq; ſumma pedes.30.Hui⁹ dimidia ps eſt q̃ndecim,quã cũ longitudine multiplicãdo efficiem⁹ pedes mille & quingentos. Hos igi͛ in eo quadratos pedes eſſe dicemus, quę pars erit iugeri ſemũcia, & ſcrupula tria.




At ſi tribus paribus lateribus triquetrum metiri debueris,hanc formam ſequeris. Eſto ager triangulus pedum quoquouerſus tricentorum. Hunc numerũ in ſe multiplicato,fiunt pedes nonaginta millia.Huius ſummæ partem tertiam ſumito, id eſt triginta millia.Item ſumito partem decimam, id eſt nouem millia.vtrãq; ſummã componito, fiunt pedes triginta nouem millia.Dicemus hanc ſummã pedum quadratorum eſſe in eo triquetro. Quæ menſura efficit iugerum,& trientem,& ſicilicum.




i

Orthogonij triangularis agri forma




Sed si triangulus disparib⁹ fuerit laterib⁹ ager, tanq̃ in subiecta forma, quę habet rectum angulũ, aliter ratiocíniũ ordinabitur. Esto vnius lateris línea, quę facit angulũ rectũ pedũ quinquaginta, & alterius pedũ cẽtũ. Has duas summas in se multiplicato, quinquagies cẽteni fiũt qnq; millia. Horum pars dimidia quingeni: quę pars iugeri vnciam, & scrupulum efficit.

Rotundi agri forma



Si rotundus ager erit, vt circuli speciem habeat, sic pedes sumito. Esto area rotũda, cuius diametros habeat pedes. 70. Hoc in se multiplicato, septuagies septuageni fiunt quatuor millia & noningẽti. Hanc summam vndecies multiplicato, fiunt pedes quinquaginta tria millia nongenti. Huius summę quartãdecimã subduco scilicet pedes tria millia octingenti, & quinquaginta. Hos esse quadratos in eo circulo dico. Quę summa efficit iugeri sexcũciã, scrupula duo & dimidium.


Semicircularis agri forma



140

Si semicirculus fuerit ager, cui⁹ basis habeat pedes. 140. curuaturę autẽ latitudo pedes. 70. oportebit multiplicare latitudinem cũ basi, septuagies centeni quadrageni fiunt nouẽ millia & octingenti. Hæc vndecies multiplicata fiunt cẽtum septẽ millia, & octingenti. Huius summæ quartadecima est septẽ millia & septingẽti: hos pedes esse dicem⁹ in semicirculo, q efficiũt iugeri q̃drãtẽ scrupula qnq;.


Minor semicirculo agri forma



16

Si aũt minus, q̃ semicirculus erit, arcũ sic metiemur. Esto arcus, cui⁹ basis habeat pedes. 16. latitudo aũt pedes. 4. Latitudinẽ cũ basi pono. Fit vtrũq; pedes. 20. Hoc duco quater fiũt 80. hoꝝ pars dimidia est. 40. Itẽ sexdecim pedũ, q sunt basis dimidia. 8. hi. 8. in se multiplicati fiũt. 64. Quartãdecimam partẽ duco, ea efficit pedes. 4. paulo amplius: hos adiicies ad quadraginta. Fit vtraq; summa pedes. 44. hos in arcu quadratos esse dico, qui faciunt iugeri dimidiũ scrupulũ quinta, & vigesima parte minus.

Hexagoni agri forma



Si fuerit sex angulorum in quadratos pedes, sic redigitur. Esto hexagonum quoquouersus lineis pedum. 30. Latus vnũ in se multiplico, tricies triceni fiunt. 900. Huius summę tertiam partem statuo. 300. eiusdem partem decimam. 90. Fiunt. 390. Hoc sexies ducendum est, quoniam sex latera sunt, quæ consumata fiunt duo milia tricenteni & quadraginta. Tot igitur pedes quadratos esse dicemus. Itaq; erit iugeri vncia dimidio scrupulo, & decima parte scrupuli minus.

Semina inter quinos pedes.




Inter vites pangendas quot pedes relinquendi sint. Cap. III.

HIS igiẽ velut primordiis talis ratiocinij pceptis non difficiliter mensuras inibimus agrorũ, quorum nunc omneis persequi species & longũ, & arduũ est. Duas etiã nũc formulas prępositis adiiciam, quib⁹ frequenter vtũtur agricolę in disponendis seminibus. Esto ager longus pedes mille ducẽtos, latus pedes. 120. In eo vites disponẽdę sũt ita, vt quini pedes inter ordines relinquantur. Quęro quot seminibus opus sit, cũ quinũ pedũ spatia inter semina desiderãtur Duco quintã partẽ longitudinis, fiũt. 240. & quintam partem latitudinis, hoc est. 24. his vtrisq; summis semp singulos asses adiicio, qui efficiũt extremos ordines, quos vocant angulares. Fit er-


go altera summa ducentorũ quadragintavnius,altera vigintiquinq;.Has summas sic multiplicato,quinquies & vicies duceni quadrageni singuli fiunt sex millia & vigintiquinq;. Totidem dices opus esse seminibus.

Semina inter senos pedes.




Similiter inter senos pedes si voles ponere,duces sextã partem longitudinis mille ducẽtorum, fiunt.201. & sextam latitudinis.120.id est.20. His summis singulos asses adiicies, quos dixi angulares esse.Fiunt.120.&.21. Has summas inter se multiplicabis vicies,& semel ducentos & vnum, atq; ita efficies quatuor milia ducentos & vigintiunum.Totidem seminibus opus esse dices. Asses angulares.

Semina inter septenos pedes.



Similiter si inter septenos pedes ponere voles,septimam partem longitudinis & latitudinis duces, & adiicies asses angulares,eodem modo,eodemq; ordine consumabis numerum seminum.

Semina inter ternos pedes.



Deniq; quotcũq; pedum spatia facienda censueris, totã partem longitudinis & latitudinis duces,& prędictos asses adiicies.Hæc cũ ita sint,sequitur vti iugerũ agri, qui habet pedes.ccxl. longitudinis & latitudinis pedes.cxx. recipiat inter pedes ternos (hoc enim spatium minimũ esse placet vitibus ponendis) per longitudinem semina lxxxi.per latitudinẽ inter quinos pedes semina.xxv.Qui numeri inter se multiplicati fiunt seminum duo millia & vigintiquinq;.

Vel si quoquouersus inter quaternos pedes vinea erit interposita,longitudinis ordo habebit semina.lxi.latitudinis.xxxi.qui numeri efficiũt in iugero vites mille octingẽtas& nonagintavnã. Vel si in lõgitudinẽ p quaternos pedes,in latitudinẽ p quinos pedes fuerit disposita, ordo lõgitudinis habebit semina.xli.latitudinis.xxv. Q: si inter quinos pedes cõsitio fuerit,p longitudinẽ ordinis habebit semina.xlix.& rursus p latitudinẽ semina.xxv.q numeri duo inter se multiplicati efficiũt mille ducentũ & vigintiquinq;.At si p senos pedes eundẽ vitibus locũ placuerit ordinare, nihil dubiũ est,quin longitudini dandę sint.xli.vites, latitudini aũt vigintivna. quę inter se multiplicatę efficiũt numerũ.1341.Sin aũt inter septenos pedes vinea fuerit cõstituenda,ordo p longitudinẽ recipiet capita.35.p latitudinẽ.xviii.q numeri inter se multiplicati efficiũt.1130.Totidẽ dicemus semina pręparanda.At si inter octonos pedes vinea cõseret,ordo p longitudinẽ recipiet semina.xxxi.p latitudinẽ aũt.xvi.qui numeri inter se multiplicati efficiũt.ccccxcvi. At si inter nouenos pedes,ordo in longitudinem recipiet semina.xxvii.& in latitudinẽ.xiiii.hi numeri inter se multiplicati faciũt.378.At si inter denos pedes,ordo lõgitudinis recipiet semina. xxv. latitudinis xiii.hi numeri inter se multiplicati faciũt.cccxxv.& ne in infinitũ procedat disputatio nostra,eadẽ portione,vt cuiq; placuerint laxiora spatia,semina faciemus.Ac de mensuris agrorum numerisq; seminũ dixisse abunde sit,nunc ad ordinem redeo.

De cultura prouincialium vinearum. Cap.IIII.

VINEARVM prouincialiũ plura genera esse comperi.Sed ex iis,quas ipse cognoui,maxime probantur,velut arbusculæ,breui crure sine adminiculo per se stantes:deinde quæ pedaminibus adnixæ singulis iugis ĩponũtur,eas rustici canteriatas appellãt. Canteriatæ Mox quæ defixis arũdinibus circũ munitę per statumina calamorũ materiis ligatis in orbiculos gyrosq; flectuntur, eas nõnulli characatas vocant. Characatæ Vltima est conditio stratarum vitium,quę ab enata stirpe confestim velut proiectę p humũ porriguntur. Stratæ. Omniũ aũt sationis fere eadẽ est cõditio.nam vel scrobe, vel sulco semina deponuntur,quoniã pastinationis expertes sunt externarũ gentiũ agricolę: Pastionis exptes prouinciæ. quæ tamen ipsa pene superuacua est iis locis,quibus solũ putre,& per se resolutum est: nãq; hoc imitamur arando (vt ait Vergilius) qđ etiam pastinando.itaq; Campania,quoniam vicinum ex nobis capere potest exemplum,non vtitur hac molitione terrę,quia facilitas eius soli minorẽ operã de-

fiderat:ficubi autem denfior ager prouincialis ruftici maiorem pofcit impẽfam,qđ nos paftinan-do efficimus,ille fulco facto cõfequitur,vt laxius fubacto folo deponat femina.

Repetitio eorum,quæ dicta funt per fingula genera. Cap. V.

SED vt fingula earũ,quç propofui,vinearũ genera pfequar,prçdictũ ordinẽ repetã.Vitis,quç fine adminiculo fuis viribus confiftit,folutiore terrç fcrobe,denfiore fulco ponenda eft. Sed & fcrobes & fulci plurimũ profunt,fi in locis tẽperatis in quibus æftas nõ eft perferuida,ante annũ Scrobs. fiant,q̃ vineta conferantur:foli tamen ante bonitas exploranda eft. nam fi ieiuno atq; exili agro femina deponentur,fub ipfum tẽpus fationis,fcrobs aut fulcus faciendus eft. Si ante annum fiat,q̃ vinea conferatur,fcrobs in longitudinẽ altitudinẽq; defoffus,tripedaneus abũde eft,latitudine tamen bipedanea:vel fi quaternum pedũ fpatia inter ordines relicturi fumus,cõmodius habem⁹ eãdem quoquouerfus dare menfuram fcrobibus, non amplius tamẽ q̃ in tres pedes altitudinis depreffis.Cçterum quatuor angulis femina applicabũtur fubiecta minuta terra, & ita fcrobes adobruentur.Sed de fpatiis ordinũ eatenus prçcipiendũ habemus,vt intelligãt agricolæ fiue aratro vi Interordinia. neas culturi fint,laxiora interordinia relinquenda:fiuç bidentibus,anguftiora:fed neq; fpatiofiora,q̃ decem pedũ:neq; contractiora,q̃ quatuor.Multi tamen ordines ita difponunt, vt per rectam lineam binos pedes,aut vt plurimũ ternos inter femina relinquant.Tranfuerfa rurfus laxiora fpatia faciant,per quç vel foffor,vel arator incedat.Sationis autẽ cura non alia debet effe, q̃ quç tradita eft a me tertio volumine.Vnũ tamẽ huic confitioni Mago Carthaginẽfis adiicit, vt femina ita deponãtur,ne protinus totus fcrobs terra compleatur,fed dimidia fere pars eius fequente biẽnio paulatim adçquetur.Sic enim putat vitem cogi deorfum agere radices. Hoc ego ficcis locis fieri vtiliter non negauerim,fed vbi aut vliginofa regio eft,aut cæli ftatus imbrifer, minime faciũdum cenfeo.nam confiftens in femiplenis fcrobibus nimius humor anteq̃ cõualefcant,femina necat.Quare vtilius exiftimo repleri quidẽ fcrobes ftirpe depofita,& cum femina comprehẽderint, ftatim poft çquinoctium autũnale debere diligẽter,atq; alte ablaqueari:& recifis radiculis, fiquas in fummo folo citauerint,poft paucos dies adobrui.fic enim vtrũq; incõmodũ vitabitur, vt neq; radices in fuperiorẽ partem euocẽtur,neq; immodicis pluuiis parũ valida vexentur femina. Vbi vero iam corroborata fuerint,nihil dubium eft,quin cæleftibus aquis plurimũ iuuentur.Itaq; locis,quibus clementia hyemis permittit,adapertas vites relinquere,& tota hyeme ablaqueatas habere eas conueniet.De qualitate aũt feminũ inter authores nõ conuenit.Alii malleolo protin⁹ cõferi vineam melius exiftimant,alii viuiradice:de qua re quid fentiã,iam fuperioribus voluminib⁹ pfeffus fum.Et nũc tamẽ hoc adiicio,effe quofdã agros,in quibus non çque bene tranflata femina,q̃ immota refpõdeãt,fed iftud rariffime accidere. Notandũ itaq; & diligenter explorandũ effe & quid quçq; ferat regio,& quid quçq; recufet.depofitam ergo ftirpẽ,id eft malleolũ,vel viuiradicẽ formare fic conuenit,vt vitis fine pedamine confiftat:hoc aũt protinus effici non poteft : nam nifi adminiculũ tenerç viti,atq; infirmç contribueris,prorepens pãpinus terrç fe applicabit. itaq; pofito femini arundo adnectitur,quæ velut infantiam eius tueatur,atq; educet,producatq; in tantã ftaturam,quantã permittit agricola.ea porro nõ debet effe fublimis:nã vfq; in fefquipedẽ coercenda eft:cũ deinde robur accipit,& iã fine adiumẽto cõfiftere valet,aut capitis, aut brachiorũ Capitatç & brachiatç. incrementis adolefcit.nam duç fpecies huius quoq; culturç funt.alii capitatas vineas,alii brachiatas magis probãt:qbus cordi eft in brachia vitẽ cõponere, cõuenit,vt a fumma parte, qua decifa nouella vitis eft,qcqd iuxta cicatricem citauerit,conferuari,& in quatuor brachia pedalis menfurç diuidere,ita vt oẽm partẽ cæli fingula afpiciant.fed hçc brachia nõ ftatim primo anno tam procera fummittũtur,ne oneretur exilitas vitis,fed compluribus putationibus in prædictam menfuram educunt:deinde ex brachiis,quafi quçdam cornua prominentia relinqui oportet,atq; ita totã vitẽ omni parte in orbẽ diffundi.Putationis aũt ratio eadẽ eft,quç in iugatis vitibus,vno tantũ differt, q̃ p materiis longioribus pollicesquaternũ aut quinũ gemmarũ relinquuntur:pro cu Bigemmes. ftodibus aũt bigemmes refeces fiunt;in ea deinde,quã capitatam diximus,iuxta ipfam matrẽ vfq; ad corpus farmentũ detrahitur,vna aut altera tantũmodo gẽma relicta,quæ ipfi trunco adhæret hæc autem riguis,aut pinguiffimis locis fieri tuto poteft,cum vires terræ, & fructũ, & materias valẽt pbere.Maxime aũt aratris excolunt , qui fic formatas vineas habent , & eã rationẽ fequunt detrahendi vitibus brachia,q̃ ipfa capita fine vlla extantia neq; aratro, neq; bubus obnoxia funt: nam in brachiatis plerũq; fit,vt aut crure aut cornibus boũ,rami ali vitiũ defringantur,fæpe etiã Stiua. & ftiua,dũ fedulus arator vomere pftringere ordinem,& q̃proximã partem vitium excolere ftudet:atq; hæc quidem cultura vel brachiatis,vel capitatis vitibus anteq̃ gẽmẽt,adhibet.cũ deinde

germinauerint,fossor insequitur,ac bidentibus eas partes subigit, quas bubulcus nō potuit ptingere.Mox vbi materias vitis exigit,insequitur pampinator,& superuacuos deterget,fructuososq; palmites submittit:qui cum indurueru͂t,velut in coronā religātur.Hoc duabus ex causis fit,vna, ne libero excursu in luxuriam prorepant,omniaq; alimenta pampini absumant : altera,vt religata vitis rursus aditum bubulco,fossoriq; in excolenda se prębeat. Pampinandi autem modus is erit,vt opacis locis,humidisq; & frigidis ęstate vitis nudetur,foliaq; palmitibus detrahant, vt maturitatem fructus capere possit,& ne situ putrescat:locis autem siccis,calidisq;,& apricis,vt e contrario palmitibus vuę conteganturret si paru͂ pampinosa vitis est,aduectis frondibus, & interdu͂ stramentis fructus muniatur. M.quidē Columella patruus meus vir illustribus disciplinis eruditus,ac diligentissimus agricola Bæticę prouincię,sub ortu caniculę palmeis tegetibus vineas adumbrabat,quoniā plerūq; dicti sideris tēpore quędam partes eius regionis sic infestantur euro,quē incolę vulturnu͂ appellant,vt nisi tegminibus vites opacentur, velut halitu flāmeo fruct⁹ vrat.atq; hęc capitatę,brachiatæq; vitis cultura est. Nā illa,quę vno iugo superponitur,aut quæ materiis summissis arundinu͂ statuminibus per orbem cōnectitur,fere eandē curam exigit,quā iugata.Nōnullos tamē in vineis characatis animaduerti,& maxime eluenaci generis ꝓlixos palmites,quasi ꝓpagines summo solo adobruere,deinde rursus ad aru͂dines erigere,& in fructu͂ summittere,quos nostri agricolę mergos,galli candosoccos vocāt:eosq; adobruu͂t simplici ex causa,ꝙ existiment plus alimēti terrā prębere fructuariis flagellis:itaq; post vindemiā velut inutilia sarmenta decidu͂t,& a stirpe summouēt.Nos au͂t ꝑcipim⁹ easdē virgas,cu͂ a matre fuerint pręcisę,sicubi demortuis vitibus ordines vacēt,aut si nouellam quis vineam instituere velit,pro viuiradice ponere:quoniā quidē partes sarmentorꝫ,quæ fuerant obrutę satis multas habēt radices, quę depositæ scrobibus,cōfestim comprehendāt.Superest reliqua illa cultura ꝓstrate vineæ,quæ nisi violentissimo cæli statu suscipi nō debet:nā & difficilē laborē colonis exhibet,nec vnq̄ generosi saporis vinum prębet:atq; vbi regionis cōditio solā eā culturā recipit,bipedaneis scrobibus malleolus deponit,qui cu͂ egerminauit,ad vnā materiā reuocatur:eaq; primo anno cōpescitur in duas gēmas, sequēte deinde,cu͂ palmites ꝓfudit, vn⁹ summittit,cęteri decutiunt:at ille,q summissus est,cu͂ fructum edidit.in eā longitudinē deputatur,vti iacēs nō excedat interordinij spatiu͂. Nec magna est putationis differentia cubantis,& stantis rectę vineę,nisi ꝙ iacēti viti breuiores materię summitti debēt,reseces quoq; angusti⁹ in modu͂ furunculoru͂ relinqui, sed post putationē: quā vtiq; autumno in eiusmodi vinea fieri oportet,vt vitis tota deflectat in alteru͂ interordiniu͂. atq; ita pars ea,quę fuerat occupata,vel foditur,vel aratur.& cu͂ exculta est eādē vitem recipit,vt altera quoq; pars excoli possit.De pampinatione talis vineę paru͂ inter authores conuenit:alii negant esse nudandam vitem,quo melius contra iniuriam ventoru͂ ferarumq; fructu͂ abscondat : aliis placet parcius pampinari,vt & vitis nō in superuacuis frondibus oneretur,& tamē fructum vestire,aut ꝓtegere possit,quę ratio mihi quoq; commodior videtur.

Pāpinādi modus. Teges. Vulturnus. Eluenaci g. Mergi Cādosocci. Prostrata vinea.

De vlmariis faciendis. Cap.VI.

SED iam de vineis satis diximus,nunc de arboribus præcipiendum est. Qui volet frequēs & dispositu͂ arbustu͂ paribus spatiis,fructuosumq; habere,operā dabit,ne emortuis arboribus rarescat,ac primā quāq; senio aut tēpestate afflictam summoueat,& in vicē nouellā sobolem substituat.id au͂t facile consequi poterit,si vlmoru͂ seminariu͂ paratu͂ habuerit:qđ,& quomodo, & qualis generis faciendu͂ sit,non pigebit deinceps pręcipere. Vlmoru͂ duo esse genera conuenit:gallicu͂ & vernaculu͂.illud atinia,hoc nostras dicitur.Atiniā vlmu͂ Tremellius Scrofa non ferre † samerā (qđ est semen eius arboris)falso est opinatus. nam rariorē sine dubio creat, & iccirco plerisq; & sterilis videtur,seminibus inter frondē,quā prima germinatione edit,latentibus.itaq; nemo iā serit ex samera,sed ex sobolibus. Est au͂t vlmus longe lætior & procerior, q̄ nostras,frondemq; iucundiorē bubus prębet:qua cum assidue pecus alueris,& postea generis alterius frondē dare institueris, fastidiu͂ bubus affert.Itaq; si fieri poterit,totum agrum genere vno atinię vlmi conseremus:si minus,dabimus operā,vt in ordinibus disponendis pari numero vernaculas & atinias alternemus,ita semper mista fronde vtemur,& quasi hoc condimēto illectę pecudes fortius iusta cibariorꝫ conficient.Sed vitem maxime opulus videtur alere,deinde vlmus,post etiā fraxin⁹.Opulus,quia raram,neq; idoneam frondem pecori prębet,a plerisq; repudiata est.Fraxinus,quę capris, & ouibus gratissima est,nec inutilis bubus,locis asperis vel montosis,quibus minus lætat vlm⁹, recte seritur. Vlmus,ꝙ & vitem commodissime patit, & iucundissimu͂ pabulum bubus affert,variisq; generibus soli prouenit,a plerisq; refertur. Itaq; cui arbustum nouum instituere cordi est,

Vlmoru͂ g. Atinia Nostras †Amerā Vernacula Opulus. Fraxinus Vlmus

seminaria vlmorum,vel fraxinorũ parent ea ratione,quã deinceps subscripsimus:nam opuli melius cacuminibus,in arbusto protinus deponũtur. igitur pingui solo, & modice humido bipalio terram pastinabimus,ac diligenter occatam & resolutam,verno tẽpore in aream cõponemus:sameram deinde,quę iam rubicũdi coloris erit, & cõpluribus insolata diebus iacuerit, vt aliquem tamen succũ & lentorem habeat,iniiciemus areis,& eas totas seminibus spisse cõtegemus,atq; ita cribro putrem terram duos alte digitos incernemus,& modice rigabimus,stramentisq; areas coo periemus,ne prodeũtia cacumina seminũ ab auibus pręrodãtur. vbi deinde prorepserint plantæ, stramenta colligemus,& manibus hęrbas carpemus:idq; leuiter & curiose faciẽdum est,ne adhuc tenerę breuesq; radiculæ vlmorũ conuellãtur. Atq; ipsas quidem areas ita anguste cõpositas habebimus,vt q rũcaturi sunt,medias partes earũ facile manu contingãt: nã si latiores fuerint ipsis seminibus,quę proculcata erunt,noxam capient. Æstate deinde priusq̃ sol oriatur, aut ad vesperũ,seminaria conspergi potiusq̃ rigari debẽt:& cũ ternũ pedũ plantę fuerint,in aliud seminarium transferri,ac ne radices altius agãt(quę res postmodũ in eximẽdo magnũ laborẽ affert,cũ plantas in aliud seminarium transferre volumus) oportebit nõ maximos scrobiculos sesquipede inter se distantes fodere.deinde radices in nodũ si breues,vel in orbem coronę similem,si longiores erunt inflecti,& oblitas fimo bubulo scrobiculis deponi,ac diligenter circũculcari.Possunt etiã collectæ cũ stirpib⁹ plantę eadem ratione disponi:qđ in atinia vlmo fieri necesse est, quæ non seritur e samera.sed hæc vlmus autumni tempore melius, q̃ vere disponitur, paulatimq; ramuli eius manu detorquentur,quoniam primo biennio,ferri reformidat ictum,tertio demũ anno acuta falce abraditur:atq; vbi translationi idonea est,ex eo tempore autumni,quo terra imbrib⁹ permaduerit,vsq; in vernũ tẽpus,anteq̃ radix vlmi in eximẽdo delibretur,recte seritur.Igitur in resoluta terra ternũ pedũ quoquouersus faciendi scrobes.at in densa,sulci eiusdem altitudinis, qui arbores recipiãt pparandi:sed deinde in solo rosido & nebuloso conserendę sunt vlmi,vt earum rami ad orientem, & in occidentem dirigantur,quo plus solis medię arbores,quibus vitis applicata & religata innititur,accipiant.Q; si etiam frumentis consulemus,vberi solo intra quadraginta pedes,exili vbi nihil seritur intra viginti arbores disponantur:cum deinde adolescere incipient,falce formandę, & tabulata instituenda sunt.hoc enim nomine vsurpant agricolæ ramos, truncosq; prominentes, eosq; vel propius ferro compescunt,vel longius promittunt,vt vites laxius diffundantur. hoc in solo pingui,melius illud in gracili.Tabulata inter se ne minus ternis pedibus absint,atq; ita formẽtur,ne superior ramus in eadẽ linea sit,qua inferior:nã demissum ex eo palmitem germinantẽ inferior atteret,& fructum decutiet.Sed quãcũq; arborem seueris,eam biennio proximo putare nõ oportet.post deinde si vlmus exiguũ incrementũ recipit,verno tempore anteq̃ librum demittat, decacuminanda est iuxta ramulũ,qui videbitur esse nitidissimus,ita tamen vti supra eũ †trunco stirpem dodrantalem relinquas,ad quã ductus & applicatus ramus alligetur,& † correptus cacumen arbori prębeat.Deinde stirpem post annum pręcidi,& alleuari oportet. q; si nullum ramulũ arbor idoneum habuerit,sat erit nouẽ pedes a terra relinqui,& superiorẽ partẽ detruncari, vt nouę virgę,quas emiserit,ab iniuria pecoris tutę sint:sed si fieri poterit,vno ictu arborẽ pręcidi,si minus serta desecari,& plagam falce alleuari oportebit,eamq; plagam luto paleato contegi, ne sole, aut pluuiis infestetur.Post annũ,aut trienniũ,cũ enati ramuli recte cõualuerint,supuacuos deputari,& idoneos in ordinẽ summitti cõueniet.Quę vlm⁹ a positione bene prouenerit,eius summæ virgæ falce debent enodari.at si robusti ramuli erunt, ita ferro amputentur, vt exiguam stirpem prominentem trunco relinquas:cum deinde arbor conualuerit, quicquid falce contingi poterit, exputandum est,alleuandumq; eatenus,ne plaga corpori matris applicetur.Vlmum autem nouellam sic formare conueniet:loco pingui octo pedes a terra,sine ramo relinquendi,vel in aruo gracili septem pedes:supra quod spatium deinde per circuitum in tres partes arbor diuidenda est,ac tribus lateribus singuli ramuli submittendi,primo tabulato assignentur.mox de ternis pedibus superpositis,alii rami summittendi sunt,ita ne eisdem lineis, quibus in superiore positi sint. in eademq; ratione vsq; in cacumen ordinanda erit arbor. atq; in formidatione cauendum, ne aut prolixiores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur, aut rursus ita alleuentur, ne ipse truncus lædatur, aut delibretur: nam parum gaudet vlmus, quæ in corpus nudatur,vitandumq; ne de duabus plagis vna fiat, cum talem cicatricem non facile cortex comprehendat. Arboris autem perpetua cultura est, nõ solum ante diligenter †eadem disponere,sed etiam truncum circunfodere,& quicquid frondis enatum fuerit, alternis annis aut ferro amputare, aut

Insolata.
Lentor.
Plãtas i aliud seminarium transferre.
Tabulata.
Decacuminare.
†Truncũ.
†collectus.
Vlmus nouella.
Delibrare.
†eandem.

astringere,ne æmula vmbra viti noceat.Cum deinde arbor vetustatē fuerit adepta,ꝑpter ramum vulnerabitur,ita vt excauetur vsq; in medullā,qua fit exitus humori,quē ex superiore parte conceperit. Vitem quoq; anteq̃ ex toto arbor prævalescat,cōserere cōuenit. At si teneram vlmū maritaueris,nouā sufferet:si vetustam vitē applicueris,coniugē necabit:ita sibi pares esse ætate & viribus arbores,vitesq; cōuenit.Sed arboris maritandę causa scrobis viuiradici fieri debet,lat⁹ †pedum duorū,altus leui terra,totidem †pedū graui,dupondio & dodrāte,longus †pedū sex, aut minimū quinq;.absit aūt hic ab arbore ne minus sesquipedali spatio:nam si radicibus vlmi iunxeris, male vitis comprehendet,& cū tenuerit,incremēto arboris opprimetur.Hunc scrobem,si res permittit,autumno facito,vt pluuiis & gelicidiis maceretur.circa vernū deinde æquinoctiū binæ vites,quo celerius vlmū vestiant,pedē inter se distantes scrobibus deponendę,cauendūq; ne aut septētrionalibus ventis,aut rorulentę,sed siccę ferantur.Hanc obseruationem non solum in vitium positione,sed in vlmorum,cæterarumq; arborum præcipio:& vti cum de seminario eximūtur,rubrica notetur vna pars,quæ nos admoneat,ne aliter arbores constituamus,q̃ quemadmodū in seminario steterint.plurimū enim refert,vt eam partem cæli spectent,cui ab tenero consueuerūt.Melius autem locis apricis,vbi cæli status neq; prægelidus,neq; nimiū pluuius est, autumni tempore,& arbores & vites post ęquinoctium deponūtur,sed eæ ita conserendę sunt, vt summā terram, quæ aratro subacta sit,semipedē alte substernamus,radicesq; omnes explicemus,& depositas stercoremus(vt ego existimo)si minus terra subacta operiamus,& circūcalcemus ipsum seminis codicē.vites in vltimo scrobe deponi oportet,materiasq; earū per scrobē porrigi,deinde ad arborem erigi,atq; ab iniuria pecoris caueis emuniri.Locis aūt feruidis semina septētrionali parte arbori applicanda sunt,locis frigidis a meridie,temperato statu cæli,aut ab oriente,aut ab occidente,ne toto die solem,vel vmbram patiantur.Proxima deinde putatione melius existimat Celsus ferro abstineri,ipsosq; coles in modū coronæ contortos arbori circūdari,vt flexura materias ꝓfundat,quarum validissimā sequente anno caput vitis faciamus.Me autem longus docuit vsus,multo vtili⁹ esse primo quoq; tempore falcem vitibus admouere,nec superuacuis sarmētis pati syluescere:sed eam quoq;,quæ primo summittetur, materiam ferro coercendam censeo vsq; in alteram vel tertiā gemmā,quo robustiores palmites agat:qui cum primū tabulatū apprehenderint,proxima putatione disponetur omnibus annis,alioquin in superius tabulatum excitabitur relicta semꝑ vna materia,quę applicata trunco cacumen arboris spectet.Iamq; viti constitutę certa lex ab agricolis imponitur:pleriq; ima tabulata materiis frequentant,vberiorem fructum,& magis facilē cultū sequētes. At qui bonitate vini student,in summas arbores vitē promouent, vt quęq; materiæ se deuectę in celsissimū quēq; ramū extendūt,sic vt summa vitis summā arborem sequatur,id est vt duo palmites extremi trunco arboris applicentur,qui cacumen eius spectent,& prout quisq; ramus conualuit,vitem accipiat.Plenioribus ramis plures palmites,alius ab alio separati imponantur,gracilioribus pauciores.vitisq; nouella tribus toris ad arborem religetur,vno,qui est in crure arboris a terra quatuor pedibus distans:altero,qui summa parte vitem capit:tertio,qui mediā vitem complectitur.torum imū imponi tum oportet,cum vires viti adimit,interdum enim necessarius habetur,cū aut arbor sine ramis truncata est,aut vitis prævalēs in luxuriā euagatur. Cętera putationis ratio talis est,vt veteres palmites,q̄bus ꝓximi anni fructus pependit,oēs recidātur, noui circūcisis vndiq; capreolis,& nepotibus,qui ex his nati sunt,amputati cōmittantur. & si læta vitis est,vltimi potius palmites ꝑ cacumina ramorū pręcipitent:si gracilis,trūco ꝓximis:si mediocris,mediis:quoniā vltimus palmes plurimū fructū affert,proximus nimiū, vitēq; exhaurit atq; attenuat:Maxime aūt prodest vitibus,omnibus annis resolui.nam & cōmodius enodantur,& refrigerantur,cū alio loco alligatę sunt,minusq; lęduntur,ac melius conualescūt.Atq; ipsos palmites ita tabulatis superponi conuenit,vt a tertia gēma vel quarta religati dependeant,eosq; non cōstringi,ne sarmentū vimine præcidatur.Q; si ita longe tabulatum est, vti materia parū cōmode in id perduci possit,palmitē ipsum viti alligatum supra ternam gemmā religabim⁹. Hoc ideo fieri pręcipimus,quia quę pars palmitis præcipitata est,fructu induit.at quę vinculo adnexa sursū tendit,ea materias sequēte anno præbet. Sed ipsorum palmitum duo genera sunt.alterum,q̄d ex duro prouenit,q̄d quia primo anno plerūq; frondē sine fructu affert,pāpinariū vocāt: alterū,q̄d ex anniculo palmite procreatur,q̄d,quia protinus creat,fructuarium appellant. cuius vt semper habeamus copiam in vinea,palmitis partes ad tres gemmas religādæ sunt,vt quicquid intra vinculū est,materias exigat.Cū deinde annis & robore vitis cōualuit,traduces in proximam quanq; arborē mittendę,easq; post bienniū amputare, simulatq; alias teneriores transmittere conuenit.

Vlmos maritare.

† pedes duos

† pedes

† pedes

Pāpinari⁹ palmes.

Fructuari⁹

Traduces

nam vetustate vitem fatigant:nōnunq̄ etiam cū arborē totam vitis cōprehēdere nequit,ex vsu fuit partem aliquam eius deflexā terrę immergere.& rursus ad eandem arborē duas vel tres propagines excitare,quo pluribus vitibus circūuenta celerius vestiatur. Viti nouellę pampinarium demitti non oportet,nisi necessario loco natus est,vt viduū ramū maritet:veteribus vitibus loco nati palmites pampinarii vtiles sunt,& pleriq; ad tertiā gemmā resecti optime submittuntur: nā in sequēti anno materias fundūt.Quisquis aūt pāpinus loco natus in exputando vel alligādo fractus est,modo vt aliquam gemmā habuerit,extolli non oportet,quoniā pximo anno vel validiorem materiā ex vna creabit.Pręcipites palmites dicuntur, qui de hornotinis virgis enati in duro alligātur.hi plurimū fructus afferunt,sed plurimū matri nocent. Itaq;,nisi extremis ramis, aut si vitis arboris cacumen superauerit,pręcipitari palmitē nō oportet.Q si tamen id genus colis ppter fructū summittere quis velit,palmitē intorqueat,deinde alliget,& pręcipitet:nā & post eū locum,quē intorseris,lætam materiam citabit,& pręcipitata minus virium in se trahet,q̄uis fructu exuberet.Pręcipuū vero plus anno pati non oportet.Alterū est genus palmitis,qđ de nouello nascitur,& in tenero alligatū dependet.(materiā vocamus)ea & fructū & noua flagella leue procreat:& iā,si ex vno capite duę virgæ summittant̄,tamen vtraq; materia dicitur. Nam pampinarius quā vim habeat,supra docui. Focaneus est,qui inter duo brachia velut in furca de medio nascitur:eū colem deterrimū esse cōperi, q neq; fructū ferat,& vtraq; brachia inter quę natus est attenuet:itaq; tollendus est.Pleriq; vitē validam & luxuriosam falso crediderunt feraciorē fieri,si multis palmitibus submissis oneretur:nam ex pluribus virgis plures pāpinos creat,& cū se multa fronde cooperit,peius defloret,nebulasq;,& rores diutius cōtinet,oēmq; vuā perdit.Validā ergo vitē in ramos diducere censeo,& traducibus dispergere,atq; diradiare,cęterosq; vinearios coles pręcipitare,& si nimis luxuriabitur,solutas materias relinquere,ea ratione vitem feraciorem facere:sed vt densum arbustum cōmendabile fructu & decore est,sic vbi vetustate rarescit, pariter inutile & inuenustū est:qđ ne fiat diligentis patrisfamilias est primā quāq; arborem senio defectam tollere,vt in eius locū nouellam restituere vitem queat,nec tam viuiradice frequentare (ea & si sit facultas) q̄(qđ est lōge melius)ex proximo ppagare:cuius vtriusq; ratio consimilis est ei, quā tradidimus. atq; hęc de Italico arbusto satis pręcepimus.

Præcipites palmites. Hornotinæ virg. — Materia — Focane⁹ q. — Diradiare.

De Arbusto gallico. Cap. VII.

EST & alterū genus arbusti gallici,qđ vocatur rūpotinum. Id desiderat arborē humilē, nec frondosam.Cui rei maxime videtur idonea opulus.Ea est arbor corno similis,quinetiā cornus,& carpinus,& ornus,nōnunq̄ & salix a plerisq; in hoc ipsum disponit̄. Sed salix nisi in aquosis locis,vbi alię arbores difficiliter cōprehendūt,ponenda non est,quia vini saporem infestat.Potest etiam vlmus sic disponi,vt adhuc tenera decacuminetur,ne altitudinem quindecim pedū excedat.Nam fere ita constitutum rūpotinetum animaduerti,vt ad octo pedes locis siccis & cliuosis,ad duodecim locis planis & vliginosis tabulata disponant̄. Plerisq; aūt ea arbor in tres ramos diuiditur,quibus singulis ab vtraq; parte complura brachia summittūtur,tū omnes pene virgæ ne vmbrent eo tempore,quo vitis putatur,abraduntur.Arboribus rumpotinis si frumentum nō inseritur,in vtrāq; partem viginti pedū spatia interueniunt. At si segetibus indulgetur, in alterā partem quadraginta pedes,in alterā viginti reliquuntur.Cætera simili ratione atq; in arbusto Italico administrantur,vt vites longis scrobibus deponantur,vt eadem diligentia curetur, atq; in ramis deducatur,vt noui traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, & veteres decidantur.Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur.Cum deinde fructus pondere vrgebit,subiectis adminiculis sustineatur.Hoc autē genus arbusti,cæterę q; omnes arbores quanto altius arantur & circūfodiuntur,maiore fructu exuberant:qđ an expediat patrifamilias facere,†cultus docet.

Rūpotinū. Opulus. Carpinus Cornus Ornus Salix — Rūpotinetum — Tradux — †vsus trit⁹

De generibus olearum. Cap. VIII.

OMNIS tamen arboris cultus simplicior,q̄ vinearū est,longeq; ex omnibus stirpibus minorē impensam desiderat olea,quę prima omniū arborum est, nā q̄uis non continuis annis, sed fere altero quoq; fructū afferat,eximia tamē eius ratio est, q leui cultu sustinetur: & cum se non induit,vix vllam impensam poscit:sed & siquā recipit,subinde fructus multiplicat,neglecta compluribus annis non vt vinea deficit,eoq; ipso tempore aliquid etiā interim patrifamilias pręstat,& cū adhibita cultura est,vno anno emendatur.Quare etiam nos in hoc genere arboris diligenter præcipere censuimus.Olearum sicut vitium,plura genera esse arbitror,sed in meam notitiam decem modo peruenerunt. Pausia,algiana,liciniana, sergia, neuia, culminia, orchis, regia, circites,

Oleaꝝ gn̄a

murtea. Ex quibus bacca iucūdiſſima eſt pauſiæ, ſpecioſiſſima eſt regię, quę potius eſcę q̄ oleo eſt idonea. Pauſiæ tamē oleum ſaporis egregij, dū viride eſt, †vetuſtate corrumpitur. Orchis quoq; & radius melius ad eſcam, q̄ in liquorem ſtringitur. Oleum optimū licinia dat, plurimū ſergia, omniſq; olea, & maior fere ad eſcam, minor oleo eſt aptior. Nulla ex his generibus, aut perferuidum, aut gelidum ſtatū cœli patitur. Itaq; æſtuoſis locis ſeptentrionali colle, frigidis meridiano gaudet. Sed neq; depreſſa loca, neq; ardua, magiſq; modicos cliuos amat, quales in Italia Sabinorum, vel tota prouincia Bætica videmus. Hanc arborem pleriq; exiſtimant vltra miliariū ſexageſimū a mari, aut non viuere, aut non eſſe feracem. Sed in quibuſdā locis recte valet. Optime vapores ſuſtinet pauſia, frigus ſergia. Aptiſſimū genus terræ eſt oleis, cui glarea ſubeſt, ſi ſuperpoſita creta ſabulo admiſta eſt. Non minus probabile eſt ſolum, vbi pinguis ſabulo eſt. Sed & denſior terra, ſi vuida & lęta eſt, cōmode recipit hanc arborem. Creta ex toto repudianda eſt, magis etiā ſcaturiginoſa, & in qua ſemper vligo conſiſtit. Inimicus eſt etiā ager ſabulo macer & nuda glarea. Nam & ſi non emoritur in eiuſmodi ſolo, nunq̄ tamen conualeſcit. Poteſt tamen in agro frumētario ſeri, vel vbi arbutus aut ilex ſteterant. Nam quercus etiam exciſa radices noxias olіueto relinquit, quarum virus enecat oleam. Sed hęc in vniuerſum de toto genere huius arboris habui vobis dicere. Nunc per partes culturam eius exequar.

Pauſiæ. †nam. Orchis. Licinia. Sergia. Arbutus. Quercus.

De ſeminariis oliuarum faciendis. Cap. IX.

SEMINARIVM oliueto præparetur cœlo libero, terreno modice valido, ſed ſuccoſo, neq; denſo, neq; ſoluto ſolo, potius tamen reſoluto. id genus terrę fere nigræ eſt, quā cū in tres pedes paſtinaueris, & alta foſſa circūdederis, ne aditus pecori detur, fermentari ſinito. Tum ramos nouellos proceros & nitidos, quos cōprehenſos manus poſſit manubrij circūuenire, hoc eſt craſſitudine feraciſſimos arboribus adimito, & ex his q̄ recentiſſimas taleas recidito, ita vt ne corticem, aut vllam aliā partē, q̄ quæ ſerra pręciderit, lædas. hoc autē facile contingit, ſi prius †varam feceris, & eā partem, ſupra quā ramū ſecaturus es, fœno aut ſtramentis texeris, vt molliter & ſine noxa corticis taleæ ſuperpoſitę ſecentur. Taleæ deinde ſexquipedales terra pręcidantur, atq; earū plagæ vtraq; parte falce leuentur, & rubrica notētur, vt ſic queādmodū in arbore ſteterat ramus, ita parte ima terrā & cacumine cœlum ſpectans deponatur. Nam ſi inuerſa mergatur, difficulter cōprehendet: & cū validius conualuerit, ſterilis in perpetuū erit. Sed oportebit taleaū capita & imas partes miſto fimo cū cinere oblinire, & ita totas eas immergeri, vt putris terra quatuor digitis alte ſuperueniat. Sed binis indicibus ex vtraq; parte humātur. hi ſunt de qualibet arbore breui ſpatio iuxta eas poſiti, & in ſumma parte inter ſe vinculo connexi, ne facile ſinguli deiiciātur. Hoc facere vtile eſt propter foſſorū ignorantiā, vt cū bidētibus aut ſarculis ſeminariū colere inſtitueris, depoſitę taleæ non lædantur. Quidam melius exiſtimant hortulis excolere, & chorda ſimili ratione diſponere: ſed vtrūq; debet poſt vernū æquinoctium ſeri. & q̄ frequentiſſime ſeminarium primo anno ſarriri, poſtero, & ſequentibus, cū iam radiculæ ſeminū conualuerint, raſtris excoli. Sed biennio a putatione abſtineri, tertio anno ſingulis ſeminibus binos ramulos relinqui, & frequenter ſarriri ſeminariū conueniet. Quarto anno ex duobus ramis infirmior amputandus eſt, ſic excultę quinquennio arbuſculę habiles tranſlationi ſunt. Plantæ autē in oliueto diſponūtur optime ſiccis, minimeq; vliginoſis agris per autumnū, lætis & humidis verno tempore paulo anteq̄ germinent. Atq; ipſis ſcrobes quaternū pedum pręparantur anno ante: vel ſi tempus non largitur, prius q̄ deponantur arbores, ſtramentis incendantur ſcrobes, vt eos ignis putres faciat, quos ſol & pruina facere debuerat. Spatium inter ordines minimū eſſe debet pingui & frumentario ſolo, ſexagenū pedum in alteram partem, atq; in alteram quadragenū: macro nec idoneo ſegetibus †quidē, & vicenū pedum. Sed in fauoniū dirigi ordines conuenit, vt æſtiuo proflatu refrigeretur. Ipſę autē arbuſculæ hoc modo poſſunt tranſferri, anteq̄ explantes arbuſculam, rubrica notato partem eius, quę meridiem ſpectat, vt eodē modo quo in ſeminario erat, deponatur. Deinde vt arbuſculę ſpatium pedale in circuitu relinquatur, atq; ita cum ſuo ceſpite planta eruatur. Qui ceſpes in eximendo ne reſoluatur, modicos ſurculos virgarum inter ſe cōnexos facere oportet, eoſq; † pilæ, quę eximitur, applicare, & viminibus ita innectere, vt cōſtricta terra velut incluſa teneatur. Tum ſubruta parte ima leuiter pilam cōmouere, & ſuppoſitis virgis alligare, atq; plātam trāſferre. Quę anteq̄ deponatur, oportebit ſolum ſcrobis imum fodere bidētibus, deinde terram aratro ſubactam (ſi tamē pinguior erit ſumma humus) immittere, & ita ordei ſemina ſubſternere, & ſi conſtet in ſcrobibus aqua, ea omnis hauriēda eſt anteq̄ demittantur arbores: deinde ingerendi minuti lapides, vel glarea miſta pingui ſolo, depoſitiſq; ſeminibus latera ſcrobis circū-

†caream. ✱ †quinum. †palæ.

cidenda,& aliquid stercoris interponendū. Q? si cum ea terra planta non conuenit, tum optimū est omni fronde priuare truncum,atq; leuatis plagis,fimoq;,& cinere oblitis in scrobem vel sulcum deponere. Truncus autem aptior translationi est,qui brachii crassitudinem habet. Poterit enim longe maioris incrementi,& robustioris transferri,quem ita conuenit poni,vt si non periculum a pecore habeat,exiguus admodum supra scrobem emineat: lętius enim frondet. si tamen incursus pecoris aliter vitari non poterit,celsior truncus constituetur,vt sit innoxius ab iniuria pecorum. Atq; etiam rigandæ sunt plantæ,cum siccitates incesserunt, nec nisi post bienniū ferro tangendæ,ac primo †furculari debent,ita vt simplex stilus altitudinem maximi scrobis excedat, deinde arando ne coxam bos, aliamve partem corporis offendat. Optimum est etiam constitutas plantas circūmuenire caueis:deinde constitutum iam & maturum oliuetum in duas partes diuidere,quæ alternis annis fructu induātur,neq; enim olea continuo biennio vberat. Cum subiectus ager consitus non est,arbor coliculum agit:cum seminibus repletur,fructum affert,ita sic diuisum oliuetum omnibus annis æqualem reditum adfert. Sed id minime bis anno arari debet, & bidentibus alte circūfodiri. Nam post solstitium cum terra æstibus hiat, curandum est, ne per rimas sol ad ad radices arborum penetret. Post æquinoctiū autumnale ita sunt arbores ablaqueādæ,vt a superiore parte,si olea in cliuo sit,incilia excitētur,quæ limosam aquam ad codicem deducāt. Omnis deinde soboles,quæ ex †vno stirpe nata est,quotānis extirpanda est,ac tertio quoq; fimo vel pabulandæ sunt oleæ. Atq; eadem ratione stercorabitur oliuetum, quā in secundo libro proposui,tamen segetibus prospicietur. Ac si ipsis tātūmodo arboribus satis seruaueris, singulis stercoris caprini sex libræ,stercoris sicci modii singuli,vel amurcæ ih singulis congius. Stercus autumno debet inici,vt permistum hyemi radices oleæ calefaciat. Amurca valentibus infundendā est,nam per hyemem, si vermes atq; alia suberunt animalia, hoc medicamento necantur. Pierūq; etiam locis siccis & humidis arbores musco infestātur, quem nisi ferramento rescecueris, nec fructum,nec lætam frondem olea inducet. Quinetiam compluribus interpositis annis oliuetum putandum est: nam veteris prouerbii meminisse conuenit,Eum,qui aret oliuetum, rogare fructum:qui stercoret,exorare:qui cędat,cogere. Qđ tamen satis erit octauo anno fecisse,ne fructuarii rami subinde amputentur. Solent etiam q̄uis lætę arbores fructum non afferre. Eas terebrari gallica terebra conuenit,atq; ita in foramen viridem taleam oleastri demitti, sic velut inita arbor fœcundo semine fertilior extat. Sed & sine ablaqueatione adiuuanda est,amurca insulsa cū suilla vel nostra vrina vetere,cuius vtriusq; modus seruatur. Nam maximę arbori † ni tantundē aquę misceatur,vrna abunde erit. Solent etiam vitio soli fructum oleæ necare. Cui rei sic medebimur,altis gyris ablaqueabimus eas,deinde calcis ꝓ magnitudine arboris plus minusve circūdabimus, sed minima arbor modicum postulat. Hoc remedio si nihil fuerit effectum,ad præsidiū insitionis confugiendum erit. Quemadmodum autem olea inserenda sit,postmodum dicemus. Nōnunq̄ etiam in olea vnus ramus cęteris aliquanto est lętior,quem nisi recideris,tota arbor cō tristabitur. Ac de oliuetis hactenus dixisse satis est. Superest ratio pomiferarum arborum, cui rei deinceps præcepta dabimus.

Truncus trāslationi aptior.

Furculari.

Incilia.

Fimo.

Oliuetū quō stercorandū.

Prouerbium.

Amurca.

De arboribus pomiferis. Caput. X.

LOCVM pomarii prius q̄ semina feras,circūuenire maceriis oportet,vel sepe,vel fossa pręcipiti,vt non solū pecori,sed & homini transitū negare valeat: quoniā si sępius cacumina hominis manu tractata,aut a pecoribus pręrosa sunt,in perpetuū semina incrementū capere nequeunt. Generatim autē disponere arbores vtile est,maxime etiā ne imbecilla a valētiore prematur,quia nec viribus nec magnitudine par est,impariq; spatio tēporis adolescit. Terra,quæ vitibus apta est,etiā arboribus est vtilis ante annū q̄ seminare voles,scrobē fodito,ita sole, pluuiisve macerabitur,& qđ positū est,cito cōprehendet. At si eodē anno & scrobem facere,& arbores serere voles,minimū ante duos menses scrobes fodito,postea stramentis incensis calefacito:quos si latiores patentioresq; feceris,lætiores vberioresq; fructus percipies. Sed scrobis clibano similis fiat,cuius imum summo patentius est,vt laxius radices vagentur,ac minus frigoris hyeme,minusq; æstate vaporis per angustū os penetret:etiā vt cliuosis locis terra,quæ in eū congesta est,a pluuiis non abluatur. Arbores raris interuallis serito,vt cū creuerint, spatiū habeant,quo ramos extendant, nam si spisse posueris,nec infra serere quid poteris,nec ipsę fructuosę erūt,nisi †interuulseris: ita inter ordines quadragenos pedes minimūq; tricenos relinquere conuenit. Semina lege crassa,non minus q̄ manubriū bidentis,recta,lęuia,procera,sine vlceribus,integro libro,ea bene & celeriter comprehendent. Si ex veteribus ramis sumes,de iis quoq;,qui quotannis bonos &

Pomariū quō instituendum.

Generatī arbores disponendę.

Scrobis qualis fiat.

†interraseris.

Semina quanta.

vberes fructus afferunt, eligito, ac illos magis qui sunt contra solem, q̃ qui vmbris, ramis, aut plātis continētur. Sed anteq̃ arbusculas transferas, nota quibus ventis antea fuerāt cōstitutę, postea manus admoueto, vt de cliuo, & sicco in humidū agrū transferas. Trifurcā maxime ponito: ea extet minime tribus pedibus. Si eodē scrobe duas aut tres arbusculas voles cōstituere, curato, ne inter sese contingant, quoniā mutuo contactu aut cōputrescent, aut vermibus interibunt. Cum semina depones, dextra sinistraq; vsq; in imū scrobē fasciculos sarmentorū brachii crassitudinis demittito, ita vt supra terrā paululū extent, per quos æstate paruo labore aquā radicibus sumministrare possis. Arbores ac semina cum radicibus autūno serito, hoc est circa Calēdas & Idus Octobris. Primo vere anteq̃ germinent arbores, deponito, ac ne tinea molesta sit seminibus ficulneis, in imū scrobem lentisci taleā inuerso cacumine demittito. Ficum frigoribus ne serito. Loca aprica, calculosa, glareosa, interdū & saxosa amat. Eiusmodi arbor cito conualescit, si scrobes amplos patentesq; feceris. Ficorū genera, & si sapore atq; habitu distant, vno modo, sed pro differentia agri seruntur. Locis frigidis autumni tēporibus & aquosis, precoques ponito, vt ante pluuiā fructū deligas. Locis calidis hybernas serito. At si voles ficū q̃uis non natura, serā facere, tū grossulos, prioreve fructū decutito, iterū alterū edet, quē in hyemem differet. Nōnūq̃ etiā cū frōdere cœperunt cacumina fici, ferro summa prodest amputare, sic firmiores arbores & feraciores fiūt; ac semper cōueniet, simulatq; folia agere cœperint ficus, rubricā amurca diluere, & cū stercore humano ad radicem infunderē. Ea res efficit vberiore fructum, & † fartum fici pleniorē ac meliorē. Serendæ sunt autem præcipue Liuianæ, Africanę, Calcidicę, Sulcæ, Lydię, Callustrutiæ, Topiæ, Rhodiæ, Libycę, Hybernę, omnes etiā biferæ & triferę flosculi. Nucem græcam serito circa Calē. Feb. quæ prima gemmascit. agrum durū, calidū, siccū desiderat: nam in locis diuersis nucem si deposueris, plerūq; putrescit. Anteq̃ nucem deponas, in aqua mulsa, nec nimis dulci macerato: ita iucundioris saporis fructū cū adoleuerit, præbebit, & interim melius atq; celerius frondebit. Ternas nuces in trigonū statuito, vt nux a nuce minime palmo absit, & anceps ad Fauoniū spectet. Omnis autē nux vnā radicem mittit, & simplici † stilo prorepit. Cum ad scrobis solū radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, & ex summo duū ramorū ambas radices emittit. Nucē græcam, & auellanam tarentinam facere hoc modo poteris. In quo scrobe destinaueris nuces serere, in eo terram minutā pro modo semipedis ponito, ibiq; semen ferulæ repangito. cū ferula fuerit enata, eā findito, & in medulla eius sine putamine nucem græcā, aut auellanā abscōdito, & ita adobruito. hoc ante Calen. Mar. facito, vel etiā inter Nonas & Idus Mar. Eodē tempore iuglandē, & pineā, & castaneā serere oportet. Malū punicū eodē tēpore vsq; in Cal. Aprilis recte seritur: qđ si acidū, aut minus dulcē fructū feret, hoc modo emendabitur. Stercore suillo & humano, vrinaq; vetere radices rigato: ea res & fertilē arborē reddet, & primis ānis fructū vinosum, & post quinquenniū dulcē, & apyrenū facit. nos exiguū admodū laseris vino diluimus, & ita cacumina arboris summa obleuimus: ea res emēdabit acorē malorū. Mala punica ne in arbore rūpātur, remedio sunt lapides tres, si, cū seres arborē, ad radicē ipsam collocaueris. at si iā arborē satā habueris, scillā secūdū radicē arboris serito. Alio modo cū iā matura mala fuerint, anteq̃ rūpant, ramulos, qbus depēdēt, intorqueto, eodē modo seruabuntur incorrupta etiā toto anno. Pyrum autumno ante brumā serito, ita vt minime dies. XXV. ad brumā supersint, quę vt sit ferax, cum adoleuerit, alte eā ablaqueato, & iuxta ipsam radicē truncū findito. & fissuram cuneo tedę pineæ adigito, & ibi relinquito, deinde absumpta ablaqueatione, cinerē supra terrā inicito. Curandum est autē, vt q̃ generosissimis pyris pomaria cōseramus. Ea sunt crustumina, regia, signina, tarentina, quę Syria dicūtur, purpurea, superba, ordeacea, aniciana, neuiana, fauoniana, lateritana, dolabelliana, turraniana, volema, mulsa, præcocia, venerea, & quædā alia, quorū enumeratio nūc longa est. Præterea malorum genera exquirēda maxime scandiana, matiana, orbiculata, sextiana, pelusiana, amerina, syrica, melimela, cidonia, quorū genera tria sunt struthia, chrysomeliana, mustea. Quę omnia nō solū voluptatē, sed etiā salubritatē afferūt. Sorbi quoq; & armeniaci, atq; persici nō minima est gratia. Et mala sorba pruna post mediā messem vsq; Idus Feb. serito. Mororū ab Idibus Feb. vsq; ad æquinoctiū vernū satio est. Siliquā grecā, quā quidā κεράτιον vocāt, & persicū, ante brumā per autumnū serito. Amygdala si parū ferax erit, forata arbore lapidem adiicito, & ita librū arboris inolescere finito. Omniū autē generū ramos, circa Calendas Martias in hortis subacta & stercorata terra supra puluinos arearū disponere cōuenit. dāda est opa, vt dū teneros ramulos habēt, veluti pampinētur, & ad vnū stilū primo anno semina redigātur, & cū autūnus inflexerit, ante q̃ frigus cacumina adurat, oīa folia decerpere expedit. & ita crassis arundinibus, quæ

Semina quō deponenda. Ficus. † partum Ficorum genera. Nux gręca. † stolone. Auellana & Trentina nux. Malū punicum. Laser. Scilla. Pyrus. Pyra generosissima. Malorū genera. Sorba. Pruna. Mora. Siliqua. κεράτιον. Amygdala.

ab vna parte nodos integros habeant,velut pileis induere,atq; sic a frigore & gelicidiis teneras adhuc virgas tueri.Post vigintiquatuor deinde menses, siue transferre & disponere in ordinem voles,siue inserere, satis tuto vtrunq; facere poteris.

De insitione arborum. Caput.XI.

OMNIS surculus omni arbori inseri potest,si nõ est ei,cui inseritur,cortice dissimilis.Si vero etiam similem fructum,& eodem tempore affert.sine scrupulo egregie inseritur. Tria genera porro insitionum antiqui tradiderũt.Vnũ,quo resecta & fissa arbor resectos surculos accipit:alterũ,quo resecto inter librum & materiam semina admittit,quę vtraq; genera verni tẽporis sunt. tertium,quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplastrationem,vel,vt quidam,inoculationem. Hoc genus insitionis æstiuo tempore optime vsurpatur,quarum insitionum rationem cũ tradiderimus,a nobis quoq; repertam docebimus.Omnes arbores simulatq; gemmas agere cœperint,luna crescente inserito,oliuã autem circa æquinoctium vernum vsq; in Idus Aprilis.Ex qua arbore inserere voles,& surculos ad insitionem sumpturus es,videto,vt sit tenera & ferax,nodisq; crebris. & cum primum germina tumebunt de ramulis anniculis, qui solis ortum spectabunt, & integri erunt,eos legito crassitudine digiti minimi,surculi sint bifurci vel trifurci.Arborem,quam inserere voles,serra diligẽter exsecato ea parte,qua maxime nitida,& sine cicatrice est,dabisq; operam,ne librum lędas. cum deinde truncum recideris, acuto ferramento,plagam leuato: deinde cuneum tenuem ferreum vel osseum inter corticem & materiam ne minus digitos tres,sed considerate demittito,ne lędas aut rumpas corticẽ. Postea surculos quos inserere voles,falce acuta ex vna parte deradito tantũ, quantum cuneus demissus spatii dabit,atq; ita,ne medullas,neue alterius partis corticem lædas. Vbi surculos paratos habueris,cuneum vellito,statimq; surculos in ea foramina,q̃ cuneo adacto inter corticem & materiam feceris,demittito.Ea autem fine,qua adraseris, surculos sic inserito, vt semipede, nec amplius de arbore extent,supra deinde muscum imponito,& ita ligato,ne pluuia dilabatur. Quosdam tamen magis delectat in trunco arboris locum seminibus serra facere, insectasq; partes tenui scalpello leuare,atq; ita surculos aptare.Si pusillam arborẽ inserere voles, imam abscindito, ita vt sesquipede e terra extet,& cum deinde præcideris,plagam diligenter leuato,& medium truncum acuto scalpello permodice findito,ita vt fissura digitorum trium sit in ea.deinde cuneum,quo didu tacur,inserito,& surculos ex vtraq; parte derasos demittito,sic vt librum seminis libro arboris æqualem facias.Cum surculos diligẽter aptaueris,cuneum eximito: & arborem,vt supra dixi,alligato. deinde terram circa arborem adaggerato vsq; ad ipsum insitum.ea res a vento & calore maxime tuebitur. Hoc tertiũ genus insitionis,cum sit subtilissimũ, non omni generi arborum idoneum est, sed fere recipiunt talem insitionem,quæ humidum succosumq; & validũ librum hábent,sicut ficus: nam & lactis plurimum mittit, & corticem robustum habet.optime itaq; inseritur caprifici ramis.Ex arbore,de qua inserere voles,nouellos & nitidos ramos eligito.in iisdemq; obseruato gemmam,quæ bene apparebit, certamq; spem germinis habebit:eã duobus digitis quadratis circũsignato,vt gemma media sit, & ita acuto scalpello circũcidito,delibratoq; diligenter,ne gemmam lædas. Postea item alterius arboris,quã emplastraturus es,nitidissimum ramum eligito,& eiusdem spatii corticem circũcidito, & materiam delibrato.deinde in eam partem quam nudaueris,præparatum emplastrum aptato,ita vt alteræ delibratæ parti conueniat: vbi ita hæc feceris, circa gemmã bene alligato,cauetoq; ne lædas ipsum germen,deinde commissuras & vincula luto oblinito,spatio relicto,vt gemma libera vinculo nõ vrgeatur. arboris autem insitæ sobolem & ramos superiores præcidito,nequid sit, quo possit succus euocari,aut ne cui magis,q̃ insito seruiat.post.XXI.diem soluito emplastrum.& hoc genere optime etiam inseritur olea.Quartum illud genus insitionis iam docuimus,cum de vitibus disputauimus. itaq; superuacuũ est hoc loco repetere traditam rationem terebrationis. sed cum antiqui negauerint posse omne genus surculorum in omnem arborem inseri, & illam quasi finitionem,qua nos paulo ante vsi sumus,veluti quãdã legem sanxerint,eos tantũ surculos posse coalescere,qui sint cortice,ac libro,& fructu cõsimiles iis arboribus,quibus inserũtur,existimauim⁹ errorẽ huius opinionis discutiendũ,tradendãq; posteris rationem,qua possit omne genus surculi omni generi arboris inseri:qđ ne longiore exordio legentẽ fatigemus, vnũ quasi exemplũ subiiciemus,quo possit omne genus surculi omnibus arboribus inseri.Scrobem quoquouersus pedũ quatuor ab arbore oliuæ tam longe fodito,vt extremi rami oleæ possint eã contingere: in scrobẽ deinde fici arbusculam deponito,diligentiãq; adhibeto,vt robusta & nitida fiat.Post trienniũ cũ

Emplastratio & ioculatio.

De inserendis surculis.

An oẽ gen⁹ surc. inseri possit.

iam satis amplum incrementũ ceperit,ramũ oliuæ, qui videtur nitidissimus, deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa,atq; ita amputatis cæteris ramulis,ea tantũ cacumina,quę inserere voles relinque,tum arborẽ fici detrunca,plagãq; leua,& mediã cuneo finde,cacumina deinde oliuæ,sicuti matri cohęrent,ex vtraq; parte abrade,& ita fissuræ fici insere,cuneũq; exime,diligẽterq; ramulos colliga,nequa vi reuellantur,sic interposito triennio conualescet ficus cũ olea,& tum demũ quarto anno,cũ bene coierint,velut propagines,ramulos oliuæ a matre resecabis: hoc modo omne genus in omnẽ arborẽ inseres. At prius q̃ finẽ libri faciamus,quoniã fere species surculorũ omniũ persecuti sumus prioribus libris,de cythiso dicere nunc tempestiuũ est.

De Cythiso. Caput.XII.

CYTHISVM in agro esse q̃plurimũ maxime refert:q; gallinis,apibus, capris, bubus quoq;, & omni generi pecudum vtilissimus est: q; ex eo cito pinguescit,& lactis plurimum præbet ouibus:tum etiã q; octo mensibus viridi eo pabulo vti,& postea arido possis. pręterea in quolibet agro,q̃uis macerrimo,celeriter cõprehendit:omnẽ iniuriam sine noxa patitur.Mulieres qdẽ,si lactis inopia premũtur,cythisum aridum in aquã macerari oportet,& cũ tota nocte permaduerit,postero die expressi succi ternas heminas permisceri modico vino,atq; ita potandũ dari,sic & ipsę valebũt,& pueri abũdantia lactis cõfirmabũtur.Satio autẽ cythisi vel autumno circa Idus Octob.vel vere fieri potest,cũ terrã bene subegeris,areolas facito,ibiq; velut ocymi semẽ cythisi autumno serito.plantas deinde vere disponito,ita vt inter se quoquouersus quatuor pedũ spatia distent:si semen non habueris,cacumina cythisorum vere deponito, & stercoratam terrã circũaggerato:si pluuia nõ incesserit,rigato quindecim proximis diebus:simulatq; nouã frondẽ agere cœperit,sarrito,,& post trienniũ deinde cędito,& pecori prębeto. Equo abunde est viridis põdo XV.bubus pondo vicena,cæterisq; pecoribus pro portione virium. Potest etiam ante Septẽbrẽ satis commode ramis cythisus seri,quoniam facile comprehendit,& iniuriam sustinet. aridum si dabis,parcius præbeto,quoniam vires maiores habet,priusq; aqua macerato, & exemptum paleis permisceto.Cythisum cum aridum facere voles,circa mensem Septembrem, vbi semen eius grandescere incipiet,cędito.paucisq; horis,dum flaccescat,in sole habeto,deinde in vmbra exsiccato,& ita condito.Hactenus de arboribus pręcepisse abunde est,reddituro pecoris curam,& remedia sequenti volumine.

LVCII IVNII MODERATI
COLVMELLÆ DE RE RVSTICA
LIBER. VI.

SCIO quosdam Publi Siluine prudẽtes agricolas pecoris,gregariorũq; pastorum abnuisse curam,& eam velut inimicam professionis suę disciplinam constantissime repudiasse. neq; inficior id eos aliqua ratione fecisse,quasi sit agricolæ contrarium pastoris propositum, cum ille q̃maxime subacto & puro solo gaudeat, hic nouali graminosoq; : ille fructum ex terra speret,hic e pecore.Ita fit, vt qđ arator abominatur, contra pastor optet hęrbarum prouentum.Sed in his tam discordantibus votis est tamen quędam societas atq; coniunctio, quoniam & pabulum e fundo plerũq; domesticis pecudibus magis,q̃ alienis depascere ex vsu sit,& copiosa stercoratione,quę contingit e gregibus terrestres fructus exuberare.Nec tamen vlla regio est,in qua modo frumenta gignantur,quæ non, vt hominũ,ita armentorum adiumento iuuetur,vnde etiam iumenta nomen a re traxere,q; nostrum laborem vel onera subuectando vel arando iuuarent.itaq; sicut veteres Romani pręceperunt,ipse quoq; censeo,tam pecorum q̃ agrorum cultũ pernoscere,nam in rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi,eademq; quęstuosissima.propter qđ nomina quoq; & pecuniæ, & peculij tracta videntur a pecore,quoniam id solum veteres possederunt, & adhuc apud quasdam gentes vnũ hoc vsurpatur diuitiarum genus,& nunc apud nostros quidem colonos alia res vberior nulla est,vt etiam M.Cato credidit,qui consulenti quã partem rei rusticæ exercẽdo celeriter locupletari posset,respondit,si bene pasceret:rursusq; interroganti quid deinde faciendo satis vberes fructus percepturus esset,affirmauit si mediocriter pasceret.cęterum de tam sapiente viro piget dicere,qđ eum quidam authores memorant,quid nam quęrẽti cuidã tertium in agricolatione quęstuosum esset,asseuerasse,siquis vel male pasceret,cũ pręsertim maius dispẽdium sequatur

Iumenta.

Pecunia & Peculium.

inertem & inscium pastorem,q̃ prudentē diligentēq; compendium.De secundo tamen responso dubium non est,quin mediocrem neglgentiam domini fructus pecoris exuperet:quam ob rē nos quoq; hanc partem rei rusticæ Siluine,quanta valuimus industria,maiorum secuti præcepta,posteritati mandauimus. Igitur cum sint duo genera quadrupedum,quorum alterum paramus in consortium operum,sicut bouem,mulam,equū,asinū:alterum voluptatis,ac reditus, & custodiæ causa,vt ouem,capellam,suem,canem,de eo genere primum dicemus cui⁹ vsus nostri laboris est particeps.nec dubium,quin (vt ait Varro) cæteras pecudes bos honore superare debeat:præsertim autem in Italia,quæ ab hoc nūcupationem traxisse creditur, q̇ olim tauros græci ἰταλοὺς vocarent: & in ea vrbe,cuius mœnibus condendis mas & fœmina aratro terminū signauerunt, velut pecus:q̇ item Athenis Cereris & Triptolemi fertur minister: q̇ inter fulgentissima sidera particeps cœli: q̇ deinde laboriosissimus adhuc hominis socius in agricultura:cuius tanta fuit apud antiquos veneratio,vt tā capitale esset bouem necasse,q̃ ciuem.ab hoc igitur promissi operis capiamus exordium.

Italia. Mœnia cō dēdi vetus mos.

De bubus parādis,atq; emendis,earumq; forma. Caput.I.

QVÆ in emendis bubus sequenda,queq; vitanda sint,non ex facili dixerim, cum pecudes pro regionis cœliq; statu,& habitum corporis,& ingeniū animi,& pili colorem gerāt.alię formę sunt Asiaticis,alię Gallicis,Epiroticis aliæ:nec tātū diuersitas prouinciarū,sed ipsa quoq; Italia partibus suis discrepat.Campania plerūq; boues progenerat albos & exiles, labori tamen & culturę patrij soli non inhabiles.Vmbria vastos,& albos,eademq; rubros,nec minus probabiles animis,q̃ corporibus.Hetruria & Latium compactos,sed ad opera fortes. Apenninus durissimos,omnemq; difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros. quæ cum tam varia & diuersa sint, tamen quædam quasi communia,& certa pręcepta in emendis iuuencis arator sequi debet, eaq; Mago Carthaginensis ita prodidit,vt nos deinceps memorabimus. Parandi sunt boues nouelli,quadrati,grandibus membris,cornibus proceris,ac nigrantibus,& robustis,frōte lata & crispa,hirtis auribus,oculis & labiis nigris,naribus resimis patulisq;,ceruice longa & torosa,palearibus amplis,& pene ad genua promissis,pectore magno,armis vastis,capaci & tāq̃ implente vtero,lateribus porrectis,lumbis latis,dorso recto planoq;,vel etiam subsidente,clunibus rotūdis,cruribus compactis ac rectis,sed breuioribus potius q̃ longis, nec genibus improbis, vngulis magnis,caudis longissimis,& setosis pilosisq;,corpore denso breuiq;,colore † rubeo vel fusco, tactu corporis mollissimo.

Boum diuersitas.

Boues quales parādi. Resimæ nares. Torosa ceruix.

†rubro.

De bubus domandis. Caput.II.

TALIS notæ vitulos oportet,cū adhuc teneri sunt,consuescere,manu tractari, ad præsepia religari,vt exiguus in domitura labor eorū,& minus sit periculi:verū neq; ante tertiū, neq; post quintū annū iuuencos domari placet,quoniam illa ætas adhuc tenera est,hęc iam prędura: eos autē qui de grege fieri cōprehendūtur,sic subigi conuenit.Primū omniū spatiosum stabulū pręparetur,vbi domitor facile versari,& vnde digredi sine periculo possit.Ante stabulū nullę angustię sint,sed aut campus,aut via late patens,vt cū producētur iuuenci,liberū habeant excursum,ne pauidi aut arboribus,aut obiacenti cuilibet rei se implicent,noxāq; capiant. In stabulo sint ampla pręsepia,supraq; transuersi asseres in modū iugorū a terra septē pedibus elati configātur,ad quos religari possint iuuenci:diem deinde,quo domiturā auspiceris,liberū a tēpestatibus & a religionibus matutinū eligito,canabinisq; funibus cornua iuuencoꝝ ligato,sed †iaculi,q̄bus copulantur,lanatis pellibus inuoluti sint,ne tenera fronte sub cornua lędātur,cū deinde buculos cōprehēderis,extra stabulū ꝑducito,& ad stipites religato ita,vt exiguū laxamēti habeāt,distētq; inter se aliquāto spatio,ne in colluctatione alter alteri noceat:si nimis asperi erūt, patere vnū diē noctēq; desęuiāt,simulatq; iras cōtuderint,manu ꝑducātur,ita vt & aliq̄s ante & a tergo cōplures,qui sequātur,retinaculis eos cōtineant,& vnus cū claua salignea ꝓcedēs modicis ictibus subinde impetus eoꝝ coerceat. sin autē placidi & quieti boues erūt,vel eodē die quo alligaueris,ante vesperū licebit ꝑducere,& docere p mille passus cōposite,ac sine pauore ambulare: cum domū perduxeris,arcte ad stipites religato:ita ne capite moueri possint:tum demū ad alligatos boues, neq; a posteriore parte,neq; a latere,sed aduersus placide,& cū quadā vocis adulatione venito,vt accedentē consuescant aspicere:deinde nares perfricato,vt hominē discant odorari: mox etiam conuenit tota tergora & tractare & respergere mero,quo familiariores bubulco fiant:vētri quoq; & sub fœmina manū subiicere,ne ad eiusmodi tactū postmodū pauescāt: & vt ricini qui plerūq; fœminibus inhęrent,eximātur. itaq; cū fit,a latere domitor stare debet,ne calce contingi possit.

†laquei. Buculi.

Post hæc diductis malis,educito linguã,totũq; eorũ palatũ sale defricato,libralesq; offas in præ- sulsæ adipis liquamine tinctas,lingula demittito,ac vini singulos sextarios per cornu faucibus infundito: nã per hæc blandimenta triduo fere mãsuescũt,iugũq; quarto die accipiũt:cui ramus illigat,& temonis vice trahitur,interdũ & pondus aliquod iniũgitur, vt maiore nisu laboris ex- ploretur patientia,post eiusmodi experimenta vacuo plostro subiũgendi,& paulatim longius cũ oneribus producẽdi sunt.Sic perdomiti mox ad aratrũ instituãtur, sed in subacto agro,ne statim difficultatem operis reformident,neue adhuc tenera colla, dura proscissione terræ contundant. quemadmodũ autem bubulcus in arãdo bouem instituat,primo pręcepi volumine, curandũ ne in domitura bos calce aut cornu quẽq̃ contingat:nam nisi hæc caueantur,nunq̃ eiusmodi vitia, q̃uis subacta,eximi poterunt. Verum ista sic agenda præcipimus,si veteranũ pecus non aderit: nam si aderit,expeditior,tutiorq; ratio domandi est,quã nos in nostris agris sequimur: nam vbi plaustro aut aratro iuuencum consuescimus,ex domitis bubus valentissimũ, eũdemq; placidissi- mum cum indomito iungimus,qui & procurrentem retrahat,& cunctantem producat. si vero non pigeat iugum fabricare,quo tres iungantur,hac machinatione consequemur,vt etiam cõtu- maces boues grauissima opera non recusent: nam vbi piger iuuencus medius inter duos vetera- nos iũgitur,aratroq; iniuncto terram moliri cogitur,nulla est imperiũ respuendi facultas:siue eñ efferatus prosilit,duorum arbitrio inhibetur:seu consistit,duobus gradientibus etiam obsequi- tur:seu conatur decumbere,a valentioribus subleuatus trahitur:propter quæ vndiq; necessitate contumaciam deponit,& ad patientiam laboris paucissimis verberibus perducitur. est etiam post domituram mollioris generis bos,qui decumbit in sulco,eũ non sæuitia,sed ratione censeo emẽ- dandũ:nam qui stimulis,aut ignibus,aliisq; tormẽtis id vitiũ eximi melius iudicant,verę rationis ignari sunt,quoniã peruicax contumacia plerunq; sęuientem fatigat. Propter q̃d vtilius est citra corporis vexationem fame potius,& siti cubitorem bouem emendare: nam eũ vehementius af- ficiunt naturalia desideria,q̃ plagæ. Itaq; si bos decubuit,vtilissimum est sic pedes eius vinculis obligari,ne aut insistere,aut progredi,aut pasci possit:quo facto,inedia & siti compulsus deponit ignauiam,quę tamen rarissima est in pecore vernaculo,longeq; omnis bos indigena melior est q̃ peregrinus,nam neq; aquæ,nec pabuli, nec cœli mutatione tentatur, neq; infestatur conditione regionis,sicut ille,qui ex planis & campestribus locis,in montana & aspera perductus est,vel ex montanis in campestria. itaq; etiã,cũ cogimur aut ex longinquo boues arcessere,curãdũ est,vt ex similibus patriis locis traducãtur. item custodiendũ est,ne in corporatione,vel statura,vel virib⁹ impar cũ valentiore iũgatur:nã vtraq; res inferiori celeriter affert exitium. Mores hui⁹ pecudis probabiles habentur,qui sunt propiores placidis,q̃ concitatis: sed non inertes,qui sunt verentes plagarũ,& acclamationũ,sed fiducia viriũ,nec auditu,nec visu pauidi,nec ad ingrediẽda flumi- na,aut pontes formidolosi. Multi cibi edaces,verũ in eo conficiẽdo lenti:nã hi melius cõcoquũt: ideoq; robora corporũ citra maciẽ conseruãt,qui ex cõmodo,q̃ qui festinanter mandunt. Sed tã vitium est bubulci pinguem,q̃ exilem bouem reddere. humilis enim & modica corporatura pe- coris operarii debet esse,neruisq; & musculis robusta:non adipibus obesa,vt nec sui tergoris mo le,nec labore operis degrauetur. Sed quoniam quę sequenda sunt in emendis,domandisq; bobus tradidimus,tutelam eorum præcipiamus.

Cubitor bos. *Modica corporatura i bobus*

De boum cura,& cibariis. Cap.III.

BOVES calore sub diuo,frigoribus intra tectũ manere oportet. Itaq; hybernę stabulationi eorum præparanda sunt stramenta,quæ mense Augusto intra dies triginta sublatæ messis præcisa,in aceruum extrui debent: horum defectio cum pecori,tũ agro est vtilis:liberantur arua sentibus,qui æstiuo tempore per caniculæ ortum recisi,plerũq; radicitus intereunt,& stramentis pecoris subiecti plurimum stercoris efficiunt. hæc cum ita curauerimus,tum & omne genus pa buli præparabimus,dabimusq; operam,ne penuria cibi macrescat pecus. Boues autem recte pa scendi non vna ratio est:nam si vbertas regionis viride pabulum sumministrat,nemo dubitat q̃n id genus cibi cæteris præponendum sit. q̃d tamen nisi riguis aut rosidis locis non contingit. Itaq; in iis ipsis vel maximum commodum est,q̃d sufficit vna opera duobus iugis, quæ eodem die alterna temporum vice vel arant,vel pascuntur siccioribus agris. Ad præsepia boues alendi sunt,quibus pro conditione regionum cibi præbentur: eosq; nemo dubitat quin optimi sint vi- cia in fascem ligata,& cicercula, itemq; pratense fœnum. minus commode tuemur armentũ pa- leis,quæ vbiq; & quibusdam regionibus solę pręsidio sunt,eę probãtur maxime ex milio, tum ex ordeo,mox etiã ex tritico: sed iumentis iustã operã reddentibus, ordeum præter has præbetur.

Boues pascendi non vna ratio. *Paleæ.*

Bobus,pro anni tpib⁹ quō dispenſentur pabula. Eruum.

Bobus autem pro temporibus anni pabula diſpēſantur.Ianuario menſe,ſingulis freſi & aqua maceratí erui quaternos ſextarios miſtos paleis dare côuenit,vel lupini macerati modios, vel cicerculę maceratę ſemodios,& ſup hęc affatim paleas,licet etiā ſi ſit leguminū inopia, & eluta & ſiccata vinacia,quę de lora eximūtur,cū paleis miſcere.Nec dubiū eſt quin ea lōge melius cum ſuis folliculis anteq̄ eluantur, pręberi poſſint: nā & cibi & vini vires habent,nitidumq́;,& hilare,& corpulentū pecus faciunt.Si grano abſtinemus,frōdis aridę corbis pabulatoria modiorū viginti ſufficit,vel fœni pōdo triginta,vel ſi nō,modius viridis laurez,& iligneę frondis,ſed his ſi regionis copia pmittat,glans adiicitur,quę niſi ad ſatietatē detur,ſcabiem parit.Poteſt etiā,ſi prouēt⁹ vilitatem facit,ſemodius fabæ freſæ pręberi. Menſe Februario plerūq; eadē cibaria ſufficiunt.

Corbis.

Martio & Aprili debet fœni pondus adiici, quia terra proſcinditur. ſat autem erit pondo quadragena ſingulis dari. Ab Idibus tamen menſis Aprilis vſq; in Idus Iunias viride pabulum recte ſecatur.Poteſt etiam in Calen.Iulias frigidioribus locis idem pręſtari a quo tempore in Calendas Nouembres tota æſtate,& deinde autumno ſatientur fronde,quæ tamen non ante eſt vtilis,q̄ cū maturuerit vel imbribus vel aſſiduis roribus:probaturq; maxime vlmea,poſt fraxinea,& ab hac populnea:vltimæ ſunt iligneа,& quernea,& laurea,ſed poſt æſtatem neceſſariæ deficientibus cæteris.Poſſunt etiam & folia ficulnea probe dari,ſi ſit eorum copia,aut ſtringere arbores expediat:ilignea tamē vel melior eſt quernea,ſed eius generis,qđ ſpinas non habet. nā id quoq; vti iuniperus reſpuitur a pecore propter aculeos. Nouembri menſe ac Decembri per ſemētem quātū appetit bos,tantū prębendū eſt.plerūq; tamē ſufficiūt ſingulis modij glandis, & paleæ ad ſatietatē datæ,vel lupini macerati modij,vel erui aqua conſperſi ſextarij. vij. permiſti paleis, vel cicerculæ ſimiliter conſperſæ ſextarij.xii.miſti paleis,vel ſinguli modii vinaceorū,ſi iis,vt ſupra dixi,large paleæ adiiciantur:vel ſi nihil horum eſt,per ſe fœni pondo quadraginta.

Frons quæ & qñ vtilis.

Stringere arb.

De vitiis boum,& medicinis. Cap.IIII.

SED non proderit cibis ſatiari pecora,niſi omni adiuuentur diligentia.vt ſalubri ſint corpore,vireſq; conſeruent:quæ vtraq; cuſtodiūtur large dato per triduū medicamento,qđ componitur pari pondere triti lupini,cupreſſiq;:& cum aqua,nocte vna ſub diuo habito idq; quater anno fieri debet vltimis temporibus veris,æſtatis,autumni, hyemis. Sæpe etiam langor, & nauſea diſcutitur,ſi integrum gallinaceum crudū ouū ieiunis faucibus inferas,ac poſtero die ſpicas vlpici,vel allii cum vino cōteras,& in naribus infundas:neq; hæc tātū remedia ſalubritatē faciūt. Multi & largo ſale miſcent pabula:quidam marrubium dederunt cū oleo & vino, quidā porri fibras,alii grana thuris,alii ſabinam hęrbam,rutamq; cū mero diluūt.Eaq; medicamenta potanda præbent.Multi caulibus vitis albę,& valuulis erui bubus medentur.nonnulli pellem ſerpentis obtritam cū vino miſcent.Eſt etiam remedio,cū dulci vino tritum ſerpillum,& conciſa & in aqua macerata ſcylla.Quæ omnes pręlictę potiones trium heminarum ſingulis diebus per triduū datæ,aluum purgant,depulſiſq; vitiis,recreāt vires,maxime tamen habetur ſalutaris amurca. ſi tantūdē aquæ miſceas, & ea pecus inſueſcas:quę protinus dari non poteſt, ſed primo cibi aſpergūtur,deinde exigua portione medicatur aqua,mox pari menſura miſta datur ad ſatietatē.

Sub diuo. Cōtra langorē & nauſeam boū.

Aluus bobus vt purgetur.

Quæ ſint,quibus peſtilentia ingruit gregi,& quę remedia adhibenda. Cap. V.

NVLLO autem tempore,& minime æſtate vtile eſt boues in curſum concitari, nam ea res aut cit aluum,aut mouet febrem.Cauendū quoq; eſt ne ad præſepia ſus, aut gallina perrepat. nam hoc qđ decidit,immiſtum pabulo,bubus affert necem, & id præcipue, qđ egerit ſus ægra,peſtilentiam facere valet, quæ cum in gregem incidit,confeſtim mutandus eſt cœli ſtatus, & in plures partes diſtributo pecore longinquæ regiones petendæ ſunt, atq; ſegregandi a ſanis morbidi,nequis interueniat,qui contagione cæteros labefaciat.Itaq; cum ablegabuntur,in ea loca perducendi ſunt,quibus nullum impaſcitur pecus, ne aduētu ſuo etiam illis tabem afferant. Euincendi ſunt autem q̄uis peſtiferi morbi,& exquiſitis remediis propulſandi. Tunc panacis,& eryngii radices fœniculi ſeminibus miſcendæ,& cum defruti,ac moliti tritici farina,candentiq; aqua conſpergendæ,eoq; medicamine ſaliuandum ęgrotum pecus.Tum paribus caſiæ myrrhęq; & thuris ponderibus,ac tantundem ſanguinis marinæ teſtudinis miſcetur potio,cum vini veteris ſextariis tribus,& ita per nares infunditur.Sed ipſum medicamentum ponderis ſex vnciæ diuiſum,portione aqua per triduum cum vino dediſſe ſat erit.Præſens etiam remedium cognouimus radiculæ,quam paſtores conſiliginem vocant.Ea in Marſis montibus plurima naſcitur, omniq; pecori maxime eſt ſalutaris.Leua manu effoditur ante ſolis ortum:ſic enim lecta maiorem vim creditur habere. Vſus eius traditur talis,ænea ſubula pars auriculæ latiſſima circūſcri-

Saliuandū pecus.

Conſiligo

bitur,ita vt manante sanguine tanq̃ o literæ ductus appareat orbiculus.Hoc & intrinsecus & ex superiore parte auriculæ cum factum est,media pars descripti orbiculi eadem subula transfuitur,& facto foramini prædicta radicula inseritur,quã cũ recens plaga comprehendit, ita continet vt elabi nõ possit:in eam deinde auriculam omnis vis morbi,pestilensq; virus elicitur, donec pars, quæ subula circũscripta est,demortua excidat,& minimę partis iactura caput cõseruatur. Cornelius Celsus etiam visci folia cum vino trita per nares infundere iubet.Hæc faciẽda,si gregatim pecora laborant:illa deinceps,si singula.

Qđ remedium adhibetur boui cruditate laboranti. Caput.VI.

CRVDITATIS signa sunt crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi, neruorum intentio,hebetes oculi.Propter quę bos neq; ruminat,neq; lingua se deterget.Remedio erũt aquę calidæ duo cõgii,& mox triginta brassicæ caules modice cocti,& ex aceto dati,sed vno die abstinendũ est alio cibo.Quidã clausum intra tecta continent,ne pasci possit, tum lentisci,oleastriq; cacuminũ pondo.iiij.& libra mellis vna triti permiscent aquæ congio,quã nocte vna sub dio habent,atq; ita faucibus infundũt:deinde interposita hora,macerati erui quatuor libras obiiciunt, aliaq; potione prohibent.Hoc per triduũ fieri,dum omnis causa langoris discutiatur.Nam si neglecta cruditas est,& inflatio ventris,& intestinorũ maior dolor insequitur,qui nec capere cibos sinit,gemitus exprimit,locoq; stare non patitur,sæpe decumbere,& agitare caput,caudamq; crebrius agere.Manifestũ remediũ est proximã clunibus partẽ caudæ vinculo vehementer obstringere,viniq; sextariũ cũ olei hemina faucib⁹ infundere,atq; citatum per mille & quingẽtos passus agere.Si dolor permanet,vngulas circũsecare,& vncta manu per anũ inserta fimũ extrahere,rursusq; agere currentem. Si nec hęc profuit res,caprifici aridę conteruntur, & cũ dodrante aquæ calidę dantur.Vbi nec medicina processit,myrti syluestris foliorũ duę librę deligantur,totidẽq; sextarii calidę aquę misti per vas ligneũ faucibus infundũtur.Atq; ita sub cauda sanguis emittitur,qui cum satis profluxit,inhibetur papyri ligamine.Tum concitate agitur pecus eousq;,dum anhelet.Sunt & ante detractionem sanguinis illa remedia,tribus heminis vini,tres vnciæ pinsiti allij permiscentur,& post eã potionẽ currere cogitur.Vel salis sextans cũ cępis decẽ conteritur, & admisto melle decocto collyria immittũtur aluo,atq; ita citatus bos agitur.

Cruditatis signa. Bubus quõ sanguis detrahatur. Collyria.

Quo remedio sedatur dolor ventris & intestinorum. Cap.VII.

VENTRIS quoq; & intestinorum dolor sedatur visu nantium,& maxime anatis: quam si conspexerit,cui intestinum dolet,celeriter tormento liberatur.Eadem anas maiore profectu mulos & equinũ genus conspectu suo sanat.Sed interdum nulla prodest medicina. Sequitur torminũ vitium,quorũ signũ est cruenta & mucosa ventris proluuies.Remedia sunt cupressini quindecim coni,totidemq; gallæ,& vtrorũq; ponderum vetustissimus caseus,quibus in vnum tunsis admiscentur austeri vini quatuor sextarij,qui pari mensura per quatriduũ dispensati dantur:nec desint lentisci,myrtiq; & oleastri cacumina viridis.Aluus,corpus,ac vires carpit, operiq; inutilem reddit:quę cum accident,prohibendus erit bos potione per triduum, primoq; die cibo abstinendus.Sed mox cacumina oleastri,& arundinis,item baccæ lentisci,& myrti dandæ,nec potestas aquæ,nisi q̃ parcissime facienda est.Sunt qui teneræ laurus caulium libram,cum abrotani macerati pari portione dent,cum aquę calidæ duobus sextariis,atq; ita faucibus infundãt,eadẽq; pabula,vt supra diximus,obiiciant.Quidam vinaceorum duas libras torrefaciunt,& ita conterunt,& cum totidem sextariis vini austeri potandum medicamentum prębent, omniq; alio humore prohibent,nec cacumina pręd ictarum arborum obiiciunt. Q; si neq; ventris restiterit citata proluuies,neq; intestinorum ac ventris dolor,ciboſq; respuet & prægrauato capite,si sępius q̃ consueuit,lachrymæ ab oculis,& pituita a naribus profluent,vsq; ad ossa frons media vratur, auresq; ferro scindantur.Sed vulnera facta igne, dum sanescunt,defricare bubula vrina cõuenit. At ferro rescissa,melius pice & oleo curantur.

Anas. Torminũ vitiũ,& signũ, & remedia.

De vitiosis incrementis linguæ. Cap.VIII.

SOLENT etiam fastidia cibo afferre vitiosa incrementa linguę,quas ranas veterinarij vocãt. Hęc ferro reciduntur,& sale cũ allio pariter trito vulnera defricantur,donec lacessita pituita decidit tũ vino perluitur os, & interposito vnius horæ spatio virides hęrbę,vel frondes dantur, dũ facta vlcera cicatrices ducãt.Si neq; ranæ fuerint,neq; aluus citata,& nihilo minus cibos nõ appetet,proderit alliũ pinsitũ cũ oleo per nares infundere,vel sale,vel cunela defricare fauces.vel eandem partem allio tunso,& hallecula linire.Sed hęc his solum fastidium est.

Ranæ. Veterinarii. Pinsitũ. Hallecula.

De febre boum. Cap.IX.

FEBRICITANTI boui conuenit abstineri cibo vno die. Postero deinde exiguum sanguinem ieiuno sub cauda emitti,atq; interposita hora modicæ magnitudinis coctos brassicæ coliculos triginta ex oleo & garo saluiati more demitti,eamq; escam per quinq; dies ieiuno dari. Præterea cacumina lentisci,aut oleæ,vel tenerrimam quãq; frondem,aut pampinos vitis obiici, tum etiam spongia labra detergeri,& aquam frigidam ter die præberi potandam: quæ medicina sub tecto fieri debet,nec ante sanitatem bos emitti.Signa febricitãtis,manantes lachrymæ,grauatum caput,oculi compressi,fluidum saliuis os,longior,& cum quodam impedimento,tractus spiritus,interdum & cum gemitu.

Febris signa.

De tussi boum. Cap.IX.

RECENS tussis optime saluiato farinæ ordeaceę discutitur. Interdũ magis prosunt gramina cõcisa,& his admista fresa faba.Lentes quoq; valuulis exemptę & minutę molitę,miscẽtur aquę calidę.Sextarij duo,factaq; sorbitio per cornu infunditur.Veterẽ tussim sanãt duę librę hyssopi macerati sextariis aquę tribus:nã id medicamẽtũ teritur,& cũ lentis minutę,vt dixi,molitę sextariis quatuor,in ore saluiati datur,ac postea aqua hyssopi p cornu infunditur. Porri etiã succus oleo,vel ipsa fibra cũ ordeacea farina cõtrita remedio est.Eiusdẽ radices diligẽter lotæ, & cũ farre triticeo pinsitę,ieiunoq; datę vetustissimã tussim discutiũt. Facit idẽ pari mensura eruũ sine valuulis cum torrefacto ordeo molitum,& saluiati more in fauces demissum.

Saluiatũ

Suppurationis remedia. Caput.XI.

SVPPVRATIO melius ferro rescindatur,q̃ medicamento. Expressus deinde sinus ipse, qui eam continebat,calida bubula vrina eluitur,atq; linamẽtis pice liquida & oleo imbutis colligatur.Vel si collui ea pars nõ potest, lamina candenti seuũ caprinum aut bubulum instillatur. Quidam,cum vitiosam partem inusserunt,vrina vetere eluũt,atq; ita æquis ponderibus incocta pice liquida cum vetere axungia linunt.

Axũgia.

Claudicanti boui qđ remediũ adhibeatur. Cap.XII.

SANGVIS demissus in pedes claudicationẽ affert. qđ cum accidit,statim vngula inspicitur. Tactus autẽ feruorem demonstrat:nec bos vitiatam partem vehementius premi patitur. Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est,fricatione assidua discutitur: vel cũ ea nihil profuit,scarificatione demitur. At si iam in vngulis est,inter duos vngues cultello leuiter aperies. Postea linamenta sale atq; aceto imbuta applicantur,ac solea spartea pes induitur,maximeq; detur opera,ne in aquam pedem mittat,& vt sicce stabuletur.Hic idem sanguis nisi emissus fuerit, saniem creabit:qui si suppurauerit,tarde procurabitur:ac primo ferro circũcisus,& expurgatus, deinde pannis aceto & sale & oleo madẽtibus inculcatis,mox axungia vetere & seuo hircino pari põdere decoctis,ad sanitatẽ perducitur.Si sanguis in inferiore parte vngulę est, extrema pars ipsius vnguis ad viuũ resecatur,& ita emittitur,ac linamẽtis pes iuolutus spartea munit.Mediã vngulã ab inferiore parte nõ expedit aperire,nisi eo loco iã suppuratio facta est. Si dolore neruorũ claudicat,oleo & sale genua poplitesq;,& crura cõfricãda sunt,donec sanetur. Si genua intumuerũt,calido aceto fouenda sunt,& lini semen,aut miliũ detritũ, conspersumq; aqua mulsa imponendũ,spongiæ quoq; feruenti aqua imbutæ & expressę,atq; melle litæ rectæ genibus applicãtur,ac fasceis circũdantur.Qz si tumori subest aliquis humor,fermentum,vel farina ordeacea ex passo aut aqua mulsa,decocta imponitur, & cum maturuerit suppuratio, rescinditur ferro,eaq; emissa,vt supra docuimus,linamentis curatur.Possunt etiã (vt Cornelius Celsus præcipit) lilij radix,aut scylla cum sale,vel sanguinalis hęrba, quã πολύγονον græci appellant,vel marrubium ferro reclusa sanare.Fere autẽ omnis dolor corporis,si sine vulnere est,recẽs melius fomẽtis discutitur:vetus vritur, & supra vstum butyrum,vel caprinus instillatur adeps.

Scarificatio.

Solea spar.

Suppuratio.

Sanguinalis hęrba.

Ad scabiem remedia,& ad morsum rabiosi canis,vel lupi,necnon & ad coriaginem. Caput.XIII.

SCABIES extenuatur trito allio defricto,eodẽq; remedio curatur rabiosę canis,vel lupi morsus,qui tamen & ipse imposito vulneri vetere salsamento,æque bene sanatur. Et ad scabiem præsentia alior medicina est, cunela bubula,& sulphur conteruntur,admistaq; amurca cũ oleo, aqua,aceto incoquũtur:deinde tepefactis scissum alumen tritum spargitur.Id medicamentũ candente sole illitũ maxime prodest. Vlceribus gallæ tritę remedio sunt,nec minus succus marrubij cũ fuligine.Est & infesta pestis bubulo pecori,coriaginẽ rustici appellant, cũ pellis ita tergori adhęret,vt apprehensa manibus deduci a costis nõ possit.Ea res nõ aliter accidit,q̃ si bos aut ex langore aliquo ad maciẽ perductus est,aut sudans in opere faciendo refrixit,aut si sub onere plu-

Cunela.

Coriago.

uia madefactus est. Quæ quoniam perniciosa sunt, custodiendum est, vt cũ ab opere boues redierint, adhuc æstuantes, anhelantesq; vino aspergantur, & offæ adipis faucibus eorum inserantur. Quod si prædictum vitium inhęserit, proderit decoquere laurum, & ea calda fouere terga, multoq; oleo & vino confestim subigere, ac per omnes partes apprehẽdere & attrahere pellem, idq; optime fit sub dio sole feruente. Quidam fraces vino & adipe commiscent, eoq; medicamento post fomenta prædicta vtuntur.

Ad exulcerationem pulmonis & palati atq; ceruicis tumorem. Cap. XIIII.

EST etiam illa grauis pernicies, cũ pulmones exulcerantur: inde tussis & macies, & ad vltimũ phthisis inuadit. Quę ne mortẽ afferãt, radix coryli inusta ita, vt supra docuimus, perforatę auriculę inseritur, tũ porri succus instar heminę pari olei mensurę miscetur, & cũ vini sextario potãdus datur dieb9 cõpluribus. Interdũ & tumore palati cibos respuit, crebrũq; suspiriũ facit, & hanc speciẽ prębet, vt bos in latus pendere videatur. Ferro palatũ opus est sauciare, vt sanguis profluat, & exemptũ valuulis eruũ maceratũ, virideq; frondem, vel aliud molle pabulum, dũ sanetur pręberc. Si in opere collum contusum erit, præsentissimũ est remedium sanguis de aure emissus, aut si id factũ nõ erit, hęrba, quę vocatur auia, cũ sale trita & imposita. Si ceruix mota & deiecta est, considerabimus quã in partẽ declinet, & ex diuersa auricula sanguinẽ detrahemus. Ea porro vena quæ in aure videtur esse amplissima, sarmento prius verberatur: deinde cum ad ictũ intumuit, cultello soluitur, & postero die iterũ ex eodem loco sanguis emittitur: ac biduo ab opere datur vacatio. Tertio deinde die leuius iniungitur labor, & paulatim ad iusta perducitur. Quod si ceruix in neutrã partẽ deiecta est, mediaq; intumuit, ex vtraq; auricula sanguis emittitur, quod cũ intra biduũ, quàm bos vitiũ cepit, emissus nõ est, intumescit collũ, neruiq; tendũtur, & inde nata duricies iugũ nõ patitur. Tali vitio cõperimus aureũ esse medicamentũ ex pice liquida, & bubula medulla, & hircino seuo, & vetere oleo æquis ponderibus cõpositũ, atq; incoctũ. Hac cõpositione sic vtendũ est, cũ disiũgitur ab opere in ea piscina, ex qua bibit tumor ceruicis aqua madefactus subsiccatur, prędictoq; medicamento defricatur & illinitur. Si ex toto propter ceruicis tumorem iugũ recuset, paucis diebus requies ab opere danda est. Tum ceruix aqua frigida defricãda, & spuma argenti illinenda est. Celsus quidẽ tumenti ceruici hęrbam, quę vocatur auia, vt supra dixi, cõtundi, & imponi iubet. Clauorũ, qui fere ceruicem infestant, minor molestia est: nã facile operanti lucerna instillatur. Potior tamen ratio est custodiendi, ne nascãtur, neue colla caluescãt, quę nõ aliter glabra fiunt, nisi cũ sudore aut pluuia ceruix in opere madefacta est. itaq; cũ id accidit, veteri lateri later conteritur, eoq; intrito prius quàm disiũgantur, colla conspergi oportet: deinde cum id siccum erit, subinde oleo imbui.

Auia.

Claui.

Ad talum seu vngulam læsam remedia. Cap. XV

SI talum aut vngulam vomer læserit, picem durã, & axungiam cum sulfure, & lana succida inuolutam candente ferro supra vulnus inurito. Quod idem remedium optime facit exempta stirpe, si forte surculum calcauerit, aut acuta testa, vel lapide vngulam pertuderit, quæ tamen si altius vulnerata est, latius ferro circũciditur, & ita inuritur, vt supra præcepi: deinde spartea calceata per triduũ suffuso aceto curatur. Item si vomer crus sauciarit, marina lactuca, quam græci τιθύμαλλον vocant, admisto sale imponitur. Subtriti pedes eluũtur calefacta bubula vrina: deinde fasce sarmentorũ incenso, cũ iam ignis in fauillam recidit, feruentibus cineribus cogitur insistere, ac pice liquida cum oleo, vel axungia cornua eius linũtur. Minus tamen claudicabunt armenta, si opere disiunctis multa frigida lauentur pedes, & deinde suffragines, coronæ, ac discrimen ipsum, quo diuisa est bouis vngula, vetere axungia defricetur.

Marina lactuca. τιθύμαλλον.

Suffragines.

Coronæ.

Ad conuulsos armos, & cornua præfracta. Caput. XVI.

SÆPE etiam vel grauitate longioris, vel cũ in proscindendo, aut duriori solo, aut obuiæ radici obluctatus conuellit armos. Quod cum accidit, e prioribus cruribus sanguis mittendus est, si dextrum armũ læsit, in sinistro: si lęuũ, in dextro: si vehementius vtrũq; vitiauit, item in posterioribus cruribus venæ soluentur. Præfractis cornibus linteola sale atq; aceto & oleo imbuta superponũtur, ligatisq; per triduũ eadẽ infundũtur. Quarto demũ axungia pari pondere cũ pice liquida, & cortice pineo, lęuigatoq; imponitur. Et ad vltimũ cũ iam cicatricẽ ducũt, fuligo infricatur. Solent etiã neglecta vlcera scatere vermibus, qui si mane profundũtur aqua frigida, rigore cõtracti decidũt. vel si hac ratione non possunt eximi, marrubiũ, aut porrum cõteritur, & admisto sale imponitur. id celerrime necat prędicta animalia. Sed expurgatis vlceribus, confestim adhibenda sunt linamenta cum pice & oleo vetereq; axungia, & extra vulnera eodẽ medicamẽto circũlinen-

da,ne infestentur a muscis,quę vbi vlceribus insederunt vermes creant.

Ad ictus serpentis,& noxiorum, animalium. Cap.XVII.

(Cæcilia. Mus araneus. σκυτάλη. Personata hęrba. Symonianũ trifoliũ. ἀσφάλτιον.)

EST etiam mortifer iis serpentis ictus, est & magnorũ animaliũ noxium virus: nam & vipera,& cęcilia sæpe cum in pascua bos improuide supercubuit,lacessita onere morsum imprimit.Musq; araneus,quem græci σκυτάλην appellant,q̃uis ex ignis.dentibus non exiguã pestem molitur.Venena viperæ depellit super scarificationem ferro factam hęrba, quã vocãt personatam,trita,& cum sale imposita.Plus etiam eiusdem radix contusa prodest,vel symonianum trifolium,qđ inuenitur confragosis locis,efficacissimũ traditur,odoris grauis, neq; absimilis bitumini,& iccirco græci eam ἀσφάλτιον appellant,nostri autem propter figuram vocant acutũ trifolium. nam longis & hirsutis foliis viret,caulemq; robustiorem facit,q̃ pratense. Huius hęrbę succus vino mistus infunditur faucibus, atq; ipsa folia cũ sale trita malagmatis more,scarificationi intenditur,vel si hanc hęrbã viridem tẽpus anni negat,semina eius collecta & læuigata cũ vino dantur potanda,radicesq; cũ suo caule tritę,& farina,& sale cõmistæ ex aqua mulsa scarificationi superponũtur.Est etiã pręsens remediũ,si conteras fraxini tenera cacumina quinq; librarũ cũ totidẽ vini, & duobus sestariis olei,expressumq; succũ faucibus infundas.Itemq; cacumina eiusdẽ arboris cũ sale trita læsę parti superponas. Cæcilię morsus tumorẽ suppurationẽq; molitur.Idem facit etiã muris aranei.Sed illius sanantur noxa subula ænea,si locũ læsum cõpungas,cretaq; cimolia ex aceto linas.Mus perniciem,quã intulit,suo corpore luit:nã animal ipsum oleo mersum necatur,& cũ imputruit,conteritur,eoq; medicamine morsus muris aranei linitur. Vel si id nõ adest,humorq; ostendit iniuriam dentium,cuminũ conteritur,eiq; adiicitur exiguũ picis liquidæ,& axungiæ,vt lentorem malagmatis habeat.Id impositum perniciem commouet. Vel si anteq̃ rumor discutiatur,in suppurationem conuertitur,optimũ est ignea lamina cõuersionem resecare,& quicquid vitiosi est inurere,atq; ita liquida pice cum oleo linire. Solet etiam ipsum animal viuũ creta figulari circũdari, quæ cum siccata est,collo boum suspenditur,ea res innoxiũ pecus a morsu muris aranei prębet.Oculorũ vitia plerũq; melle sanantur.nam siue intumuerunt,aqua mulsa triticeæ farinæ conspergitur & imponitur,siue album in oculo est,montanus sal,Hispanus,vel Ammoniacus,vel etiam Cappadocus minute tritus,& immistus melli vitium extenuat.facit idem trita sepiæ testa,& per fistulã ter die oculo inspirata.facit & radix,quã græci † σίλφιον vocant,vulgus autẽ nostra consuetudine laserpitium appellat. huius quantocũq; ponderi decem partes salis ammoniaci adiiciũtur,eaq; pariter trita oculo similiter infundũtur,vel eadem radix contusa,& cum oleo lentisci inũcta vitium expurgat,epiphoram supprimit polẽta conspersa mulsa aqua,& in supercilia,genasq; imposita,pastinacęq; agrestis semina,& succus armoraceæ,cũ melle conlinita oculorum sedant dolorem.sed quotiescũq; mel aliusve succus remediis adhibetur,circũliniendus erit oculus pice liquida cum oleo,ne a muscis infestetur.nam & ad dulcedinem mellis,aliorũq; medicamentorum non hę solæ, sed & apes aduolant.

(Creta Cimolia. Oculorũ vitia quõ sanentur. † μαγυδάριν. Laserpitiũ. Epiphora.)

Remedia ad haustam hirudinem. Cap.XVIII.

MAGNAM etiam perniciem sæpe affert hirudo hausta cum aqua, ea adhęrens faucibus sanguinem ducit,& incremento suo transitum cibis pręcludit. si tam difficili loco est, vt manu detrahi non possit,fistulam,vel arundinem inserito,& ita calidum oleum infundito:nã eo contactu animal confestim decidit.Potest etiã per fistulam deusti cimicis nidor immitti, qui vbi superponitur igni,fumũ emittit, & conceptum nidorem fistula vsq; ad hirudinem perfert, isq; nidor depellit hęrentẽ. si tamẽ vel stomachum,vel intestinũ tenet,calido aceto per cornu infuso necatur.Has medicinas q̃uis bubus adhiberi præceperimus,posse tamen ex his plurima etiam omni maiori pecori conuenire nihil dubium est.

De machina facienda,qua clausa iumenta curentur. Cap.XIX.

SED & machina fabricanda est,qua clausa,iumenta,bouesq; curentur, vt & propior accessus ad pecudem medentibus sit,nec in ipsa curatione quadrupes reluctando remedia respuat: est autem talis machinæ forma,roboreis axibus compingitur solum,qđ habet in longitudinem pedes nouem,& in latitudinem pars prior dupõdium semissem,pars posterior quatuor pedes.huic solo septenum pedum stipites recti ab vtroq; latere quaterni applicantur. ii autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt,omnesq; transuersis sex temonibus quasi vacerræ inter se ligãtur, ita vt a posteriore parte,quę latior est,velut in caueã quadrupes possit induci,nec exire alia parte prohibentibus aduersis axiculis.Primus autẽ duobus statuminibus imponitur firmũ iugũ,ad qđ iumenta capistrantur,vel boum cornua religantur,vbi possunt etiã † numelli fabricari,vt inserto

(† numellæ.)

capite descendentibus per foramina regulis ceruix teneatur. cæterum corpus laqueatũ, & distẽtum remonibus obligatur, sicq; immotum animal medentis arbitrio est expositum. hæc ipsa machina cõmunis erit omniũ maiorum quadrupedum.

De Tauri forma. Cap.XX.

QVONIAM de bubus satis pręcepimus, opportune de tauris, vaccisq; dicemus. Tauros maxime mẽbris amplissimis, moribus placidis, media ætate ꝓbãdos cẽseo: cętera fere eadẽ oĩa in his obseruabimus, quę in bubus eligẽdis. neq; eñ alio distat bonus taurus a castrato, nisi q; huic torua facies est, vegetior aspectus, breuiora cornua, torosior ceruix, & ita vasta, vt sit maxima portio corporis, vẽtre paulo substrictiore, q̃ magis rectus, & ad ineundas fœminas habilis sit.

De forma vaccæ. Cap.XXI.

VACCÆ quoq; probantur altissimę formę, longęq;, maximis vteris, frõtibus latissimis, oculis nigris & patentibus, cornibus venustis & leuibus, & nigrantibus, pilosis auribus, compressis malis, palearibus & caudis amplissimis, vngulis modicis, & modicis crurib⁹, cętera quoq; fere eadem in fœminis, quæ & in maribus desiderãtur, & præcipue vt sint nouellæ, quoniam, cũ excesserint annos decem, fœtibus inutiles sunt. Rursus minores bimis iniri non oportet. Si ante tamen conceperint, partum earum remoueri placet, ac per triduum, ne laborent, vbera exprimi, postea mulctra prohiberi.

Quotannis delectus faciendus. Caput.XXII.

SED & curandũ est omnibus annis in hoc æque atq; in reliquis gregibus pecoris, vt delectus habeatur: nam & enixę & vetustę, quę gignere desierunt, summouendę sunt, & vtiq; tauræ, quæ locum fœcundarum occupant, ablegandæ, vel aratro domandæ, quoniam laboris & operis non minus q̃ iuuenci propter vteri sterilitatem patientes sunt. Eiusmodi armentum maritima & aprica hyberna desiderat, æstate, opacissima nemorũ ac mõtiũ alta magis q̃ plana pascua: nã melius nemoribus hęrbidis, & frutetis, & carectis q̃ lapidosis locis durãtur vngulæ: nec tam fluuios riuosq; desiderant, q̃ lacus manufactos: quoniã fluuialis aqua, quæ fere frigidior est, partũ abigit, & cœlestis iucundior est. Omnis tamen extremi frigoris tolerantior equino armento vacca est, ideoq; facile sub dio hybernat.

De conseptis & stabulis faciendis. Cap.XXIII.

SED laxo spatio consepta facienda sunt, ne in angustiis conceptum altera alterius elidat: & vt inualida fortioris ictus effugiat, stabula sunt optima saxo aut glarea strata, non incommoda tamen etiã sabulosa: illa, q; imbres respuant: hæc, q; celeriter sorbeant, transmittãtq;: sed vtraq; deuexa sint, vt humorem effundant: spectentq; ad meridiẽ, vt facile siccentur, & frigidis ventis nõ sint obnoxia. Leuis autẽ cura pascui est: nã vt lętior hęrba cõsurgat, fere vltimo tempore æstatis incenditur, ea res & teneriora pabula recreat, & sentibus vstis fruticem surrecturũ in altitudinẽ compescit. ipsis vero corporibus affert salubritatẽ iuxta conseptũ saxis & canalibus sal superiectus, ad quẽ saturę pabulo libẽter recurrũt, cũ pastorali signo quasi receptui canitur: nã id quoq; semper crepusculo fieri debet, vt ad sonũ buccinę pecus, siquod in syluis substiterit, septa repetere consuescat. sic enim recognosci grex poterit, numerusq; censeri, si veluti ex militari disciplina intra stabularij castra manserint: sed non eadem in tauros exercentur imperia, qui freti viribus per nemora vagantur, liberosq; egressus reditusq; habent, nec reuocãtur, nisi ad coitus fœminarum.

Quæ ætas idonea ad admissuram. Cap.XXIIII.

EX his, qui quadrimis minores sunt, maioresq; q̃ duodecim annorũ, prohibẽtur admissura, illi, quoniã quasi puerili ætate seminandis armentis parũ habent idonei: hi, quia senio sunt effœti. Mense Iulio fœminę maribus plerũq; permittẽdę, vt eo tẽpore conceptos proximo vere adultis iã pabulis edant: nã decẽ mensibus ventrẽ perferũt, neq; ex imperio magistri, sed sua spõte marem patiuntur, atq; in id fere, qđ dixi tẽpus, naturalia congruũt desideria, quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiũt. Q; si aut fœmina recusat, aut non appetit taurus, eadem ratione, qua fastidiẽtibus equis mox præcipiemus, elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus: sed & pabulũ circa tẽpus admissuræ subtrahitur fœminis, ne eas steriles reddat nimia corporis obesitas: & tauris adiicitur, quo fortius ineãt. Vnũq; marem quindecim vaccis sufficere abũde est, qui vbi iuuencã superuenit, certis signis cõprehẽdere licet, quẽ sexũ generauerit, quoniã si parte dextra desiluit, marem seminasse manifestũ est: si leua, fœminam, id tamen verum esse non aliter apparet, q̃ vbi post vnum coitum forda non admittit taurum: qđ & ipsum raro accidit: nam q̃uis plena fœtu non expletur libidine, adeo vltra naturę terminos etiã in pe-

cudibus plurimũ pollent blandę voluptatis illecebrę. sed non dubium est, vbi pabuli sit lætitia, posse omnibus annis partũ educari. at vbi penuria est, alternis summitti: qđ maxime in operariis fieri placet, vt & vituli annui temporis spatio lacte satientur, nec forda simul operis, & veteri grauetur onere, quæ cũ partum edidit, nisi cibis fulta est, q̃uis bona nutrix labore fatigata nato subtrahit alimẽtũ: itaq; & fœtæ cythisus viridis, & torrefactum ordeum, maceratũq; eruũ prębetur, vel tenero olere cõmisto, torrido, mollitoq; milio, & per vnam noctem lacte macerato saluiatur: melius etiam in hos vsus altinæ vaccæ probantur, quas eius regionis incolæ ceuas appellant: eæ sunt humilis staturæ lactis abundantes, propter qđ remotis earum fœtibus, generosum pecus alienis educatur vberibus: vel si hoc præsidium non adest, faba fresa, & vinum recte tolerat, idq; pręcipue in magnis gregibus fieri oportet.

Ceuæ.

Remedia ad lumbricos vitulorum. Cap. XXV.

SOLENT autem vitulis nocere lumbrici, qui fere nascuntur cruditatibus: itaq; moderandũ est, vt bene cõcoquãt, aut si iam tali vitio laborãt, lupini semicrudi cõterũtur, & offæ saluiati more faucibus ingeruntur. Potest etiã cũ arida fico & eruo conteri hęrba santonica, & formata in offam, sicut saluiatum demitti. Facit idẽ axungię pars vna tribus partibus hyssopi permista. Marrubij quoq; succus & porri valet eiusmodi necare animalia.

De castrandis vitulis. Cap. XXVI.

CASTRARE vitulos Mago censet, dũ adhuc teneri sunt, neq; id ferro facere, sed fissa ferula cõprimere testiculos, & paulatim cõfringere: idq; optimũ genus castrationũ putat, qđ adhibetur ætati tenerę sine vulnere: nã vbi iam induruit, melius bimus, q̃ anniculus castratur: idq; facere vel autumno Luna decrescente pręcipit, vitulũq; ad machinã deligare: deinde prius q̃ ferrũ admoueas, duabus angustis ligneis regulis (veluti forcipibus) apprehendere testium neruos, quos græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, q; ex illis genitales partes dependent: quibus cõprehẽsis, statim testes ferro resecare, & expressos ita rescindere, vt extrema pars earũ adhęrens prędictis neruis relinquatur: nam hoc modo nec eruptione sanguinis periclitatur iuuencus, nec in totũ effœminatur adempta omni virilitate, formaq; seruata maris, generandi vim deposuit: quã tamẽ ipsam non protinus amittit, nã si patiaris eũ a recenti curatione fœminã inire, cõstat ex eo posse generari: sed minime id permittẽdũ, ne profluuio sanguinis intereat: verũ vulnera eius sarmentitio cinere cũ argenti spuma linẽda sunt, abstinẽdusq; eo die ab humore, & exiguo cibo alendus. Sequẽti triduo velut æger cacuminibus arborũ, & desecto viridi pabulo oblectãdus, ꝓhibẽdusq; multa potione. placet etiã pice liquida, & cinere, cũ exiguo oleo vlcera ipsa post triduuũ linire, quo & celerius cicatricẽ ducãt, nec a muscis infestentur. Hactenus de bubus dixisse abũde est.

κρεμαστῆρες.

Sarmẽtitius cinis.

De Equis. Cap. XXVII.

QVIBVS cordi est educatio generis equini, maxime cõuenit prouidere authorẽ industriũ & pabuli copiã quę vtraq; vel mediocria possunt aliis pecoribus adhiberi: summã sedulitatem, & largã satietatem desiderat equinũ pecus. qđ ipsum tripitito diuiditur. est eñ generosa materies, quę circo sacrisq; certaminibus equos prębet: est mularis, quę precio fœtus sui cõparatur generoso: est & vulgaris, quę mediocres fœminas maresq; progenerat, vt quęq; est pręstãtior, ita vbere cãpo pascitur. Gregibus aũt spatiosa & palustria, necnõ mõtana pascua eligẽda sunt, rigua nec vnq̃ siccanea, vacuave magis q̃ stirpibus impedita, frequẽter mollibus potius q̃ proceris hęrbis abũdantia. Vulgaribus equis passim maribus ac fœminis pasci permittitur, nec admissurę certa tẽpora seruãtur. Generosis circa vernũ æquinoctiũ mares iũgentur, vt eodẽ tẽpore, quo cõcęperint, iam lętis & hęrbidis campis post anni messem paruo cũ labore fœtum educent. nam mẽse duodecimo partum edunt. Maxime itaq; curandũ est prędicto tempore anni, vt tam fœminis q̃ admissarijs desiderantibus coeundi fiat potestas, quoniã id præcipue armentum si prohibeas, libidinis extimulatur furiis, vnde etiam veneno inditũ est nomen ἱππομανές, qđ equinæ cupidini similem mortalibus amorem accẽdat: nec dubium quin aliquot regionibus tanto flagrent ardore coeundi fœminæ, vt etiam si marem non habeant, assidua & nimia cupiditate figurantes sibi ipsæ venerem (cohortalium more auium) vento concipiant. Quæ enim poeta licẽtius dicit.

Admissarii

Hippomanes.

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum,
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ,
Illas ducit amor trans gargara, transq; sonantem
Ascanium, superant montes, & flumina tranant.

Continuoque auidis vbi subdita flamma medullis;
Vere magis, quia vere calor redit ossibus, illę
Ore omnes versæ in Zepyrum stant rupibus altis;
Exceptantque leueis auras, & sæpe sine vllis
Coniugijs, vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per & scopulos, & depressas conualles
Diffugiunt, non Eure tuos, neque solis ad ortus
In Boream, Caurumque, aut vnde nigerrimus auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore coelum.

Cum sit notissimum etiam in sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in occidentem iuxta oceanum, frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse, foetuque educasse, qui tamen inutilis est, quod triennio prius quam adolescat, morte absumitur: quare, vt dixi, dabimus operã, ne circa æquinoctiũ vernũ equę desideriis naturalibus angãtur. Equos autẽ preciosos reliquo tẽpore anni remouere oportet a foeminis, ne aut cũ volẽt, ineãt: aut si id facere prohibeãtur, cupidine solicitati noxam contrahãt. Itaque vel in longinqua pascua marẽ placet ablegari, vel ad pręsepia cõtineri. Eoque tẽpore, quo vocatur a foeminis, roborãdus est largo cibo: & appropinquãte vere, ordeo eruoque saginãdus, vt veneri supersit: quãtoque fortior inierit, firmiora semina prębeat futurę stirpi. Quidã etiã pręcipiũt eodẽ ritu, quo mulos, admissarium saginare, vt hac sagina hilaris plurimis foeminis sufficiat. verũtamẽ nec minus quam quindecim, nec rursus plures quam viginti, vnus debet implere: isque admissuræ potest trimus adhiberi, & vsque ad annos viginti plerunque idoneus esse. Quod si admissarius iners in venerẽ est, odore perfricatur detersis spongia foeminę locis, & admota naribus equi. Rursus si equa marem nõ patitur, detrita scylla naturalia eius linũtur, quæ res accendit libidinẽ. nõnunquam ignobilis quoque vulgaris elicit cupidinẽ coeundi: nã vbi admotus fere tentauit obsequium, foemina abducitur, & iã patientiori generosior equus imponitur. Inde maior prægnãtibus adhibenda cura est, largoque pascuo firmãdę. Quod si frigore hyemis herbę defecerit, tecto contineãtur, ac neque opere neque cursu exerceãtur, neque frigori cõmittantur, nec in angusto clausove, ne alię aliarũ conceptus elidant: nã hęc omnia incõmoda foetũ abigũt. Quod tamẽ si aut partu, aut abortu equa laborauit, remedio erit filicula trita, & aqua tepida permista, dataque per cornu: sin autẽ prospere cessit, minime manu cõtingendus pullus erit: nã lęditur etiã leuissimo contactu. tãtũ cura adhibebitur, vt & amplo, & calido loco cum matre versetur, ne aut frigus adhuc infirmo noceat, aut mater in angustiis eũ obterat. Paulatim deinde producẽdus erit, prouidendũque ne stercore vngulas adurat. mox cũ firmior fuerit, in eadẽ pascua, in quibus mater est, dimittendus, ne desiderio partus sui laboret equa: nã id præcipue genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit. Vulgari foeminæ solenne est omnibus annis parere, generosam cõuenit alternis cõtinere, quo firmior pullus lacte materno, laboribus certaminũ præparetur.

Sacer mõs. Equi vẽto concepti.

Equi quõ ad admissurã saginãdi

Equa vt marem patiatur.

Filicula.

De ætate admissarij, & quis pullus generetur. Cap. XXVIII.

MAREM putant minorẽ trimo nõ esse idoneũ admissurę. posse vero vsque ad vigesimũ annũ progenerare: foeminã bimã recte concipere, vt post tertiũ annũ enixa foetum educet, eamque post decimũ non esse vtilem, quod ex annosa matre tarda sit atque iners proles. quę siue vt foemina, siue vt masculus concipiatur, nostri arbitrij fore Democritus affirmat, qui pręcipit. vt cũ progenerari marem velimus, sinistrũ testiculum admissarij lineo funiculo aliove quolibet obligemus: cũ foeminã, dextrum. idemque in omnibus pene pecudibus faciendum censet.

De indole & forma equi. Cap. XXIX.

CVM vero natus est pullus, confestim licet indolem æstimare, si hilaris, si intrepidus, si neque conspectu, nouoque rei auditu terretur, si ante gregem procurrit, si lasciuia & alacritate interdũ & cursu certans æquales exuperat, si fossam sine cũctatione, transilit, pontẽ flumẽque trãscẽdit. Hęc erũt honesti animi documenta. Corporis vero forma constabit exiguo capite, nigris oculis, naribus apertis, breuibus auriculis & arrectis, ceruice molli, lataque, nec longa, densa iuba, & per dextrã partẽ profusa, lato & musculorum toris numeroso pectore, grandibus armis & rectis, lateribus inflexis, spina duplici, ventre substricto, testibus paribus & exiguis, latis lumbis & subsidẽtibus, cauda longa & setosa, crispaque, æqualibus atque altis rectisque cruribus, tereti genu paruoque, neque introrsus spectanti, rotundis clunibus, foeminibus tortosis ac numerosis, duris vngulis & altis, & concauis, rotundisque, quibus coronæ mediocres superpositæ sunt. sic vniuersum corpus cõpositũ, vt sit grande, sublime, erectum, ab aspectu quoque agile, & ex longo, quantum figura permittit,

Equorum indoles.

Corporis equorum forma.

Mores equorũ. Equorum domatio. Equorum ætas quõ p noſcatur.

rotundum. Mores autem laudantur, qui ſunt ex placido & ex concitato mitiſſimi. nam hi & ad obſequia reperiuntur habiles, & ad certamina laborum patientiſſimi. Equus bimus ad vſum domeſticum recte domatur, certaminibus autem expleto triennio, ſic tamen vt poſt quartum demum annum labori committatur. Annorum notæ cum corpore mutantur: nam dum bimus & ſex menſium eſt, medii dentes ſuperiores & inferiores cadunt: cum quartum agit annum, iis, qui canini appellantur, deiectis, alios affert: intra ſextum deinde annum, molares ſuperiores cadunt: Sexto anno, quos primos mutauit, exæquat: Septimo omnes explentur æqualiter, & ex eo cauatos gerit, nec poſtea quot annorum ſit, manifeſto comprehendi poteſt. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, & ſupercilia nonnunq̃ caneſcere, & dentes prominere. Hæc, quæ ad animũ & mores corpuſq; & ætatem pertinent, dixiſſe, ſatis habeo. nunc ſequitur curam recte & minus valentium demonſtrare.

De cura & medicina equorum. Caput. XXX.

Contra equorum maciem. Fricand. pecora. Stabulatio eq. Conf. laſſi. eq. Si vrinam non facit eq. Si cap. dolet. †II. S. Si maxillę. Si armos lęſ.

SI Sanis eſt macies, celerius torrefacto tritico, q̃ ordeo reficitur: ſed & vini potio danda eſt, ac deinde paulatim eiuſmodi cibi ſubtrahendi immiſtis ordeo furfuribus, dum conſueſcat faba, & puro ordeo ali. Nec minus quotidie corpora pecudum, q̃ hominũ defricanda ſunt, ac ſępe plus prodeſt preſſa manu ſubegiſſe terga, q̃ ſi largiſſime cibos prębeas. Multum autẽ refert robur corporis, ac pedum ſeruare, qđ vtrũq; cuſtodiemus, ſi idoneis temporibus ad præſepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curęq; fuerit, vt ſtabulentur ſicco loco, ne humore madeſcant vngulæ: qđ facile euitabimus, ſi aut ſtabula roboreis axibus cõſtrata, aut diligenter ſubinde emũdata fuerit humus, & paleæ ſuperiectæ. Plerũq; iumenta morbos concipiunt laſſitudine & æſtu, nonnunq̃ & frigore, & cum ſuo tempore vrinam non fecerint: vel ſi ſudant, & a concitatione cõfeſtim biberint: vel ſi cum diu ſteterint, ſubito ad curſum extimulata ſunt. Laſſitudini quies remedio eſt, ita vt in fauces oleum vel adeps vino miſta infundatur. Frigori fomenta adhibentur, caputq; & ſpina, tepẽti adipe vel vino liniũtur. Si vrinam non facit, eadem fere remedia ſunt: nã oleum immiſtum vino ſuper ilia & renes infunditur: & ſi hoc parum profuit, melle decocto & ſale collyrium tenue inditur foramini, quo meat vrina, vel muſca viua, vel thuris mica, vel de bitumine collyrium inſeritur naturalibus. Hęc eadem remedia adhibentur, ſi vrina genitalia deuſſerit. Capitis dolorẽ indicãt lachrymæ quæ profluũt, aureſq; flaccidæ, & ceruix cum capite aggrauata, & in terrã ſubmiſſa. Tum reſcinditur vena, quæ ſub oculo eſt, & os calda fouetur, ciboq; abſtinetur primo die. In poſtero autem potio ieiuno tepidæ aquæ præbetur, ac viride gramen, tũ vetus fœnũ, vel molle ſtramentum ſubſternitur, crepuſculoq; aqua iterum datur, parumq; ordei cũ viciæ libris †iis, vt perexigua portione cibi ad iuſta perducatur. Si equo maxillæ dolent, calido aceto fouendæ, & axungia vetere confricandæ ſunt, eadẽq; medicina tumentibus adhibẽda eſt. Si armos lęſerit, aut ſanguinẽ demiſerit, medio fere in vtroq; crure venæ ſoluantur, & thuris polline cũ eo qui profluit, ſanguine immiſto, armi linantur, & ne plus iuſto exinaniatur, ſtercus ipſius iumenti fluentibus venis ad motũ faſciis obligetur. Poſtero quoq; die ex iiſdẽ ſanguis detrahatur, eodẽq; modo curetur, ordeoq; abſtineatur exiguo fœno dato. Pôſtridie deinde vſq; in diẽ ſextũ porri ſuccus inſtar triũ cyathorũ miſtus cũ olei hemina faucibus per cornu infundatur. Poſt ſextũ diẽ lente ingredi cogatur, & cũ ambulauerit, in piſcinã demitti eũ cõueniet, ita vt natet. ſic paulatim firmioribus cibis adiutus ad iuſta perducetur. At ſi bilis moleſta iumẽto eſt, venter intumeſcit, nec emittit ventos. Manus vncta inſeritur aluo, & obſeſſi naturales exitus adaperiũtur, exẽptoq; ſtercore poſita cunilia bubula, & hęrba pedicularis cũ ſale trita, & decocta melli miſcẽtur, atq; ita facta collyria ſubiiciũtur, quę ventrẽ mouẽt, bilemq; omnẽ deducũt. Quidam myrrhæ tritę quadrantem cũ hemina vini faucibus infundũt, & anũ liquida pice oblinũt. Alij marina aqua lauãt aluũ, alii recenti muria. Solẽt etiã vermes quaſi lũbrici nocere inteſtinis, quoꝝ ſigna ſunt, ſi iumenta cũ dolore crebro volutantur, ſi admouẽt caput vtero, ſi caudã ſępius iactant. Pręſens medicina eſt, ita, vt ſupra ſcriptũ eſt, inſerere manũ, & fimũ eximere. deinde aluũ marina aqua, vel muria dura lauare, poſtea radicem capparis tritam cũ ſeſtario aceti faucibus infundere. nam hoc modo prædicta intereunt animalia.

Si bilis mol. Pediculaŕis hęrb. Si lũbrici no.

Ad tuſſim. Cap. XXXI.

OMNI autem imbecillo pecori alte ſubſternendum eſt, quo mollius cubet. Recens tuſſis celeriter ſanatur. pinſita lente, & a valuulis ſeparata, minuteq; molita. Quę cũ ita facta ſunt, ſeſtarius aquę calidę in eãdem menſurã lentis miſcẽtur, & faucibus infunditur, ſimiliſq; medicina triduo adhibetur, ac viridibus hęrbis, cacuminibuſq; arboꝝ recreatur ægrotũ pecus. Vetus aũt

tussis discutitur porri succo triũ cyathorũ cũ olei hemina faucibus infuso,iisdemq́;,vt supra monuimus,cibis prębitis. Impetigines,& quicquid scabies occupat,aceto & alumine defricant. Nõ nunq̃,si hęc permanent,paribus ponderibus permistis nitro & scisso alumnine, cũ aceto linuntur. Papulę feruentissimo sole vsq́; eo strigile raduntur,quoad eliciatur sanguis:tũ ex ęquo miscentur radices agrestis herbę,sulfurq́;,& pix liq̃da cũ alumine. Et eo medicamine p̃dicta vitia curantur.

Impetigines & scabies.

Ad intertriginem,& scabiem. Cap.XXXII.

INTERtrigo bis in die subluitur aqua calida. Mox decocto,ac trito sale cũ adipe defricatur, dum saniei vis emanat.Scabies mortifera huic quadrupedi est,nisi celeriter succurritur: quæ,si leuis est,inter initia candenti sub sole vel cædria,vel oleo lentisci linitur,vel vrticę semine, & oleo detritis,vel vnguine ceti,vel q̃d in lancibus salitus thynnus remittit.Præcipue tamen huic noxæ salutaris est adeps marini vituli.Sed si iam inueterauerit,vehementioribus opus est remediis:propter quod bitumen,& sulfur,& veratrũ pici liquidę,axungięq́; veteri cõmista pari pondere incoquũtur,atq́; ea compositione curantur,ita vt prius scabies ferro erasa,perluatur vrina. Sæpe etiã scapello vsq́; ad viuũ resecare,& amputare scabiẽ profuit,atq́; ita factis vlcerib[9] mederi liquida pice,atq́; oleo,quę expurgãt & replẽt vulnera æque:quę cũ expleta sunt,vt celerius cicatricem & pilum ducant,maxime p̃derit fuligo ex aheno vlceri infricata.

Scabies equ.

Ad muscas,& oculorum dolores. Cap.XXXIII.

MVSCAS quoq́; vulnera infestantes summouebimus,pice,& oleo,vel vnguine mistis,& infusis,cętera erui farina recte curantur.Cicatrices oculorũ ieiuna saliua & sale defricatæ extenuantur,vel cum fusili sale trita sepię testa,vel semine agrestis pastinacę pinsito, & per linteum super oculos expresso.Omnisq́; dolor oculorum inunctione succi plantaginis cum melle attico,vel si id non est,vtiq́; thymino celeriter leuatur.Nõnunq̃ etiam per nares p̃fluuiũ sanguinis periculũ attulit,idq́; repressum est infuso naribus viridis coriandi succo.

Profluuiũ sanguinis

Ad fastidia ciborum,& labem pestiferam remedia. Cap.XXXIIII.

INTERDVM & fastidio ciborum languescit pecus.Eius remediũ est genus seminis, q̃d gít appellatur.Cuius duo cyathi triti adiungũtur olei cyathis tribus, & vini sextario, atq́; ita faucibus infundũtur. Et nausea discutit,etiã si caput allij tritũ cũ vini hemina sæpius potandũ præbeas. Suppuratio melius ignea lamina,q̃ frigido ferramẽto reserat, & expressa postea liniamentis curatur.Est etiam illa pestifera labes,vt intra paucos dies equę subita macie, & deinde morte corripiantur:q̃d cũ accidit,quaternos sextarios gari singulis p nares infundere vtile est, si minoris formæ sunt,nam si maioris etiam congios. Ea res omnem pituitam per nares elicit, & pecudem expurgat.

Git

Nausea eq.

Suppuratio.

De equarum rabie. Cap.XXXV.

RARA quidem,sed & hęc est equarũ nota rabies,vt cũ in aqua imaginem suã viderint,amore inani capiantur.Et per hunc oblitæ pabuli, tabe cupidinis intereant. Eius vesanię signa sunt,cum per pascua veluti extimulatę cõcursant,subinde vt circũspiciẽtes requirere, ac desiderare aliquid videantur.Mentis error discutitur,si deducas ad aquam. Tum demũ speculatæ deformitatem suam pristinæ imaginis abolent memoriã.Hæc de vniuerso equarum genere satis dicta sunt.Illa p̃prie pręcipienda sunt iis,quibus mularum greges curæ est submittere.

De mulis. Cap.XXXVI.

IN educando genere mularum antiquissimũ est diligenter exquirere,atq́; explorare parentẽ futurę p̃lis fœminã & marẽ,quorũ si alter nõ est idoneus,labat etiã q̃d ex duobus fingitur.Equã conuenit in annos decem,quousq́; amplissimę atq́; pulcherrimę formę sit, mẽbris fortibus patientissimã laboris eligere,vt discordantẽ vtero suo generis alieni stirpẽ insitam facile recipiat,ac perferat,& ad fœtũ non solũ corporis bona,sed & ingenii conferat:nam cũ difficulter iniecta genitalibus locis animentur semina,tum etiam concepta diutius in partũ adolescunt,vt quę peracto anno mense tertiodecimo vix eduntur,natisq́; inhęret plus socordię paternę,q̃ vigoris materni. Verũtamen vt equę dictos in vsus minore cura reperiuntur,ita maior est labor eligendi maris, quoniam sæpe iudicium probantis frustretur experimentum.Multi admissarii specie tenus mirabilissimã scbolem forma vel sexu p̃generant.Nã siue parui corporis fœminas fingant, siue etiam speciosi, plures mares q̃ fœminas,reditum patrisfamiliæ minuũt.At quidã contẽpti ab aspectu,precicissimorũ; feminũ feraces sunt,nõnunq̃ aliqui generositatem suam natis exhibent, sed hebetes voluptate,rarissime solicitantur ad venerem.Huiusmodi mari sensim magistri subadmouere debent generis eiusdem fœminã,quoniã similia similib[9] familiariora fecit natura. Ita eñi efficitur,

vt eius obiectu, cum mas etiã superiectu eblanditus est, velut incẽsus, & obcęcatus cupidine, subtracta, quã petierat, fastiditæ imponatur equæ.

Ad temperandam sęuitiam admissarij in libidinem furentis.

Caput. XXXVII.

EST & alterũ genus admissarij furẽtis in libidinem, qđ nisi astu inhibeatur, affert gregi perniciem. Nam & sępe vinculis abruptis grauidas inquietat, & cũ admittitur, ceruicibus dorsisq; fœminarũ imprimit morsus: qđ ne faciat, paulisper ad molã vinctus amoris sęuitiam labore tẽperat, & sic veneri modestior admittitur. Nec tamen aliter admittẽdus est etiã clemẽtioris libidinis, quoniã multũ refert naturaliter sopitũ pecudis ingeniũ modica exercitatione concuti, atq; excitari, vegetioremq; factum marem fœminæ iniungi, vt tacita quadã vi semina ipsa principiis agilioribus figurentur. Mula autem non solũ ex equa & asino, sed ex asina & equo, itemq; onagro & equa generatur. Quidam vero non dissimulandi authores, vt Marcus Varro, & ante eũ Dionysius, ac Mago prodiderunt, mularũ fœtus regionib⁹ Africę adeo non ꝓdigiosos haberi, vt tam familiares sint incolis partus earũ, q̃ sint nobis equarum. Neq; tamen vllum est in hoc pecore, aut animo aut forma pręstantius, q̃ qđ seminauit asinus. q̃q̃ possit huic aliquatenus cõparari, qđ pro generat onager, nisi & indomitũ, & seruitio cõtumax syluestri more, strigosum, patris pręferret habitum. Itaq; eiusmodi admissarius nepotib⁹ magis, q̃ filiis vtilior est: nam vbi asina & onagro natus admittitur equę, ꝑ gradus infracta feritate quicquid ex eo ꝓuenit, paternam formam, & modestiam, fortitudinẽ, celeritatemq; auitã refert. Qui ex equo & asina concepti generantur, q̃uis a patre nomẽ traxerint, ꝙ Hinni vocantur, matri ꝑ oĩa magis similes sunt. Itaq; cõmodissimũ est asinum destinare mularũ generi seminando, cuius (vt dixi) species experimento est speciosior. Verũtamen ab aspectu non aliter probari debet, q̃ vt sit amplissimi corporis, ceruice valida, robustis ac latis costis, pectore musculoso & vasto, fœminibus lacertosis, cruribus compactis, coloris nigri vel maculosi: nam murinus cũ sit in asino vulgaris, tũ etiam non optime respõdet in mula. Neq; nos vniuersa quadrupedis species decipiat, si qualẽ probamus, cõspicimus. nam queadmodũ arietum, quę sunt in linguis & palatis maculę, plerũq; in velleribus agnorum deprehenduntur: ita si discolores pilos asinus in palpebris aut auribus gerit, sobolẽ quoq; frequẽter facit diuersi coloris: qui & ipse etiam si diligentissime in admissario exploratus est, sæpe tamen dominũ decipit: nã interdum etiã citra prędicta signa dissimiles sui mulas fingit. qđ accidere non aliter reor, q̃ vt auitus color primordiis seminis mistu reddatur nepotibus. Igitͬ qualem descripsi asellũ, cũ est a partu statim genitus, oportet matri statim subtrahi, & ignoranti equę subiici. Ea optime tenebris fallitͬ: nam obscuro loco partu eius amoto, prędictus quasi ex eo natus alitur. Cui deinde cum decem diebus insueuit equa, semper postea destinanti prębet vbera. Sic nutritus admissarius equas diligere condiscit. Interdum etiam, q̃uis materno lacte sit educatus, potest a tenero conuersatus eqs familiariter earum consuetudinem appetere. Sed non oportet minorem q̃ trimũ admitti. Atq; id ipsum si cõcedatur, vere fieri conueniet, cum & defecto viridi pabulo, & largo ordeo firmandus, nõnunq̃ etiam †saliuandus erit. Nec tamen teneræ fœminę cõmittetͬ: nam nisi prius ea marẽ cognouit, assilientẽ admissariũ calcibus ꝑturbat, & iniuria depulsum etiã cæteris equis reddit inimicum. Id ne fiat, degener & vulgaris asellus admouetur, qui solicitet obsequia fœminæ, neq; is tamen inire sinitur. Sed si iã est equa veneris patiens, confestim abacto viliore, precioso mari iungitur. Locus est ad hos vsus extructus (machinã vocant rustici) qui duos parietes aduerso cliuulo inędificatos habet, & angusto interuallo sic inter se distantes, ne fœmina colluctari, aut admissario ascendenti auertere se possit. Aditus est ex vtraq; parte, sed ab inferiore clatris munit⁹, ad quę capistrata imo cliuo constituitur equa, vt & prona melius ineuntis semina recipiat, & facilem sui tergoris ascensum ab editiori parte minori quadrupedi præbeat, quæ cum ex asino conceptum edidit partum sequenti anno vacua nutrit, id enim vtilius est, q̃ qđ quidam faciunt, vt & fœtam nihilo minus admisso equo impleãt. Annicula mula recte a matre repellitur, & amota montibus aut feris locis pascitur, vt vngulas duret, sitq; postea longis itineribus habilis. nam clitellis aptior mulus, illa quidem agilior: sed vterq; sexus & viam recte graditur, & terram commode proscindit, nisi precium quadrupedis rationem rustici oneret, aut campus graui gleba robora boum deposcat.

Margin notes: Mulæ ex q̃b⁹ generentͬ. Mulas parere. — Hinni — Murinus — †saginãdus — Machina — Febricitãti

De medicinis eorum. Cap. XXXVIII.

MEDICINAS huius pecoris plerasq; iam in aliis generibus edocui: propria tamen quædam vitia mularũ non omittam, quorum remedia subscripsi. Febrienti mulę cruda brassica datͬ

Suspiriosę sanguis detrahitur,& cū sestario vini,atq; olei thuris semuncia,marrubij succus instar | Suspiriosæ
heminę mistus infundit. Suffraginosę ordeacea farina imponitur,mox suppuratio ferro reclusa | Suffraginosæ
linamentis curatur:;vel gari optimi sestariꝰ cū libra olei ꝑ narē sinistrā demittitur. admisceturq;
huic medicamini trium vel quatuor ouorum albus liquor separatis vitellis.Fœmina secari, & in
terdū inuri solent.Sanguis demissus in pedes,ita vt in equis emittitur:vel si est herba, quā vera
trum vocāt rustici,ꝓ pabulo cedit.Est ὑοσκύαμος,cuius semen detritum,& cum vino datū præ | Hyoscya.
dicto vitio medetur. Macies & lāgor submouetur sæpius data potione,quæ recipit semūciā tri | Macies & languor
ti sulfuris,ouumq; crudum,& tritę myrrhæ pondus denarii. Hæc tria vino admiscentur, atq; ita
faucibus infunduntur.Sed & tussi,dolorią; ventris eadē ista equę medentur. Ad maciē nulla res
tantū quantū,medica potest:ea herba viridis,nec tarde tamē arida fœni vice saginat iumenta.ve
rum modice danda,ne nimio sanguine stranguletur pecus. Lassæ, & ęstuanti mulæ adeps in fau | Lassæ ęstuātiq;
ces demittitur,merūq; in os suffunditur.Cętera exequemur in mulis,sicut prioribus huius volu
minis partibus tradidimus,quę curam boum,equarumq; continent.

LVCII IVNII MODERATI
COLVMELLÆ DE RE RVSTICA
LIBER. VII.

De Asello. Cap.I.

DE minore pecore dicturus P.Siluine principiū tenebit minor Arcadię, vilis hic,vulgarisq; asellus,cuiꝰ pleriq; rusticarū rerū authores in emē dis,tuendisq; iumentis pręcipuā rationem voluūt esse, nec iniuria. Nā etiam eo rure,qđ pascuo caret,contineri potest exiguo,& qualicūq; pa bulo contentus.Quippe vel foliis, spinisq;, vel perticis salignis alitur, vel obiecto fasce sarmentorum.Paleis vero, quibus pene omnes regio nes abundant,etiā gliscit.Tum imprudentis custodis negligentiā for tissime sustinet:plagarū,& penurię tolerantissimus, ꝓpter quæ tardiꝰ deficit,ꝙ vllum aliud armentū.Nā laboris & famis maxime patiens,ra ro morbis afficitur.Huius animalis tam exiguę tutelę plurima,& ne cessaria opera supra portionem respondēt,tū & facilem terrā qualis in Bætica,totaq; Libyę sit leuibus aratris proscindat,& nō nimio pōdere vehicula trahat.Sępe etiā, vt celeberrimus poeta memorat,Tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis,lapidemq; reuertens
Incussum,aut atræ massam picis vrbe reportat.
Iam vero molarū,& conficiendi frumenti pene solēnis est huius pecoris labor. Quare omne rus tanꝗ maxime necessarium desiderat asellum,qui,vt dixi,pleraq; vtensilia & vehere in vrbem,& re portare collo vel dorso cōmode potest.Qualis autem species eius vel cura ꝓbatissima sit, superio re libro,cum de precioso præciperetur,satis dictum est.

De Ouibus emendis,tuendisq;. Cap.II.

POST maiores quadrupedes,ouilli pecoris secūda ratio est, quę prima sit, si ad vtilitatis ma gnitudinem referas:nam id pręcipue nos contra frigoris violentiam protegit, corporibusq; nostris liberaliora præbet velamina. Tum etiam casei,lactisq; abundantia non solum agrestes satu rat,sed etiam elegantium mensas iucundis & numerosis dapibus exornat. Quibusdam vero na tionibus frumēti ex partibus victū commodat, ex quo Nomadū Getarūq; plurimi γαλακτόποται dicuntur.Igitur id pecus,ꝗuis mollissimum sit,vt ait prudentissime Celsus,valetudinis tutissimę est,minimmeq; pestilentia laborat. Veruntamen eligendum est ad naturam loci. ꝙ semper obser uari non solū in hoc,sed etiam in tota ruris disciplina Vergilius præcipit,cum ait,
Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.
Pinguis,& campestris situs ꝓceras oues tolerat,gracilis & collinus quadratas,syluestris & mon | Ouium pascua
tosus exiguas,pratis planisq; noualibus tectum pecus cōmodissime pascitur.Idq; non solū gene | Tectū pecꝰ
ribus,sed etiam coloribus plurimū refert.Generis eximii milesias,calabras, appulasq; nostri existi | Oues eximiæ
mabant,earumq; optimas tarentinas.Nunc gallicæ preciosiores habentur,earumq; præcipue al
tinates.Item quę circa Parmā & Mutinā macris stabulantur campis. Color albus cum sit opti | Color in ouibus
mus,tū etiā est vtilissimus, ꝙ ex eo plurimi fiūt,neq; hic ex alio.Sūt etiā suapte natura precio cō

mendabiles pullus atq; fuscus, quos pbent in Italia Polletia, in Bętica Corduba. Nec minus Asia
†ἐρυθραίους rutilos, quos vocat †ἐρυθρὸς. Sed & alias varietates in hoc pecoris genere docuit vsus exprimere. nam cum in municipium gaditanum ex vicino Africę miri coloris syluestres ac feri arietes, sicut aliæ bestię munerariis deportarentur, M. Columella patruus meus acris vir ingenii atq; illustris agricola quosdam mercatus in agros transtulit, & mansuefactos tectis ouibus admisit. Eæ primũ hirtos, sed paterni coloris agnos ediderunt: qui deinde & ipsi tarentinis ouibus impositi, tenuioris velleris arietes progenerauerũt. Ex his rursus quicquid conceptum est, maternam mollicię, paternum & auitũ retulit colorem. Hoc modo Columella dicebat, qualẽcũq; speciem, quæ fuerit in bestiis per nepotũ gradus mitigata feritate, rediisse. Ad propositũ reuertar. Ergo duo genera sũt ouilli pecoris, molle, & hirsutum, sed in vtroq; vel emendo plura cõmunia, quędam tamen sunt ꝓpria generosi, quę obseruari conueniat. Communia in emendis gregibus fere illa. si candor lanæ maxime placet, nunq̃ candidissimos mares legeris, quoniam ex albo sępe fuscus editur partus, ex erythręo vel pullo nunq̃ generatur albus.

De arietibus eligendis. Cap. III.

ITAQVE non solum ea ratio est probandi arietis, si vellere candido vestitur, sed etiam si palatum, atq; lingua cõcolor lanę est. Nã cũ hę corporis partes nigrę aut maculosę sunt, pulla vel etiam varia nascitur proles. idq; inter cætera eximie talibus numeris significauit idem, qui supra,

Illum autem, q̃uis aries sit candidus ipse,
Nigra subest vdo tantum cui lingua palato,
Reijce, ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum.

Vna, eademq; ratio est in eryt hræis & nigris arietibus, quorum similiter (vt iam dixi) neutra pars esse debet discolor lanę, multoq; minus ipsa vniuersitas tergoris maculis variet. ideo nisi lanatas oues emi non oportet, quo melius vnitas coloris appareat: quę nisi pręcipua est in arietibus, paternę notæ plerũq; natis inhęrent. Habitus aũt maxime probatur, cum est altus
Habit⁹ arietum. atq; procerus, ventre ꝓmisso atq; lanato, cauda longissima, densiq; velleris, fronte lata, testibus amplis, intortis cornibus, non quia magis hic sit vtilis (nam est melior mutilus aries) sed quia minime nocent. Intorta potiusq̃ surrecta & patula cornua: quibusdam tamen regionibus, vbi cæli status vuidus ventosusq; est, capros & arietes optauerimus vel amplissimis cornib⁹, ꝙ ea porrecta, altaq; maximã partẽ capitis a tempestate defendant. Itaq; si plerũq; est atrocior hyems, hoc gen⁹ eligemus: si clementior, mutilũ probabimus marẽ, quoniã est illud incõmodum in cornuto, ꝙ cũ sentiat se velut quodã naturæ loco capitis armatũ, frequenter in pugnam ꝓcurrit, & fit in fœminas quoq; procacior: nam riualem (q̃uis solus admissurę non sufficit) violentissime persequit: nec
Mutil⁹ aries. ab alio tempestiuũ patitur iniri gregem, nisi cũ est fatigatus libidine. Mutilus autem, cum se tanq̃ exarmatum intelligat, nec ad rixã prõptus est, & in venere mitior. Itaq; capri vel arietis petulci sæ
Arietis & capri seuitia quõ sed. uitiam pastores hac astutia repellunt, mensuræ pedalis robustã tabulã cõfigunt aculeis, & aduersam fronti cornibus religant. ea res ferũ prohibet a rixa, cum stimulatũ suo ictu ipsum se sauciat.
Epicharm⁹ Epicharmus aũt Syracusanus, qui pecudũ medicinas diligentissime conscripsit, affirmat pugnacẽ arietem mitigari terebra secundũ auriculas foratis cornibus, qua curuantur in flexu. Eius quadrupedis ætas ad progenerandum optima est trima: nec tñ inhabilis vsq; in annos octo. Fœmina post bimatum maritari debet. Iuuenisq; habetur quinquennis. fatiscit post annum septimũ. igitur vt dixi, mercaberis oueis intonsas: variã & canam comam improbabis, ꝙ sit incerti coloris. maiorem trima dente minacem sterilem repudiabis. eliges bimam vasti corporis, ceruice prolixa, prolixi villi, nec asperi, lanosi & ampli vteri: nam vitandus est glaber, & exiguus. Atq; hęc fere communia sunt in comparandis ouibus. Illa etiam tuendis, humilia facere stabula, sed in longitudinẽ potiusq̃ in latitudinem porrecta, vt simul hyeme calida sint, nec angustię fœtus oblidant. ea poni debent contra mediũ diẽ: nãq; id pecus, q̃uis ex omnibus animalibus vestitissimũ, frigoris tamẽ im-
†chors patientissimũ est, nec minus æstiui vaporis. itaq; †cohors clausa sublimi macerie præponi vestibulo debet, vt sit in eã tutus exitus æstiuandi. deturq; opera, nequis humor subsistat, vt semper q̃aridissimis filicibus, vel culmis stabula constrata sint, quo purius & mollius incubẽt fœtæ. Sint †qua-
†caula la mundissima, nequa earum valetudo, quę præcipue custodienda est, infestetur vligine. Omĩ autẽ pecudi larga præbenda sunt alimenta: nam vel exiguus numer⁹, cum pabulo satiatur, plus domino reddit, q̃ maximus grex, si senserit penuriam. Sequeris autem noualia non solũ herbida, sed quę plerũq; vidua sunt spinis, vtamurq; sępius authoritate diuini carminis,

Si tibi lanitium curæ est, primum aspera sylua,

Lappæq;,tribuliq; absint.
Quoniam ea res,vt ait idem,scabras oues reddit,cum tōsis illotus adhęsit sudor, & hirsutis secue
runt corpora vepres:tum etiam quotidie minuitur lana,quæ quanto prolixior in pecore concre-
scit,tanto magis obnoxia est rubis,quibus velut hamis inuncata a pascentiū tergorib⁹ auellitur.
Molle vero pecus etiam velamen,quo protegitur,amittit,atq; id non paruo sumptu reparatur.In De amissura ouium.
ter authores fere constat primum esse admissuræ tempus vernum parilibus si sit ouis matura,sin
vero fœta circa Iuliū mensem.Prius tamē haud dubie probabilius,vt messem vindemia fructum
deinde vineaticum fœtura pecoris excipiat,& totius autumni pabulo satiatus agnus ante mœsti
tiam frigorum,atq; hyemis ieiunium confirmetur.nam melior est autumnalis verno,sicut ait ve-
rissime Celsus,quia magis ad rem pertinet,vt ante æstiuum q̃ hybernum solstitium conualescat.
solusq; ex omnibus animalibus bruma commode nascitur:ac si res exigit,vt plurimi mares proge Obseruare halitus.
nerandi sint.Aristoteles vir callidissimus rerum naturæ præcipit admissuræ tempore obseruare
siccis diebus halitus septētrionales,vt contra ventum gregem pascamus,& eum spectans admit-
tatur pecus.At si fœminæ generandæ sunt, austrinos flatus captare. vt eadem ratione matrices Matrices.
ineantur,nam illud qđ priore libro docuimus,vt admissarii dexter,vel etiam sinister vinculo testi
culus obligetur,in magnis gregibus operosum est.Post fœturam deinde longinquæ regionis pa-
scua petiturus opilio,fere cēm sobolem pastioni reseruet suburbanæ,villicus enim teneros agnos,
dum adhuc herbę sunt,expertes lanio tradit,quoniam & paruo sumptu deuehuntur,& iis sum-
motis,fructus lactis ex matribus non minor percipitur.Sūmitti tamē etiam in vicinia vrbis qnq;
oportebit.nam vernaculum pecus peregrino longe est vtilius: nec committi debet, vt totus grex
effœtus senectute dominū destituat:cum præsertim boni pastoris vel prima cura sit annis omni-
bus in demortuarū vitiosarūq; ouiū locum totidem,vel etiam plura capita substituere,quoniam
sępe frigorum atq; hyemis sęuitia pastorem decipit, & eas oues interimit, quas ille tempore au-
tumni ratus adhuc esse tolerabiles,non summouerat.quo magis etiam propter hos casus,nisi vali
dissima,quæ non comprehendatur hyeme,nouaq; progenie repleatur numerus. qđ qui faciet ser
uare debebit,ne minori quadrimę,neve ei,quæ excessit annos octo,prolem submittat, neutra em̄
ætas ad educandum est idonea.tum etiam qđ ex vetere materia nascitur, plerūq; congeneratum Ouium pt.
parentis senium refert.nam vel sterile,vel imbecillū est.Partus vero incipientis pecoris non secus,
q̃ obstetricū more custodiri debet,neq; enim aliter hoc animal,q̃ muliebris sexus enititur,sępiusq; Veterinaria medicina.
etiam quanto est omnis rationis ignarum,laborat in partu. quare veterinariæ medicinæ prudens
esse debet pecoris magister,vt si res exigat, vel integrum conceptum , cū transuersus hæret locis
genitalibus,extrahat: vel ferro diuisum citra matris perniciem partum educat,qđ græci vocant
ἐμβρύου ἀκ...Agnus autem cū est editus,erigi debet,atq; vberibus admoueri,tū etiam eius didu- Agnus.
ctū os pressis humectare papillis,vt condiscat maternū trahere alimentum,sed priusq̃ hoc fiat,exi
guum emulgendum est,qđ pastores colostram vocant:ea nisi aliquaten⁹ emittitur, nocet agno: Colustra.
qui biduo quo natus est,cum matre clauditur,vt & ea partum suum foueat, & ille matrē agno-
scere condiscat.Mox deinde q̃diu non lasciuit,obscuro & calido septo custodiatur. postea luxu-
riantem virgea cum comparibus area claudi oportebit, ne velut puerili nimia exultatione ma-
cescat.cauendumq; est,vt tenerior separetur a validioribus,quia robustus angit imbecillum. sa-
tisq; est mane priusq̃ grex procedat in pascua. deinde etiam crepusculo redeuntibus saturis oui-
bus admiscere agnos,qui cum firmi esse cœperint,pascendi sunt intra stabulum cythiso, vel me-
dica,tum etiam furfuribus,aut si permittit annona, farina ordei,vel eruí:deinde vbi cōualuerint,
circa meridiem pratis,aut noualibus villę contiguis matres admouendæ sunt, & a septo emitten Ouium pabula.
di agni,vt condiscant foris pasci.De genere pabuli,vt & ante diximus & nunc eorum,quæ omis-
sa sunt,meminerimus,iucundissimas herbas esse, quæ aratro proscissis aruis nascantur, deinde
quæ pratis vligine carentibus,palustres:syluestresq; minime idoneas haberi.nec tamen vlla sunt Si pascua fastidiant oues.
tam blanda pabula,aut etiam pascua,quorum gratia non exolescat vsu continuo, nisi pecudum
fastidio pastor occurrerit præbito sale, qđ velut ad pabuli condimentum per æstatem canalibus
ligneis impositum cum e pastu redierint oues, lambunt, atq; eo sapore cupidinem bibendi , pa-
scendiq; concipiunt.At contra penuriæ hyemis succurritur obiectis intra tectum per præsepia
cibis : aluntur autem commodissime repositis vlmeis , vel ex fraxino frondibus , vel autumna-
li fœno , quod cordum vocatur . nam id mollius , & ob hoc iucundius , quām maturum Cordum.
cythiso quoq; & satiua vicia pulcherrime pascuntur . necessariæ tamen vbi cætera defece-

rũr,etiam ex leguminibus paleę.nam per se ordeum,vel fresa cum suis valuulis faba,vel cicercula sumptuosior est,q̃ vt suburbanis regionibus exiguo precio possit pręberi:sed si vilitas permittit, haud dubie sunt optima.De temporibus autem pascendi,& ad aquam ducendi per æstatem non aliter sentio q̃ vt prodidit Maro.

Luciferi primo cum sidere frigida rura
Carpamus,dum mane nouum,dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratissimus herba.
Inde vbi quarta sitim cœli collegerit hora.
Ad puteos,aut alta greges ad stagna
Perducamus,medioq; die,vt idem,ad vallem,
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendit ramos,aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubat vmbra.

Rursus deinde iam mitigato vapore compellantur ad aquam, etiam per æstatem id faciendum, & iterum ad pascua producendum

Solis ad occasum cum frigidus aera vesper
Temperat,& saltus reficit iam rosida luna.

Quę in pascuis obseruãda in ouibus. Sed obseruandũ est sydus æstatis per emersum caniculæ,vt ante meridiem grex in occidentẽ spectãs agatur, & in eam partem progrediaẽ.post meridiẽ in orientem,siquidẽ plurimũ refert,vt pascentiũ capita sint obuersa soli,qui plerũq; nocet animalibus oriente prædicto sidere.Hyeme,& vere matutinis tẽporibus intra septa cõtineanẽ,dũ dies aruis gelicidia detrahat:nã pruinosa iis diebus herba pecudi grauedinẽ creat,ventreq; ꝓluit:quare etiã frigidis,humidisq; temporibus anni semel tantũ ei potestas aquę facienda est.Tũ qui sequiẽ gregẽ circũspect⁹, ac vigilãs(id qđ omnibus,& omniũ quadrupedũ custodibus pręcipitur)magna clementia moderetur:ideq; duci ꝓpior q̃ domino, & in cogendis recipiendisq; ouibus adclamatione ac baculo minetur:nec vnq̃ telum emittat in eas:neq; ab his longius recedat:nec aut recubet,aut considat:nam nisi procedit, stare debet,quoniã grex quidẽ custodis officiũ sublimẽ celsissimãq; oculorum veluti speculam,desiderat,vt neq; tardiores & grauidas,dum cũctantur:neq; agiles & fœtas,dũ procurrunt, separari a cæteris sinat,ne fur,aut bestia hallucinantẽ pastorẽ decipiat:sed hæc cõmunia fere in omni pecore ouillo:nunc quę sunt generosi propria dicemus.

Grauedo ouium. Pastoris officium. Hallucinãs

De ouibus tectis. Cap.IIII.

Græcũ & tarentinũ pecus. GRÆCVM pecus qđ pleriq; tarentinũ vocant,nisi cũ domini pręsentia est,vix expedit habe ri:siquidem & curam,& cibũ maiorẽ desiderat.nam cum sit vniuersum genus lanigerũ cæteris pecudibus mollius,tum ex omnibus tarentinum est mollissimũ,q; nullã domini,aut magistrorum inertiã sustinet,multoq; minus auaritiã,nec æstus vel frigoris patiens.Raro foris,plerũq; domi alitur,& est auidissimũ cibi,cui si detrahitur fraude villici,clades sequitur gregẽ;singula capita per hyemem recte pascuntur ad præsepia tribus ordei,vel fresæ cum suis valuulis fabæ, aut cicerculę quatuor sestariis,ita vt & aridam frondem prębeat,aut siccam, vel viridem medicam, cythisumve,tum etiam cordi fœni septena pondo,aut leguminũ paleas adfatim.Minimus agnis vẽdundis in hac pecude,nec plus lactis reditus haberi potest.nam & qui summoueri debent paucissimos post dies q̃ editi sunt,immaturi fere mactantur,orbęq; natis suis matres alienæ soboli præbent vbera:quippe singuli agni binis nutricibus summittuntur, nec quicq̃ subtrahi summissis expedit,quo saturior lactis agnus celeriter confirmetur, & parta nutrici consociata minus laboret in educatione fœtus sui:quã ob causam diligenti cura seruandum est,vt & suis quotidie matribus,& alienis non amantibus,agni subrumentur.Plures autem in eiusmodi gregibus, q̃ in hirtis masculos enutrire oportet.nam priusq̃ fœminas inire possint,mares castrati,cum bimatum expleuerint,enecantur:& pelles eorum propter pulchritudinem lanæ maiore precio q̃ alia vellera mercantibus traduntur.liberis autem campis,& omni surculo ruboq; vacantibus ouem græcam pascere meminerimus,ne,vt supra dixi,& lana carpatur, & tegumen, nec tamen ea minus sedulam curam foris,quia non quotidie procedit in pascua,sed maiorem domesticam postulat: nam sæpius detergenda,& refrigeranda est.sæpius eius lana diducenda, vinoq; & oleo insuccanda, nonnunq̃ etiam tota est eluenda,si diei permittit apricitas. idq; ter anno fieri sat est.stabula vero frequenter euerrenda,& purganda,humorq; omnis vrinę deuerrẽdus est, qui commodissime sicca-

Subrumare.

Ouilia ne serpẽtes infestent.

tur perforatis tabulis,quibus ouilia consternũtur,vt grex supcubet:nec tantum cœno,aut sterco
re,sed exitiosis quoq; serpentibus tecta liberentur,quod vt fiat,

Disce & odoratam stabulis incendere cædrum,
Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.
Sępe sub immotis præsepibus aut mala tactu
Vipera delituit,cœlumq; exterrita fugit,
Aut tecto assuetus coluber. Quare,vt idem iubet.
Cape saxa manu,cape robora pastor,
Tollentemq; minas,& sibila,colla tumentem
Deijce.

Vel ne istud cũ periculo facere necesse sit,muliebres capillos,aut ceruina sæpius vre cornua.quorum odor maxime non patitur stabulis prædictam pestem consistere. Tõsuræ certũ tempus anni per omnes regiones seruari non potest,quoniam nec vbiq; tarde, nec celeriter æstas ingruit.& est modus optimus cõsiderare tempestates, quibus ouis,neq; frigus,si lanã detraxeris: neq; æstum,si nondũ detonderis,sentiat. Verũ ea qñcunq; detonsa fuerit,vngi debet tali medicamine.succus excocti lupini,veterisq; vini fex,& amurca pari mensura miscẽtur,eoq; liquamine tõsa ouis inbuitur.atq; vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit, quarto die si est vicinia maris,ad littus deducta mersatur:si minus est,cœlestis aqua sub dio salibus in hunc vsũ durata.paulum decoquitur,eaq; grex perluitur. hoc modo curatũ pecus toto anno scabrũ fieri non posse Celsus affirmat.nec dubium est,quinetiam ob eã rem lana quoq; mollior, atq; prolixior renascatur.

Tõsurę tẽpus

Ouis vt scabra nõ fiat.

Medicinę pecoris ouilli. Cap.V

ET quoniam recensuimus cultum, curamq; recte valentium, nunc quemadmodum vitijs, aut morbo laborantibus subueniendum sit, præcipiemus, quanq̃ pars hæc exordij pene tota iam exhausta sit,cum de medicina maioris pecoris priore libro disputaremus,quia cum sit fere eadem corporũ natura minorum maiorũq; quadrupedum, paucæ paruæq; morborũ & remediorum differentiæ possunt inueniri. quæ tamen quantulæcunq; sint, non obmittentur a nobis. Si ægrotat vniuersum pecus, vt & ante præcepimus, & nunc quod remur esse maxime salutare, iterum adsceueramus in hoc casu,quod est remediũ præsentissimum.pabula mutemus,& aquationes totius regionis,& alium quæramus statum cœli:curemusq;,si ex calore,& æstu concepta pestis inuasit,vt opaca rura:si inuasit frigore,vt eligantur aprica.sed modice, ac sine festinatione ꝑsequi pecus oportebit,ne imbecillitas eius longis itineribus aggraueť:nec tamẽ in totum pigre,ac segniter agere.nam quẽadmodum fessas morbo pecudes vehementer agitare & extendere nõ conuenit:ita conducit mediocriter exercere,& quasi torpentes excitare,nec pati veterno cõsenescere, atq; extingui.Cum deinde grex ad locũ fuerit perductus in lacinias,colonis distribuatur,nã particulatim facilius q̃ vniuersus cõualescit:siue quia ipsius morbi halitus minor est in exiguo nuẽro, seu quia expeditius cura maior adhibeť paucioribus. Hæc ergo,& reliqua(ne nunc eadẽ repetamus)quæ superiore exordio percensuimus,obseruare debemus,si vniuersæ laborabunt:illa,si singulę.Oues frequentius,q̃ vllũ aliud aĩal infestanť scabie,q̃ fere nasciť,sicut noster memorat poeta,

Si ægrotat ouis

Lacinia

Cum frigidus imber
Altius ad viuũ persedit,& horrida cano
Bruma gelu.

Vel post tonsurã,si remedium prædicti medicaminis nõ adhibeas,si æstiuũ sudorem mari vel flumine nõ abluas,si tonsum gregem patiaris syluestribus rubis ac spinis sauciari,si stabulo vtaris,in quo mulæ,aut equi,aut asini steterunt: præcipue tñ exiguitas cibi maciẽ, macies aũt scabiem facit.hæc vbi cœpit irrepere,sic intelligitur,vitiosum locũ pecudes aut morsu scalpunt,aut cornu vel vngula tundũt,aut arbori adfricant,parietibusve detergent.quod vbi aliquã facientem videris,comprehendere oportebit,& lanã diducere,nam subest aspera cutis, & velut quędam prurigo,cui primo quoq; tempore occurrendum est,ne totam progeniem coinquinet,& quidẽ celeriter,cũ & alia pecora,tum præcipue oues contagione vexẽtur.Sũt aũt complura medicamina,quæ iccirco enumerabimus,non quia cunctis vti necesse sit,sed quoniam nonnullis regionibus quędã reperiri nequeunt,ex pluribus aliquod inuẽtum remedio sit.Facit autem cõmode primũ ea compositio,quam paulo ante demonstrauim⁹, si ad fecẽ,& amurcam,succũq; decocti lupini misceas portione æqua detritũ albũ helleboꝝ.Potest etiam scabriciẽ tollere succ⁹ viridis cicutæ,q̃ verno tẽpore,cũ iã caulẽ nec adhuc semina faciť,decisa contũdiť,atq; expssus humor ei⁹ fictili vase recõdiť,duab⁹ vrnis liquoris,admisto salis torridi semodio, qđ vbi factũ est,oblitũ vas i sterqlinio defodiť,ac toto ãno fimi vapore cõcoctũ,mox ꝓmiť: tepefactũq; medicamẽtũ liniť

Scabies ouium

Macies scabiem facit.

ſcabrę parti,quę prius aſpera teſta,vel pumice defricta redulceratur: eidẽ remedio eſt amurca duabus partibus decocta,item vetus hominis vrina teſtis candẽtibus inuſta: quidã tamẽ hanc ipſam ſubiectis ignibus quinta parte minuũt,admiſcẽtq; pari menſura ſuccũ viridis cicutę.Deinde figularibus tritis,& picis liquidę,& fricti ſalis ſingulos ſeſtarios infundũt:facit etiam ſulfuris triti,& picis liquidę modus æqualis igne lento coactus: ſed georgicum carmen affirmat, nullam eſſe præſtantiorem medicinam.

Quam ſiquis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os,alitur vitium,viuitq; tegendo.

Si oues febricitent — Itaq; reſerandũ eſt,& vlcera medicamentis curandũ.ſubiicit deinde æque prudenter febricitantibus ouibus,de talo vel inter duas vngulas ſanguinẽ emitti oportere:nã plurimũ id quidem

Profuit incenſos æſtus auertere,& inter
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam.

Claui in ouibus Subluuies & itertrigo — Nos etiam ſub oculis & de auribus ſanguinẽ detrahimus. Claui quoq; dupliciter infeſtãt ouem, ſiue cum ſubluuies atq; intertrigo in ipſo diſcrimine vngulę naſcit̃,ſeu cum idem locus tuberculum habet,cuius media fere parte canino ſimilis extat pilus,eiq; ſubeſt vermiculus. Subluuies,& intertrigo pice ꝑ ſe liquida,vel alumine & ſulfure,atq; aceto miſtis rite eruentur,vel tenero punico malo,priuſq̃ grana faciat,cũ alumine pinſito,ſupfuſoq; aceto,vel æris ærugine infriata,vel cõbuſta galla.cũ auſtero vino lęuigata,& ſuperpoſita:tuberculũ,cui ſubeſt vermiculus,ferro q̄cautiſſime circũſecari oportet,ne dũ amputat̃ etiam,qđ infra eſt animal vulneremus.id enim cũ ſauciatur,venenatam ſaniem mittit,qua reſperſum vulnus ita inſanabile facit,vt totus pes amputandus ſit:& cum tuberculum diligenter circũcideris, candens ſeuũ vulneri ꝑ ardentem tedam inſtillato.

Pulmonaria ouis — Ouem pulmonariam ſimiliter vt ſuem curari conuenit, inſerta ꝑ auriculam,quam veterinarij cõſiliginẽ vocant:de ea iam diximus,cũ maioris pecoris medicinam tradidimus: ſed is morbus ęſtate plerũq; concipit̃,ſi defuit aqua,propter quod vaporibus omni quadrupedi largius bibẽdi poteſtas danda eſt.Celſo placet,ſi eſt in pulmonibus vitiũ,acris aceti tãtum dare,quantũ ouis ſuſtinere poſſit,vel humanę veteris vrinę tepefactę triũ heminarũ inſtar per ſiniſtram narem corniculo infundere,atq; axungię ſeſtantem faucibus inſerere.

Sacer ignis Puſula — Eſt etiã inſanabilis ſacer ignis, quã puſulam vocant paſtores:ea niſi cõpeſcitur intra primã pecudẽ,quę tali malo correpta eſt, vniuerſum gregem contagione ꝓſternit: ſic quidẽ,ꝙ nec medicamentorũ nec ferri remedia patitur.nam pene ad oẽm tactum excandeſcit:ſola tamen ea fomẽta non aſpernatur lactis caprini,qđ infuſum tantum valet,vt & blandiatur, igneam ſęuitiã differens magis q̃ occidionem gregis ꝓhibẽs.

Dolus Mẽdeſius — Sed ęgyptię gentis author memorabilis Dolus Mendeſius, cuius cõmenta, quæ appellantur græce ὑπομνήματα ſub nomine Democriti falſo ꝓduntur,cenſet ꝓpter hanc ſæpius,ac diligenter ouiũ terga ꝓſpicere,vt ſi forte ſit in aliqua tale vitium deprehenſum,confeſtim ſcrobem defodiamus in limine ſtabuli,& viuam pecudem,quæ fuerit puſuloſa,reſupinã obruamus, patiamurq; ſuper obrutam meiere totũ gregem,quod eo facto,morbus propulſetur.

Bilis ouiũ Pituita ou. — Bilis ęſtiuo tempore non minima ꝑnicies.potione depellitur humanæ veteris vrinę,quę ipſa remedio eſt etiam pecori arcuato.At ſi moleſta pituita eſt,cunelæ bubulę,vel nepetæ ſylueſtris ſurculi lana inuoluti narib⁹ inſerũtur.verſanturq;,donec ſternutet ouis.

Fracta crura vt ſanẽt. — Fracta pecudũ non aliter,q̃ hominũ crura ſanantur,inuoluta lanis oleo,atq; vino inſuccatis,& mox circũdatis ferulis conligata.

Sãguinaria — Eſt etiam grauis ꝑnicies herbæ ſanguinariæ,quã ſi paſta eſt ouis,toto ventre diſtenditur,contrahiturq;,& ſpumã quandam tenuem tetri odoris expuit.Celeriter ſanguinem mitti oportet ſub cauda in ea parte,quę proxima eſt clunibus,nec minus in labro ſuperiore vena ſoluenda eſt.

Sulpirioſę Agnis quõ ſuccurrẽdũ — Suſpirioſe laborantibus , auriculę ferro reſcindendæ,mutandęq; regiones,qđ in omnibus morbis,ac peſtibus fieri debere cenſemus. Agnis quoq; ſuccurrendũ eſt vel febricitantibus,vel ęgritudine alia affectis,qui vbi morbo laborant,admitti ad matres non debent,ne in eas perniciem tranſferant.Itaq; ſeparatim mulgendę ſunt oues & cæleſtis aqua pari mẽſura lacti miſcenda eſt,atq; ea potio febricitantibus danda. Multi lacte caprino iiſdem medentur,qđ per corniculũ infunditur faucibus.

Mentigo q̃ Oſtigo, — Eſt etiã mentigo,quã paſtores oſtiginem vocant,mortifera lactentibus.Ea plerũq; fit,ſi per imprudentiam paſtoris emiſſi agni, vel etiam hœdi roſidas herbas depauerint,qđ minime cõmitti oportet: ſed cum id factum eſt,velut ignis ſacer,os,atq; labra fœdis vlceribus obſidet.Remedio ſunt hyſſopus,& ſal equis ponderibus contrita:nam ea miſtura palatum,atq; linguam totumq; os perfricatur. Mox vlcera lauant̃ aceto,& tunc pice liquida,cum adipe ſuillo perlinũtur. Quibuſdam placet æruginis tertiam partẽ duabus veteris axungię portionibus cõmiſcere,tepefactoq; vti medicamine.Nõnulli folia cupreſſi

trita miscent aquę,& ita perluunt vlcera,atq; palatū.Castrationis aūt ratio iā tradita est.neq; enī alia in agnis,q̄ in maiore quadrupede seruatur. Castratio ouium.

De caprino pecore. Cap.VI.

ET quoniam de ouiarico satis dictum est,ad caprinum pecus nunc reuertar.Id autem gen⁹ dumeta potiusq̄ cāpestrem situm desiderat:asperisq; etiam locis,ac syluestribus optime pascitur.nam nec rubos auersatur,nec vepribus offenditur,& arbusculis,frutetisq; maxime gaudet. Ea sunt arbutus,atq; alaternus,cythisusq; agrestis,nec minus ilignei querneiq; frutices,qui in altitudinē non ꝓsiliunt.Caper,cui sub maxillis binę verruculę collo dependent,optimus habetur,amplissimi corporis,cruribus crassis,plena & breui ceruice,flaccidis & pręgrauantibus auribus,exiguo capite,nigro,densoq;,& nitido,atq; longissimo pilo.nam & ipse tondetur Caper optimus.

Vsum in castrorum,ac miseris velamina nautis.

Est aūt mensium septem satis habilis ad procreandum,quoniā immodicus libidinis,dum adhuc vberibus alitur,matrem stupro supuenit,& ideo celeriter,& ante sex annos consenescit:q; immatura veneris cupidine primis pueritię temporib⁹ exhaustus est. Itaq; quinquēnis parum idoneus habetur fœminis implendis.Capella præcipue probatur simillima hirco,quē descripsimus,si etiā est vberis maximi,& lactis abundantissimi.Hanc pecudē mutilā parabimus quieto cæli statu. nā procelloso atq; imbrifero cornuta semper:nam & omni regione maritos gregū mutilos esse oportebit,quoniā cornuti fere perniciosi sunt ꝓpter petulantiam. Sed numerū generis huius maiorē, q̄ centū capitū sub vno clauso non expedit habere,cū lanigerę mille pariter cōmodē stabulentur. Atq; vbi capræ primū cōparantur,melius est vnū gregē totum,q̄ ex pluribus particulatim mercari,vt nec in pastione separatim lacinię deducantur,& in caprili maiore concordia quietæ consistant.Huic pecudi nocet ęstus,sed magis frigus,& præcipue fœtæ,quæ gelicidio hyemis conceptum fecit.nec tamen ea sola creant abortus,sed etiam glans cū citra satietatem data est.Itaq; nisi potest affatim præberi,non est gregi ꝑmittenda.Tempus admissurę ꝑ autumnū fere ante mensem Decembrē pręcipimus,vt propinquante vere,gemmātibus frutetis,cū primū syluę noua germinant fronde,partus edatur.Ipsum vero caprile vel naturali saxo,vel manu cōstratū eligi debet, quoniā huic pecori nihil substernitur.Diligensq; pastor quotidie stabulū conuerrit, nec patitur stercus aut humorē consistere,lutumve fieri,quæ cuncta sunt capris inimica.Parit aūt,si est generosa proles,frequenter duos,nōnunq̄ trigeminos.Pessima est fœtura cum matres bimę,ternos hœdos efficiunt.Qui vbi editi sunt,eodem modo, quo agni educantur, nisi q; magis hœdorū lasciuia compescenda,& arctius cohibenda est.Tum super lactis abundantiā samera,vel cythisus,aut hedera prębēda,vel etiam cacumina lentisci,alięq; tenues frondes obiiciendę sunt.Sed ex geminis singula capita,quæ videntur esse robustiora,in supplementū gregis reseruantur,cætera mercantibus traduntur.Anniculę,vel bimę capellæ(nā vtraq; ætas partū edit) submitti hœdū non oportet:neq; enim educare,nisi trima debet,sed anniculę confestim depellenda soboles, bimę tādiu admittenda,dum possit esse vendibilis.nec vltra octo annos matres seruandę sunt, q; assiduo partu fatigatę steriles existant.Magister autem pecoris acer,durus,strenuus,laboris patientissimus,alacer,atq; audax esse debet:& qui per rupes,per solitudines,per vepres facile vadat,& non vt alteri⁹ generis pastores sequatur.sed plerūq; vt antecedat gregem. Quare eum esse maxime strenuum opus est.Capellæ dum dumeta pascunt,capris cedunt,subinde quæ cedit compesci debet, ne procurrat:sed placide ac lente pabuletur,vt & largi sit vberis,& nō strigosissimi corporis.

Capellaq; ꝓbatur.

Lacinię.

Admissura ca.pecoris. Caprile. Caprarum partus.

Caprarii officium.

De medicina caprarum. Cap.VII.

ALIA nāq; genera pecorum,cum pestilentia vexantur,prius morbo,& lāguoribus macescūt. solæ capellæ q̄uis opimæ atq; hilares,subito concidūt, velut aliqua ruina gregatim prosternantur.Id accidere maxime solet vbertate pabuli. Quāobrem statim cū vnam vel alteram pestis perculit,omnibus sanguis detrahendus.Nec tota die pascendæ, sed mediis quatuor horis intra septa claudendæ.Sin alius langor infestat,pabulo medicantur arundinis & albæ spinæ radicibus, quas cum ferreis pilis diligenter contuderimus,admiscemus aquā pluuialē,solamq; potandā pecori prębemus. Q̄ si ea res ęgritudinem non depellit,vendenda sunt pecora: vel si neq; id contingere potest,ferro necanda,sallendaq;. Mox interposito spatio conueniet alium gregem reparare: nec tamen anteq̄ pestilens tempus anni,siue id fuit hyemis vertatur æstate:siue autumni,vere mutetur. Cum vero singulæ domo laborabunt,eadem remedia, quę etiam ouibus adhibebimus. nā cum distendetur aqua cutis,qđ vitium græci vocant ὕδρωπα,sub armo pellis leuiter incisa perniciosum transmittet humorem,tum factum vulnus pice liquida curetur. Cum effœtæ loca geni-

Caprarum pestilētia.

talia tumebunt,aut secundę non responderint,defruti sextarius,vel cum id defuerit,boni vini tã tũdem faucibus infundatur,& naturalia cerato liquido replcãtur. Sed ne nũc singula persequar, sicut in ouillo pecore prędictum est,caprino medebimur.

Casei faciendi ratio. Cap. VIII.

CASEI quoq; faciendi non erit omittenda cura vtiq; longinquis regionibus,vbi mulctrã deuehere non expedit. Is porro si tenui liquore conficitur,q̃ celerrime vẽdendus est,dum adhuc viridis succũ retinet. Si pingui & opimo,longiorem patitur custodiam. sed lacte fieri debet syncero,& q̃ recentissimo:nam requietum vel mistum celeriter acorem concipit. Id plerunq; cogi agni aut hoedi coagulo q̃uis possit & agrestis cardui flore conduci, & seminibus gneti, nec minus ficulneo lacte,qđ emittit arbor,si eius virentem saucies corticem. Verum optimus caseus est, q exiguum medicaminis habet. Minimũ aũt coagulum recipit sinũ lactis argẽtei pondus denarii. nec dubium,quin fici ramulis glaciatus caseus iucundissime sapiat:sed mulctra,cum est repleta lacte, non sine tepore aliquo debet esse: nec tamen admouenda est flammis,vt quibusdam placet, sed haud procul igne constituenda,& confestim cum cõcreuit,liquor in fiscellas,aut in calathos,vel formas transferendus est. nam maxime refert primo quoq; tempore serum percolari,& a concreta materia separari. Quã ob causam rustici nec patiuntur quidem sua sponte pigro humore defluere:sed cum paulo solidior caseus factus est,pondera superponunt,quibus exprimatur serum. deinde vt formis,aut calathis exemptus est opaco ac frigido loco,ne possit vitiari, q̃uis mundissimis tabulis componitur,aspergitur tritis salibus,vt exudet acidum liquorem. Atq; vbi duratus est, vehementius premitur,vt conspissetur. Et rursus torrido sale contingitur, rursusq; ponderibus condensatur. Hoc cum per dies nouem factum est, aqua dulci eluitur, & sub vmbra cratibus in hoc factis,ita ordinatur,ne alter alterum caseus contingat,& vt modice siccetur: deinde quo tenerior permaneat,clauso neq; ventis obnoxio loco stipatur per complura tabulata. Sic neq; fistulosus,neq; salsus,neq; aridus prouenit. Quorum vitiorum primum solet accidere,si parum pressus: secundũ,si nimio sale imbutus:tertium,si sole exustus est. Hoc genus casei potest etiam trans maria permitti. nam is,qui recens intra paucos dies absumi debet,leuiore cura conficitur, quippe fiscellis exemptus in salem muriamq; demittitur,& mox in sole paulum siccatur. Nonnulli anteq̃ pecus numellis inducant,virides pineas nuces in mulctram demittunt,& mox super eas emulgẽt, nec separant,nisi cum transmiserint in formas coactam materiam. Ipsos quidam virides conterunt nucleos,& lacti permiscent,atq; ita congelant. Sunt qui thymũ contritum, cribroq; colatũ cum lacte cogant. Similiter qualiscunq; velis saporis efficere possis,adiecto qđ elegeris,condimento. Illa vero notissima est ratio faciundi casei,quem dicimus manu pressum:nãq; is paulum gelatus in mulctra dum est tepefactus,rescinditur,& feruente aqua perfusus, vel manu figuratur, vel buxeis formis exprimitur. Est etiam non ingrati saporis muria perduratus, atq; ita malini ligni, vel culmi fumo coloratus. Sed iam redeamus ad originem.

Mulctram deuehere.

Sinũ lactis

De Suibus,& eorum medicinis. Cap. IX.

IN omni genere quadrupedum species maris diligenter eligitur, quoniam frequenter patri similior est progenies,q̃ matri. Quare etiam in suillo pecore probandi sunt totius quidem corporis amplitudine eximii,& qui quadrati potiusq̃ qui longi,aut rotũdi sunt,ventre promisso, clunibus vastis,nec perinde cruribus aut vngulis proceris,amplæ & glandulosæ ceruicis,rostris breuibus & resupinis. Maximeq; qđ ad rem pertinet,q̃ salacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate commode progenerant,dum quadrimatum agant:possunt tamen etiam semestres implere foeminam. Scrofæ probantur longissimi status,& vt sint reliquis membris similes descriptis verribus. Si regio frigida & pruinosa est,q̃ durissimę,densæq;,& nigræ setæ grex eligendus est. Si temperata atq; aprica,glabrum pecus,vel etiam † pristinale album potest pasci. Foemina sus habetur ad partus edendos idonea fere vsq; in annos septem,quæ quanto foecundior est celerius senescit. Annicula non improbe concipit,sed iniri debet mense Februario. Quatuor quoq; mensibus foeta, quinto parere,cum iam herbæ solidiores sunt,vt & firma lactis maturitas porcis contingat,& cũ desierint vberibus ali,stipula pascantur,cęterisq; leguminum caducis frugibus. Hoc autem fit lõginquis regionibus,vbi nihil nisi submittere expedit. Nam suburbanis lactens porcus ære mutandus est. sic enim mater non educando,labori subtrahitur, celeriusq; iterum conceptum partum edet. Idq; bis anno faciet. Mares vel cum primum ineunt,semestres,aut cum sæpius progenerauе

Eximii & quadrati

Scrofæ

† pistrinale

funt,trimi aut quadrimi caſtrantur, vt poſſint pingueſcere. Fœminis quoq; vuluæ ferro exulcerantur,& cicatricibus claudūtur,ne ſint genitales.Qđ †facile non intelligo,quæ ratio compellat, niſi penuria cibi:nam vbi eſt vbertas pabuli,ſubmittere prolem ſemper expedit. Omnē porro ſitū ruris pecus hoc vſurpat:nam & montibus & campis commode paſcitur, melius tamem p luſtri bus agris ǭ ſitientibus.Nemora ſunt conuenientiſſima quę veſtiūtur quercu, ſubere,fago,cerris, ilicibus,oleaſtris,tamaricibus,corylis,pomiferiſq; ſylueſtribus;vt ſunt albę ſpinę,gręcę ſiliquæ,iuniperus,lotos,pinus,cornus,arbutus,prunus,& paliurus,atq; achrades pyri. Hæc enim diuerſis temporibus miteſcunt,ac pene toto anno gregem ſaturant.At vbi penuria eſt arborum, terrenū pabulum conſectabimur,& ſicco limoſum præferemus,vt paludem rimentur,effodiantq; lumbricos,atq; in luto volutentur,qđ eſt huic pecori gratiſſimū:quinetiam vt aquis abuti poſſint. nāq; & id feciſſe maxime per æſtatem profuit,& dulceis eruiſſe radiculas aquatilis ſyluæ,tanǭ ſcyrpi, iunciq;,& degeneris arundinis,quā vulgus Cannā vocat:nam quidem cultus ager opimas reddit ſues,cum eſt graminoſus,& pluribus generibus pomorū conſitus,vt per anni diuerſa tēpora,mala,pruna,pyrū,multiformes nuces,ac ficum prębeat:nec tamen ꝓpter hæc parcetur horreis. nam ſæpe de manu dandū eſt,cū foris deficit pabulū:propter quod plurima glās vel ciſternis in aquā, vel fumo tabulatis recondenda eſt.Fabæ quoq; & ſimiliū leguminū,cum vilitas permittit,facienda eſt poteſtas,& vtiq; vere,dum adhuc lactant. Viridia pabula ſuibus plerūq; nocent: itaq; mane priuſǭ procedant in paſcua,conditiuis cibis ſuſtinendę ſunt:ne immaturis hęrbis citetur aluꝰ. eoq; vitio pecus emacietur.Nec vt cæteri greges vniuerſi claudi debent, ſed per porticus haræ faciendę ſunt,quibus aut a partu,aut etiam pręgnantes includātur.nam pręcipue ſues cateruatim atq; inconditæ,cum ſint pariter incluſæ,ſuper alias aliæ cubant,& fœtus elidunt.Quare,vt dixi, iunctę parietibus harę conſtruendę ſunt in altitudinem pedū quatuor,ne ſus trāſilire ſepta queat. nam contegi non debet,vt a ſuperiore parte cuſtos numerū porcorum recenſeat,& ſiquem decūbens mater oppreſſerit,cubanti ſubtrahat.Sit autem vigilans, impiger,induſtrius, nauus omniū, quas paſcit.Et matricū,& iuniorū meminiſſe debet,vt vniuſcuiuſq; partū conſideret. Semper obſeruet enitentē,claudatq; vt in hara fœtum edat.Tum denotet protinus quotq; & quales ſint nati,& curet maxime nequis ſub nutrice aliena educetur.nam facillime porci,ſi euaſerint harā, miſcent ſe,& ſcrofa cum decubuit,æque alieno ac ſuo præbet vbera.Itaq; porculatoris maximū officium eſt,vt vnāquāq; cū prole claudat,qui ſi memoria deficitur,quo minus agnoſcat cuiuſq; ꝓgeniem,pice liquida eandē notā ſcrofæ,& porcis imponat, & ſiue per literas ſiue per alias formas vnūquēq; fœtum cum matre diſtingat:nam in maiore numero diuerſis notis opus eſt, ne confundatur memoria cuſtodis.Attamen quia id facere gregibus amplis videtur operoſum, cōmodiſſimū eſt haras ita fabricare,vt limen earum in tantam altitudinem conſurgat, quātū poſſit nutrix euadere,lactens autem ſupergredi non poſſit.Sic nec alienus irrepit, & in cubili ſuam quiſq; matrē nidus expectat,qui tamen non debet octo capitū numerū excedere. Non quin ignorem fœcunditatem ſcrofarum maioris eſſe numeri,ſed quia celerrime fatiſcit,quę plures educat. atq; eę,quibus partus ſummittitur,cocto ſunt ordeo ſuſtinendæ,ne ad maciem ſummā perducātur, & ex ea ad aliquam perniciem.Diligens autem porculator frequenter ſuil conuerrat, & ſępius haras.nā ǭuis prędictū animal in pabulationē ſpurce verſetur,mūdiſſimū tamen cubile deſiderat. Hic fere cultus eſt ſuilli pecoris recte valentis.

†facere | Loca paſcui accōmoda | Canna | Haræ cōſt. | Porculatoris officiū. | Suile

De medicina ſuum. Cap.X.

SEQVITVR vt dicamus, quæ ſit cura vitioſi. Febricantium ſigna ſunt, cum obſtipæ ſues tranſuerſa capita ferunt, ac per paſcua ſubito cum paululum procurrerunt, conſiſtunt, & vertigine correptæ concidunt. Earum notanda ſunt capita, quam in partem proclinentur, vt ex aduerſa parte de auricula ſanguinem mittamus. Item ſub cauda duobus digitis a clunibus intermiſſis venam feriamus quæ eſt eo in loco ſatis ampla, eamq; ſarmento prius oportet verberari,deinde ab ictu virgę tumentem ferro reſcindi,detractoq; ſanguine colligari ſaligneo libro,vel etiam vlmeo.Qđ cum fecerimus,vno aut altero die ſub tecto pecudum continebimus, & aquam modice calidam quantam volent, farinęq; ordeaceæ ſingulos ſextarios præbebimus. Strumoſis ſub lingua ſanguis mittendus eſt,qui cum profluxerit,ſale trito cum farina triticea cō fricari totum os conueniet.Quidam præſentius putant eſſe remedium, cum per cornu ſingulis ternos cyathos gari demittunt.deinde fiſſas taleas ferularum lineo funiculo religant,& ita collo ſuſpendunt,vt ſtrumæ ferulis contingantur. Nauſeantibus quoq; ſalutaris habetur eburnea ſcobis ſale fricto,& fabæ minutæ freſæ commiſta,ieiuniſq; priuſǭ in paſcua prodeant obiecta.So

Febricitantes ſ. | Strumoſi ſ. | Nauſeātes

let etiam vniuersum pecus ægrotare ita, vt emacietur, nec cibos capiat: productúq; in pascua medio campo procumbat, & quodã veterno pressum somnos æstiuo sub sole captet. Qđ cum facit, totus grex tecto clauditur stabulo, atq; vno die abstinetur potione & pabulo: postridie radix anguinei cucumeris trita, & cõmista cũ aqua datur sitientibus: quã cũ pecudes biberũt, nausca correptę vomitant, atq; expurgantur, omniq; bile depulsa cicercula, vel faba, dura muria conspersa, deinde (sicut hominibus) aqua calida potanda permittitur. Sed cũ omni quadrupedi per æstatem sitis sit infesta, tũ suillo maxime est inimica: quare non vt capellam, vel ouem, sic & hoc animal bis ad aquam duci præcipimus, sed si fieri potest, iuxta flumẽ aut stagnũ per ortũ caniculę detineri, quia cum sit æstuosissimũ, non est contentũ potione aquę, nisi obesam illuuiem atq; distentam pabulis aluũ demerserit, ac refrigerauerit: nec vlla re magis gaudet, q̃ riuis, atq; cœnoso lacu volutari. Q; si locorum situs repugnat, ne ita fieri possit, puteis extracta, & large canalibus immissa præbenda sunt pocula, quibus nisi affatim satientur, pulmonariæ fiunt. Isq; morbus optime sanatur auriculis inserta consiligine, de qua radicula diligenter, ac sæpius iam locuti sumus. Solet etiã vitiosi splenis dolor eas infestare: qđ accidit, cũ siccitas magna puenit, & vt Bucolicon loqť poema,

Pulmonariæ.

Strata iacent passim sua quęq; sub arbore poma,

Nam pecus insatiabile est, sues enim, dũ dulcedinem pabuli consectãtur, supra modum æstate splenis incremento laborant. Cui succurritur, si fabricentur canales ex tumaricibus, & rusco, repleanturq; aqua, & deinde sitientibus admoueantur. Quippe ligni succus medicabilis, epotus intestinum tumorem compescit.

Sues si splene laborẽt

De castratione suum. Cap. XI.

CASTRATIONIS aũt in hoc pecore duo tempora seruantur, veris, & autumni, & eius administrandę duplex ratio. Prima illa, quã iam tradidimus, cum duobus vulneribus impressis per vnãquãq; plagã singuli exprimuntur testiculi. Altera est speciosior, sed magis periculosa, quã tamen non omittã: cum virilem partem vnam ferro resectam detraxeris, per impressum vulnus scalpellum inserito, & mediã quasi cutẽ, quę interuenit duobus mẽbris genitalib⁹, rescindito, atq; vncis digitis alterũ quoq; testiculum educito, sic fiet vna cicatrix, adhibitis cęteris remediis, quæ prius docuimus. Illud aũt qđ pertinet ad religionem patrisfamilias, non reticendum putaui. Sũt quædam Scrofæ quæ mandũt fœtus suos: qđ cũ fit, non habetur prodigiũ: nam sues ex omnibus pecudibus impatientissimę famis sunt ita vt aliquando, si indigeant pabuli, non tãtũ alienã (si liceat) sobolẽ, sed etiã suã consumant. De armẽtis, cęterisq; pecudibus, & magistris, per quos quadrupedum greges humana solertia domi, forisq; curantur, atq; obseruantur (nisi fallor) satis accurate disserui.

Sues fœtus suos mandere non esse pdigium

De canibus. Cap. XII.

NVNC vt exordio priore sum pollicitus, de mutis custodibus loquar, q̃q̃ canis falso dicitur mutus custos, nam quis hominũ clarius, aut tanta vociferatione bestiam vel furem prædicat, q̃ iste latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilantior? quis deniq; vltor, aut vindex constantior? quare vel in primis hoc animal mercari, tueriq; debet agricola, ꝙ & villam, & fruct⁹, familiamq;, & pecora custodit. Eius autem parandi, tuendiq; triplex ratio est. nãq; vnũ genus aduersus hominũ insidias eligitur, & id villam, quęq; iuncta sunt villę custodit. At alterũ ꝓpellẽdis iniuriis hominũ, ac ferarũ, & id obseruat domi stabulũ, foris pecora pascentia. Tertium venãdi gratia comparatur, idq; non solum nihil agricolam iuuat, sed & auocat, desidẽq; ab opere suo reddit. De villatico igitur, & pastorali dicendũ est, nã venaticus nihil pertinet ad nostram professionem. Villæ custos eligendus est amplissimi corporis, vasti latratus, canoriq;, vt prius auditu maleficũ, deinde etiam conspectu terreat, & tamen nõnunq̃, ne visus quidem horribili fremitu suo fuget insidiantem. sit autem coloris vnius, isq; magis eligatur albus in pastorali, niger in villatico: nam varius in neutro est laudabilis. Pastor album probat, quoniam est ferę dissimilis, magnoq; opus interdum discrimine est in propulsandis lupis sub obscuro mane, vel etiam crepusculo, ne si non sit albo colore conspicuus, pro lupo canem feriat. Villaticus qui hominum maleficiis opponitur, siue luce clara fur aduenerit, terribilior niger cõspicitᷣ: siue nocte, ne cõspicitᷣ qdẽ ꝓpter vmbrę similitudinẽ, quãobrẽ tect⁹ tenebris, canis tutiorẽ accessum habeat ad insidiantẽ. Probatᷣ quadrat⁹ potiusq̃ longus aut breuis, capite tam magno, vt corporis videatur pars maxima, deiectis & ꝓpẽdẽtibus auribus, nigris vel glaucis oculis, acri lumine radiantibus, amplo villosoq; pectore, latis armis, crurib⁹ crassis & hirtis, cauda breui, vestigiorum articulis & vnguibus amplissimis, q græce δράκαι appellãtur.

Canum genera tria.

Villaticus canis.

Quadrat⁹.

Hic erit villatici canis status præcipue laudandus. Mores autem neq; mitissimi, neq; rursus tru- Canis vill. mores
ces, atq; crudeles, q illi furem quoq; adulantur, hi etiam domesticos inuadunt. satis est seueros
esse, nec blandos, vt nõnunq̃ etiam conseruos iratius intueantur, semper excandescant in exteros.
Maxime autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, & circũspecti magis,
q̃ temerarii. nam illi nisi quod certum compererunt, non indicant. hi vano strepitu, & falsa suspi-
tione concitantur. Hæc iccirco memoranda credidi, quia non natura tm̃, sed etiam disciplina
mores facit, vt cum emendi potestas fuerit, eiusmodi probemus: & cum educabimus domi natos,
talibus institutis formemus. Nec multum refert an villatici corporibus graues, & parum veloces
sint: plus enim comminus, & in gradu q̃ eminus, & in spatioso cursu facere debẽt. nam semper cir-
ca septa, & intra ædificium consistere, immo ne longius quidem recedere debent, satisq; pulchre
funguntur officio, si & aduenientem sagaciter adoriuntur, & latratu conterrent. nec patiuntur ꝓ
pius accedere, vel constantius appropinquantem violenter inuadunt. Primũ est enim non adten-
tari, secundũ est lacessitum fortiter & perseuerãter vindicari. Atq; hæc de domesticis custodibus, Pecuarius canis.
illa de pastoribus. Pecuarius canis neq; tam strigosus, aut pernix debet esse, q̃ qui damas ceruosq;
& velocissima sectatur animalia: nec tam obesus aut grauis, q̃ villæ horreiq; custos, sed & robu-
stus nihilo minus, & aliquatenus promptus ac strenuus, quoniam & ad rixam & ad pugnam, nec
minus ad cursum comparatur, cum & lupi repellere insidias, & raptorem ferum consequi fugien
tem, prædamq; excutere atq; auferre debeat. quare status eius longior, productiorq; ad hos casus
magis habilis est, q̃ breuis, aut etiam quadratus, quoniam (vt dixi) nõnunq̃ necessitas exigit cele-
ritate bestiam consectandam. cęteri artus similes membris villatici canis ęque probantur. Cibaria Canũ cibaria.
fere eadem sunt vtriq; generi præbenda: nam si tam laxa rura sunt, vt sustineant pecorum greges,
omnes sine discrimine canes ordeacea farina cum sero commode pascit. Sin autem surculo consi-
tus ager sine pascuo est, farreo vel triticeo pane satiandi sunt, admisto tamen liquore coctæ fabæ,
sed tepido: nam feruẽs rabiem creat. Huic quadrupedi neq; fœminæ, neq; mari, nisi post annũ per- Canum ad missura & partus.
mittenda venus est, quæ si teneris conceditur, carpit & corpus, & vires, animosq; degenerat. Pri-
mus effœtæ partus amouẽdus est, quoniam tiruncula nec recte nutrit, & educatio totius habit⁹
aufert incrementum. Mares iuueniliter vsq; in annos decem progenerant: post id tempus ineũdis
fœminis non videntur habiles: quoniam seniorum pigra soboles existit. Fœminę concipiunt vsq;
in annos nouem, nec sunt vtiles post decimum. Catulos sex mensibus primis, dum corroborẽtur,
emitti non oportet, nisi ad matrem lusus ac lasciuię causa: postea & cathenis per diem continẽdi
& noctibus soluẽdi. Nec vnq̃ eos, quorum generosam volumus indolem cõseruare, patiemur alie
nę nutricis vberibus educari, quoniam semper & lac & spiritus maternus longe magis ingenii,
atq; incrementa corporis auget. Q; si effœta lacte deficitur, caprinum maxime conueniet prębe-
ri catulis, dum fiant mensium quatuor. Nominibus autem non longissimis appellandi sunt, quo
celerius quisq; vocatus exaudiat, nec tamen breuioribus, q̃ quæ duabus syllabis enũcientur, sicu- Canes quõ appellare cõueniat.
ti græcum est σκύλαξ, latinum ferox: gręcum λάκων, latinum celer, vel fœmina, vt sunt gręca σπου-
δή, ἄλκη, ῥώμη, latina, lupa, cerua, tigris. Catulorum caudas post diem quadragesimũ, q̃ sint editi, Caudas canũ castrare.
sic castrare cõueniet. Neruus est, qui per articulos spinę prorepit, vsq; ad vltimã partem caudę. is
mordicus cõprehensus, & aliquatenus eductus abrumpitur: quo facto, neq; in longitudinem cau
da fœdum capit incrementum, & (vt plurimi pastores affirmant) rabies arcetur letifer morbus
huic generi.

De morbis, & medicinis canum. Cap. XIII.

FERE autẽ ꝑ ęstatẽ sic muscis aures canũ exulcerantur, sępe vt totas amittãt: qđ ne fiat, amaris
nucibus cõtritis liniendę sunt. Q; si vlcerib⁹ iã pręoccupatę fuerint, coctã picẽ liquidã suillæ Canes a muscis ne infestẽtur.
adipi vulneribus distillari cõueniet: hoc eodem medicamine contacti ricini decidũt. nã manu non
sunt vellendi, ne vt ante prędixerã faciant vlcera. Pulicosę cani remedia sunt, sume cyminũ tritũ Si pulicosi. Si scabidi.
pari pondere, cũ veratro aquaq; mistũ, & inlitũ, seu cucumeris anguinei succũ: vel si hęc nõ sunt,
vetus amurca per totũ corpus infusa. Si scabies infestabit, cythisi, & sesami tantũdẽ conterito, &
cum pice liquida permisceto, vitiosamq; partem linito: qđ medicamentum putatur etiam homi-
nibus esse conueniens. eadẽ pestis, si fuerit vehementior, cedrino liquore aboletur. reliqua vitia si-
cut in cæteris animalibus præcepimus, curanda sunt. Hactenus de minore pecore: mox de villati
cis pastionibus, quæ continent volucrum, pisciumq;, & syluestrium quadrupedum curam, sequẽ-
ti volumine præcipiemus.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLÆ DE RE RVSTICA LIBER. VIII.

De villaticis pastionibus. Cap. I.

QVÆ fere consumabãt Publi Siluine ruris exercendi, colendiq; scientiã, quęq; pecuarię negociationis exigebat ratio, septem memorauimus libris. hic nunc sequentis numeri titulum possidebit, nec quia proximã, propriamq; rustici curam desiderent ea, quę dicturi sumus, sed qa non alio loco, q̃ in agris, aut villis debeant administrari, & tamen agrestib⁹ magis, q̃ vrbanis prosint. quippe villaticę pastiones, sicut pecuariæ non minimã colono stipem conferũt, cũ & auiũ stercore macerrimis vineis & omni surculo atq; aruo medeantur, & eisdẽ familiarem focũ, mensamq; preciosis dapibus opulentent: postremo vẽditorum animalium precio villę reditum augent: quare de hoc quoq; genere pastionis dicendũ censui. Est aũt id fere vel in villa, vel circa villã: in villa est, qđ appellant Græci ὀρνιθῶνας, καὶ περιστερεῶνας, atq; etiam cum datur liquoris facultas ἰχθυοτροφεῖα sedula cura exercentur. Ea sunt omnia, vt latine potius loquamur, sicut auium cohortaliũ stabula. nec minus earum, que conclauibus septę saginantur, vel aquatiliũ animaliũ receptacula. rursus circa villam ponũtur μελισσῶνες καὶ χηνοτροφεῖα, quin etiam λαγοτροφεῖα studiose administrãtur, quæ nos similiter appellamus apum cubilia, apiaria: vel nantiũ volucrum, quę stagnis, piscinisq; lętãtur auiaria: vel etiã pecudũ syluestriũ, quę nemoribus clausis custodiuntur, viuaria.

Opulento

De gallinarum generibus, gallis cohortalibus parandis, & nutriendis. Caput. II.

PRIVS igitur de his præcipiam, quę intra septa villæ pascuntur, ac de aliis quidem forsitan ambigitur, an sint agrestibus possidẽda. Gallinarum vero plerũq; agricolę cura solennis est. Earum genera sunt vel cohortalium, vel rusticarum, vel africanarum. Cohortalis est auis, quę vulgo per omnes fere villas conspicitur. Rustica, quę non dissimilis villaticę per aucupẽ decipit: eaq; plurima est in insula, quã nautę in ligustico mari sitam producto nomine alitis Gallinariã vocitauerunt. Africana est, quã pleriq; numidicã dicunt, meleagridi similis, nisi q; rutilam galeam, & cristam capite gerit, quę vtraq; sunt in meleagride cærulea: sed ex his tribus generibus cohortales fœminę ꝓprię appellantur gallinę, mares autem galli, seminares, capi, qui hoc nomine vocantur, cum sint castrati, libidinis abolendę causa: nec tamen id patiuntur amissis genitalibus, sed ferro candente calcaribus inustis, quæ cum ignea vi consumpta sunt, facta vlcera dum consanescãt, figulari creta linũtur. Huius igitur villatici generis nõ spernẽdus est reditus, si adhibeatur educãdi scientia, quã pleriq; Græcoꝝ, & præcipue celebrauere Deliaci: sed & ii, quoniã procera corpora, & animos ad prælia pertinacis requirebant, pręcipue tanagricum genus & rhodiũ probabant, nec minus chalcidicũ & medicũ, qđ ab imperito vulgo litera mutata melicũ appellatur: nobis nostrum vernaculũ maxime placet. Omisso tamen illo studio Grecorũ, qui ferocissimũ quenq; alitem certaminibus & pugnę pręparabant. nos enim censemus instituere vectigal industrii patrisfamilias, non rixosarũ auiũ lanistæ, cuius plerũq; totum patrimoniũ pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abstulit. Igitur cui placebit sequi nostra præcepta, consideret oportet primũ q̃ multas & cuiusmodi parare debeat matrices: deinde qualiter eas tueri & pascere: mox quibus anni tẽporibus earum partus excipere: tum demũ vt incubent, & excludant efficere: postremo vt cõmode pulli educentur operam dare. his enim curis, & ministeriis exercet̃ ratio cohortalis, quã Greci vocant ὀρνιθοτροφίαν. Parandi autẽ modus est, ducentorũ capitũ, quæ pastoris vnius curã dispendant, dum tamen anus sedula, vel puer adhibeat̃ custos vagantiũ, ne obsidiis hominũ, aut insidiosorum animaliũ diripiantnr. Mercari porro nisi fœcũdissimas aues non expedit: eæ sint rubicũdę, vel fuscę plumę, nigrisq; pennis ac si fieri poterit, oẽs huius, & ab hoc proximi coloris eligant̃. sin aliter, euitent̃ albę, quę fere cũ sint molles, ac minus viuaces, tũ ne fœcũdę quidẽ facile reperiũtur: atq; etiã cõspicuę, propter qđ insigne candoris ab accipitribus & aquilis sępius abripiuntur. Sint ergo matrices probi coloris, robusti corporis, quadratę, pectorosę, magnis capitib⁹, rectis rutilisq; cristulis, albis auribus, & sub hac specie q̃amplissimę, nec paribus vngulis, generosissimæq; credũtur, quæ quino- habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transuersa calcaria. nam quæ hoc

Cohortalis · *Rustica* · *Gallinaria* · *Africana* · *Meleagrides* · *Capi* · *Gallorũ castratio* · *Gallorũ q̃ ꝓbatissimi* · *Gallinas q̃s habere oportet* · *Albę gallinę*

virile gerit insigne, contumax ad concubitũ dedignatur admittere marem, raroq; foecũda, etiam cum incubat, calcis aculeis oua perfringit. Gallinaceos mares nisi salacissimos habere nõ expedit: atq; in his quoq; sicut in foeminis, idem color, idemq; numerus vnguium: status altior quaeritur. Sublimes, sanguineaeq;, nec obliquę cristę: rauidi vel nigrantes oculi: breuia & adunca rostra, maximę candidissimaeq; aures, paleę ex rutilo albicantes, quę velut incanę barbae dependent: iubę deinde varię, vel ex auro flauae p colla ceruicesq; in humeros diffusae; tum lata & musculosa pectora, lacertos aeque similes brachiis, alię tum procerissimae, caudę duplici ordine singulis vtrinq; pminentibus pinnis inflexę, quinetiã vasta foemina, & frequenter horrentibus plumis hirta: robusta crura, nec longa, sed infestis velut sudibus nocenter armata. Mores autem quis nõ ad pugnã, neq; ad victorię laudem prępararentur, maxime tamen generosi probantur, vt sint elati, alacres, vigilaces, & ad sępius canendũ prompti, nec qui facile terreantur. nam interdum resistere debent, & protegere coniugalem gregem: quin attollentem minas serpentem, vel aliud noxium animal interficere: talibus autem maribus quinę singulis foeminae comparantur: nam Rhodij generis, aut medici propter grauitatem, neq; patres nimis salaces, nec foecundae matres, quae tamen ternę singulis maritantur: & cum pauca oua posuerunt, inertes ad incubandum, multoq; magis ad excludendum, raro foetus suos educant. Itaq; quibus cordi est ea genera propter corporum specię possidere, cum exceperunt oua generosarum, vulgaribus gallinis subiiciunt, & ab his exclusi pulli nutriuntur: tanagrici plerũq; rhodiis & medicis amplitudine pares, non multum moribus a vernaculis distant, sicut & chalcidici. Omniũ tamen horum generum nothi sunt optimi pulli, quos cõceptos ex peregrinis maribus, nostrates ediderunt: nam & paternam speciem gerunt, & salacitatẽ foecũditatemq; vernaculam retinent. pumiliones aues, nisi quẽ humilitas earum delectat, nec propter foecũditatem, nec ꝓpter aliũ redditũ nimiũ probo, tã hercule, q̃ nec pugnacem, nec rixosũ libidinis marẽ: nam plerũq; cęteros infestat, & non patitur iniri foeminas, cum ipse pluribus sufficere non queat. Impedienda est itaq; procacitas eius ampullaceo corio, qđ cum in orbiculũ formatũ est, media pars ouis rescinditur, & per excisam partem galli pes inseritur: eaq; quasi compede cohibentur feri mores. Sed vt ꝓposui, iã de tutela vniuersi generis pręcipiam.

Gallinaceos quos habere oportet.

De gallinariis constituendis. Cap. III.

GALLINARIA constitui debent parte villae, quae hybernum spectat orientem: iũcta sint ea furno, vel culinę, vt ad auẽ pueniat fumus, qui est huic generi praecipue salutaris. Toti⁹ autem officinę, id est ornithonis tres continuę extruũtur cęllae, quarum, sicuti dixi, perpetua frons orienti sit obuersa: in ea deinde frõte exiguus detur vnus omnino aditus medię cęllae, quae ipsa trib⁹ minima esse debet in altitudinẽ, & quoquouersus pedes septem: in ea singuli dextro leuoq; pariete aditus ad vtrãq; cęllam faciendi sunt, iuncti parieti, qui est intrantibus aduersus. Huic autem focus applicetur tam longus, vt nec impediat prędictos aditus, & ab eo fumus perueniat in vtrãq; cęllã: eęq; longitudinis, & altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis, q̃ media sublimitas. Diuidantur tabulatis, quae supra se quaternos, & infra septenos liberos pedes habeant, quoniã ipsa singulos occupãt: vtraq; tabulata gallinis seruire debẽt, & ea paruis ab oriẽte singulis illuminari fenestellis, quę & ipsę matutinũ exitũ praebeant auibus ad cohortem, nec minus vespertinũ introitũ: sed curandũ erit, vt semper noctibus claudantur, quo tutius aues maneant: intra tabulata maiores fenestrę aperiãtur, & eae clatris muniãtur, ne possint noxia irrepere animalia: sic tamen, vt illustria sint loca, quo cõmodius habitent, auiariusq; subinde debet speculari aut incubantis, aut parturientis foetus: nam etiam in iis ipsis locis ita crassos parietes aedificare conuenit, vt excisa per ordinem gallinarum cubilia recipiant, in quibus aut oua edantur, aut excludantur pulli. hoc enim & salubrius, & elegantius est, q̃ illud, qđ quidam faciunt, vt palis in parietes vehementer actis, vimineos qualos superimponant: siue autem parietibus, ita, vt diximus, cauatis, aut qualis vimineis, praeponenda erũt vestibula, per quę matrices ad cubilia pariendi, vel incubandi causa pueniãt. Neq; enim debet ipsis nidis inuolare, ne dum adsiliunt, pedibus oua confringant. Ascẽsus deinde auibus ad tabulata p vtranq; cęllam datur iunctis parieti modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus asperantur, ne sint aduolantibus lubrici, sed ab cohorte forinsecus praedictis fenestellis scandulę similiter iniunganẽ, quibus irrepant aues ad requiẽ nocturnam. maxime autem curabimus, vt & hęc auiaria, & cętera, de quibus mox dicturi sumus, intrinsecus, & extrinsecus poliantur opere tectorio, ne ad aues feles habeant aut coluber accessum, & aeque noxiae prohibeantur pestes. Tabulatis insistere dormientem auẽ non expedit, ne suo laedatur stercore, qđ cum pedibus vncis adhęsit, podagram creat. ea pernicies vt euitetur, perticae

Auiarius

dolantur in quadrũ,ne teres leuitas earũ superſilientẽ volucrẽ non recipiat: conquadratæ deinde foratis duobus aduerſis parietibus induũtur,ita vt a tabulato pedalis altitudinis,& inter ſe bipedalis latitudinis ſpatio diſtent.hæc erit cohortalis officinę diſpoſitio.cęterum cohors ipſa,ꝑ quã vagantur,non tam ſtercore,q̃ vligine careat.nam plurimũ refert aquã non eſſe in ea niſi vno loco,quã bibant,eamq́ mũdiſſimã:nã ſtercoroſa pituitã concitat.puram tamen ſeruare non poſſis, niſi clauſam vaſis in hũc vſum fabricatis. Sũt autẽ,qui aut aqua replentur aut cibo,plũbei canales,quos magis vtiles eſſe ligneos aut fictiles compertũ eſt.hi ſuppoſitis operculis claudũtur, & a lateribus ſuper mediã partẽ altitudinis p ſpatia palmaria modicis foranẽ cauis, ita vt auiũ capita poſſint admittere.nã niſi operculis muniãtur,quãtulũcũq́ aquę, vel ciborũ ineſt, pedibus euertitur.Sunt qui a ſuperiore parte foramina ipſis operculis imponãt.qđ fieri nõ oportet. nã ſuperſiliens auis proluuie ventris cibos & aquam conſpurcat.

Cohortalis officina.

De cibariis gallinarum. Cap.IIII.

CIBARIA gallinis prębenẽ optima.pinſitũ ordeũ,& vicia,nec minus cicercula, tum etiã milium,aut panicũ:ſed hæc vbi vilitas annonæ pmittit.vbi vero ea eſt carior,excreta tritici minute commode dantur:nam per ſe id frumentũ, etiam quibus locis viliſſimũ eſt,non vtiliter præbetur,quia obeſt auibus.poteſt etiã loliũ decoctũ obiici,nec minus furfures modice a farina excreti,qui ſi nihil habẽt farris,nõ ſunt idonei,nec tantũ appetũtur.Ieiunis cythiſi folia,ſeminaq́ maxime ꝓbanẽ,& ſunt huic generi gratiſſima: neq́ eſt vlla regio,in qua nõ poſſit huius arbuſculæ copia eſſe vel maxima. Vinacea q̃uis tolerabiliter paſcant,dari nõ debẽt,niſi quibus tẽporibus anni auis fœtus non edit.nã & partus raro,& oua faciũt exigua. Sed cũ plane poſt autumnũ ceſſant a fœtu,poſſunt hoc cibo ſuſtineri:attamen quęcũq́ dabiẽ eſca p cohortẽ vagantibus die incipiente, & iam in veſperũ declinante bis diuidenda eſt,vt & mane non ꝓtinus a cubili latius euagentur, & ante crepuſculũ ꝓpter cibi ſpem temporius ad officinã redeãt,poſſitq́ numerus capitũ ſæpius recognoſci.nam volatile pecus facile paſtoris cuſtodiã recipit.Siccus etiã puluis & cinis, vbicũq́ cohortẽ porticus vel tectum ꝓtegit, iuxta parietes reponendus eſt,vt ſit,quo aues ſe perfundant. nam his rebus plumã pinnaſq́ emũdant: ſi modo credimus Epheſio Heracleto, qui ait ſues cœno,cohortales aues puluere vel cinere lauari.Gallina poſt primã emitti,& ante horã diei vndecimã claudi debet,cuius vagę cultus hic,quem diximus,erit.nec tamen alius clauſæ, niſi ꝙ ea non emittitur,ſed intra ornithonem ter die paſcitur maiore menſura.nam ſingulis capitibus quaterni cyathi diurna cibaria ſunt,cũ vagis terni vel bini prębeantur.Habere etiã clauſam oportet amplum veſtibulum,quo prodeat,& vbi apricetur. idq́ ſit retibus munitum, ne aquila, vel accipiter inuolet:quas impenſas & curas niſi locis,quibus harum rerum vigent precia, non expedit adhiberi.Antiquiſſima eſt autem cum in omnibus pecoribus, tum in hoc fides paſtoris, qui niſi eam domino ſeruat,nullus ornithonis quęſtus vincet impenſas.De tutela ſatis dictum eſt : nunc reliquum ordinem proſequemur.

Puluere & cinere aues gaudere.

De ſeruandis,& ſupponendis ouis. Cap.V.

CONFECTA bruma parere fere id genus auiũ cõſueuit:atq́ earum,quæ ſunt fœcundiſſimę, locis tepidioribus,circa Calendas Ianuarias oua edere incipiunt: frigidis autem regionibus eodem menſe poſt Idus.Sed cibis idoneis fœcunditas earum elicienda eſt,quo maturius partum edant.Optime prębetur ad ſatietatem ordeum ſemicoctum:nam & maius facit ouorum incremẽtum,& frequentiores partus.Sed is cibus quaſi condiendus eſt interiectis cythiſi foliis ac ſemine eiuſdem,quæ vtraq́ maxime putantur augere fœcunditatem auium. Modus autem cibariorum ſit,vt dixi,vagis binorum cyathorum ordei,aliquid tamen admiſcendum erit cythiſi,vel ſi id nõ fuerit,viciæ,aut milii.Curæ aũt debebit eſſe cuſtodi,cum parturient aues,vt habeant q̃mundiſſimis paleis conſtrata cubilia,eaq́ ſubinde conuertat,& alia ſtramenta q̃recentiſſima reponat.nam pulicib⁹ aliiſq́ ſimilib⁹ aĩalibus replenẽ,quę ſecũ affert auis,cũ ad idẽ cubile reuertiẽ. Aſſidu⁹ autẽ debet eſſe cuſtos,& ſpeculari pariẽtes,qđ ſe facere gallinę teſtanẽ crebris ſingultibus interiecta voce acuta.Obſeruare itaq́,dũ edãt oua,& cõfeſtim circũire oportebit cubilia, vt quę nata ſunt recolliganẽ,notẽturq́ quę quoq́ die ſint edita,vt q̃recẽtiſſima ſupponanẽ glocientib⁹:ſic eñ ruſtici appellãt aues eas,quę volũt incubare.Cętera vel reponanẽ,vel ære mutenẽ.Aptiſſima porro ſũt ad excludendũ recẽtiſſima quęq́.Poſſunt tñ etiã requieta ſupponi, dũ ne vetuſtiora ſint, q̃ dierũ decem.Fere autem,cum primum partum conſummauerint,gallinæ incubare cupiunt ab Idibus Ianuariis,quod facere non omnibus permittendum eſt,quoniam quidem nouellę magis edendis, q̃ excubandis ouis vtiliores ſunt. Inhibeturq́ cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta.

Glocire.

Oua quę & q̃ ſupponẽda.

Veteranas igitur aues ad hanc rem eligi oportebit, quæ iam sæpius id fecerint, moresq; earum maxime pernosci, quoniá aliæ melius excubant, aliæ editos pullos cômodius educant. At e côtrario quædá & sua & aliena oua côminuũt atq; consumũt, qđ facientem protinus submouere cõueniet. Pulli autem duarũ aut trium auiũ exclusi, dũ adhuc teneri sunt, ad vnam, quæ sit melior nutrix, transferri debent, sed primo quoq; die, dũ mater suos & alienos propter similitudinẽ dignoscere non potest. Verũtamen seruare oportet modum: neq; enim debet maior esse, q̃ triginta capitũ. Negant enim hoc ampliorẽ gregem posse ab vna nutriri. Numerus ouorum, quæ subiiciuntur, impar obseruatur, nec semper idem. nam primo tẽpore, id est mẽse Ianuario quindecim nec vnq̃ plura subiici debent. Martio. XIX. nec his pauciora. vnũ & viginti Aprili, tota deinde æstate vsq; In Calendas Octobris totidẽ. Postea superuacua est huius rei cura, q; frigoribus exclusi pulli plerũq; intereant. Pleriq; tamen etiá ab æstiuo solstitio nõ putant boná pullationem, q; ab eo tempore etiá si facilẽ educationẽ habent, iustũ tamen non capiũt incrementum. Verum suburbanis locis, vbi a matre pulli non exiguis preciis veneunt, nec plerũq; intereunt, probanda est æstiua educatio. Semper autẽ, cũ supponũtur oua, considerari debet, vt luna crescente a decima vsq; ad quintádecimá id fiat: nam & ipsa suppositio per hos fere dies est cômodissima, & sic administrandũ est, vt rursus cũ excludũtur pulli, luna crescat. Diebus quibus animantur oua, & in speciẽ volucrũ conformantur, ter septenis opus est gallinaceo generi. At pauonino, & anserino paulo amplius ter nouenis, quę siquãdo fuerint supponẽda gallinis, prius eas incubare decẽ diebus fœtibus alienigenis patiemur. Tum demum sui generis quatuor oua, nec plura q̃ quinq; fouenda recipient. Sed & hæc q̃maxima: nam ex pusillis aues minutę nascũtur. Cum deinde quis volet q̃plurimos mares excludi, longissima quęq; & acutissima oua subiiciet: & rursus cũ fœminas, q̃ rotũdissima. Supponendi autẽ cõsuetudo tradita est ab iis qui religiosius hęc administrãt eiusmodi. Primũ q̃ secretissima cubilia eligunt, ne incubantes matrices ab aliis auibus inquietentur. deinde anteq̃ costernant ea, diligenter emũdant, paleasq;, quas substraturi sunt, sulfure & bitumine, atq; ardente teda perlustrant, & expiatas cubilibus iniiciunt, ita factis, côcauatis nidis, ne ab aduolantibus, aut etiá desilientibus euoluta decidant oua. Plurimi etiá infra cubiliũ strámẽta graminis aliquid, & ramulos lauri, nec minus allij capita cũ clauis ferreis subiiciunt, quæ cũcta remedia credũtur esse aduersus tonitrua, quibus vitiantur oua, pulliq; semiformes interimuntur anteq̃ toti partibus suis consumentur. Seruat autem qui subiicit, ne singula oua in cubili manu côponat, sed totũ ouorũ numerũ in alueolum lignũ conferat. deinde vniuersum leniter in præparatũ nidũ tráffundat. Incubantibus autẽ gallinis iuxta ponẽdus est cibus, vt saturę studiosius nidis immorentur, neue longius euagatę refrigerent oua, quæ q̃uis pedibus ipsę cõuertant, auiarius tamẽ cũ desilierint matres, circũire debet, ac manu versare, vt æqualiter calore concepto facile animentur. Quin etiá siqua vnguibus læsa vel fracta sunt, vt remoueat: idq; cũ fecerit, die vndeuigesimo animaduertat, an pulli rostellis oua percuderint, & auscultetur, si pipiant: nam sæpe propter crassitudinẽ putaminũ erumpere nõ queunt. Itaq; hęrenteis pullos manu eximere oportebit, & matri fouendos subiicere, idq; non amplius triduo facere. nam post vnũ & vigesimũ diẽ silentia oua carent animalibus, eaq; remouenda sunt. ne incubans inani spe diutius detineatur effœta. Pullos autẽ nõ oportet singulos, vt quisq; natus sit, tollere, sed vno die in cubili sinere cũ matre, & aqua, ciboq; abstinere, dũ omnes excludantur. Postero die, cum grex fuerit effœtus, hoc modo deponitur. Cribro viciario, vel etiá loliario, qui iam fuerit in vsu, pulli superponãtur: deinde pulegij surculis fumigentur: ea res videtur prohibere pituitá, quę celerrime teneros interficit. Post hęc cauea cũ matre claudendi sunt, & farre ordeaceo cũ aqua incocto, vel adoreo farre vino respersо modice alendi. nam maxime cruditas vitanda est, & ob hoc tertia die cauea cum matre continendi sunt, priusq; q̃ emittantur ad recentẽ cibũ, singuli tentandi, nequid hesterni habeant in gutture: nam si vacua non est ingluuies, cruditatẽ significat, abstineriq; debent, dũ côcoquãt. Longius autẽ non est permittendum teneris euagari, sed circa caueam continendi sunt, & farina ordeacea pascendi, dũ corroborentur. Cauendũq; ne a serpentibus adflentur, quarũ odor tá pestilens est, vt interimat vniuersos. id vitatur sæpius incenso cornu ceruino, vel galbano, vel muliebri capillo, quorũ omniũ fere nidoribus prædicta pestis submouetur. Sed & curandũ erit, vt tepide habeantur: nam nec calorẽ, nec frigus sustinent. Optimũq; est † infra officiná clausos haberi cũ matre, & post qudragesimũ diem potestatẽ vagandi fieri. Sed primis quasi infantiæ diebus ꝑtractandi sunt, plumulęq; sub cauda clunibus detrahendę, ne stercore coinquinatę durescant, & naturalia pręcludãt. Qđ q̃uis caueatur, sæpe tamen euenit, vt aluus exitũ non habeat: itaq; pinna

[Margin notes: Pullatio. — Luna cresc. oua supponenda. — De ouis pauoninis & ansе. — Ex quibus ouis mares, qbusq; fœminę excludantur. — Remedia aduersus tonitrua. — Pipiare. — De pullis recens exclusis. — Pituita. — Ingluuies. — Serpentũ afflatus. — †intra. — Naturalia ne pull. præcludantur.]

pertunditur, & iter digestis cibis prębetur. Sed & iam validioribus factis, atq; ipsis matribus etiã vitanda pituitæ pernicies erit. Quę ne fiat, mũdissimis vasis, & q̃purissimã prębebimus aquã, nec minus gallinaria semp fumigabimus, & emũdata stercore liberabimus. Q; si tamẽ pestis peruase-rit, sunt qui †spicas allij tepido madefactas oleo faucibus inferant. Quidã hominis vrina tepida rigant ora, & tãdiu cõprimũt, dum eas amaritudo cogat per nares emoliri, pituitę nauseam. Vua quoq;, quã græci ἀγρίαν σαφυλλω vocant, cũ cibo mista prodest. Vel eadẽ pertrita, & cum aqua potui data. Atq; hæc remedia mediocriter laborantibus adhibentur. Nam si pituita circũuenit oculos, & iam cibos auis respuit, ferro rescindũtur genæ, & coacta sub oculis sanies omnis expri-mitur, atq; ita paulũ triti salis vulneribus infriatur. Id porro vitiũ maxime nascit̃ quũ frigore & penuria cibi laborant aues. Item cũ per æstatem consistẽs in cohortibus aqua potatur, item cũ ficus aut vua immatura nec ad satietatẽ permissa est, quibus scilicet cibis abstinendæ sunt aues, eosq; vt fastidiant efficit vua labrusca de vepribus immatura lecta: quæ cũ farre triticeo minuto cocta abiicitur esurientibus, eiusq; sapore offensę aues, omnẽ aspernantur vuam. Similis ratio est etiã caprifici, quæ decocta cũ cibo præbetur auibus, & ita fici fastidiũ creat. Mox quoq; sicut in cęteris pecoribus eligenda quęq; optima & deteriora vendenda, seruetur etiã in hoc genere, vt p autumni tempus omnibus annis, cũ fructus earũ cessat, numerus quoq; minuatur. Summouebi-mus autẽ veteres, id est quę trimatum excesserũt. Item quæ aut parũ fœcundæ, aut parum bonæ nutrices sunt, & pręcipue quæ oua vel sua vel aliena consumũt. Nec minus, quæ velut mares can tare, atq; etiam calcare cœperũt. Item serotini pulli, qui ab solstitio nati capere iustũ incrementũ non potuerũt. In masculis autẽ nõ eadẽ ratio seruabitur, sed tãdiu custodiemus generosos q̃diu fœminam implere potuerint. Nam rarior est in his auibus mariti bonitas. Eodem quoq; tẽpore cũ parere desinent aues, id est ab Idibus Nouembris preciosiores cibi subtrahẽdi sunt, & vinacea præbenda, quæ satis cõmode pascunt adiectis interdũ tritici excrementis.

Pituita. †micas. Ficos & vuas vt aspernẽtur aues. Calcare. Serotini pulli. Quo tpe aues pare-re desinãt.

De Ouis. Cap. VI.

OVORVM quoq; longioris temporis custodia non aliena est huic curę, quę cõmode ser-uantur per hyemem, si paleis obruas, æstate si furfuribus. Quidã prius trito sale sex horis adoperiũt, deinde eluũt, atq; ita paleis aut furfuribus obruũt: nõnulli solida, multi etiã fresa faba coaggerant. Alij salibus integris adoperiunt. Alij muria tepefacta durant: sed omnis sal quemad modũ non patitur putrescere, ita minuit oua, nec sinit plena permanere, quæ res ementẽ deterret. Itaq; ne in muriam quidem qui dimittũt, integritatem ouorum conseruant.

Oua vt diu integra ser uentur. Sol oua minuit.

De Gallinis farciendis. Cap. VII.

PINGVEM quoq; facere gallinam, q̃uis fartoris, non rustici sit officiũ: tamẽ quia non ægre contingit, pręcipiendũ putaui. Locus ad hanc rem desideratur calidus maxime, & minimi luminis, in quo singulę caueis angustioribus, vel sportis inclusę pendeant aues, sed ita coarctatę, ne versari possint. Verũ habeant ex vtraq; parte foramina. Vnũ, quo caput exeratur: alterum, quo cauda, clunesq;, vt & cibos capere possint, & eos digestos sic edere, ne stercore coinquinẽtur. Sub-sternatur autẽ mũdissima palea, vel molle fœnũ, id est cordũ: nã si dure cubant, nõ facile pingue-scũt. Pluma omnis e capite, & sub alis atq; clunibus detergetur. Illic ne pediculum creet, hic ne stercore loca naturalia exulceret. Cibus autẽ prębetur ordeacea farina, quę cũ est aqua cõspersa & subacta, formantur offæ, quibus aues saginantur. Eæ tamẽ primis diebus dari parcius debẽt, dũ plus concoquere consuescant. Nã cruditas vitãda est maxime, tãtũq; prębẽdũ, quãtũ digerere possint: neq; ante recens admouẽda est, q̃ tentato gutture apparuerit nihil veteris escę remãsisse. Cũ deinde satiata est auis, paululũ deposita cauea dimittitur, sed ita ne vagetur: sed potius, si qđ est, qđ eã stimulet, aut mordeat, rostro persequatur. Hęc eñ fere cõmunis est cura farcientiũ: nã illi, qui volũt nõ solũ opimas, sed etiã teneras aueis efficere, mulsea recẽte aqua prædicti generis farinã conspergũt, & ita farciũt: nõnulli tribus aquę partibus vnã boni vini miscent, madefactoq; triticeo pane obesant auẽ, quę prima luna (quoniã id quoq; custodiendũ est) saginari cœpta, vi-gesima pergliscit. Sed si fastidiet cibũ, totidẽ diebus minuere oportebit, quot iã farturę processe-rint: ita tamẽ, ne tẽpus omne opimandi quintã & vigesimã lunã superueniat. Antiq̃ssimũ est aũt maximã quãq; auẽ lautioribus epulis destinare: sic eñ digna merces sequitur operã & impẽsam.

Opimare.

De palumbis, & columbis farciendis, & colũbariis constituendis. Cap. VIII.

HAC eadem ratione palumbos, columbosq; cęllares pinguissimos facere contingit: neq; est tamen in columbis farciendis tantus redditus in educandis: nam etiã hoꝝ possessio non abhorret a cura boni rustici. Sed id genus minore tutela pascitur longinqs regionibus, vbi liber

egressus auibus permittitur,quoniã vel summis turribus,vel editissimis ædificiis assignatas sedes frequentant patẽtibus fenestris,per quas ad requirendos cibos euolitant. Duobus tamen aut tribus mẽsibus acceptãt condititia cibaria,cæteris se ipsas pascũt seminibus agrestibus. Sed hoc suburbanis locis facere nõ possunt,quoniã intercipiũtur variis aucupũ insidiis.itaq; clausę intra tectũ pasci debẽt,nec in plano villę loco,nec in frigido:sed in edito fieri tabulatũ oportet,qđ aspiciat hybernũ meridiẽ. Eiusq; parietes,ne iã dicta iteremus,vt in ornithone pręcepimus, cõtinuis cubilibus excauentur,vel si ita non cõpetit,paxillis adactis tabulæ superponãtur, quę vel loculamenta,quibus nidificent aues,vel fictilia columbaria recipiant,præpositis vestibulis,per quę ad cubilia perueniant. Totus autem locus & ipsę columbarũ cęllæ poliri debent albo tectorio,quoniam eo colore præcipue delectatur hoc genus auiũ. Nec minus extrinsecus lęuigari parietes maxime circa fenestram,& ea sit ita posita,vt maiore parte hyberni diei solem admittat,habeatq; appositam satis amplã caueam retibus emunitam,quę excludat accipitres, & recipiat egredienres ad apricationẽ columbas,nec minus in agros emittant matrices,quę ouis vel pullis incubant,ne quasi graui perpetuę custodiæ seruitio contristatę senescant: nam cũ paulum circa ædificia volitauerint,exhilaratę recreantur,& ad fœtus suos vegetiores redeunt. propter quos ne lõgius qdẽ uagati,aut fugere conantur. Vasa,quibus aqua prębeatur, similia esse debent gallinariis, quæ colla bibentium admittant,& cupientes lauari propter angustias non recipiant: nam id facere eas nec ouis nec pullis,quibus plerũq; incubant,expedit. Cæterum cibus iuxta parietem conueniet spargi,quoniam fere partes eæ columbarij carẽt stercore. Commodissima cibaria putantur vicia,vel eruum,tum etiam lenticula,miliũq;, & lolium,nec minus excreta tritici, & siqua sunt alia legumina,quibus etiam gallinæ aluntur. Locus autem subinde conuerri & emũdari debet. nam quanto est cultior,tãto lætior auis conspicitur,eaq; tã fastidiosa est,vt sępe sedes suas perosa, si detur euolandi potestas,relinquat.qđ frequenter in his regionibus.vbi liberos habent egressus, accidere solet. Id ne fiat vetus est Democriti pręceptum. Genus accipitris tinunculum vocant rustici,qui fere in ædificiis nidos facit. Eius pulli singuli fictilibus ollis condũtur,stipatisq; opercula supponũtur,& gypso lita vasa in angulis columbarij suspendũtur,quæ res auibus amorem loci sic conciliat,ne vnq̃ deserant. Seligendæ vero sunt ad educationẽ neq; vetulæ,nec nimiũ nouellæ,sed corporis maximi. Curandũq;,si fieri possit,vt pulli quemadmodum exclusi sunt: nunq̃ separentur. nam fere,si sic maritatę sunt,plures educant fœtus. Sin aliter,certe nec alieni generis coniũgũtur,vt Alexandrinæ & Campanæ:minus enim impares suas diligunt,& ideo nec multũ ineunt,nec sæpius fœtant. Plumæ color non semper,nec omnibus idem probatus est, atq; ideo qui sit optimus non facile dictu est. Albus,qui vbiq; vulgo conspicitur,a quibusdam non nimiũ laudatur:nec tamen vitari debet in iis quæ clauso continentur:nam in vagis maxime est improbandus, ꝙ eum facillime speculatur accipiter. Fœcunditas autem,q̃uis longe minor sit, q̃ est gallinarum,maiorem tamen refert quæstum. nam & octies anno pullos educat, si est bona matrix, & preciis eoꝝ domini complent aream,sicut eximius author M. Varro nobis affirmat,qui prodidit etiam illis seuerioribus suis temporibus,paria singula millibus singulis sestertiorum solita vęnire. nam nostri pudet seculi,si credere volumus,inueniri qui quaternis millibus nũmũ binas aues mercentur. Quãq̃ vel hos magis tolerabiles putem,qui oblectamenta deliciarum possidendi habendiq; causa,graui ære & argento pensent:q̃ illos,qui ponticum phasim, & scythica stagna Męotidis eluant. Iam nunc gangeticas & ægyptias aues temulenter eructant. Potest tamen etiã in hoc auiario,sicut dictum est,sagina exerceri:nam siquæ steriles,aut sordidi coloris interueniũt, similiter vt gallinæ farciuntur. Pulli vero facilius sub matribus pinguescunt, si iam firmis,prius q̃ subuolent,paucas subtrahas pinnas,& obteras crura,vt vno loco quiescant, prębeasq; copiosum cibum parientibus,quo & se & eos abundantius alant. Quidam leuiter obligant crura,quoniam si frangantur,dolorem,& ex eo maciem fieri putent. sed nihil ista res pinguitudinis efficit. nam dum vincula exerere conantur,non conquiescunt, & hac quasi exercitatione corpori nihil adiiciũt. Fracta crura non plus q̃ bidui,aut summũ tridui dolorẽ afferũt,& spem tollũt euagãdi.

Cibaria col.

Tinũculus Colũbę ne sedes mutent.

Fœtare.

Color in columb.

Octies p. Lib.3.c.7.

Sagina col.

De alendis turturibus. Cap. IX.

TVRTVRVM educatio superuacua est,quoniam id genus in ornithone nec parit,nec excludit. A volatura ita vt capitur,farturæ destinatur,eoq; leuiore cura,q̃ cæteræ aues saginatur. Verum nõ omnibus temporibus:Per hyemem, q̃uis adhibeatur opera, difficulter gliscit. Et tamen quia maior est turdi copia,precium turturum minuitur. Rursus æstate vel sua spõte, dũmodo sit facultas cibi,pinguescit. nihil enim aliud q̃ obiicitur esca, sed præcipue milium,nec

quia tritico vel aliis frumentis minus crassescant, verum q semine huius maxime delectantur. Hyeme tamen offæ panis vino madefactæ, sicut etiam palumbos, celerius opimant, q̄ cæteri cibi. Receptacula non tanq̄ columbis loculamenta, vel cęllulæ cauatæ efficiũtur, sed ad lineam mutili per parietem deflxi, tegeticulas cannabinas accipiunt prætentis retibus, quibus prohibeantur volare, quoniam si id faciant, corpori detrahunt. In his autem assidue pascuntur milio aut tritico, sed ea semina dari nisi sicca non oportet. Satiatq semodius cibi in diebus singulis vicenos & centenos turtures. Aqua semper recens & q̄mundissima vasculis, qualibus columbis atq gallinis, præbetur. Tegeticulęq mundentur, ne stercus vrat pedes, qđ tamen & id ipsum diligenter reponi debet ad cultus agrorum, arborumq, sicut & omniũ auiũ, præterq̄ nantium. Huius auis ætas ad saginam non tam vetus est idonea, q̄ nouella. Itaq circa messem, cum iam confirmata est pullities, eligitur.

Mutili.

Pullities.

De Turdis educandis. Cap. X.

TVRDIS maior opera & impensa prębetur, qui omni quidẽ rure, sed salubrius in eo pascũtur, in quo capti sunt. nam difficulter in aliã regionẽ transferũtur, quia caueis clausi plurimi despondent, qđ faciũt etiã cũ eodẽ momento temporis a rete in auiaria coniecti sunt. itaq ne id accidat, veterani debent intermisceri, qui ab aucupibus in hunc vsum nutriti, quasi allectores sint captiuorum, mœstitiamq eorum mitigent interuolando. Sic enim consuescent & aquam & cibos appetere feri, si mansuetos id facere viderint. Locũ æque munitũ & apricũ, q̄ columbi desiderant, sed in eo transuersę perticę perforatis parietibus aduersis aptãtur, quibus insideant, cum satiati cibo requiescere volunt. eæ perticę non altius a terra debent subleuari, q̄ hominis statura patiatur, vt a stante contingi possint. cibi ponũtur fere partibus his ornithonis, quę super se perticas non habent, quo mundiores permaneant. semper autẽ arida ficus diligenter pinsita, & permista polline, pręberi debet, tam large quidẽ, vt supersit. hanc quidã mandũt, & ita obiiciunt. sed istud in maiore numero facere vix expedit, quia nec paruo conducuntur, qui mandant, & ab iis ipsis aliquantũ propter iucũditatem cõsumitur. multi varietatẽ ciborũ, ne vnũ fastidiãt, prębẽdã putant, ea est cũ obiiciũtur myrti, & lentisci semina. item oleastri & ederaceæ baccę, nec minus arbuti. Fere enim etiã in agris ab eiusmodi volucribus hæc appetũtur, quę in auiariis quoq desidẽtiũ detergẽt fastidia, faciũtq auidiorẽ volaturã, qđ maxime expedit. nã largiore cibo celerius pinguescit, semper tamen etiã canaliculi milio repleti apponũtur, quę est firmissima esca. nã illa, quę supra diximus, pulmentariorũ vice dãtur. Vasa quibus recens & mũda prębeatur aqua, non dissimilia sint gallinariis. hac impensa, curaq M. Terentius ternis sępe denariis singulos emptitatos esse significat auorũ temporibus, quibus qui triumphabant, populo dabant epulũ. at nunc ætatis nostrę luxuries quotidiana fecit hęc precia. propter quę ne rusticis quidẽ contemnẽdus sit hic reditus. Atq ea genera, quę intra septa villæ cibãtur, fere persecuti sumus, nũc de his dicẽdum est, quibus etiam exitus ad agrestia pabula dantur.

Li. 3. c. 5.

De Pauonibus educandis. Cap. XI.

PAVONVM educatio magis vrbani patrisfamiliæ, q̄ tetrici rustici curã poscit. sed ne hæc tamen aliena est agricolę captantis vndiq voluptates acquirere, q̄bus solitudines ruris eblãdiantur. Harũ autem decor auiũ etiam exteros, nedum dominos oblectat. itaq genus alitum numerosis & paruulis insulis, quales obiacent Italiæ, facillime continetur. nam quoniam nec sublimiter potest, nec per longa spatia volitare, tum etiam quia furis ac noxiorum animalium rapinæ metus non est, sine custode tuto vagatur, maioremq pabuli partem sibi acquirit. Fœminæ q̄dẽ sua sponte tãq̄ seruitio liberatæ, studiosius pullos enutriunt, nec curator aliud facere debet q̄ vt diei certo tempore signo dato, iuxta villam gregem conuocet, & exiguũ ordei concurrentibus obiiciat, vt nec auis esuriat, & numerus aduenientium recognoscatur. sed huius possessionis rara conditio est. Quare mediterraneis locis maior adhibenda cura est: eaq sic administretur, hærbidus syluestrisq ager planus sublimi clauditur maceria, cuius tribus lateribus porticus applicantur. & in quarto duę cęllæ, vt sit altera custodis habitatio, atq altera stabulum pauonum. sub porticibus deinde per ordinem fiũt arundinea septa in modũ cauearum, qualia columbarij tectis superponũtur. ea septa distinguntur velut clatris intercurrentibus calamis, ita vt ab vtroq latere singulos aditus habeant. Stabulum autem carere debet vligine, cuius in solo per ordinem figuntur breues paxilli, eorũq partes summę lingulas edolatas habent, quæ trãsuersis foratis perticis inducantur. hæ porro quadratę perticæ esse debent, quæ paxillis superponũtur, vt auem recipiant adsilientem. sed iccirco sunt exemptiles, vt cũ res exigit, a paxillis deductæ liberũ aditum

Stabula pau.

conuerrentibus stabulum præbeat.hoc genus auiũ,cum trimatum expleuit,optime progenerat. Siquidem tenerior ætas aut sterilis,aut parum fœcunda est. Masculus pauo gallinaceam salacitatem habet,atq; ideo quinq; fœminas desiderat:nam si vnam,vel alterã fœtam sæpius cõpressit, vixdum concepta in aluo vitiat oua,nec ad partũ sinit perduci,quoniam immatura genitalibus locis excidunt. Vltima parte hyemis cõcitantibus libidinem cibis vtriusq; sexus accẽdẽda venus est.Maxime facit ad hanc rem,si fauilla leui torreas fabam,tepidãq; des ieiunis quinto quoq; die: nec tamen excedas modũ sex cyathorum in singulas aueis.hęc cibaria non omnibus promiscue spargenda sunt,sed in singulis septis,quę arundinibus intexi oportere ꝓposuerã,portione seruata quinq; fœminarũ,& vnius maris ponenda sunt cibaria,nec minus aqua,quæ sit idonea potui:qđ vbi factũ est,mares sine rixa deducũtur in sua quisq; septa cũ fœminis,& ęqualiter vniuersus grex pascitũr. nam etiã in hoc genere pugnaces inueniũtur masculi,qui & a cibo & a coitu prohibẽt minus validos,nisi sint hac ratione separati. Fere autẽ locis apricis ineundi cupiditas exercet mares,cũ Fauonij spirare cœperũt.id est tẽpus ad Idibus Februarij ante Martiũ mensem.Signa sunt extimulatę libidinis,cũ semetipsum veluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis,protegit: idq; cũ facit,rotare dicitur. Post admissuræ tempus confestim matrices custodiendæ sunt,ne alibi q̃ in stabulo fœtus edant,sępiusq; digitis loca fœminarũ tẽtanda sunt,nam in promptu gerũt oua quibus iam partus appropinquat. itaq; includendę sunt enitentes,ne extra clausum fœtũ edant. Pauo mas Admissura pa. Rotare. Loca.

Maximeq; temporibus iis,quibus parturiunt,pluribus stramentis exaggerãdũ est auiarium,quo tutius integri fœtus excipiantur. nã fere pauones,cũ ad nocturnam requiem venerũt, prædictis perticis insistentes,enituntur oua,quæ quo propius ac mollius deciderint,illibatam seruant integritatẽ. Quotidie ergo diligenter mane tẽporibus fœturæ stabula circũeunda erunt,& iacentia oua colligenda,quæ quanto recentiora gallinis subiecta sunt,tanto commodius excludũtur, idq; fieri maxime patrisfamilias ratione conducit,nam fœminę pauones,quę non incubant,ter anno fere partus edunt:at quę fouent oua,totũ tempus fœcũditatis aut excludendis,aut etiam educandis pullis consumũt.Primus est partus quinq; fere ouorũ.Secũdus quatuor. Tertius aut trium,aut duorũ. neq; est ꝙ cõmitratur, vt Rhodiæ aues pauoninis incubent, quæ ne suos qđ ẽ fœtus cõmode nutriunt:sed veteres maxime quęq; gallinę vernaculi generis eligantur,eæq; nouem diebus a primo lunæ incremento,nouenis ouis incubent, sintq; ex his quinq; pauonina, & cętera gallinacei generis.Decimo deinceps die omnia gallinacea subtrahãtur,& totidem recẽtia eiusdẽ generis supponantur,vt trigesima luna,quę est fere noua,cũ pauoninis excludantur. Sed custodis cura nõ effugiat obseruare desilientem matricem,sępiusq; ad cubile peruenire,& pauonina oua,quę propter magnitudinẽ difficilius a gallina mouentur,versare manu:idq; quo diligẽtius faciat,vna pars ouorũ notanda est attramẽto,qđ signũ habebit auiarius an a gallina cõuersa sint.Sed,vt dixi,meminerimus cohortales q̃maximas ad hanc rem pręparari,quę si mediocris habitus sunt,non debent amplius q̃ terna pauonina, & sena generis sui fouere. Cũ deinde fecerit pullos,ad aliam nutricem gallinacei debebũt transferri,& subinde qui nati fuerint pauonini ad vnam congregari,donec quinq; & viginti capitũ grex efficiatur.Sed cũ erũt editi pulli,similiter vt gallinacei primo die non amoueantur. postero die cũ educatrice transferantur in caueam,primisq; diebus alantur ordeaceo farre vino respersso:nec minus ex quolibet frumẽto cocta pulticula,& refrigerata.Post paucos deinde dies huic cibo adiiciendũ erit cõcisum portum tarentinũ, & caseus mollis vehementer expressus: nam serũ nocere pullis manifestũ est. Locustæ quoq; pedibus ademptis vtiles cibandis pullis habentur,atq; iis pasci debent vsq; ad sextũ mensem. postmodũ satis est ordeum de manu prębere.Possunt aũt post quintũ & trigesimũ diem q̃ nati sunt, etiã in agro satis tuto educi,sequiturq; grex velut matrem gallinã singultientem.Ea cauea clausa fertur in agrum a pastore,& emissa ligato pede longa linea gallina custoditur, ad quã circũuolant pulli,qui cũ ad satietatem pasti sunt,reducũtur in villam persequentes,vt dixi,nutricis singultus. Satis autẽ conuenit inter authores non debere alias gallinas,quæ pullos sui generis educant,in eodẽ loco pasci. nam cũ conspexerũt pauoninam prolem,suos pullos diligere desinũt,& immaturos relinquũt,perosę videlicet,ꝙ nec magnitudine,nec specie pauoni pares sint. Vitia q̃ gallinaceo generi nocere solent,eadem has aueis infestant.sed nec remedia tradũtur alia, q̃ quæ gallinaceis adhibentur.nam & pituita,& cruditas,& siquæ alię sunt pestes,iisdem remediis,quæ præposuimus,prohibẽtur.Septimũ deinde mensem cũ excesserũt,in stabulo cũ cęteris ad nocturnam requiem debent includi,sed erit curandũ,ne humi maneant.nã qui sic cubitant,tollẽdi sunt, & supra perticas imponendi,ne frigore laborent. Porrum Tarẽt. Serum. Locustæ. Singultiẽs gallina.

De numidicarum & ruſticarū gallinarum educatione. Cap.XII.

NVMIDICARVM eadem eſt fere,quæ pauonū educatio.cęterum ſylueſtres gallinæ,quæ
Ruſticæ. ruſticæ appellantur,in ſeruitute non fœtant.& ideo nihil de his pręcipimus,niſi vt cibus ad ſatietatem prębeatur, quo ſint conuiuiorum epulis aptiores.

De auibus,quas gręci ἀμφίβια,latini duplicis vitę appellant. Cap.XIII.

VENIO nunc ad eas áues ,quas græci vocant ἀμφίβια,quia non tm̄ terreſtria, ſed aqua-
De anſeribus. tilia quoq; deſiderāt pabula: nec magis humo,q̄ ſtagno conſueuerūt.eiuſq; generis anſer præcipue ruſticis gratus eſt,q; nec maximam curam poſcit , & ſolertiorem cuſtodiam præbet,q̄ canis: nam clangore prodit inſidiãtem,ſicut etiam memoria tradidit in obſidione Capitolij,cum aduentu Gallorum vociferatus eſt,canibus ſilentibus. is autem non vbiq; haberi poteſt,vt exiſtimat veriſſime Celſus,qui ſic ait,Anſer neq; ſine aqua,nec ſine multa hęrba facile ſuſtinetur: neq; vtilis eſt locis conſitis,qa quicqd tenerū contingere poteſt,carpit. Sicubi vero flumen aut lacus eſt,hęrbæq; copia, nec minus iuxta ſatæ fruges, id quoq; genus nutriendum eſt, qđ etiam nos facere cenſemus, non quia magni ſit fructus, ſed quia minimi oneris. attamen pręſtat ex ſe pul-
Plumā anſerū bis anno vellere. los atq; plumam, quā,non vt in ouibus lanam ſemel demetere , ſed bis anno , vere & autumno vellere licet,atq; ob has quidem cauſas,ſi permittit locorum conditio, vel paucos vtiq; oportet educare ſinguliſq; maribus ternas fœminas deſtinare: nam propter grauitatem pluteis inire nō non poſſunt: quinetiam intra cohortem,vt protecti ſint ſecretis angulis,haras facere oportet,in quibus cubitent & fructus edant.

De anſeribus educandis,& anſerario conſtituendo. Cap.XIIII.

QVI vero greges nantium poſſidere ſtudent,chenoboſcia conſtituant, quę tum demū vigebunt,ſi fuerint ordinata ratione tali. Cohors ab omni cætero pecore ſecreta clauditur alta nouem pedū,maceria porticibuſq; circūdata,ita,vt in aliqua parte ſit cęlla cuſtodis:ſub porticibus deinde quadratę harę cementis,vel etiam laterculis extruūtur, quas ſingulas ſatis eſt habere quoquouerſus pedes ternos,& aditus ſingulos firmis oſtiolis munitos,quia per fœturam diligenter claudi debent.& extra villam deinde non longe ab ædificio,ſi eſt ſtagnū vel flumen,alia non quęratur aqua.ſin aliter,lacus piſcinaq; manu fiant,vt ſint quibus inurinare poſſint aues:nā ſine iſto pręſidio,non magis q̄ ſine terreno recte viuere queūt.Paluſtris quoq; ſed herbidus ager deſtinetur,atq; alia pabula conſerantur,vt vicia,trifolium,fœnū græcum,ſed pręcipue genus in-
Lactucæ. tubi,qđ σέριν gręci appellant. Lactucę quoq; in hunc vſum ſemina,vel maxime ſerēda ſunt,quoniam & molliſſimū eſt olus,& libentiſſime ab his auibus appetitur . Tum etiam pullis vtiliſſima eſt eſca.hęc cum pręparata ſunt,curandum eſt,vt mares fœminęq; q̄ampliſſimi corporis, & albi coloris eligantur: nam eſt aliud genus varium,qđ a fero mitigatum domeſticum factum eſt, id
Admiſſura anſ. neq; æquè fœcundum eſt,nec tam precioſum,propter qđ minime nutriendū eſt. Anſeribus ad-
Part. anſ. mittendis tempus aptiſſimum eſt a bruma,mox ad pariendum & ad incubandum a Calen.Martij vſq; in ſolſtitium,qđ fit vltima parte menſis Iunij . Ineunt autem non,vt priores aues, de q-bus diximus,inſiſtentes humi: nam fere in flumine aut piſcinis id faciunt,ſingulęq; ter anno pariunt,ſi prohibeantur fœtus ſuos excludere,quod magis expedit, q̄ q; ipſę ſuos fouent. nam & a gallinis melius enutriuntur,& longe maior grex efficitur. Pariunt autem ſingulis fœtibus oua, primo quina,ſequenti quaterna,nouiſſimo terna,quem partum nonnulli permittunt ipſis matribus educare,quia reliquo tempore anni vacaturę ſunt a fœtu.Minime autem concedendum eſt fœminis extra ſeptum parere,ſed cū videbūtur ſedem quęrere,comprimendę ſunt atq; tētandæ. nam ſi appropinquant partus,digito tanguntur oua,quę ſunt in prima parte locorum genitaliū, quam ob rem perduci ad haram debent,includiq; vt fœtum edant:idq; ſingulis ſemel feciſſe ſatis eſt,quoniam vnaquęq; recurrit eodem,vbi primo peperit:ſed nouiſſimo fœtu cum volumus ipſas incubare,notandi erūt vniuscuiuſq; partus,vt ſuis matribus ſubijciantur,quoniā negatur anſer aliena excudere oua,niſi ſubiecta ſua quoq; habuerit.Supponūtur autē gallinis huius generis oua,ſicut pauonina plurima quinq;.pauciſſima tria.ipſis autem anſeribus pauciſſima.VII.
Vrticę. plurima.XV.Sed cuſtodiri debet,vt ouis ſubijciātur radices vrticarū,quo quaſi remedio me-
De pullis anſ. dicantur,ne noceri poſſit excuſſis anſerculis,quos enecant vrticę,ſi teneros pupugerint. Pullis autē formandis,excudēdiſq; triginta diebus opus eſt,cū ſunt frigora:nā tepidis quinq; & viginti ſatis eſt.Sępius tamē anſer trigeſimo die naſcitur,atq; is dū exiguus eſt,decē primis diebus paſcitur in hara clauſus cū matre:poſtea cū ſerenitas permittit,producit̃ in prata,& ad piſcinas:cauēdūq; eſt,ne aut aculeis vrticę cōpūgatur,aut eſuriens mittat̃ in paſcuū,ſed ante conciſis intubis,

vel lactucæ foliis saturetur: nam si adhuc parum firmus, & indigens ciborum peruenit in pascuum fruticibus aut solidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, vt collum abrumpat. Milium quoque aut etiam triticum mistum cum aqua recte prębetur: atque vbi se paulum confirmauit, in gregem coæqualium compellitur, & ordeo alitur, quod & matricibus præbere non inutile est. Pullos autem non expedit plures in singulas haras, quam vicenos adiici, nec rursus omnino cum maioribus includi, quoniam validior enecat infirmum. Cęllas, in quibus incubitant, siccissimas esse oportet, substratasque habere paleas, vel si eæ non sunt, gratissimum quodque fœnum: cætera eadem quæ in aliis generibus pullorum seruanda sunt, ne coluber, ne vipera, felesque, aut etiam mustella possit aspirare: quæ fere pernicies ad internecionem prosternunt teneros. Sunt qui ordeum maceratum incubantibus apponant, nec patiantur matrices sępius nidum relinquere: deinde pullis exclusis primis quinque diebus polentam, vel maceratum far, sicut pauonibus obiiciunt. Nonnulli etiam viride nasturtium confectum minutatim cum aqua prębent, eaque eis est esca iucundissima. Mox vbi quatuor mensium, farturę maximus quisque destinatur, quoniam tenera ætas præcipue habetur ad hanc rem aptissima: & est facilis harum auium sagina: nam præter polentam & pollinem ter die nihil sane aliud dari necesse est dum modo large bibendi potestas fiat. Ne vagandi facultas detur sint calido & tenebroso loco, quę res ad creandas adipes multum conferunt: hoc modo duobus mensibus pinguescunt, & ea propter etiam tenerrima pullities sępe .xl. diebus redditur opima. Farturæ anſ. Tenebras ad adipem creandam conferre.

De anatibus, querquedulis, & similibus. Cap. XV.

NEOSSOtrophij cura similis, sed maior impensa est: nam clausæ pascuntur anates, querquedulæ, boschides, †phalerides, similesque volucres, quę stagna & paludes rimantur, locus planus eligitur, isque munitur sublimiter pedum quindecim maceria. deinde clatris suppositis, vel grandi macula retibus contegitur, ne aut euolandi sit potestas domesticis auibus, aut aquilis, vel accipitribus inuolandi. Sed ea tota maceries opere tectorio læuigatur extra intraque, ne feles aut vipera perrepat: media deinde parte neossotrophij lacus defoditur in duos pedes altitudinis, spatiumque longitudini datur, & latitudini quantum loci conditio permittit. Ora lacus ne corrumpantur violentia restagnantis vndę, quæ semper interfluere debet, opere signino consternuntur: eaque non in gradus oportet erigi, sed paulatim cliuo subsidere, vt tanquam e littore descendatur in aquam. Solum autem stagni per circuitum, quod fit instar modi totius duarum partium lapidibus inculcatis, ac tectorio muniendum est, ne possit hęrbas emouere, prębeatque nantibus aquæ puram superficiem. Media rursus terrena pars esse debet, vt colocasiis conseratur, aliisque familiaribus aquę viridibus, quę inopacant auium receptacula. Sunt enim quibus cordi est vel in syluulis tamaricum aut sirporum frutetis immorari: nec ob hanc tamen causam totus locus syluulis occupetur, sed vt dixi, per circuitum vacet, vt sine impedimento, cum apricitate diei gestiunt aues, nandi velocitate concertent. Nam quemadmodum desiderant esse vbi irrepant, & vbi delitescentibus fluuiaticis animalibus insidientur: ita offenduntur, si non sunt libera spatia, qua permeent extra lacum. Deinde per vicenos vndique pedes gramine ripæ vestiatur, sintque post hunc agri modum circa maceriam, lapide fabricata & expolita tectoriis pedalia in quadratum cubilia, quibus nidificent aues, eaque contegantur interstitis buxeis, aut myrteis fruticibus, qui non excedant altitudinem parietum. statim deinde perpetuus canaliculus humi depressus construatur, per quem quotidie misti cum aqua cibi decurrant, sic enim pabulatur id genus auium: gratissima est & esca terrestris leguminis panicum & milium, necnon & ordeum: sed vbi copia est, etiam glans, ac vinacea prębeatur. Aquatilibus autem cibis, si sit facultas, datur cammarus, & riualis allecula, vel siqua sunt incrementi parui fluuiorum animalia. Tempora concubitus eadem quę cęteri syluestres alites obseruant Martij, sequentisque mensis, per quos festucę, surculique in auiariis passim spargendi sunt, vt colligere possint aues, quibus nidos construant, sed antiquissimum est cum quis νεοσσοτροφεῖον construere volet, vt prędictarum auium circa paludes, in quibus plerunque fœtant, oua colligat, & cohortalibus gallinis subiiciat: sic enim exclusi, educatique pulli deponunt ingenia syluestria, clausique viuariis haud dubitanter progenerant. Nam si modo captas aues, quę consueuere libero victu, custodię tradere velis, parere cunctantur in seruitute. Sed de tutela nantium volucrum satis dictum est. Aquatilium cibus & concubitus.

†phalarides.

De piscinis, & piscibus alendis. Ca. XVI.

VERVM opportune, dum meminimus aquatilium animalium, ad curam peruenimus piscium: quorum reditum quamuis alienissimum agricultoribus putem (quid enim tam contrarium excogitare queam, quam terrenum fluido) tamen non omittam; nam & harum studia rerum maiores nostri celebrauerunt, adeo quidem, vt etiam dulcibus aquis marinos clauderent pisces, atque eadem cura mugilem scarumque nutrirent, qua nunc murena & lupus educantur, Magni enim æstimabat vetus illa Romuli & Numæ

rustica progenies, si vrbanæ vitæ comparetur villatica, nulla parte copiarū defici: quamobrē nō
solum piscinas, quas ipsi construxerant, frequentabant, sed etiā quos rerum natura lacus fecerat,

Piscinę lacusq; memorabiles.

conuectis marinis seminibus replebant. Inde velinus, inde etiam sabatinus, & item vulsinensis, &
ciminus lupos auratasq; procreauerūt, ac siqua sint alia piscium genera dulcis vndæ tolerantia.
Mox istam curam sequens ætas aboleuit, & lautitiæ locupletū maria ipsa Nęptunūq; clauserunt.
Et iam cū auorū memoria circūfertur M. Philippi (velut vrbanissimū, qđ erat luxuriosissimū)
factum atq; dictū: nam is forte Cassini, cū apud hospitem cœnaret, appositumq; e vicino flumine
lupum degustasset atq; expuisset, improbū factū dicto prosecutus, Peream inquit, nisi piscem pu
taui. Hoc igitur periurium multorū subtiliorem fecit gulam, doctaq; & erudita palata fastidire

Tyberinus lupus.

docuit fluuialem lupum, nisi quē Tyberis aduerso torrente defatigasset. Itaq; Terentius Varro,

Rhynthon

Nullus est, inquit, hoc seculo nebulo, ac rhython, qui non iam dicat, nihil sua interesse, vtrū eius-
modi piscibus, an ranis frequens habeat viuarium. Attamē iisdem tēporibus, q̄bus hanc memora
bat Varro luxuriem, maxime laudabatur seueritas Catonis, qui nihilo minus & ipse tutor Lu-

† xl. legit Varro. 3. c. 2. & Macrob. 3. Saturnal. & Plin. lib. 9. c. 14. Vide Budęū lib. 2. de Asse.

culli grandi ære sestertiū milliū † quadringentorū piscinas pupilli sui venditabat. Iam enim ce-
lebres erant deliciæ popinales, cū ab mari deferrentur viuaria: quorū studiosissimi, velut ante deui
ctarū gentiū Numantinus & Isauricus, ita Sergius Orata, & Licinius Murena captorū piscium
lætabantur vocabulis. Sed quoniā sic mores obcalluere, non vt hæc visitata, verum vt maxime
laudabilia & honesta iudicarentur, nos quoq;, ne videamur tot iam seculorum seri castigatores,
hunc etiā quæstū villaticū patrisfamilias demostrabimus, qui siue insulas, siue maritimos agros
mercatus, propter exilitatem soli, quę plęrūq; littori vicina est, fructus terrę pręcipere nō poterit,
ex mari reditū constituat. Huius autē rei quasi primordiū est naturā loci contemplari, quo pisci-

Plani pisces.

nas facile constitueris. non enim omnibus littoribus omne genus piscium haberi potest. Limosa
regio planū educat piscem, velut soleā, rhombū, passerem. Eadē quoq; maxime idonea est cōchy-
liis, muricibus, & ostreis, purpurarūq; tum concharū pectunculis, balanis, vel sphondilis. At are-

Pelagii pisces.

nosi gurgites planos quidē non pessime, sed pelagios melius pascunt. vt auratas, ac dentices, pu-
nicasq;, & indigenas, vmbrasve, verū conchyliis minus apti. Rursus optime saxosum mare nomi-

Saxatiles pisces.

nis sui pisces nutrit, qui scilicet, q̄ i petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, vt merulæ, turdiq;, nec
minus melanuri. Atq; vt littorū, sic & fretorū differentias nosse oportet, ne nos alienigeni pisces
decipiant, non enim omni mari potest omnis esse, vt helops, qui pamphilio profundo, nec alio pa

Columella Gaditan⁹.

scitur: vt athlantico faber, q & i nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur,
eūq; prisca consuetudine Zeum appellamus: vt Scaurus, qui totius Asię Gręcięq; littoribus Sici-
lia tenus frequentissimus exit, nūq̄ in Ligusticū, nec per Gallias enauit ad Hibericū mare. Itaq; ne
si capti quidē perferātur in nostra viuaria, diuturni queāt possideri. Sola ex preciosis piscibus mu
rena, q̄uis tarsensis carpathiiq; pelagi, qđ est vltimū, vernacula, quouis hospes freto peregrinum
mare sustinet. Sed iam de situ piscinarum dicendum est.

De positione piscinæ. Cap. XVII.

STAGNVM censemus eximie optimū, qđ sic positū est, vt insequens maris vnda priorē sub-
moueat, nec intra conseptum sinat remanere veterem. nāq; id simillimum est pelago, qđ agi-
tatum ventis assidue renouatur, nec concalescere potest: quoniā gelidū ab imo fluctū reuoluit in
partē superiorē. Id autē stagnū vel exciditur in petra, cuius rarissima est occasio: vel in littore cō
struitur opere signino: sed vt cūq; fabricatum est, si semper influente gurgite riget, habere debet

Squamosi greges.

specus iuxta solū. Eorūq; alios simplices & rectos, quo secedant squamosi greges: alios in cochleā
retortos, nec nimis spatiosos, in quibus murenæ delitescant. q̄q̄ nonnullis cōmisceri eas cū alte-
rius notæ piscibus non placet, quia si rabie vexātur, qđ huic generi velut canino solet accidere,
sæuissime persequūtur squamosos, plurimosq; mandendo consumūt. Itineraq;, si loci natura per-
mittit, omni lateri piscinæ dari conuenit. Facilius em̄ vetus submouetur vnda, cū quacūq; parte
fluctus vrget, per aduersam patet exitus. Hos autē meatus fieri censemus per imam consepti par-
tem. si loci situs ita cōpetit, vt in solo piscinæ posita libella septē pedibus sublimius esse maris

Maris æquor.

æquor ostendat, nam piscibus stagni hæc in altitudinē gurgitis mensura abūde est: nec dubium
quin quanto magis imo mari venit vnda, tanto sit frigidior, qđ est aptissimū nantibus. Sin autē
locus vbi viuarium constituere censemus, pari libra cū æquore maris est, in pedes nouem defo-
diatur piscina, & infra duos a summa parte cuniculis riui perducantur: curandūq; est, vt q̄ largis-
sime veniant, quoniā modus ille aquæ iacentis infra librā maris non aliter exprimitur, q̄ si maior
recentis freti vis incesserit. Multi putāt in eiusmodi stagnis longos piscibus recessus, & fluxuosos

in lateribus specus esse fabricandos,quo sint opaciores æstuantibus latebræ. Sed, si recens mare non semper stagnum permeat,id facere contrarium est.nam eiusmodi receptacula nec facile nouas admittunt aquas, nec nisi difficulter veteres emittunt,plusq; nocet putris vnda, q̃ prodest opacitas.Debet tamen similes velut cællæ parietibus excauari,vt sint quæ protegant, effugiẽtes ardorem solis, & nihilo minus facile,quã cõceperint aquam,remittant. Verũ meminisse oportebit,vt riuis,per quos exundat piscina,præfigãtur ænei foraminibus exiguis cancelli,quibus impediatur fuga piscium.Si vero laxitas permittit,e littore scopulos,qui præcipue hærbis algæ vestiuntur,non erit alienum per stagni spatia disponere,& quantum comminisci valet hominis ingenium,repræsentare faciem veri maris,vt clausi q̃minime custodiam sentiant. hac ratione stabulis ordinatis aquatile pecus inducemus. Sitq; nobis antiquissimum meminisse etiam in fluuiatili negocio qđ in terreno præcipitur,& quid quæq; ferat regio.neq; enim si velimus,vt in mari nonnunq̃ conspeximus,in viuario multitudinem mulorum pascere queamus,cum sit mollissimum genus,& seruitutis indignantissimũ. Raro itaq; vnus aut alter de multis millibus claustra patitur. At contra frequenter animaduertimus intra septa pelagicos greges inertis mugilis,& rapacis lupi.Quare,vt proposueram,qualitatem littoris nostri contemplemur, si vitemus scopulos,an probemus. Turdi complura genera,merulasq;. & auidas mustellas, tum etiam sine macula (nam sunt & varij) lupos includemus. Item flutas,quæ maxime probantur, murenas,& si quæ sunt aliæ saxatilis notæ, quarum precia vigent: nam viles ne captare quidem nedum alere conducit. Possunt ista eadem genera etiam littoris arenosi stagnis contineri. nam quæ limo,cœnoq; lutescunt, vt ante iam dixi,conchyliis magis,& iacentibus apta sunt animalibus. Neq; est eadem lacus positio,quæ recipit cubantes.atq; eadem præbentur cibaria,& prostratis piscibus,& erectis: nãq; soleis,ac rhombis, & simillimis animalibus, humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte littoris, quæ profluo recessu nunq̃ destituitur. Spissi deinde clatri marginibus infiguntur, qui super aquam semper emineant,etiam cum maris æstus intumuerit. Mox præiaciuntur in gyrum moles,ita vt complectantur sinu suo, nec tamẽ excedant stagni modum.Sic enim & maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo consistens piscis sedibus suis non exturbatur, neq; ipsum viuarium repletur algarum congerie, quã tempestatibus eructat pelagi violentia. Oportebit autem nonnullis locis moles intercidi more mæandri, paruis sed angustis itineribus,quæ quantalibet hyemis sæuitia mare sine fluctu trãsmittat. Hinc esca iacentium mollior esse debet q̃ saxatilium: nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt, mandere quidem non possunt. itaq; præberi conuenit tabentеis haleculas, & salibus exesam Chalcidem,putremq; Sardiniam,nec minus †Scaurorum branchias,vel quicquid intestini pelamis,aut lacertus gerit. Tum scombri,charchariq;, & elacatæ ventriculos,& ne per singula enumerem salsamentorum omniũ purgamenta, quæ cætariorum officinis euerruntur. Nos autem plura nominauimus genera, non quia cuncta cunctis littoribus exeunt, sed vt ex his aliqua, quorum erit facultas, præbeamus. Facit etiam ex pomis viridibus adaperta ficus. Et nuces digitis infractæ sunt dandæ nec minus elixum molle sorbum, quiq; sunt sibi sorbilibus proximi, vt mulctra recens caseus, si loci conditio, vel lactis annona permittit. nulla tamen æque, q̃ prædictæ salsuræ pabulũ commodantur, quoniam odorata sunt. omnis enim iacens piscis magis naribus escam, q̃ oculis vestigat. nã dũ supinus semper cubat, sublimius aspectat. & ea quæ in plano sunt, dextra leuaq;, non facile peruidet. Itaq; cum salsamenta obiecta sunt,eorum sequens odorem peruenit ad cibos. Cæteri autem saxatiles,aut pelagici satis ex his,sed ex recentibus melius pascuntur. nam & halecula modo capta, & cammarus,exiguusq; gobio,& quisquis deniq; est incrementi minuti piscis, maiorem alit. Siquãdo tamen hyemis sæuitia non patitur eius generis escam dari,vel sordidi panis offę, vel siqua sunt temporis poma concisa præbentur.Ficus quidem arida semper obiicitur,eximia si sit (vt Bæticæ Numidiæq; regionum) larga. Cęterum illud committi non debet,qđ multi faciunt,vt nihil præbeãt,quia semetipsos etiam diu clausi tolerare possunt,nam nisi piscis domini cibariis saginatur,cum ad piscatorium forum perlatus est, macies indicat eum non esse libero mari captum,sed de custodia elatum,propter qđ plurimũ precio detrahitur. Atq; hęc villatica pastio finem præsenti disputationi faciat,ne immodico volumine lector fatigetur. Redibimus autem sequenti exordio ad curam syluestrium pecorum,cultumq; apum.

Aquatile pecus. Muli seruitutis indignãtissimi. Turdi. Merulę. Mustellę. Lupi. Flutę Murenę. Halecula. Chalcis. Sardinia. † Scarorũ. Branchiæ. Pelamis. Lacertus. Scombri. Charchari. Elacatę. Cammarus. Gobio.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLÆ DE RE RVSTICA LIBER. IX.

VENIO Nunc ad tutelam pecudum syluestrium, & apium educationem, quas & ipsas Publi Siluine villaticas pastiones iure dixerim. Siquidem mos antiquus lepusculis, capreisq;, ac similibus feris iuxta villam plerunq; subiecta dominicis habitationibus ponebat viuaria, vt & conspectu suo clausa venatio possidentis oblectaret oculos, & cum exegisset vsus epularum, velut e cælla promerentur. Apibus quoq; dabantur sedes adhuc nostra memoria vel in ipsis villæ parietibus excisis, vel in protectis porticibus, ac pomariis. Quare quoniam tituli, quẽ scripsimus, huic disputationi ratio reddita est, ea nunc quæ proposuimus, singula persequamur.

De viuariis faciendis, & includendis pecudibus feris. Caput. I.

Oryx. Lautitię. FERÆ pecudes, vt capreoli, damæq;, nec minus orygum, ceruorumq; genera, & aprorum modo lautitiis, & voluptatibus dominorum seruiunt, modo quæstui, ac reditibus. Sed qui venationem voluptati suæ claudunt, contenti sunt, vtcunq; competit proximus ædificio loci situs, munire viuarium, semperq; de manu cibos, & aquam præbere. Qui vero quæstum reditumq; desiderant, cum est vicinum villæ nemus (id enim refert non procul esse ab oculis domini) sine cunctatione prædictis animalibus destinatur. Et si naturalis defuit aqua, vel inducitur fluens, vel infossi lacus signino consternuntur, qui receptam pluuiatilem contineant. Modus syluæ pro cuiusq; facultatibus occupatur, ac si lapidis & operæ vilitas suadeat haud dubie cementis & calce formatus circundatur murus. Sin aliter, crudo latere, ac luto cõstructus.
Vacerrę. Vbi vero neutrum patrifamiliæ conducit ratio, postulat vacerris includi. sic enim appellatur genus clatrorum. idq; fabricatur ex robore, quercu, vel subere. nam oleæ rara est occasio. Quicquid deniq; sub iniuria pluuiarum magis diuturnum est, pro conditione regionis ad hunc vsum eligitur. Et si veteris arboris truncus, siue vt crassitudo postulat, erit fissilis stipes, compluribus locis perlatus efforatur, & in circuitu viuarii certis interuenientibus spatiis de-
†ramices. fixus erigitur. deinde per transuersa laterum caua transmittuntur † ramices, qui exitus ferarum obserent. Satis est autem vacerras inter pedes octonos defigere, serisq; transuersis ita
Clatrare. clatrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. Hoc autem modo licet etiam latissimas regiones, tractusq; montium claudere, sicuti Galliarum, nec non & in aliis quibusdam prouinciis locorum vastitas patitur. nam & fabricandis ingens est vacerris materiæ copia, & cætera in hanc rem feliciter suppetunt. Quippe crebris fontibus abundat solum, quod est maxime prædictis generibus salutare. Tum etiam sua sponte pabula feris benignissime subministrat, præcipueq; saltus eliguntur, qui & terrenis fœtibus, & arboreis abundant. nam vt graminibus, ita frugibus roburneis opus habent, maximeq; laudan-
†acernæ. tur, qui sunt feracissimi, querneæ, glandis, & iligneæ, nec minus † cerreæ, tum & arbuti, cæterorumq; pomorum syluestrium, quæ diligentius persecuti sumus, cum de cohortalibus pecudibus disputaremus. nam eadem fere sunt pecudum syluestrium pabula, quæ domesticarum. Contentus tamen non debet esse diligens paterfamilias cibis, quos suapte natura terra gignit: sed temporibus anni, quibus syluæ pabulis carent, condita messe, clausis succurrere, ordeoq; alere, vel adoreo farre, aut faba, plurimumq; etiam vinaceis, & quicquid deniq; vilissime constiterit dare: idq; vt intelligant feræ præberi, vnam vel alteram domi mansuefactam conueniet immittere, quæ peruagata totum viuarium cunctanteis ad obiecta cibaria pecudes perducat. Nec solum istud per hyemis penuriam fieri expedit, sed cum etiam fœtæ partus ediderint, quo melius educent natos. Itaq; custos viuarii frequenter speculari debebit, si iam effœtæ sint, vt manu datis sustineantur frumentis. Nec vero patiendus est oryx, aut aper, aliusve quis ferus vltra quadrimatum senescere: nam vsq; in hoc tempus capiunt incrementa, postea macescunt senectute, quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conseruat, ære mutandi sunt.

Ceruus autē cōpluribus annis sustineri potest: nā diu iuuenis possidetur, q̄ æui lōgioris vitā sortitus est. De minoris autē incremēti aīalibus, qualis est lepus, hæc præcipimus, vt in iis viuariis, quę maceria munita sunt, farraginis, & olerū fere intubi, lactuceq; semina paruulis areolis p diuersa spatia factis iniiciantur. Itemq; punicū cicer, vel hoc vernaculū, nec minus ordeum, & cicercula cōdita ex horreo promātur, & aqua cœlesti macerata obiiciātur: nā sicca nō nimis ab lepusculis appetūtur. Hæc porro aīalia vel similia his (etiam silēte me) facile intelligitur, q̄ nō expediat cōferre in id viuariū, quod vacerris circundatū est, siquidem propter exiguitatem corporis facile clatris subrepūt, & liberos nacta egressus fugam moliuntur.

De Apibus. Cap. II.

VENIO nūc ad aluorū curā, de quibus neq; diligentius quicq̄ pcipi potest, q̄ ab Higinio iā dictū est: nec ornatius, Vergilio: nec elegātius, q̄ Celso. Higinius veterū authorum placita secretis dispersa monimētis industrie collegit, Vergilius poeticis florib⁹ illuminauit, Celsus vtriusq; memorati adhibuit modū. Quare ne attentanda qdē nobis fuit hęc disputationis materia, nisi q; cōsumatio susceptæ professionis hanc quoq; sui partē desiderabat, ne vniuersitas inchoati operis nostri velut mēbro aliquo reciso, mutila atq; impfecta cōspiceretur. Atq; ea, quæ Higinius fabulose tradita de originibus apū nō intermisit, poeticę magis licētiæ, q̄ nostrę fidei cōcesserim. Nec sane rustico dignū est sciscitari, fuerit ne mulier pulcherrima specie Mellissa, quā Iupiter in apē cōuertit, an (vt Euhemerus poeta dicit) crabronib⁹ & sole genitas apes, quas nymphę Phryxonides educauerint, mox dictęo specu Iouis extitisse nutrices, easq; pabula munere dei sortitas, quibus ipsę paruum educauerāt alumnū. Ista enim, q̄uis non dedeceant poetam, summatim tn̄, & vno tantūmodo versiculo leuiter attigit Vergilius, cum sic ait,

Higinius. *De apum origine.* *Mellissa.* *Euhemer⁹ poeta.* *Phryxonides.* *Apes Iouis nutrices.*

Dictæo cœli regem pauere sub antro.

Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quādo & in qua regione primum natæ sint. Vtrum in Thessalia sub Aristęo: an in insula Cea, vt scribit Euhemerus: an Ericthonij temporibus in mōte Hymeta, vt Euthronius: an Cretæ Saturni temporibus, vt Nicander. Non magis q̄ vtrum examina tanq̄ cætera videmus animalia concubitu sobolem procreent, an hęredem generis sui floribus eligant, qđ affirmat noster Maro, & verum euomant liquorem mellis, an alia parte reddāt. Hęc enim & his similia magis scrutantium rerum naturæ latebras, q̄ rusticorum est inquirere. Studiosis quoq; literarum gratiora sunt ista in ocio legentibus, q̄ negociosis agricolis, quoniam neq; in opere, neq; in re familiari quicq̄ iuuant.

Quot genera sint apum, & quod ex iis optimum. Cap. III.

QVARE reuertamur ad ea, quæ alueorum cultoribus magis apta sunt. Peripateticæ sectæ conditor Aristoteles in iis libris, quos de animalibus conscripsit, apum siue examinū genera cōplura demonstrat, earūq; alias vastas, sed glomerosas, easdēq; nigras & hirsutas apes habent: alias minores quidē, sed æque rotūdas, & infusci coloris, horridiq; pili: alias magis exiguas, nec tam rotūdas, sed obesas tamen & latas coloris meliusculi: nonnullas minimas, graciles q;, & acuti aluei ex aureolo, varias atq; leues: eiusq; authoritatē sequēs Vergilius maxime probat paruulas, oblongas, lęues, nitidas, ardētes auro, & paribus lita corpora guttis, moribus etiā placidis. Nam quanto grandior apis, atq; etiam rotūdior, tanto peior. si vero sęuior maxime pessima est: sed tamen iracundia notę melioris apium facile delinitur assiduo interuentu eorum, qui curant aluearia: nam, cū sępius tractantur, celerius mansuescūt. durantq;, si diligenter excultę sunt, in annos decem. Nec vllū examen hāc ætatem potest excedere, q̄uis in demortuarū locum quotannis pullos substituāt. nam fere decimo ab internicione anno. gens vniuersa totius aluei cōsumitur. Itaq; ne hoc in toto apiario fiat, semper propaganda erit soboles, obseruādūq; vere cum se noua profundent examina, vt excipiantur, & domiciliorū numerus augeatur. nam sępe morbis intercipiuntur, quibus quemadmodum mederi oportet, suo loco dicetur.

Pulli apū.

Quales pastiones, & qui situs pastionum apum esse debeat. Ca. IIII.

INTERIM per has notas, quas iam diximus, probatis apibus destinari debent pabulationes, eæq; sint secretissimę, vt & noster præcipit Maro, viduę pecudibus, aprico & minime procelloso cœli statu.

Quo neq; sit ventis aditus, nam pabula venti
Ferre domum prohibent, neq; oues, hœdiq; petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgenteis atterat hęrbas,

Eademq; regio fœcunda sit fruticis exigui,& maxime thymi,aut origani,tum etiam tymbræ,vel nostratis cunilæ,quã satureiam rustici vocant. Post hæc frequens sit incrementi maioris surculus,vt rosmarinus,& vtraq; cythisus. Est enim satiua,& altera suæ spontis, itemq; semper virens pinus,& minor ilex:nam prolixior ab omnibus improbatur. Hederæ quoq; nõ propter bonitatem recipiuntur,sed quia præbent plurimum mellis. Arbores vero sunt probatissimæ rutila atq; alba ziziphus,nec minus amaranthus,tum etiam amygdalæ,& persici,atq; pyri,deniq; pomiferarum pleræq;,ne singulis immorer. At syluestrium commodissime faciunt glandifera robora , quinetiã terebinthus,nec dissimilis huic lentiscus,& odorata cedrus. At tiliæ solæ ex omnibus sunt nocẽtes,taxi repudiantur. Mille præterea semina vel crudo cespite virentia vel subacta sulco , flores amicissimos apibus creãt,vt sunt in irriguo solo frutices amelli,caules acanthini,scapus asphodeli,gladiolus narcissi. At in hortensi lyra consita nitent candida lilia,nec his sordidiora leucoia tum puniceæ rosæ,luteolæq;,& sarranæ violæ,nec minus cœlestis numinis hyacinthus, coricius item, siculusq; bulbus † croci deponitur,qui coloret,odoretq; mella. Iam vero notæ vilioris innumerabiles nascũtur herbæ,cultisq; atq; pascuis regionibus,quæ fauorũ ceras exuberant,vt vulgares lapsanæ,nec his preciosior armoratia,rapistriq; olus,& intubi syluestris,ac nigri papaueris flores. Tum agrestis pastinaca,& eiusdẽ nominis edomita,quã Græci σαφυλῖνορ vocant. Verũ ex cũctis,quæ proposui,quæq; obmisi tẽporis cõpendia sequens (nã inexputabilis erat numerus) saporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima tymbra,serpyllũq; & origanum. Tertiæ notæ,sed adhuc generosæ marinus ros,& nostras cunila,quam dixi satureiam. Mediocris deinde gustu amaranthini ac ziziphi flores, reliquaq; quæ proposuimus,cibaria,sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorẽse,qđ ex sparto atq; arbuto prouenit. Villaticũ,qđ nascitur in oleribus & stercorosis herbis. Et quoniam situm pastionũ,atq; etiam genera pabulorũ exposui,nunc de ipsis receptaculis & domiciliis examinũ loquar.

Cunila quæ satureia. Suæ spõtis. Hedera. Hortensis lyra. † crocusq; Inexputabilis. Mel nemorense.

De sedibus apum eligendis. Cap. V.

SEDES apibus collocanda est contra brumalem meridiem procul a tumultu & cœtu hominũ ac pecudum,nec calido loco,nec frigido:nam vtraq; re infestãtur. Hæc autẽ sit ima parte vallis,& vt vacuæ,cum prodeunt pabulatum apes,facilius editioribus aduolent,& collectis vtẽsilibus,cum onere per procliuia non ægre deuolent. Si villæ situs ita cõpetit,non est dubitandum, quin ædificio iũctum apiarium maceria circũdemus,sed in ea parte,quæ tetris latrinæ, sterquiliniiq; & balinei libera est odoribus. Verũ si positio repugnabit,nec maxima tamen incõmoda cõgruent ,sic quoq; magis expedit,& sub oculis domini esse apiarium. Sin autẽ cuncta fuerint inimica, certe vicina vallis occupetur,quo sæpius descendere non sit graue possidenti. nam res ista maximã fidem desiderat,quæ quoniam rarissima est,interuentu domini tutius custoditur. neq; ea curatorem fraudulentum tãtũ,sed etiam immũdæ segnitiæ perosa est:æque enim dedignatur, si minus pure habita est,ac si tractetur fraudulenter. Sed vbicũq; fuerint aluearia, non editissimo claudantur muro,qui si metu prædonũ sublimior placuerit,tribus elatis ab humo pedibus, exiguis in ordinem fenestellis apibus sit peruius,iungaturq; tugurium,quo & custodes habitẽt & condatur instrumentum,sitq; maxime repletum præparatis alueis ad vsum nouorũ examinũ, nec minus herbis salutaribus,& si qua sunt alia,quæ languentibus adhibentur.

Apiarium.

Palmaq; vestibulum, aut ingens oleaster obumbret,
Vt cum prima noui ducent examina reges,
Vere suo,ludetq; fauis emissa iuuentus
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiaq; hospitiis teneat frondentibus arbos.

Tum perennis aqua,si est facultas,inducatur,vel extructo canali manu detur,sine qua neq; faui, neq; mella,nec pulli deniq; figurari queunt. Siue igitur, vt dixi, præterfluens vnda,vel putealis canalibus immissa fuerit,virgis ac lapidibus aggeretur apum causa,

Pontibus vt crebris possint consistere,& alas
Pandere ad æstiuum solet,si forte moranteis
Sparserit,aut præceps Neptuno immerserit eurus.

Conseri deinde circa totum apiarium debent arbusculæ incrementi parui,maximeq; propter salubritatem. nam sunt etiam remedio languentibus cythisi,tum deinde casiæ atq; pini, & rosmarinus,quin etiam cunilæ & thymi frutices. itemq; violarum,vel quæcunq; vtiliter deponi patitur qualitas terræ. Grauis & tetri odoris non solum virentia,sed & quælibet res prohibeantur,

sicuti cancri nidor, cum est ignibus adustus, aut odor palustris cœni, nec minus vitentur cauæ rupes, aut valles argutæ, quas Græci ἠχοῦς vocant. Argutæ valles.

De vasis alueorum probandis. Cap. VI.

IGITVR ordinatis sedibus, aluearia fabricanda sunt pro conditione regionis, siue illa ferax est suberis, haud dubitanter vtilissimas aluos faciemus ex corticibus, quia nec hyeme rigent, nec candet æstate: siue ferulis exuberat, iis quoque, cũ sint naturę corticis similes, e quibus cõmode vasa texuntur. Si neutrũ aderit, opere textorio salicibus connectũtur, vel si nec hęc suppetet, ligno cauatę arboris, aut in tabulas desectę fabricabũtur. Deterrima est conditio fictiliũ, quę & accendũtur æstatis vaporibus, & gelantur hyemis frigoribus. Reliqua sunt alueorũ genera duo, vt vel ex fimo fingãtur, vel lateribus extruãtur. quorũ alterũ iure damnauit Celsus, quoniam maxime est ignibus obnoxiũ, alterũ probauit, q̃uis incõmodũ eius pręcipuũ non dissimulauerit, q͂ si res postulet, transferri nõ possit. Itaque nõ assentior ei, qui putat nihilo minus eius generis habendas esse aluos. neque enim solũ id repugnat rationibus domini, q͂ immobiles sint, cũ vẽdere, aut alios agros instruere velit (hoc enim cõmodũ pertinet ad vtilitatẽ solius patrisfamilias) sed q͂d ipsarum apium causa fieri debet, cũ aut morbo, aut sterilitate, aut penuria locorũ vexatas cõueniat in aliã regionẽ mitti, nec propter prædictã causam moueri poterũt. hoc maxime vitãdũ est. Itaque q̃uis doctissimi viri authoritatẽ reuerebar, tamẽ ambitione submota, quid ipse censerẽ, nõ omisi. nam q͂d maxime mouet Celsum, ne sint stabula vel igni vel furibus obnoxia, potest vitari opere lateritio circũstructis aluis, vt impediatur rapina prędonis, & cõtra flammarũ violentiã protegãtur, easdemque, cũ fuerint mouendæ, resolutis structurę compagibus, licebit transferre.

Quemadmodum aluei collocandi sint. Cap. VII.

SED quoniã plerisque videtur istud operosum, qualiacunque vasa placuerint collocari, debebit suggestus lapideus extendi per totũ apiarium in tres pedes altitudinis, totidemque crassitudinis, isque extructus, diligenter opere tectorio lęuigari, ita ne ascensus lacertis aut anguibus, aliisve noxiis animalibus præbeat. Superponũtur deinde siue (vt Celso placet) lateribus facta domicilia, siue (vt nobis) aluearia, præterq̃ a tergo circũstructa: seu q͂d pene omniũ ĩ vsu est, qui modo diligẽter ista curant, per ordinem vasa disposita ligãtur, vel laterculis, vel cementis, ita vt singula binis parietibus angustis cõtineantur, liberæque frontes vtrinque sint. nam & qua procedũt, nõnũq̃ patefaciendæ sunt, & multo magis a tergo, quia subinde curantur examina. Sin autem nulli parietes alueis interuenient, sic tamẽ collocandę erũt, vt paulum altera ab altera distet, ne, cũ inspiciũtur ea quæ in curatione tractantur, hęrentem sibi alterã concutiat, vicinasque opes conterat, quæ oẽm motum imbecillis cereis operibus suis, tãq̃ ruinam timent. Ordines quidem vasorum superinstructos in altitudinem treis esse abunde est, quoniam summũ sic quoque parũ commode curator inspicit. Ora cauearũ, quę præbẽt apibus vestibula, proniora sint q̃ terga, vt ne influant imbres: & si forte tamen ingressi fuerint, non immorentur: sed per aditum effluant, propter q͂d conuenit aluearia porticibus supermuniri, sin aliter, luto punico frondibus illinitis adumbrari, q͂d tegmen cum frigora & pluuias, tũ æstus arcet. Nec tamen ita nocẽt huic generi caloris æstus, vt hyems. Itaque semper ædificium sit post apiarium, q͂d aquilonis excipiat iniuriam, stabulisque prębeat teporem. nec minus ipsa domicilia, q̃uis ædificio protegãtur, obuersa tamen ad hybernũ orientẽ cõponi debebunt, vt apricum habeant apes matutinũ egressum, & sint experrectiores: nam frigus ignauiam creat. propter q͂d etiam foramina, quibus exitus aut introitus datur, angustissima esse debent, vt q̃minimũ frigoris admittant, eaque satis est ita forari, ne possint capere plus vnius apis incremẽtũ. sic nec venenatus stellio, nec obscœnũ scarabæi, vel papilionis gen9, lucifugęque blattæ vt ait Maro, per laxiora spatia ianuę fauos populantur. atque vtilissimũ est pro frequentia domicilij, duos vel tres aditus in eodẽ operculo distãtes inter se fieri contra fallaciam lacerti, qui velut custos vestibuli prodeuntibus inhians apibus affert exitium, eæque pauciores intereunt, cum licet vitare pestis obsidia per aliud vadentibus effugium. Blattæ lucifugæ. Obsidia.

De comparandis apibus, & quemadmodum syluestria examina capiantur. Caput. VIII.

ATQVE hæc de pabulationibus, domiciliis, & sedibus eligendis abunde diximus, quibus prouisis, sequitur vt examina desideremus. ea porro vel ære parta, vel gratuita contingũt. Sed quas precio comparabimus, studiosius pręmdictis cõprobemus notis, & earũ frequentiã prius q̃ mercemur, apertis alueari bus consideremus. vel si nõ fuerit inspiciendi facultas, certe id quod contẽplari licet, notabimus, vt in vestibulo ianuę complures cõsistant, & vehemens sonus intus Si emptæ apes q͂d obseruandũ.

murmurantiũ exaudiatur,atq; etiã (si omnes intra domiciliũ silentes forte conquiescant) labris foramini aditus admotis,& inflato spiritu ex respondente earũ subito fremitu poterimus æstimare vel multitudinẽ,vel paucitatẽ. Præcipue autẽ custodiendũ est,vt ex vicinia potius q̃ ex peregrinis regionibus petantur,quoniã solent cœli nouitate lacessiri. qd̃ si non cõtingit,ac necesse habuerimus longinquis itineribus aduehere,curabimus,ne salebris solicitentur,optimeq; noctibus collo portabũtur. nã diebus requies danda est,& infundendi sunt grati apibus liquores, quibus intra clausum alantur. Mox cũ perlatę domũ fuerint,si dies superuenerit,nec aperiri,nec collocari oportebit alueũ,nisi vesperi,vt apes placidę mane post toti⁹ noctis requiẽ egrediãtur,specularię debemus fere triduo,an vniuersę se profundãt. qd̃ cũ faciũt,fugã meditãtur. Ea remedia quibus debeãt inhiberi,mox pręcipiemus. At quæ dono vel aucupio contingũt,minus scrupulose probãtur,q̃q̃ nec sic quidẽ velim nisi optimas possidere,cũ & impẽsam,& eãdẽ operã custodis postulẽt bonę atq; improbę: & qd̃ maxime refert,nõ sunt degeneres intermiscẽdę,quę infament generosas. nã minor fructus mellis respondet,cũ segniora interueniũt examina. Verũtamẽ quoniã interdũ propter conditionẽ locoꝝ vel mediocre pecus (nã malũ nullo quidẽ modo) parandũ est,curam vestigandis examinibus hac ratione adhibebimus. Vbicũq; saltus sunt idonei,mellifici nihil antiquius q̃ apes,quibus vtantur,vicinos eligũt fontes: eos itaq; conuenit plerũq; ab hora secũda obsideri,specularię quę turba sit aquantiũ. nã si paucę admodũ circũuolant (nisi tamẽ cõplura capita riuorũ diductas faciũt rariores) intelligenda est earũ penuria,propter quã locũ quoq; non esse mellificũ suspicabimur. At si cõmeant frequentes,spem quoq; aucupandi examina maiorem faciũt. eaq; sic inueniũtur. Primũ q̃ longe sint explorandũ est,præparandaq; in hanc rem liquida rubrica,qua cũ festucis illitis contigeris apũ terga fontẽ libantiũ,cõmoratus eodẽ loco facilius redeuntes agnoscere poteris. at si non tarde id facient,scias eas in vicinia consistere. sin autem serius,pro morę tempore æstimabis distantiã loci: sed cũ animaduerteris celeriter redeũtes, si nõ ægre persequeris iter volantiũ,ad sedẽ perduceris examinis. In iis autẽ quæ longius meare videbũtur,solertior adhibebitur cura,quę talis est. Arundinis internodiũ cũ suis articulis exciditur, & terebratur ab latere talea,& per id foramen exiguo melle,vel defruto instillato, ponitur iuxta fontẽ. deinde cũ ad odorẽ dulcis liquoris cõplures apes irrepserũt, tollitur talea,& apposito foramini pollice non emittitur,nisi vna,quę,cũ euasit,fugã suã demonstrat obseruãti,atq; is,dũ sufficit,persequitur euolantẽ. Cũ deinde conspicere desiit apem,tũ alterã emittit. & si eãdẽ petit cœli partẽ,vestigijs prioribus inhęret,& si min⁹,aliã quoq;,atq; aliã foramine adaperto patitur egredi, regionẽq; notet,in quã plures reuolent,& eas persequatur,donec ad latebrã perducat examinis. Q̃ꝫ si est abditũ specu,fumo elicitur,& cũ erupit,æris strepitu coercetur. nã statim sono territũ, vel in frutice,vel in editiore syluæ fronde considet,& a vestigatore pręparato vase reconditur. Sin autẽ sedẽ habet arboris cauę, &,aut extat ramus,quẽ obtinẽt,aut sunt ĩ ipsius arboris trũco, tũc,si mediocritas patitur,acutissima serra,quo celerius id fiat, pręciditur primũ superior pars, quæ ab apibus vacat. deinde inferior quatenus videtur inhabitari,tũ recisus vtraq; parte mundo vestimẽto contegitur,quoniã hoc quoq; plurimũ refert,ac si quibus rimis hiat,illinitur, & ad locum perfertur,relictisq; paruis (vt iam dixi) foraminibus,more cęterarũ aluorũ collocatur. sed indagatorẽ cõueniet matutina tẽpora vestigandi eligere,vt spatiũ diei habeat, quo exploret cõmeatus apũ: sępe enim,si serius cœpit eas denotare,etiã cũ in propinquo sunt,iustis operũ pactis se recipiũt,nec remeant ad aquã: quo euenit vt vestigator ignoret,q̃ longe a fonte distet examẽ. Sũt qui per initia veris apiastrum,atq; (vt ille vates ait) trita meliphylla, & cærinthæ ignobile gramẽ,aliasq; colligãt similes hęrbas,q̃bus id genus animaliũ delectatur,& ita aluos perfricent,vt odor & succus vasi inhęreat,quę deinde mũdata exiguo melle respergãt,& per nemora nõ longe a fontibus disponãt,eaq; cũ repleta sunt examinibus,domũ referãt: sed hoc nisi locis,quibus abũdant apes,facere nõ expedit. nã sępe inania vasa nacti,qui forte prętereunt,secũ auferũt. neq; tamen est tanti vacua perdere cõplura,vt vno,vel altero potiare pleno. at in maiore copia,etiam si multa intercipiuntur,plus est,qd̃ in repertis apibus acquiritur. Atq; hæc est ratio capiẽdi syluestria examina.

Si dono datę apes.

Examina quõ inueniãtur syluestria.

Quemadmodum vernacula examina obseruentur,& in aluos condantur. Cap. IX.

DEINCEPS talis altera est vernacula retinendi. semper quidem custos sedule circũire debet aluearia. neq; enim vllum tempus est quo non curam desiderent,sed eam postulant diligentiorem,cum vernant & exundant nouis fœtibus: qui nisi curatoris obsidio protinus excepti sunt,diffugiunt. quippe talis est apium natura,vt pariter quæq; plebs generetur cũ regibus,

qui vbi euolandi vires adepti sunt,consortia dedignantur vetustiorum,multoq; magis imperia. quippe cum rationabili generi mortalium,tum magis egentibus consilij mutis animalibus nulla sit regni societas.Itaq; noui duces procedũt,cũ sua iuuentute,quę vno aut altero die in ipso domicilij vestibulo glomerata consistens,egressu suo proprię desideriũ sedis ostendit,eaq; velut patria contenta est,si a procuratore protinus assignetur. sin autē defuit custos,velut iniuria repulsa peregrinam regionē petit.qđ ne fiat,boni curatoris est vernis temporibus obseruare alueos in octauam fere diei horam,postq̃ nõ temere se noua proripiũt agmina,eorũq; egressus regressusq; vt diligentius custodiat:nam quædam solent,cum subito euaserunt, sine cunctatione se ꝓripere. Poterit exploratam fugam pręsciscere vespertinis temporibus aurem singulis alueis admouēdo. siquidem fere ante triduum q̃ eruptionem facturæ sint,velut militaria signa mouentium tumultus ac murmur exoritur,ex quo,vt verissime dicit Vergilius,

Apium fugã exploratam præsciscere.

Corda licet vulgi præsciscere, nanq; moranteis
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum.

Itaq; maxime obseruari debet,quę istud faciunt,vt siue ad pugnam eruperint (nam inter se tãq; ciuilibus bellis,& cũ alteris quasi cum exteris gẽtibus pręliãtur) siue fugę causa se proripuerint, pręsto sit ad vtrũq; casum paratus custos.Pugna quidem vel vnius inter se diffidentis,vel duorum examinũ discordantium facile compescitur. nam vt idem ait,

Apium pugna.

Pulueris exigui iactu compressa quiescit.

Aut mulso,passove,aut alio quouis liquore simili resperso videlicet familiari dulcedine sæuiẽtiũ iras mitigante.nam eadē mire etiã diffidentes reges conciliant.Sunt enim sępe plures vnius populi duces,& quasi procerũ seditione plebs in partes diducitur.qđ frequẽter fieri prohibẽdũ est, quoniã intestino bello totę gẽtes cõsumũtur.Itaq; si cõstat principibus gratia,manet pax incruēta.Sin autē sępius aciē dimicãteis notaueris,duces seditionē interficere curabis: dimicãtiũ vero pręlia prædictis remediis sedantur. ac deinde cum agmen glomeratum in proximo frondentis arbusculæ ramo consederit,animaduertito,an totum examen in speciem vnius vuæ dependeat: idq; signum erit aut vnum regem inesse,aut certe plures bona fide reconciliatos,quos sic patieris,dum in suum reuolent domicilium. sin autem duobus, aut etiam compluribus velut vberibus diductum fuerit examen, ne dubitaueris & plures proceres, & adhuc iratos esse, atq; in iis partibus, quibus maxime videris apes glomerari,requirere duces debebis.itaq; succo prędictarũ herbarum,id est melissophylli,vel apiastri manu illita,ne ad tactum diffugiant,leuiter inseres digitos,& diductas apes scrutaberis,donec authorem pugnę,quem elidere debes,reperias.

Apes a pugna cõpescuntur.

Quæ sit forma regis apum. Cap.X.

SVNT autem ij reges maiores paulo,& oblongi magis q̃ cæteræ apes rectioribus cruribus, sed minus amplis pinnis, pulchri coloris & nitidi, leuesq;, ac sine pilo,sine spiculo , nisi quis forte pleniorem quasi capillum,quem in ventre gerunt,aculeum putet,quo & ipso tamen ad nocendum non vtuntur. quidam etiam infusci atq; hirsuti reperiuntur , quorum pro habitu, damnabis ingenium.

Nanq; duæ regum facies,duo corpora gentis.
Alter erit maculis auro squallentibus ardens,
Et rutilis clarus squamis insignis,& ore.

Atq; hic maxime probatur,qui est melior: nam deterior sordido sputo similis tam fœdus est , q̃ puluere ab alto

Cum venit, & sicco terram spuit ore viator. Et,vt idem ait,
Desidia,latamq; trahens inglorius aluum. Omnes igitur duces notæ deterioris
Dede neci,melior vacua sine regnet in aula.

Qui tamē & ipse spoliandus est alis,vbi sępius cũ examine suo conatur eruptione facta ꝓfugere. nã velut quadã cõpede retinebimus erronem ducē detractis alis, q fugę destitutus pręsidio, finē regni nõ audet excedere,propter qđ ne ditionis quidē suę populo permittit longius euagari.

Quomodo apium paucitas emendetur. Cap.XI.

SED nonnunq̃ necandus est,cum vetus alueare numero apum destituitur,atq; infrequentia eius aliquo examine replenda est. itaq; cũ primo vere in eo vase nata est pullities, nouus rex eliditur,vt multitudo sine discordia cum parentibus suis cõuersetur.Qꝫ si nullam progeniē tulerint faui,duas vel tres alueorũ plebes in vnũ cõtribuere licebit,sed prius respersas dulci liquore,

tum demũ includere.& posito cibo dũ conuersari consuescant,exiguis spiramẽtis relictis triduo fere clausas habere.Sunt qui seniorem potius regem submoueant,qđ est contrariũ.quippe turba vetustior,si elidatur velut quidã senatus iunioribus pareat necesse est,& si quę sint imperia validiorũ contumaciter spernentes,poenis ac mortibus afficiũtur. Illud tamen incommodũ iuniori examini solet accidere,cũ antiquarum apiũ relictus a nobis rex senectute deficit, ꝙ tãq̃ domino mortuo familia nimia licentia discordat,cui facile occurritur:nam ex iis alueis, quę plures habent principes,dux vnus eligitur,isq; translatus ad eas quæ sine imperio sunt,rector cõstituitur. Potest autẽ minore molestia in iis domiciliis,quę aliqua peste vexantur,paucitas apiũ emendari: nam vbi cognita est clades infrequentis aluei,quos habeat fauos oportet cõsiderare.tum deinde ceræ,quę semina pullorũ continet,partem recidere,in qua regii generis proles animatur.Est autẽ facilis conspectu,quoniã fere in ipso fine cerarũ velut papilla vberis apparet eminentior,& laxioris fistulę,q̃ sint reliqua foramina,quibus popularis notę pulli detinentur.Celsus quidẽ affirmat in extremis fauis transuersas fistulas esse,quę contineant regios pullos.Higinius quoq; authoritatem Gręcorũ sequens negat ex vernaculo(vt cæteras apes) fieri ducem,sed in circuitu fauorum paulo maiora q̃ sint plebeij seminis inueniri recta foramina repleta quasi sorde rubri coloris,ex qua protinus alatus rex figuretur.

De condendo examine,& eius fuga inhibenda. Cap.XII.

EST & illa vernaculi examinis cura,si forte prędicto tempore facta eruptione patriam fasti diens sedem longiorem,fuga denũciauit.Id autẽ significat,cũ sic apis euadit vestibulum,vt nulla intro reuolet,sed se confestim leuet sublimius.Crepitaculis æreis,aut testarũ plerũq; vulgo iacentiũ sonitu terreatur fugiens iuuentus.Eaq; quę vel pauida,cũ repetierit aluũ maternã,& in eius aditu glomerata pependerit, vel statim se ad proximã frondem contulerit, protinus custos nouũ loculamentũ in hoc prępparatũ perliniat intrinsecus prędictis hęrbis, deinde guttis mellis respersum admoueat.Tum manibus,aut etiã trulla congregatas apes recondat.Atq; vti debet, adhibita cętera cura,diligẽter cõpositũ,& illitũ vas interim patiatur in eodẽ loco esse,dũ aduesperascat.Primo deinde crepusculo transferat,& reponat ĩ ordinẽ reliquorũ alueorũ.Oportet autem etiã vacua domicilia collocata in apiariis habere.nã sunt nõnulla examina, quę,cũ processerint, statim sedem sibi quęrant in proximo,eandẽq; occupent,quã vacuã repererint.Hęc fere acquirẽrendarum,ac etiam retinendarum apium traditur cura.

Trulla.

Remedia apum laborantium morbo. Cap.XII.

SEQVITVR vt morbo vel pestilentia laborãtibus remedia desiderentur.Pestilentiæ rara in apibus pernicies,nec tamẽ aliud q̃ qđ in cętero pecore pręcepimus, quid fieri possit reperio, nisi vt longius aluei trãsferãtur.Morborũ autẽ facilius in his & causę inspiciũtur, & inueniũtur medicinę.Maximus aũt annuus earũ labor est initio veris,quo tithymalli floret frutex, & quo sameram vlmi promũt.nãq; sicut nouis pomis,ita his primitiuis floribus illectę auide vescũtur post hybernã famẽ,nil alioquin citra satietatẽ,tali nocẽte cibo:quo cũ se affatim repleuerint,profluuio alui,nisi celeriter succurrit̃,intereũt. nã & tithymallus maiorũ quoq; aĩaliũ ventrẽ soluit, & ꝓprie vlmus apiũ.Eaq; causa est,cur in regionibus Italię,quę sunt eius generis arboribus consitę,raro frequentes durent apes.Itaq; veris principio si medicatos cibos pręebeas,iisdẽ remediis & prouideri potest,ne tali peste vexentur,& cũ iam laborant,sanari. nã illud quod Higinius maiores secutus authores prodidit,ipse nõ expertus asseuerare nõ audeo,volẽtibus tamẽ licebit experiri. Siquidẽ pręcipit apũ corpora.quæ,cũ eiusmodi pestis incessit,sub fauis aceruatim enectæ reperiũtur,sicco loco per hyemẽ reposita circa æquinoctiũ vernũ,cũ clementia diei suaserit, post horã tertiã in solem proferre,ficulneoq; cinere obruere.Quo facto,affirmat intra duas horas cũ viuido halitu caloris animatę sunt,resumpto spiritu in præparatũ vas,si obiiciatur,irrepere. Nos magis ne intereant,quæ deinceps dicturi sumus,ægris examinibus exhibenda censemus. nã vel grana mali punici tunsa,& vino aminęo conspersa, vel vuæ passę cũ rore syriaco pari mensura pinsitæ,& austero vino infuccatæ dari debent. vel si per se ista frustrata sunt,omnia eadẽ æquis ponderibus in vnum lęuigata,& fictili vase cũ aminęo vino inferuefacta, mox etiam refrigerata ligneis canalibus apponi.Nõnulli rorem marinũ aqua mulsa decoctum,cum gelauerit,imbricibus infusum præbent libandum.Quidam bubulam, vel hominis vrinam (sicut Higinius affirmat) alueis apponũt.Necnon etiã ille morbus maxime est conspicuus,qui horridas contractasq; carpit,cum frequenter aliæ mortuarum corpora domiciliis suis efferunt.aliæ intra tecta vt in publico luctu,moesto silentio torpent,Id cum accidit,arundineis infusi canalibus offeruntur cibi,

Apium pestilent.

Profluuiũ ap.

Vt apes reuiuiscãt.

Apes si mœrore horrore q; torpẽt

maxime decocti mellis,& cũ galla,vel arida rosa detriti.Galbanũ etiã, vt eius odore medicentur, incendi conuenit,passoq́,& defruto vetere fessas sustinere.Optime tamen facit amelli radix,cui⁹ est frutex luteus,purpureus flos:ea cũ vetere amineo vino decocta exprimit, & ita liquatus eius succus datur.Higinius quidẽ in eo libro,quẽ de apibus scripsit,Aristomachus inquit,hoc modo succurrendũ laborantibus existimat.Primũ,vt omnes vitiosi faui tollantur, & cib⁹ ex integro recens ponat.deinde vt fumigentur.Prodesse etiam putat apibus vetustate corruptis examẽ nouũ contribuere,q̃uis periculũ sit,ne seditione consumentur: verũtamen adiecta multitudine,lætatu ras.Sed vt concordes maneant,earũ apium, quę ex alio domicilio transferũtur, quasi peregrinæ plebis submoueri reges debere.nec tamen dubiũ,quin frequentissimorũ examinũ faui,qui iã maturos habẽt pullos,transferri,& subiici paucioribus debeant,vt tanq̃ nouæ prolis adoptione domicilia confirmentur,sed & id cũ fiet animaduertendũ,vt eos fauos subiiciamus,quorũ pulli iam sedes suas adaperiũt,& velut opercula foraminũ obductas ceras erodunt exerentes capita. nam si fauos immaturo fœtu transtulerimus,emorientur pulli,cum foueri desierint.Sępe etiam vitio,qđ greci φαγέδαιναν vocant,intereũt.Siquidem cũ sit hęc apiũ consuetudo,vt prius tantũ cerarum confingãt,quantũ putant explere se posse,nõnunq̃ euenit,vt consumatis operibus cereis,nt examen conquirendi mellis causa longius euagatũ,subitis imbribus aut turbinibus in syluis opprimatur,& maiorem partem plebis amittat:qđ vbi factũ est,reliqua paucitas fauis complendis non sufficiat,tũc quę vacuę cerarũ partes cõputrescant,& vitiis paulatim serpentibus corrupto melle ipsę quoq́ apes intereant.Id ne fiat,duo populi coniũgi debent,q̃ possint adhuc integras ceras explere:vel si non est facultas alteri⁹ examinis,ipsos fauos anteq̃ putrescant,vacuis partibus acutissimo ferro liberare,nam hoc quoq́ refert,ne admotũ hebes ferramentũ (quia non facile penetret)vehementius impressum fauos sedibus suis cõmoueat.Qđ si factũ est,apes domicilium derelinquũt.Est & illa causa interitus, q̃ interdũ continuis annis plurimi flores proueniunt,& apes magis mellificiis,q̃ fœtibus student.itaq́ nõnulli,q̃bus est minor harũ rerũ scientia, magnis fructibus delectantur,ignorantes exitiũ apibus imminere, quoniam & nimio fatigatę opere plurimæ pereunt,nec vllis iuuentutis supplementis frequentatæ nouissimæ reliquę intereunt. itaq́ sic tale ver incessit,vt & prata & arua floribus abundent,vtilissimũ est tertio quoq́ die aluorũ exit⁹ præcludi,exiguis foraminibus relictis,per,quę non possent apes exire,vt ab opere mellifico euocatæ, quoniam si non sperent posse ceras omnes liquoribus stipare,fœtibus expleãt.Atq́ hæc fere sunt examinum vitio laborantium remedia.

Phagedæna

Si nimium mellificiis studeant.

Quid quoquo tempore faciant apes,& quid earum curator facere debeat. Cap.XIIII.

DEINCEPS illa totius anni cura,vt idem Higinius cõmodissime prodidit. Ab æquinoctio primo,qđ mense Martio circa.VIII.Calendas Aprilis in octaua parte arietis conficit ad exortum vergiliarũ dies verni temporis habentur duodequinquaginta,p̃ hos primũ ait apes curandas esse adapertis alueis,vt omnia purgamenta,quę sunt hyberno tempore congesta,eximantur:& vt araneis,qui fauos corrũpũt,detractis,fumus immittat factus incenso bubulo fimo, hic enim quasi quadam cognatione generis maxime est apibus aptus. Vermiculi quoq́,qui tineæ vocantur,& item papiliones enecandi sunt.Quæ pestes plerũq́ fauis adhærentes decidunt, si fimo medullã bubulam misceas, & his incensis,nidorem admoueas.Hac cura per id tẽpus, quod diximus,examina firmabuntur,eaq́ fortius operibus inseruient. Verũ maxime custodiendum est curatori,qui apes nutrit,cũ aluos tractare debebit,vti pridie castus sit ab rebus venereis,neue temulentus, nec nisi lot⁹ ad eas accedat.abstineatq́ fere ab omnibus redolentibus esculentis vt sũt salsamenta,& eorũ oĩa eliquamina,itẽq́ fœtentibus acrimonijs allij,vel ceparũ,cęterarumq́ rerum similium.Duodequinquagesimo die ab æquinoctio verno,cũ fit vergiliarũ exortus circa.V. Idus Maias incipiunt examina viribus & numero augeri.Sed & iisdem diebus intereunt,quę paucas & ægras apes habent.Eodemq́ tempore progenerantur in extremis partibus fauorũ amplioris magnitudinis fœtus,q̃ sint cęterarum apum.eosq́ nõnulli putant esse reges.Verum quidam græcorum authores οἴστρους appellant,ab eo,q̃ exagitent,neq́ patiantur examina conquiescere.Itaq́ pręcipiunt eos enecari.Ab exortu vergiliarum ad solstitium, qđ fit vltimo mense Iunio circa octauam partem cancri fere examinant alui,quo tempore vehementius custodiri debent,ne nouę soboles diffugiant.Tumq́ peracto solstitio, vsq́ ad ortum caniculę,qui fere dies triginta sunt,pariter frumenta & faui demetuntur.Sed ii quemadmodum tolli debeant,mox dicetur,cum de confectura mellis præcipiemus.Cæterum hoc eodem tempore progenerari posse apes iuuenco perem-

Verg.ort⁹.

Oestri

Solstitium quando

Caniculæ ortus

pto, Democritus, & Mago, nec minus Vergilius prodiderũt. Mago quidem ventribus etiam bubulis idem fieri affirmat. Quã rationem diligentius prosequi superuacuũ puto consentiens Celso, qui prudentissime ait, non tanto interitu pecus istud admitti, vt sic requirendum sit: verũ hoc tempore, & vsq; in autumni æquinoctiũ decimo quoq; die alui aperiendę sunt, & fumigãdę. Qd cum sit molestum examinibus, saluberrimũ tamen esse conuenit. Suffitas deinde, & æstuãtes apes refrigerare oportet, conspersis vacuis partibus aluorum, & q̃recẽtissimi rigoris aqua infusa. deinde siquid ablui non poterit, pinnis aquilę, vel etiam cuiuslibet vastę alitis, quę rigorem habẽt, emũdari. Præterea vt tineæ, si apparuerint, euerrantur, papilionesq; enecentur, qui plerũq; inter aluos morantes apibus exitio sunt. nam & ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerãt, quos aluorum tineas appellamus. Itaq; quo tempore maluę florent, cum est earũ maxima multitudo, si vas æneum simile miliario vespere ponatur inter aluos, & in fundum eius lumẽ aliquod demittatur, vndiq; papiliones concurrunt, dumq; circa flãmulam volitant, aduruntur, qd nec facile ex angusto sursum euolare, nec rursus longius ab igne possunt recedere, cum lateribus æneis circũuenian tur, ideoq; propinquo ardore consumũtur. A canicula fere post diem quinquagesimum arcturus oritur, cum irroratis floribus thymi, & cunilę, thymbręq; apes mella conficiunt: idq; optimę notæ enitescit autumni æquinoctio, qd est ante Calend. Octobris, cum octauam partem libræ sol attigit. Sed inter caniculę & arcturi exortũ cauendum erit, ne apes intercipiantur violentia crabronum, qui ante aluearia plerũq; obsidiantur prodeuntibus. Post arcturi exortum circa æquinoctiũ libræ (sicut dixi) fauorum secunda est exemptio. Ab æquinoctio deinde qd cõficitur circa. VIII. Calend. Octobris ad vergiliarum occasum diebus. XL. ex floribus tamaricis & syluestribus frutetis apes collecta mella cibariis hyemis reponunt, quibus nihil est omnino detrahendum, ne sequius iniuria contristatę, velut desperatione rerum profugiant. Ab occasu vergiliarum ad brumam, quę fere conficitur circa. VIII. Calen. Ianuarii, in octaua parte capricorni iam recondito melle vtuntur examina, eoq; vsq; ad arcturi exortum sustinentur. Nec me fallit Hipparchi ratio, quæ docet solstitia & ęquinoctia non octauis, sed primis partibus signorum confici. Verum in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi, & Metonis, antiquorumq; fastus astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificijs, quia & notior est ista vetus agricolis concepta opinio. Nec tamẽ Hipparchi subtilitas pinguioribus, vt aiunt, rusticorum literis necessaria est. Ergo vergiliarũ occasu primo statim conueniet aperire aluos, & depurgare quicquid immundi est, diligentiusq; curare, quoniam per tempora hyemis non expedit mouere, aut patefacere vasa. Quã ob causam dum adhuc autumni reliquię sunt, apricissimo die purgatis domiciliis opercula intus vsq; ad fauos admouenda sunt, omni vacua parte sedis exclusa, quo facilius angustię cauearum per hyemẽ cõcalescant. idq; semper faciendũ est etiã in iis aluis, quę paucitate plebis infrequentes sunt. Quicquid deinde rimarum est aut foraminũ, luto & fimo bubulo mistis illinemus extrinsecus, nec nisi aditus, quibus cõmeent, relinquemus. Et q̃uis porticu protecta vasa, nihilominus congestu culmorũ, & frondiũ supertegemus, quantũq; res patietur a frigore, & tempestatibus muniemus. Quidam exẽptis interaneis occisas aues intus includunt, quæ tempore hyberno plumis suis delitescentibus apib⁹ præbent teporem. Tũ etiam si sunt absumpta cibaria, commode pascuntur esurientes, nec nisi ossa earũ relinquũt. sin autem faui sufficient, permanent illibatę. nec q̃uis amantissimas mũditiarũ offendunt odore suo. Melius tamen esse nos existimamus tempore hyberno fame laborãtibus, ad ipsos aditus in canaliculis vel contusam & aqua madefactam ficũ aridam, vel defrutũ, aut passum præbere. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, vt insistentes apes quasi per syphonẽ succũ euocent. Vuas etiam passas, cũ infregerimus, paulũ aqua respersas probe dabimus, atq; his cibarijs non solum hyeme, sed etiam quibus temporibus (vt iam supra dixi) tithymallus, atq; etiam vlmi florebunt, sustinendę sunt. Post confectam brumã diebus fere quadraginta quicquid est repositi mellis (nisi liberalius a curatore relictum sit) consumunt, & sæpe etiam vacuatis ceris vsq; in ortũ arcturi, qui est ab Idibus Februariis ieiunę fauis accubantes torpent more serpẽtum, & quiete sua spiritum conseruant, quem tamen ne amittant, si longior fames incesserit, optimum est per aditum vestibuli syphonibus dulcia liquamina immittere, & ita penuriam temporũ sustinere, dũ arcturi ortus, & hirũdinis aduẽtus cõmodiores polliceanť futuras tempestates. Itaq; post hoc tẽpus, cũ diei permittit hilaritas, ꝓcedere audent in pascua: nam ab ęquinoctio verno sine cũctatione, iam passim vagantur, & idoneos ad fœtũ decerpunt flores, atq; intra tecta comportant. Hæc obseruanda per anni tempora diligentissime Higinius pręcipit. Cęterum illa Celsus adiicit: paucis locis eam fœlicitatem suppetere, vt apibus alia pabula hyberna, atq; alia ꝓbeantur æstiua.

Tineę. Papiliones. Miliarium. Arcturi ortus. AEquinoctium autũni quãdo. Vergil. occasus. Bruma qñ. Hipparch⁹ Eudox⁹ & Metõ.

Itaq; quibus locis post veris tempora flores idonei deficiunt, negat oportere immota examina re linqui: sed vernis pastionibus absumptis, in ea loca transferri, quę serotinis floribus thymi, & origani, thymbræq; benignius apes alere possunt. Qđ fieri ait & Achaiæ regionibus, vbi transferuntur in atticas pastiones, & Euboea, & rursus insulis cycladibus, cum ex aliis transferũtur Scyrum: nec minus in Sicilia, cum ex reliquis eius partibus in Hyblam conferuntur. Idemq; ait ex floribus ceras fieri, ex matutino rore mella: quę tanto meliorem qualitatem capiunt, quãto iucundiore sit materia cera confecta. Sed ante translationem diligenter alucos inspicere pręcipit, veteresq;, & tineosos, & labantes fauos eximere. Nec nisi paucos, & optimos reseruare, & simul etiam ex meliore flore q̃plurimi fiant, eaq; vasa, quæ qs trãsferre velit, nõ nisi noctib⁹ & sine cõcussione portare. Ex quibus mel ceraq; fiant.

De melle conficiendo, & quando castrari debent alui.
Caput. XV.

MOX vere transacto sequitur, vt dixi, mellis vindemia, propter quã totius anni labor exercetur. Eius maturitas intelligitur, cum animaduertimus fucos ab apib⁹ expelli, ac fugari, qđ est genus amplioris incrementi simillimũ apis. Et vt ait Vergilius, ignauũ fucus pecus, & sine industria fauis assidens: nam neq; alimenta congerit, & ab aliis inuecta consumit. Verũtamen ad ꝓcreationem sobolis conferre aliquid hi fuci videntur insidentes seminibus, quibus apes figurantur. Itaq; ad fouendam, & educandam nouam prolem familiarius admittuntur. Exclusis deinde pullis, extra tecta proturbantur. &, vt idem ait, a pręsepibus arcent. Hos quidam pręcipiunt in totum exterminari oportere, qđ ego Magoni consentiens faciendum non censeo, verum sæuitię modum adhibendum: nam nec ad occidionem gens interimenda est, ne apes inertia laborent, quæ cũ fuci aliquam partem cibariorum absumunt, sarciendo damna fiunt agiliores: nec rursus multitudinem prædonũ coalescere patiendũ est, ne vniuersas opes alienas diripiant. Ergo cum rixam fucorum & apiũ sæpius committi videris, adapertas alueos inspicies, vt siue semipleni faui sint, differantur, siue iam liquore completi, & superpositis ceris tanq̃ operculis obliti demetantur. Dies vero castrandi fere matutin⁹ occupandus est. neq; enim conuenit æstu medio exasperatas apes lacessiri. duobus ferramentis ad hunc vsum opus est, sesquipedali, vel paulo ampliore, mensura factis. quorum alterum sit culter oblongus ex vtraq; parte acie lata, vno capite aduncũ habens scalprũ. alterum prima fronte planum, & acutissimũ, quo melius hoc faui succidantur, illo eradantur, & quicquid sordidum deciderit, attrahatur. Sed vbi a posteriore parte nullum vestibulum patefactũ habuerit alueare, fumũ admouebimus factum galbano, vel arido fimo. Ea porro vase fictili prunis immissa condũtur, idq; vas ansatũ simile angustę ollę figuratur. ita vt altera pars sit acutior, per quã modico foramine fumus emanet: altera latior, & ore patulo, ꝑ quã possit afflari. Talis olla, cũ est aluearì obiecta, spiritu admoto fumus ad apes promouetur, quę confestim nidoris impatiẽtes in priorem partem domicilij, & interdum extra vestibulum se conferunt: atq; vbi potestas facta est liberius inspiciendi, fere, si duo sunt examina, duo genera quoq; fauorũ inueniũtur. Nam etiam in concordia suũ quęq; plebs morem figurandi ceras, fingendiq; obseruat. sed omes faui semper cauearum tectis, & paululum lateribus adhærentes, dependent, ita ne solum contingãt, quoniam id præbet examinibus iter. Cęterum figura cerarum talis est, qualis & habitus domicilii: nam & quadrata & rotunda spatia, nec minus longa suam speciem velut formæ quædam fauis prębẽt. Ideoq; non semper eiusdem figurę reperiuntur faui: sed hi qualescũq; sint, non omnes eximantur. nam priore messe, dum adhuc rura pastionibus abundant, quinta pars fauorum: posteriore, cum iã metuitur hyems, tertia relinquenda est. Atq; hic tamen modus non est in omnibus regionibus certus, quoniam pro multitudine florum & vbertate pabuli, apibus consulendum est. At si certe dependentes in longitudinem decurrunt, eo ferramento, qđ est simile cultro, insecandi sunt faui: deinde subiectis duobus brachiis excipiendi, atq; ita promendi. Sin autem transuersi tectis cauearum inhærent, tunc scalpro ferramento est opus, vt aduersa fronte impressi desecentur. Eximi autem debent veteres vel vitiosi, & relinqui maxime integri, ac melle pleni. Et siqui tandem pullos continent, vt examini progenerando reseruentur. Omnis deinde copia fauorum conferenda est in eum locum, in quo mel conficere voles, linendaq; sunt diligẽter foramina parietum, & fenestrarum, nequid sit apibus peruium, quæ velut amissas opes suas pertinaciter vestigant, & persecutæ consumunt. Itaq; ex hisdem rebus fumus etiam in aditu loci faciendus est, qui propulset intrare tentantes. Castratę deinde alui, si quæ transuersos fauos in aditu habebunt, conuertendæ erũt, vt alterna vice posteriores partes vestibula fiant. Sic enim proxime cum castrabuntur, veteres po

tius faui,q̃ noui eximentur,cereq; nouabuntur,quæ tanto deteriores ſunt,quãto vetuſtiores.Qꝫ ſi forte aluearia circũſtructa,& immobilia fuerint,curæ erit nobis, vt modo a poſteriore, modo a priore parte caſtrentur.idq; fieri ante diei quintam horam debebit.deinde repeti vel poſt nonam vel poſtero mane.Sed quotcũq; faui ſunt demeſſi,eodem die,dum tepent, mella conficere conuenit.Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus ſaccus inuerſę metæ ſimilis , qualis eſt quo vinum liquatur, obſcuro loco ſuſpenditur:in eum deinde carptim congerũtur faui.Sed adhibenda cura eſt,vt ſeparentur eę partes cerarum, quę vel pullos habent , vel rubras ſordes. nam ſunt mali ſaporis,& ſucco ſuo mella corrumpunt. Deinde vbi liquatum mel in ſubiectum alueũ defluxerit,tranſfertur in vaſa fictilia,quę paucis diebus aperta ſint,dum muſteus fructus deferueſcat.iſq; ſępius ligula purgandus eſt.Mox deinde fragmina fauorum,quę in ſacco remanſerunt retractata exprimũtur.Atq; id ſecũdę notę mel defluit,& ab diligentioribus ſeorſum reponitur,ne quod eſt optimi ſaporis hoc adhibito,fiat deterius.

De cera facienda. Cap.XVI.

CERÆ fructus,q̃uis æris exigui,non tamen omittendus eſt,cum ſit eius vſus ad multa neceſſarius.Expreſſę fauorum reliquię,poſteaq̃ diligenter aqua dulci perlutæ ſunt; in vas æneum conijciuntur.adiecta deinde aqua liquantur ignibus:qđ vbi factum eſt,cera per ſtramenta,vel iuncos defuſa colatur:atq; iterum ſimiliter de integro coquitur.& in quas quiſq; voluit formas.aqua prius adiecta,defunditur:eamq; concretam facile eſt eximere,quoniam qui ſubeſt humor non patitur formis inhęrere.Sed iam conſumata diſputatione de villaticis pecudibus atq; paſtionibus, quæ reliqua nobis ruſticarum rerum pars ſupereſt,de cultu hortorum Publi Siluine,deinceps, ita & tibi,& Gallioni noſtro complacuerat,in carmen conferemus.

LVCII IVNII MODERATI
COLVMELLÆ IN LIBRVM DECIMVM DE CVLTV HORTORVM PRÆFATIO.

FOENORIS tui Siluine,qđ ſtipulanti ſpoſponderam tibi,reliquam pēſiunculam percipe. Nam ſuperioribus nouem libris hac minus parte debitum,qđ nunc perſoluo,reddideram.Supereſt ergo cultus hortorũ inſigniter neglectus quondam veteribus agricolis,nunc vel celeberrimus:ſiquidem cum parcior apud priſcos eſſet frugalitas,largior tamē pauperibus fuit vſus epularũ,lactis copia,ferinaq;, ac domeſticarũ pecudum carne,velut aqua frumentoq; ſummis,atq; humillimis victum tolerantibus.Mox cum ſequens,& præcipue noſtra ætas dapibus libidinoſis precia conſtituerit cœnæq; non naturalibus deſideriis,ſed cenſibus ęſtimentur,plebeia paupertas ſummota a precioſioribus cibis ad vulgares compellitur.Quare cultus hortorum, quoniam & fructus magis in vſu eſt, diligentius nobis,q̃ tradiderũt maiores,præcipiendus eſt.iſq; ſicut inſtitueram proſa oratione prioribus ſubnecteretur exordiis,niſi propoſitum meum expugnaſſet frequens poſtulatio tua. quę peruicit, vt poeticis numeris explerem georgici carminis omiſſas partes,quas tamen & ipſe Vergilius ſignificauerat,poſteris poſt ſe memoranda relinquere.neq; enim aliter iſtud nobis fuerat audendum,q̃ ex voluntate vatis maxime venerandi,cuius quaſi numine inſtigante (pigre ſine dubio propter difficultatem operis,verũtamen non ſine ſpe proſperi ſucceſſus)aggreſſi ſumus,tenuem admodũ & pene viduatam corpore materiam,quę tam exilis eſt,vt in conſummatione quidem totius operis annumerari velut particula poſſit laboris noſtri,per ſe vero & quaſi ſuis finibꝰ terminata,nullo modo ſpecioſe confici.Nam & ſi multa ſunt eius quaſi membra, de quibus aliquid poſſumus effari,tamen eadem tam exigua ſunt,vt (quod aiunt Græci)ex incomprehenſibili paruitate arenæ funis effici non poſſit.Quare quicquid eſt iſtud,qđ elucubrauimus,propriam ſibi laudem nō vendicat,vt boni conſulat,ſi non ſit dedecori prius editis a me ſcriptorum monimentis.Sed iam præfari deſinamus.

IVLII POMPONII FORTVNATI interpretatio in hortum COLVMELLÆ. cui annotationes virorum illustrium, Baptistę Pij, & Philippi Beroaldi, & aliquot aliorum adiecimus.

HOrtorum quoq; te cultus Siluine docebo,
Atq; ea, quæ quondam spatiis exclusus iniquis,
Cum caneret lætas segetes, & munera Bacchi,
Et te magna Pales, necnon cœlestia mella,
Virgilius nobis post se memoranda reliquit.
Principio sedem numeroso præbeat horto.
Pinguis ager putres glebas, resolutaq; terga
Qui gerit, & fossus gracileis imitatur arenas.
Atq; habilis natura soli, quæ gramine læto,
Parturit, & rutilas ebuli creat vuida baccas.
Nam neq; sicca placet, nec quæ stagnata palude
Perpetitur querulæ semper conuicia ranæ.
Tum, quæ sponte sua frondosas educat vlmos,
Palmitibusq; feris lætatur, & aspera syluis
Achrados, aut pruni lapidosis obruta pomis
Gaudet, & iniussi consternitur vbere mali,
Sed negat helleboros, & noxia galbana succo,
Nec patitur taxos, nec strenua toxica sudat,
Quis semihominis vesano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores, mœstamq; cicutam,

MEMORABILES horti in fabulis narrantur fuisse Hesperidũ, in quibus nõ poma quidem aurea, sed tm̃ oleastri viruerũt: Ante oẽs vero regis Alcynoi Nausicæ puellę fabulis celebrati sunt. Reges Persarũ hortensi curę intenti fuerũt. Tarquinius superbus, ꝙ horto delectatus sit, responsum de excisis lilijs ad filium indicat. In. xij. tabul. horti mentio habetur non villarũ. Epicurus primus horti magister existimat⁹ est. Quare his exemplis principes & studiosi homines, hortis incũbere nõ extimescãt. Signa saturnica in hortis olim posita: tutela vero eorũ Veneri attributa est: cui⁹ iucũdo numine auxiliante ad interpretationẽ veniamus: quã ex Plinio, Varrone, Catone, summa diligentia, tituli honore nõ deraso, excerpsim⁹. In prooemio relictas a P. Virg. georgici carminis partes expleturũ se fatetur. Hoc frequẽti petitione P. Siluinus exigebat, vrgebatq; etiam facile laudis cupidũ. Virg. tamẽ assumendã posteris curam reliquit in hæc verba
Verũ hæc ipse equidem spatijs exclusus iniquis
Prætereo atq; alijs post me mẽorãda relinquo.
Multũ posteritati tribuit, quã adeo dignã putauit vt agricolationis suę terminos ponat. Nõ ergo iniuria hoc negociũ exequendũ vetus rusticationis artifex consumato iam opere suo mandauit., qđ liberũ affert testimoniũ, quantũ colonis olitoribusq; ac vinitorib⁹ tradiderit. Et te m. p.) Alludit ad id Virgilij, Et te magna Pales. Pales pastorũ dea vel pabuli. Cælest. mella.) Multa Hyginus affert de origine apũ poeticis magis decora fabulis q̃ rusticorũ obseruationi aut diligentiæ. Nos tamen pro interpretatione dicemus. Aiunt mulierẽ specie pulcherrimã nomine Melissam Iouẽ in apem conuertisse. Homerus ex Crabronibus natas dicit, quas nymphæ Phryxonides educauerunt: mox in Cretensi antro Iouis extitisse nutrices, & pabula diuinitus sortitas, quibus infantẽ educabant. Hoc Virg. indicat inquiens, Dictęo cæli regem pauere sub antro. Et qua in regione natę sint, ad agricolas minime ptinet. an in Thessalia sub Aristheo: an in insula Cea. An Erechthei tẽporibus sub monte Hymeto: an in Creta sub Saturno, vt Menãder ait. Nec ad nos ptinet perscrutari, vtrũ vt alia animalia gignãtur: an ex floribus progeniẽ inquirant, & vtrum euomant mel, an ex alia parte edatur. Cælestia mella.) quia vt ait Plinius, sublucanis tẽporibus defluũt ex aere. Principio.) Eligatur ab olitore non macilẽtum solũ ac sterile. cui facile terga, id est, cespites in superficie resoluantur. Numeroso.) ab numero herbarum. & cum sit fossus ager, ita teratur vt sit instar gracilis harenę. vel si tale solũ nõ facile reperitur, alia animaduertenda sunt, vt per se terræ benignitas inculta tamen & vuida (vt Varro scribit). i. humida educet ebulos virgulta sambuci rami instar. Nã neq;.) Vitandum semper illud solum est, qđ siccum vel palustri stagno madefactũ, vbi ranũculi viridi tergo saltãt. Tum q. s. s.) laudat solum quod vltro vlmos alat & syluestri palmite lętet. Achrados.) quod spinæ genus est, & gaudet atris pruinis obtegi & consterni syluestri & indigena malo. Sed neg.) post hęc, amara neget ferre, vt Hellebori duo genera, albũ & nigrum. optimũ est (vt meminit Plinius) in Anticyra. Duæ em̃ sunt vrbes nomine Anticyræ. altera Phocis. altera a sinu maliaco ad Oetam mõtem, vbi optimũ nascitur Helleborum & ideo dicitur Oetia potio siue anticyra: cuius causa vt mortales purgarentur, locum celebrem fecere. Insanientibus sumptũ vtile Helleborum. aliter veratrum appellatur. Helleborũ Melampus medicus Amythaonis filius inuenit, qđ Melampodium vocant. alij dicunt pastorem eiusdem nominis inuenisse, cum capras pasceret. Et noxia galbana.) Galbanum hærbã adeo ipso olfactu acrẽ, vt nidore serpentes fuget si vtatur syncerum. Plinius author. Taxos.) Negat & taxos, mestas & funebres arbores, quibus Thessalia docente Plinio maxime abundat, abieti non dissimiles: quarũ vmbra lac & succus letũ afferũt, vnde toxica quasi taxica sunt appellata. fum⁹ etiã taxi mures necat. Negat Mandrag.) q̃ naturã quãdã cũ hoibus mixtã habet, cum & mas sit & fœmina. Eã fossuri ab auersante vento cauent & occasum spectant, prius tribus circulis gladio sepiunt. Vis eius in poculo somnifera est ac etiam olfactu. Cœli⁹ lib. ix. cap. xlviii. Quis semihominis.) Mandragoram Pythagoras ἀνθρωπόμορφον, tanq̃ humanam effigiem præferat, vocauit: nam radix homini simillima est, quod Auicenna etiam prodidit, & vulgo fere ita visitur. propterea Columella. Quis semihominis vesano gramine &c. Et paulo post, Mandragoram fœminam, Thridaciam nũcupãt: marem vero, Norion. vbi plura de Mandragora. POM. Cicutam.) quæ vt Plinius scribit lib. xxv. Publica Atheniensium pœna venenum est. epota Socratem sustulit. Ex ea quoq; illiti testes, & loca circa pubertatem venerem cohibẽt. Cicutę aduersatur vis Pericampi, herbæ similis papaueris cum feruentissima sit, ac etiam fũgis simile remedium affert & panaces & thus.

Pales. De apũ ori origone. Melissa. Ebuli. Achras. Helleborũ. Galbanũ. Mãdragora. Cicuta.

Nec manibus mitis ferulas, nec cruribus æqua
Terga rubi, spinisq; ferat paliuron acutas.
Vicini quoq; sint amnes, quos incola durus

Ferulas.) Ferulæ puerorum tormẽta sunt, sacratæ tamen Libero patri: asinis sapidissimæ sũt. cæteris iumẽtis veneno. Ideo asinus grata hostia Baccho cadit. Rubi.) Rubi spinoso dorso cruri

Ferulæ. Rubi.

Attrahat auxilio ſemper ſitientibus hortis,
Aut fons illachrymet putei non ſede profunda;
Ne grauis hauſturis tendentibus ilia vellat.
Talis humus,vel parietibus,vel ſępibus hirtis
Claudatur,neu ſit pecori,neu peruia furi.
Neu tibi Dędaleæ quęrantur munera dextræ,
Nec Polycletea,vel Phradmonis,aut Ageladæ
Arte laboretur:ſed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphalli,
Terribilis membri,medio qui ſemper in horto
Inguinibus puero prædoni falce minetur.
Ergo age nunc cultus,& tempora quæq; ſerendis
Seminibus,quæ cura ſatis,quo ſidere primum
Naſcantur flores; Peſtiq; roſaria gemment,
Quo Bacchi genus,aut aliena ſtirpe grauata
Mitis adoptatis curuetur frugibus arbos.
Pierides tenui deducite camine muſæ.
Oceani ſitiens cum iam canis hauſerit vndas,
Et paribus Titan orbem librauerit horis,
Cum ſatur autumnus quaſſans ſua tempora pomis,
Sordidus,& muſto ſpumanteis exprimet vuas,
Tum mihi ferrato verſetur robore Palæ
Dulcis humus,ſi iam pluuiis defoſſa madebit.
At ſi cruda manet cœlo durata ſereno,
Tum iuſſi veniant decliui tramite riui,
Terra bibat fonteis, & hiantia compleat ora.
Q; ſi nec cœli,nec campi competit humor,
Ingeniumq; loci,vel Iuppiter abnegat imbrem,
Expectetur hyems dum Bacchi gnoſius ardor
Æquore cæruleo celeretur,vertice mundi,
Solis & aduerſos metuant atlantides ortus.

bus noxij ſunt,in radicib⁹ranã nutriũt,quam ex ſuo nomine rubetã dicunt:ideo ad maleficia magicis auxilium præſtant.decocti tamen in auſtero vino dentes firmant.Eſt & genus rubi qđ roſam gignit.

Paliuron. Paliuron.)Afri Ziuron vocant:genus eſt ſpinæ,& efficaciſſimum cõtra ſerpentes.

Vicini.q.ſ.amnes.) Sit horto vicinus fluuius, aut in eo fontes erũpãt. aqua cm̃ alimẽtũ herbis pręb et. Puteus in hortis etſi vtilis, multo tamẽ labori olitoribus eſt aquam hauriẽtib⁹, & ſic nõ facile hortus irrigatur. Sitientibus.) Siquidez neceſſe eſt,vt crebro irriges. eoq; fit vt ſatũ q̃ celerrime erũpat & lętiſſime adoleſcat,Plinius author. Talis humus.) Cingãt locũ horto idoneũ vel parietes vel ſepes,quę hoc modo fiũt. Plantãtur ſambuci ſpatio triẽtali:inde ſemina ruboruz oblongis inſerta paſtillis ordinatim ponũtur:ſepẽ triẽnio faciũt & furi & pecori inuiam,poſt trimatũ gaudẽt ſingulis ãnis rubi aduri,& aduſtione duriores aſperioreſq; erumpunt.

Dædalus. Dędalus) Dędalus ingenioſus fuit inter fictores laudatus, pueros ſuos diſtringentes ſe facit. Huius Dædali munera intelligit,nõ illius Atheniẽſis.

Polycletus Polycletea.)Polycletus Sycionius Agéladę ſculptoris diſcipulus fuit:Diadumenum puerum expreſſit molliter cubãtem;ſoluſq; hoĩm, vt meminit Plinius lib.xxxiiij.artẽ feciſſe ipſam, artis opere iudicatur.ſculpſit diſtringentẽ ſe,& nudum talo inceſſentem.

Phradmõ. Phradmõ) ſculptor & pictor fuit ergo opera Phradmonis & Ageladæ & Polycleti,& Dædali non q̃runt ruſtici:ſed locent in medio horto imaginẽ Priapi in trunco expreſſam,

Priapus. vt etiam monet Tibullus cum ait,
Pomoſiſq; ruber cuſtos ponatur in hortis
Terreat vt ſęua falce Priapus aues.

Columella non Priapũ ſed honeſtiore vocabulo Ithyphallũ nominat. Priapus fili⁹ Bacchi & Veneris fuit:quia vinũ Venerẽ cit: hunc Aegyptus Ithyphallũ nominat:alij Thiphona,vt Diodorus ſcribit.hic deus putaẽ ſacrat⁹ ab Iſide, cũ interẽpti mariti Oſyridis mẽbra oĩa legiſſet,nuſq̃ reperit virile mẽbrũ.ideo templum huic prope Nilũ ſtatuit cũ ſacerdotibus. BAP.PIVS.Neu tibi Dedalęæ.)Senſus enim horum verſuũ eſt talis,Priapũ cuſtodem hortẽſem dolatum ex trũco quolibet para,neç multum ambige an Dedalus illũ fabrefecerit,aut Polycletus optimi ſtatuarij.Quidam hoc tamen ſuperioribus annectũt ad maceriã referentes,hoc ſenſu,Sepem vel parietes vel hirtis ſpinis horto ſtrue etiã incompoſitam:ne putes me architectũ parieti hortorũ cupere pręponi Dędalum fabricę celeberrimũ.Per munera intelligebant munia & mechanemata,quibus ille multa ſtruxit, inter quę labyrinthũ Cretę a poetis decãtatum. Poteſt aũt hic verſus cum inferioribus iũgi:quoniã Plinius inter fictores Dędalum numerat,lib. xxxiiij. Dędalus inquit & ipſe inter fictores laudatus pueros duos diſtringentes ſefecit.Recenſetur & alter ab eo Dędalus inter pictores.ſed nihil ad rem. Polycletus fecit ex ære ſigna,floruit olympiade.lxxxvij . nobilitatus q̃plurimis diſcipulis, quos Plinius enumerat lib.xxxiiij.Ithyphallus,inter mimos numeratur a Gręcis ebriorũ ſpecie redimitus, manicatuſq;:nã apud Strabonẽ multę ſunt mimorũ ſpecies.Dicitur autem a φαλλὸς.i.priapo & ἰθὺς erectus quaſi erecti ſpecie mẽbri columna.

Peſtum. POM.Ergo age.)Tempus ſationis dicit. Peſtiq;.)Peſtum oppidum eſt Lucanię cuius mania prope mare magni ſpatij,adhuc integra videntur latitudine & altitudine miranda,a Tuſcis conditum Poſſidoniam dixerunt & eius ſinũ Poſſidoniatẽ.poſtea Rom.miſſis huc colonis ampliauerunt,vt ait Strabo.Hic roſa fere albicans bis anno prouenit.Maio & Septẽbri.

Canicula. Oceani ſitiens.)foditur hortus poſt occaſum caniculę. Stellæ enim cum occidunt finguntur a poetis ad oceanũ potus gratia iuiſſe. Canis hic vt ſcribit Higinius Erigones fuit, & in lingua ſtellaz vnam habet quæ canis appellatur:in capite vnã quã Syrion nõnulli appellant. Plin. ſic refert Aglones antecedũt caniculę exortum quos prodromos appellant.poſt exortum ijdẽ aquilones conſtantius ſpirant,eteſias vocant.Oritur.vij.Cal. Aug.occidit ſed non tota poſt.xl.dies.

Corona. Ariadnę. Bacchi.n.ard.)Coronã dicit.Ariadna coronã dono accepit a Theſeo.inde nupſit libero patri:& poſt eius mortẽ Liber pater coronã in cælo collocauit.Alij dicunt hanc coronam dediſſe Bacchum Ariadnæ,cum ad Minoẽ in Cretam venit.alij dicunt coronã fuiſſe datam a Venere Baccho in nuptijs deorum. Hæc cancro & leone exoriente occidit.exoritur cum ſcorpio:habet ſtellas nouẽ in rotundo diſpoſitas. Alij dicũt hanc coronam oriri in Nonis Octob. Celeretur.)quia ſol ꝓpter breuitatẽ dierum celerare videtur.

Athlantides Vergiliæ. Athlantides.)Vergiliæ quæ ideo metuunt ortum ſolis,quia.xj. Cal.Nouemb.occidunt ſolæ.Athlas ex Plione Oceani filia vt ait Higinius.& alij Deucalionis.filias habuit.xv.quæ vno vocabulo Athlantides dicũtur.verũ quinq; ex his hyades nominatæ a fratre,qui fuit hyas.qui a ſororibus plurimũ dilectus eſt.Reliquę Pleiades a matre dictę.Vergiliæ dicuntur,quia cũ vere exoriunẽ:ita earum exortus æſtatẽ ſignificat,& occaſus hyemẽ.Alexander ait Hyadas dictas quia fuerint filię Hyſis ex Bœotia,& ſunt ſeptẽ,vna tñ qa Siſipho nupſit non videtur.ex his & Electra Dardani & Iaſij mater fuit. q̃ poſt dirutã Troiã ſparſis capillis lugẽdo in cometem verſa eſt.ideo deſolationẽ regnorũ indicat. Ci.ait Hyadas a pluendo dictas,ὕω enim pluo. Item imperite noſtri ſuculas dicunt a ſuibus.Ego puto,quoniam ſues luto gaudeant. Hæ puellę figuratę fuerunt in cęlo a Lycurgo & collocatę in effigiem tauri.pluuiam indicãt.

BAPT.PIVS.Expectetur hyems.)Per ardorem gnoſium intelligit ardẽtem coronam quã Bacchus Ariadnę Cre

tensi dono dedit, hoc est expectet coronę emersus q̃ est in Octobri. Corona existimatur Ariadnę fuisse, a Libero patre inter sidera collocata. Dicitur enim in insula Dia cum Ariadne Libero nuberet, hãc primã coronam muneri accepisse a Venere, cũ oẽs dij in eius nuptijs dona conferrẽt. Sed vt ait, qui Cretica conscripsit, quo tempore Liber ad Minoa venit cogitans Ariadnẽ cõprimere, hãc ei coronam muneri dedit, qua delectata nõ recusauit conditionẽ stupri, hæc Higinus. NAXIVM aũt pro bacchico sumit, quoniã bacch⁹ eã Ariadnę dono dedit: quiq; in Naxo colitur. hinc Propertius, Atq; tuũ potant naxia turba merũ. Naxos a Strabone lib. x. vna Cycladũ creditur. In codice prisco ac antiquitatis reuerendę legitur Gnosius: quę lectio egregie cõpetit sensui, Gnosium enim ardorem vocabis hanc coronam puellę gnosię, hoc est Cretensis. Gnosos est oppidũ Cretę, idq; dicetur ex imitatione Vergiliana, Gnosiaq; ardentis decedat stella Coronę. Manlius lib. j. Gnosia desertæ fulgent monumẽta puellę. Nec de tota corona intelligendum: sed de peculiari stella coronę infixa fulgentiore, de qua multa Manlius. & Plinius lib. xviij. scribit. viij. idus Octobris Cęsari refulgentem in corona stellam exoriri. POM.

Atq; vbi iam tuto necdum confisus olympo,
Sed trepidus profugit Chelas, & spicula Phœbus
Dira nepæ tergoq; Croti festinat equino,
Nescia plebs generis, matri ne parcite falsæ.
Ista prometheæ genitrix fuit altera Cretæ,
Altera nos enixa parens, quo tempore sęuus
Tellurem ponto mersit Neptunus, & imum
Concutiens barathrum lethæas terruit vndas.
Tumq; simul stygium regem videre trementem
Tartara, cum pelagi streperent sub pondere manes.
Nos fœcunda manus viduo mortalibus orbe
Progenerat, nos abruptæ tum montibus altis
Deucalioneæ cautes peperere. sed ecce
Durior, æternusq; vocat labor. eia age segnes
Pellite nunc somnos, & curui vomere dentis
Iam virides lacerate comas, iam scindite amictus,
Tu grauibus rastris cunctantia perfode terga,
Tu penitus marris eradere viscera matris
Ne dubita, & summi frequentia cespite mista
Ponere, quæ canis iaceant vrenda pruinis,
Verberibus gelidis, iræq; obnoxia cauri,
Alliget & sęuus boreas, eurusq; resoluat.
Post vbi ryphææ torpentia frigora brumæ
Candidus aprica zephyrus regelauerit aura,
Sydereoq; polo cedet lyra mersa profundo,
Veris & aduentum nidis cantabit hirundo,
Rudere tum pingui, solido vel stercore aselli,
Armentive fimo satures ieiunia terræ

Sed trepidus.) Scorpiũ dicit, cuius prima pars dicitur Chelę. sol ingreditur scorpiũ. xiiij. Cal. Nouemb. Trepidus.) ꝓpter breuitatẽ dierũ fugere videtur sol, & qui fugit signũ ꝑbet timoris. Spicula ph.) Solẽ sagittariũ ingredientẽ dicit. xiij. Calẽd. Decẽb. Alij centaurũ hunc esse arbitrant Chyronẽ. Alij, vt Higinus ait fuisse Crotũ filium Euphemis nutricis musarum, & habitasse in Parnaso cũ musis, & venationi acerrime incubuisse: vnde & vsum sagittis & equo insedisse. Post mortem ꝓcibus musarum a Ioue inter astra relatum, & varia forma cõscriptũ: equina, ꝓpter equi vsum: sagittis, q̃a venator: cauda satyrica, q̃a carminibus satyrã exercuit. Coronã habet in pedib⁹ stellarũ. vij. pręceps occidit, exoritur directus. Festinat.) adhuc est in eadem fictione, quia propter breues dies festinare videtur. Ergo vbi hyẽs est o coloni minime parcẽdũ reor falsę matri. i. terrę. Falsę.) quia sine cultura nõ multũ parit. BAP. PIVS. Atq; vbi iam.) Ordo est, Nescia plebs generis matri nec parcite falsę, vbi Phœbus nondũ cõfisus tuto olympo, sed trepidus perfugit &c. Tuto olympo expone sereni tati cæli: cui sol tunc non confidit, quoniam tẽpus autumnale semper est incertũ. iuxta illud Varronis in Menipp. Nescis q̃d vesper vehat. Trepidus, celer ꝓpter breuitatem dierum, iuxta illud Maronis, Ne trepidate meas Teucri defendere naues. Possemus poetice trepidũ pro timẽtem interpretari, quandoquidẽ sol radens inter scorpiũ & sagittarium est anxius & solicitus ne vergat in alterutrã partem: hinc aculeum scorpij, illinc sagittis Chironis expauescens. viã mediã igitur secat attente & prouide. Negat, subintellige adire vel quid simile. Mallem tamen scriberes secat hoc sensu, Sol inter scorpiũ & sagittariũ secat, & radit iter mediũ, nec adhuc audet spicula sagittarij penetrare, sed ei⁹ insidet dorso, hoc est sol vagatur inter decimũ quartũ Cal. Nouemb. & inter decimũtertiũ Decẽb. Quidam nõ negat nec secat scribũt, sed nepę. Quare necesse sic scribendo videbitur per spicula dira intelligere caudam scorpionis quę semper est in ictu. Prisciano enim Scorpius nepa est, Plauto cancer, qui cessim id est retrorsum graditur, vt palam est. Marcellus, Nepam quidam cancrũ putat ob illud Plauti, Retrouersum cedã, imitabor nepam. At quid nepa etiã dubiũ in vtroq;. Nam vere Nepa scorpius est. M. Tullius de Finibus lib. v. Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornib⁹ videamus vti boues, aculeis nepas: suã deniq; naturã cuiq; esse ad viuendũ ducẽ. Ita ferme Marcelli codicẽ emaculat Pompeius, Nepa Afrorum lingua sidus, q̃d cãcer dicitur, vel (vt quidam volunt) scorpius. Plautus, Dabo me ad parietem, imitabor nepã. at potuit dici nepa, q̃ sit impurũ animal & tetrũ. Nepus enim ꝑ nõ purus latine dicitur. Prima correpta Nepa effertur a Cicerone, Atq; oculos vrget pedibus pectusq; Nepai, & Manlio lib. ij. vtitur & hac dictione Columella lib. ij. & Capella. ij. de nuptijs. Natura Scorpionũ est vt in parietũ latibulis delitescant, qui cũ aliq̃d senserint retrocedũt: quare apud Plautũ nõ inferiũ cũ Prisciano, nepã exponere scorpionẽ. Seruus enĩ Chalinus insidiator cũ ꝑcepit appropinquare senes, retraxit se, intra parietes abdens vt assolet scorpio. Tergoq;. Non enim ex aduerso se conspiciunt signa: sed vnũ sequitur aliud. Sol relinquens scorpionem imminet sagittario habenti oppositum tergus scorpioni. Dixit etiam tergo, q̃m sagittarius cẽtaurus esse fingitur. Nec ereti, scribendũ croti. Fuit enĩ sagittarius hic crotus, de quo Sidonius, Falciferi croton ire senisq; summa polorum: q̃uis illic cronon pro Saturno velint intelligi. POM. Ista prom.) Subiungit postea terram fuisse genitricem nostram. Prometheus ex luto cretaceo hominem formauit, pater fuit Deucalionis filius Iapeti qui fuit vnus ex Titanibus. Diluuium fuit vnum sub Ogygio rege, de quo Samothraces scribunt. Ogygius enim fuit rex in Thebana regione, quẽ, vt ait Varro, ferunt condidisse Thebas Bœotiæ. Aliud diluuiũ fuit sub Deucalione, qui iactu saxorũ genus humanũ cum vxore Pyrrha recuperauit. Et tunc Neptunus).i. aqua immersit orbem terrarum, iniecitq; inferis timorẽ, qui etiam satis tremẽtẽ videre Plutonẽ. Barathrũ ꝓfunditas est a similitudine loci, qui est in ægypto, profundissimi, cui nomen est Barathrum. Stygiũ.) Styx palus est inferni, ꝑ quã diis iurare etiã nefas est. Cautes.) montiũ saxa, quæ impulsu Deucalionis gen⁹ humanũ pepererunt. Somnos.) ꝓpter præcedentes pluuias quæ somnũ alliciunt. æstu enim nimioq; labore defatigamur: postea cũ pluit tẽpus q̃etẽ suadet. Virides comas).i. superficiem terræ viridẽ. Cunctantia.) morantia. Diu enim cũctatur, cũ opus non exegit nisi imminẽte hyeme. Tu penit. r.) Rastra & clatra instrumẽta agricolarũ sunt

Chelas. Crotos. Promethe. Diluuium. Barathrũ. Styx.

Terra mater. ad pectēdos agros. Viſcera.)radices herbarū:quę ad fertilitatē amputandę ſunt. Matris).i.terrę. Plinius lib.ij.Sequitur terra cui vni rerum naturę partiū eximia ꝓpter merita cognomē indidimus maternę venerationis.Nos naſcentes excipit,natos alit,ſemelq́ꝫ editos ſuſtinet:& ſemꝑ nouiſſime cōplexa gremio, iā ab reliqua natura abdicatos tū maxime vt mater operiēs.Et paulo poſt,Terra ſerpentem hōie ꝑcuſſo amplius non recipit.Lucretius lib.v.Quare etiā atq́ꝫ etiā maternū nomē adepta Terra. BAP.PIVS.Tu pen.cla.)Si clatris recognoſcimus,vt habēt ꝓmiſcui codices,protractis lignis expone.Sunt enim clatra cancellatim ligna cōpacta, quibus glebę cōtundūtur. hinc clatratę feneſtrę.Sed cum in hac ſignificatione & nō pro inſtrumento terrę fodiendę videā vſurpari,poſſumus ſequi priſcū codicem,in quo marris ſcriptum eſt,cū annominatione,ſequitur eñ matris. idq́ꝫ ſic ſcriptum offendi in peruetuſto codice Andronici Bononiēſis.Sunt enim marrę inſtrumenta ad fodiendū terram idonea : idq́ꝫ Plinius aſſerere videtur lib.xviij.Verno tēpore ſeri debet liberariq́ꝫ cæteris herbis,ad trimatū marris a ſolo radi. Nuſpiā clatrū pro inſtrumento ad terrā colendā accōmodo reperio:ſed ꝓ cācellatis lignis.hoc cōprobat ipſe Columell.lib.x.Vbi vero neutrum patrifamilię conducit,ratio poſtulat vacerris includi.Sic enim appellatur genus clatrorū:idq́ꝫ roboratur ex robore querneo vel ſubereo.Clatrare apud eundē pro in trāſuerſum cōtexere. Nec ſumma frequenti,ſed ſummoq́ꝫ frequenti lege hoc ſenſu,Ne dubita viſcera terræ miſta ſummo,id eſt a ſuperficie ſua,ponere,reſupinare,ſternere cum frequenti ceſpite cū terra herboſa: hoc ſenſu,ne dubites cōfodere terrā & miſcere ſummitatē ceſpititiā cū intimis terrę viſceribus effoſſis.i.radicibus.hoc eſt,ne dubita terrā bipalio aperire.In priſco codice nihil additū eſt, ſed legitur,& ſummo feruenti.hoc ordine,ne dubita viſcera terrę mixta in ſummo,hoc eſt ſummitate ſua ponere cū feruenti ceſpite,hoc eſt frigida viſcera terrę miſcere cū glebis feruētibus,id eſt ſole concoctis.Superficies enim terræ ꝓpter ſolis ardorem calet:interiora terrę frigeſcunt ꝑ circuitū.Igitur cū vellet ſignificare terrā vertendā eſſe,ait,interiora ponēda cū ſuperioribus:qđ fit cū terra reſupinatur.Quidā frequētia legūt. POMP.Quę canis.)frigus vt ardor vrit,efficitq́ꝫ aduſtiōe fertiliores glebas.ideo Ciſalpini cinerē maxime probāt in ſtercorando agro. Canis.)qa frigoribus & gelicidijs albeſcit ſuperficies telluris. Irę.)impetu & viribus.

De ventis. De ventis ſic Plinius, Subſolan⁹ ventus eſt qui ſpirat ab oriente ęquinoctiali:ab ortu brumali vulturnus.illū Gręci Apheliotē,hūc Eurū appellant.Meridie auſter:ab occaſu brumali Africus:notum & liba nominant.ab occaſu eqnoctiali fauonius.ab occaſu ſolſtitiali chor⁹,Zephyrum & Argeſtem vocant.a ſeptētrionibus ſeptētrio:interq́ꝫ eū & exortū ſolſtitialē aquilo aparctias dict⁹ & Boreas. Poſt vbi Ryph.)

Ryph. mo. Ryphei mōtes ſub ſeptētrione vltimi,vnde credūt ſpirare Boreā,qui maximas habet hyeme vires. Zephyrus ſpirat vere.

Lyra. Lyra.)occidit.iiij.Nonas Feb.aliqui volunt Cal. Feb. & noctu qñ,etiā occidūt terga leonis vt Igini⁹ait.Ouidi⁹ in Faſtis,Illa nocte aliquis tollens ad ſidera vultum,Dicet vbi eſt hodie quę lyra fulſit heri? Dumq́ꝫ lyrā q̄rit medij quoq́ꝫ terga leonis,In liquidas ſubito merſa notabit aquas.Lyrā hanc effecit Mercurius in Mytilineo mōte Arcadiæ: inde Orpheo traditā dicunt.Alij dicūt hanc lyrā conceſſam Orpheo ab Apolline poſt repertā citharā. interfecto Orpheo muſę lyrā in cælo poſuere.Alij Arionis lyrā eſſe aiunt,qui fuit teſte Herodoto lib.j.tēpore Cypſeli tyrāni Corinthiorū prim⁹ oīm cithariſtarū. Hyrūdo.)quę ver adnūciat.

Ruder. Rudere.)Ruder inſtrumētū ſimile ſtyphoterio ad vehenda ſtercora & immūditias idoneū. Ieiunia.)macilētiā & ſterilitatē terræ.Qualos inſtrumēta ſilia ruderibus:vñ quaſilli. Pabula)ſtercora & fimū. Nouale.)ager dicitur qui alternis annis ſeritur. Equora.)planitiē terrę.

Marra. Marra.) inſtrumentum ad excidendas herbas. Ligo.)inſtrumentū foſſoribus omnibus neceſſariū Vbera.) māmas.ſ.cumulos ſtercoris: & vbera.i.pinguia ſoluāt & miſceātur toti macięi.

Sarcula. Sarcula.)inſtrumenta ruſtica.quæ vulgus vangas dicit.

Fori. Fori.in agro ſunt parui ſulci & oblongi.item fori pro ſedibus & penatibus & fori nauibus quibus nautę ſedentes remigāt. Pectita.)polita & ſubacta. ſqualor enim ꝓcedit cū terra eſt inculta,quia frigora ſqualorem & horrorem vbiq́ꝫ p̄bent.Herbę cum floreſcunt,dicūtur eſſe ſidera terreſtria.

Viola leucoia. Leucoia.)Florum vere prima: viola leucoia.i.alba.tepidioribus vero locis, etiam hyeme micat.

Caltha. Calthę.)Proxima violę Caltha eſt ampliſſima,nūero foliorū vincit:grauis tñ, marina odoratior.

Narciſſus. Narciſſiq́ꝫ.)Eius duo genera in vſu medici recipiūt,vnū purpureo flore,alterum herbaceo. etenim a Narce Narciſſus dicitur, non a fabuloſo puero. Differtq́ꝫ a lilio hoc modo ꝙ Narciſſus in radicibus folia habet ꝓbatiſſimus eſt in Lycię mōtibus.Narciſſi vero pueri monumētū in ora Beotiæ,ꝑ quod tranſeuntes ſilebant: vnde taciturnuꝫ vocabant.

Leo herba. Leonis.)Herba leonina in montib⁹ naſcitur,cuius flores cum emittūtur, ſimiles ori leonino aperto.Eſt etiam alia hęrba quę vocatur cauda leonis:quā græci dicunt hippotiſſim. Hiacynthos.) Hiacynthum comitatur fabula duplex,luctū pręferens eius quē Apollo dilexerat:aut ex Aiacis cruore editi ſunt Hiacynthi,ita venis diſcurrētibus,vt gręcarum literarū figura legatur inſcripta.prouenit maxime in Gallia,cui⁹ radix eſt bulboſa.Sūt hiacynthi albi & cerulei.

†victura. Viola. Viola.)ei⁹ genera plura:lutea,purpurea,alba: ſed purpurę latiora folia ſtatim a radice carnoſa exeūt.vnde hiacynthina veſtis appellata. Maxima authoritas luteis.genera alia tuſculana,marina,calatina quę autumno prouenit:cæterę vere.

Roſa. Roſa.)naſcitur roſa melius ſpina q̄ frutice.ei⁹ genera hæc fecere maiores,prænestina,campana,mileſia cui fuit ardentiſſimus color.trachina,alabandica,centifolia,græcula,autūnalis quæ & coroneda appellatur. Roſæ & coronis inſe

Ipſe ferens olitor diductos pondere qualos,
Pabula nec pigeat feſſo præbere nouali
Immundis,quæcunq́ꝫ vomit latrina,cloacis,
Denſaq́ꝫ iam pluuiis,durataq́ꝫ ſumma pruinis
Æquora dulcis humi,repetat mucrone bidentis.
Mox bene cum glebis viuacem ceſpitis hęrbam
Contundat marræ,vel fracti dente ligonis,
Putria maturi ſoluantur vt vbera campi.
Tunc quoq́ꝫ trita ſolo ſplendentia ſarcula ſumat,
Anguſtoſq́ꝫ foros aduerſo limite ducens
Rurſus in obliquum diſtinguat tramite paruo.
Verum vbi iam puro diſcrimine pectita tellus,
Depoſito ſquallore nitens ſua ſemina poſcit,
Pingit & in varios terreſtria ſidera flores,
Candida Leucoia,& flauentia lumina calthæ,
Narciſſiq́ꝫ comas,& hiantis ſæua leonis
Ora feri,calathiſq́ꝫ virentia lilia canis,
Necnon vel niueos,vel cæruleos hyacinthos.
Tū quę pallet humi,quę frondens purpurat auro,
Ponatur viola,& nimium roſa plena pudoris.
Nunc medica panacem lachryma,ſuccoq́ꝫ ſalubri
Glaucea,& profugas †vinctura papauera ſomnos
Spargite,quæq́ꝫ viros acuunt,armantq́ꝫ puellas.
Iam Megaris veniant genitalia ſemina bulbi,
Et quæ ſcilla legit getulis obruta glebis,
Et quæ frugifero ſeritur vicina priapo,
Excitet vt Veneri tardos eruca maritos.

rantur,& virgines decent,ideo & pudorē p̄ se ferunt. Panacem)Panaces,vt ait Plinius, ipso vocabulo remedia pro Panaces
mittit.Laudatur Achilea qua vtebatur Chirō.Aliq̃ ligusticū ex gn̄e panacis volunt. Panaces ex vtroq; tp̄e,lęui & sub
acta terra,lęui raro differitur.Inuenitur & eius gn̄is q̃ pipis saporem habet: ante illi nomen piperitidis. Ligusticū,
quod in Ligurię montibus nascitur.& vbiq; suaui⁹ est satiuū. Glaucea.) syluestriū herbarū vnum gen⁹ erraticum Glaucea.
vocant,nigrū,cubitali altitudine,radice crassa & corticosa, cauliculo iflexo,vt cornicula. Nascitur potissimum iflatu
maris vndę.aliq̃ Glauceū appellāt, alij paralion.eius radix acetabuli mēsura cocta in duob⁹ sextarijs ad dimidias da Paralion.
tur lūborū vitijs. Papauer.)satiuū & spōte nascēs:eius duo gn̄a albū & nigrū.E nigro sopor cōcipit. Albi,caulis te= Papauer.
ritur,& cū vino bibit,Elephātijs medetur.Papaueris satiui tria sunt gn̄a, cādidū, cuius semē tostū in secūda mēsa cū
melle apud antiquos dabatur.Alterū nigrū,e cui⁹ scapo inciso lacte⁹ succus exprimitur.Tertiū gen⁹ Rhœā vocāt. Id Bulbi.
nostri erraticū qđ sponte q̄dē,sed sponte cū ordeo nascit Erucę simile.succū papaueris medici Opion appellant. Bul
bus meg.)hos maxime celebrat Cato:sed & bulboꝝ nobilissima est Scilla.Genera bulborū græcis noib⁹ notantur,dif=
ferūtq; odore,suauitate,sapore,colore,magnitudine,oīaq; feruētis naturę sunt,ideo libidinē accēdūt.Megarēses popu
li sunt in Gręcia.Pythagoras de bulbis librū cōposuit Megarēsibus.M.Varro & Apitius scribūt,aqua decoquāt bul=
bos,q̃ Veneris vsum q̄rūt:hoc modo in nuptijs apponunt:hoc plus addit Apitius, cū nucleis pineis & erucę succo.& Silis
pipe. Getul.orb.gl.)Hic intelligēdū puto de sile:cui⁹ genera tria.Optimū Massiliēse.i.getulicū, grano fuluo: secūdū
æthiopicū,nigrius:tertiū Creticū,odoratissimū.Folia eius vtilia,q̃a partus adiuuant.hoc maxime pasci dicunt cer=
uę pariturę.Aliq̃ itelligūt de Cipero q̃ est gladiolus radice bulbosa.laudat i Creta, Phœnice,Naxo,Pōto:nulli inferior Ciperus.
ægyptius & getulicus:nā & ibi nascit p̄cipue. neq; est alia herba q̄ celerius & vehementi⁹ sopitā Venerē reuocet,vt scri
bit Theocritus.Apollodorus ait Cipero fœtas fœminas abortiuas fieri.ideo si fœmina appetit, ante cōceptū cōme=
dat.Et est alia herba similis Cipero,cuius radix appellatur Zinziber.apud nos immutatis literis,gingiber.Alij dicūt
esse lothon. Eruca.)tota veneris est ei⁹ etiā semē scorpionis aranei murisq; venenis medet:bestiolas corpori innascē Eruca.
tes arcet.in cōdiendis obsoniis miri saporis est.Lētigines ex aceto fugat,cicatrices reducit ad candorē cū felle bubulo
æstate siue hyeme sata facile erūpit, lactucis pro temperādo algore miscetur.ideo olitores cū lactucis vendūt. Eruca
seritur prope Priapi statuam quia cū calida sit,Venerem incitat.

Iam breue chærophylum,& torpenti grata palato
Intiba,iam teneris frondens lactucula fibris,
Alliaq; infractis spicis,& olentia late
Vlpica,quęq; fabis habilis fabrilia miscet.
Iam Siser,Assyrioq; venit quæ semine radix,
Sectaq; præbetur madido sociata lupino,
Vt pelusiaci proritet pocula zythi.
Tempore non alio vili quoq; salgama merce
Capparis,& tristes inulæ, ferulæq; minaces
Plantantur,necnon serpentia gramina mentæ.
Et bene odorati flores sparguntur aneti,
Rutaq; palladiæ baccæ victura saporem,
Seq; lacessenti fletum factura synapis,
Atq; olerjs pulli radix,lachrymosaq; cepa
Ponitur,& lactis gustum quæ condiat hęrba
Deiectura quidem fronti data signa fucarum,
Vimq; suam iccirco profitetur nomine graio.
Tum quoq; conseritur,toto quæ plurima terræ
Orbe virens pariter plebi,regiq; superbo
Frigoribus caules,& veris cymata mittit.
Quæ pariunt veteres cesposo littore Cumæ,
Quæ marrucini,quæ signia monte Lepino,
Pinguis item Capua,& caudinis faucibus horti,
Fontibus & Stabię celebres,& vesuia rura,
Doctaq; Parthenope Sebethide rosida lymha,
Quæ dulcis Pompeia palus vicina Salinis

Frugifero).i.abundāti. Cherophyllum.)ipso vo
cabulo pręcipit & significat esse perbreue.i.q̃a fron Cherophyl
dibus luxuriat,& nō virgulto: q̄re a folijs luxuriā lum.
tibus nomen accepit. Intiba ipatientiora frigoris Intiba.
sunt q̃ lactucę: psunt tamen fastidioso palato,cau
le nō minus grata,q̃ folijs ac radicibus:Serunt ver
no tēpore,vltimo vere plantę transferunt, & erra
ticū intibū qđ ægyptij Cichoriū vocant. BAP. Cichoriū
PIVS.Cichorea iā.) Scribendū intiba iā tenebris:
ita habēt antiq̃ codices:q̄m secūda vocalis in dictio
ne Cichoꝝ pducit. sic enim gręce scribit κιχώριον
nec intibū cū y gręco scribit vt indoctiores putāt.
nā vox nō gręca est sed Romana.græce vocatur σε
ριοσήμερος aliqui πικρίδα.Romani intibū agre=
stē.author Dios.lib.ij. hanc tamē esse duplicē tra=
dit esse Pedacius, quarū vna est agrestis,amara,
& cichorion appellata. Nec mirū si Columella tra
dat,Torpenti grata palato. Dioscorides tradit eā
esse εὐστόμαχον. Eius verba sunt hæc, ὧν ἡ μὲν ἀ=
γρία πικρίς ἡ κιχώριον καλουμένη. ἡ δὴ τίς ἐστι
καὶ φυλλοτέρα καὶ εὐστομαχωτέρα. Quidam
hic cichora scribunt sed nugantur. Plinius intibū
ægyptios cichorion appellare tradit, & refrigera=
toriam vim habere.quod quidē pter singularem
salubritatem quidam Chreston, quidam pancra=
tion appellant.de quo Virgilius,Et amaris intiba
fibris. POMP.Aliū)per simplex l scribitur.ei⁹ Alium.
vis feruet ideo venaticis medetur. huic pximū est
Vlpicū,qđ quidā aliū punicū vocant: spicas habet
incremēti lōge maioris q̃ aliū,odoris etiam acutio
ris,lyratim seritur spatio palmari, sic & spicę alij
leuiter desiguntur. Queq; fabis.)vno versu dicit
ꝯdimēta mlt̄a.Sisimbrū,serpillū,nepetā, pulegiū,
timū.Verū in cōdiendis fabis hęc adhibent.Sisim
brū serpillū cū porro sectiuo,& liquamine vl̄ oleo.
Apitius tn̄ aliter condit,sed magis saluti q̃ sapori
cōfert.Plini⁹ lomentū fabacijs miscet.sunt em̄ fa=
bę cōuiuia fabroꝝ. Iā siser.)Tiberi⁹ Cęsar siser oī Siser.
bus annis nobilitauit a Germania flagitās.Geldu Gelduba.
ba castellū est rheno imminēs,vbi gnōsum siser na
scitur:ex quo videtur frigidis cōuenire locis.coq̃tur,inde neruus ex eo facile extrahit,postea mulso infertur. Assy=
rioq;.) Sequitur Syriaca radix ab hortis Syrioꝝ translata.Inde prouerbiū,Multa Syriorū olera:q; Syria sit in hor=
tis oposissima. Hui⁹ gn̄is est Rubra tingendis lanis apta,saxosis & asperis locis nascens,p̄cipue trans Euphratē cau
le ferulaceo tenuiq;.indigenę tn̄ vicibus vtunt:mireq; expetitur flore sine odore spinoso & vliginoso.Interdum made Rubra.
facta lupinis miscetur pro gustu suauiorē incitat.quæ pocula ægyptiorum,qui cum minime vinū non habeant, hoc Zitum.
habent poculi genus,vt Plinius scribit,Zitum & Ceruisiam.Sed Diodorus de Zito latius lib. v. ferunt Bacchum in
peregrinatione terrarū,vsum vini docuisse,& vbi cæli status & natura terræ vites non ferret:potum ex ordeo con=
fecit paulū a vino differentem:quē nōnulli Zitum dicunt.Hoc & Osyris in ægypto primum docuit, & in Thracia,
nisi quod verū est,Bacchum & Osyridē eundem putes. Assyrio semine)quæ assyria prius dicebatur postea & Syria
nominata est,& Syros vna ex Cicladibus insula:vbi ortum duxit Pherecides Syrius. Vt pelusiaci.)Pelusium in
quadam parte ægypti est,quæ Augustanica est nominata prope Thebaidē.Pelusium vrbem condidit Peleus Achillis Pelusium.
pater monitu deorum post lustrationē lacus,qui alluit Pelusij mœnia.Eo enim tempore Peleus furijs agitabatur

quia fratrẽ Phocũ intermerat & purgari quærebat. BAPT.PIVS. Vt Pelusiaci.)Scio Zythi ꝓ Zythij vsurpari: est compositio facta ex gith.de quo scribit Plini⁹ aliquos id Melãthion, alios Melaspermon appellare: optimũq; excitatissimi odoris & q̃ nigerrimũ. Colligit̃ succus eius vt hyosciami, similiterq; largius venenũ est, qđ miremur, cũ semen gratissime panes etiã cõdiat. Plautus. Gith excalfactas. Pelusiacũ appellat̃ quasi Alexandrinũ, a Pelusio ostio Nili. Q̃ Alexandrini vtuntur Zutho, docet Galenus in enarratione sententiarũ Hippocratis lib.ij. his verbis, Nam si quis nouella ætate victitet Alexandrinoꝝ more, salsamenta, porrũq; mandens, necnõ adhibẽs Zuthũ: senex ꝓo nihil eiusmodi sumẽs lentẽ esitet, austerũ epotet, nõ male dixeris, haud quaq̃ ætatis ratione ꝑmutari deiectiones. POM.

Salgama Salgama est quicq̃d ad vsum totius anni conditur, vtputa, mala, pyra, fici, vua, rapę. Inde Salgamarij q̃ salgama ven

Salgamarii dunt. & in salgamis cõdiendis loca frigidissima & siccissima esse debent, ne mucore corrũpãtur. Nunc Zythũ cupit, qa

Capparis nullo alio tẽpore vilior est salgama. Capparis.)seritur in siccis locis area circũ effossa structis vndiq; aut ex natura ripis, aut ex artificio lapidũ, vt luxuriari ꝑmittatur: strãgulat enim loci fertilitatẽ, æstate floret. viret etiã post ver

Inula giliarũ interitũ. Inula suo aspectu ac natura tristitiã affert: seritur interuallo quadrãtali ac stercorato loco: in frutice crescit, radicibus serpit vt harũdo, cõmanducata a ieiunis dẽtibus ꝓdest, eius radicis succus tineas pellit: siccata in

Ferulæ vmbra cũ thuris farina tussientibus ꝓdest: & venenatis morsib⁹ obsistit. Ferulę.)Pędagogoꝝ sceptra, vt Martia. ait. & pueris timori sunt. Senio ꝓpter leuitatẽ adiumẽtũ pstant. Quibusdam in locis pro nutrimẽto ignis, furnis & focis admouent̃: subsellia ex ijs etiã fiunt. earũ semen cum caule ante maturitatẽ cibis adhibet̃, si cum melle sumitur, cib⁹ talis stomacho vtilitatẽ pbet, caput tñ grauat: iratã hyeme negligũt ferulę. Prometheus his ad solẽ adactis, mor=

Menta talibus ignem restituit. Mentę.)Menta mons est vt Strabo meminit, dictus a Plutonis pellice, quã Proserpina in herbam mentã mutauit. Hinc Pluto donũ amoris petẽti virile membrũ tradidit, qđ a se mentulã noiauit. Sed Plinius ait, Mẽtę nomẽ suauitas odoris dedit. Gręci mintã nominant, videturq; dicta menta, q mensas grato odore percurrit. seritur meli⁹ surculo q̃ semine. Anethũ & Anesum, vt culinas, ac medicoꝝ officinas excitet, seritur: quemad=

Ruta modũ git pistrinis, calidam habent vim, venenis aduersantem. Rutaq;.)Rutæ vis venena extinguit. in medicaminibus multũ ideo potestatis habet. ex ea conficit̃ memorabile antidotũ: quod Leneus Magni Pomp. libert⁹ victo Mithridate in arcanis regis regia manu scriptũ cõperit, prõnoq; attulit. Imperatorq; optimus nõ minus gauisus est regia trophea in gremio collocasse Iouis q̃ hoc ciuibus suis afferre, at libertus cui⁹ vitam & doctrinã lib.j. Trãquillus scribit sicuti pleraq; Mithridatis inuenta, sic & hoc ꝓ ĩbecillitate salutis hoĩm literis mãdauit. Rutaq;.)Rutę pterea manipulus, si liquamẽ vel oleũ defuerit, admixt⁹ dapibus, & liquaminis & olei vicẽ pstat, ac escã sapidiorẽ facit. Q̃ venenis aduersef̃, argumẽto est mustella, cũ id cibi pgustet pugnatura cũ serpente. Pallad.bac.).i.olei, qa oliua dicata est Palladi, vt in cunabulis Athenarũ conspicit̃. Silius. Nullaq; palladia sese magis arbore tollit. Martial. & Palladis

Sinapis arbor. Sinapis.)prosilit cum tanta acrimonia vt lachrymas ciat comedẽti: plãta melius transfertur. Pythagoras tria genera facit. vnũ gracile, alterũ simile rapę folijs, tertiũ Erucę. vsus ei⁹ in pulmentarijs est, cũ in patellis decoqt̃. Semẽ tritũ admisto musto ac melle ac vua passa, nec nõ defruti paululũ ꝑfectionẽ gustu suauẽ efficit: qua vrbs nostra

Olus atrũ. hyeme vtitur. nec decrescit si adijcias cinama & cariophales. Sinapis & syluestris & fatua est. Olus.) Olus atrum ad macerias seri gaudet, qa vmbra fouetur, si alternatim frutices legeris in vno quoq; loco, conualescit: & si radicit⁹

Cepa non euellas, æuo durabit. Pulli).i. atri. terrã pullã nigrã dicimus: & pullatos ꝓceres, a colore vestium. Cæpa.)incrementũ habet capitis, vno surgit frutice, cõdimentis apitianis apta, Aegypto numẽ fuit, ea rex Numa Iouẽ delusit, humorẽ ex oculis comedẽti ꝓuocat: ideo ipso olfactu oculorum caligini medetur. Syluestris est & fatua. Si capita cæparum & aliorum & vlpicorum aqua salsa & tepida ꝑungantur, & sicco loco boreæ obijciuntur, diu durant. Poni=

Lepidium tur & l.g.)Peregrinũ fuit lepidium: pfertur & Inulę & Origano. cum fructificauerit post sationem, ad terram pcidi= tur, & stercoratur, quia solet hyemis violẽtia emori. vsus eius nõ nisi cũ lacte qđ reddit, sapidius. Plinius ait, Lepidiũ in facie cutẽ emẽdat, cũ cera & rosaceo lepras tollit, & vlcera cicatricũ, dentium dolores alligatum brachio compescit. Columel. dicit q lepidiũ deijcit signa & vlcera quæ mulieres sibi ex fucis fecerunt. Nomine g.)quia leprã tollit quæ græce lepis lepidos dicitur, & vlcera faciei ex fucis. similis videtur leprosæ formæ. BAPT.PIVS. Ponitur &.)Lego focorum non fucarũ: & lepras mentagras & id genus acuta vlcera intelligit. Nõ posses, qđ tñ putant aliqui, ad vlcera facta vi fucorum & cerusarum cęterarumq; offuciarum vim smecticam, id est emarginatiuam hoc referre, repugnat te syllaba. sed cum proponat Columella dictionẽ lactis, libet referre ad oxygalã hoc est lac acetosum, qđ fit ex lepidio, quo tolluntur cicatrices iniustę cauterio. & focorum referemus ad vim causticã per cauterium illatam: quod apparet ex his Columellę verbis lib. xiij. & Plinij. xx. Possis p signa focorum cauteria etiã lepras intelligere quę ignis vim habet. Vimq; suã iccirco &c. sic intellige, Herba cũ exulceret & tollat acuta vlcera, lepidiũ: dicit̃ q ab eo lacte acuto id est oxygala tollitur λεπίσ, hoc est tunicula. Vel lepidium dicitur a gręco λεπίζω, hoc est decortico. a nomine igit̃ Graio

Brassica deriuatur. POMP. Tum quoq;.)Postea serenda est Brassica quę & nobilibus seruit & plebi, & hyeme caules emittit. verno tempore cimata. Inde describit brassicarum genera. M. Cato tria ponit genera in illa simplicitate. Septẽbrina, latis folijs, caule magno. Apia, quę est crispa. Tertia, minutis caulibus acerrima, oĩm lenis vocatur. postea brassice medicinis enumerat, quibus solis vtebatur illa ætas. ideo accepimus P. Rom. quingẽtis ãnis remedijs tm̃ ex brassica vsum. Volumẽ de ea Chrysippus edidit. & Pythagoras parcius celebrat, M. Varro probat, Plinius rusticitatis amator laudibus effert, aitq; gręcos septẽbrinã appellare Aeliam, & Apiam similitudine foliorũ apij dictam, oliuasculam dicere leuem crambẽ. seritur toto anno, & post cymata cauliculos educit, quos Caius Apitius probat, sapidissimeq; condit. quo demũ apponente Drusus Ce. Ti. Cæsar. f. fastidiuit non sine parentis castigatione. Quid est qđ præterierit gula? Item Apitius sapidioris ganeę compositor, plantandam brassicam iubet in fimo asinino. Sunt & ei⁹ alię species. Cumana, sessili folio, capite patulo. Aricina, numerosioribus folijs. Triziana bis incõputabili impendio. Põpeiana, ꝓceriore caule, & infra folia crassescit, frigoris ĩpatiẽs & excessioꝛib⁹. Brutia grãdibus folijs, sapore acuto. Sabellica, crispis folijs, crassissimo caule. Lacuturnina nunc lacu turris, quia vbi Turni lacus fuit, postea turris remanet in valle aricina. Additur & tyburtina & silarensis & aricina, quæ non in conualle, sed in quodam cãpo Ariciæ seritur. Est & brassica syluestris, quæ maxime Catoni celebrata. Stabiana vero ad furcas Caudinas, tenerrima est. Parthenopẽsis, thyrsuta. Vesulina, amarior: sed interdum gratior. Marrucina rubra paulu3, paucis folijs. Signina breuior crassior, & sapidior: super ea non liquamẽ, sed oleum infundatur. Est & Cappadoca, folijs tenuioribus, caule pene nullo, potiusq̃ in florem exeat contra boream & niues & gelicidia, se frequentibus tunicis vestit spissatq;, vt vix prima folia discernantur hyeme. hæc mensis apponitur: addito tñ pipere cũ multo liquamine bubulo admixto & Arietino & suillo. Sed paulum præter hæc minus sapit. Germani eam sale & oleo tabefactam condiunt in fictilibus ad totius fere anni cibaria, hoc nostris Italis nimiũ gracili palato fastidio est. Vtuntur tamen & aliqui intra italiam, quos an Italos appellem ambigo. Iterum ad cauliculos redeo, quos Apitius sale aspergi iubet, anteq̃ coquas, maceratos: quæ aliquantulum inferri in aquam, & cum feruerint paulum eximi, oleumq; infundi. Cumæ.) Ciuitas in Campania Chalcidensium opus. Marrucini.)populi sunt in regione Marsoru3. Silius lib. viii. Marrucina simul frẽtanis æmula pubes. Signa vrbs est in Campania in Lepino monte posita. Stabia vetus oppidum in Campania fuit, qđ Lucius Sylla legatus bello sociali, missus a P.R. calend. Maij deleuit: & in villam abijt. Huius ex agro decurrunt paruę

fluuij, sed amœnissimi versus furcas Caudinas. Vesuuius siue Veseu⁹ mõs ꝓpe Neapolim & pomis & conflagratione insignis, vno tẽpore fatũ Saleio Basso poetę, & Plinio attulit. Sebetos fons est Neapoli, cuius aqua vicatim decurrens, omnes fere vsus Neapolitanis ꝓstat. Papinius lib. j. syl. Et pulchra tumeat Sebetos alumna. Põpeij.) Põpeiorum oppidum fuit in planitie situm prope Sarnũ fluuiũ. De Pompeijs mentionem facit Cato in re rustica, & Pap. in syluis, Et Pompeiani placeant magis ocia sarni. Salinę Herculeę prope mare sunt, vbi Herculaneũ Pompeij;

Herculeis, vitreoqꝫ siler qui defluit amni,
Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli,
Et Turni lacus, & pomosi Tyburis arua,
Brutia quæ tellus, & mater Aricia porri.
Hæc vbi credidimus resolutæ semina terræ,
Assiduo grauidam cultu, curaqꝫ fouemus,
Vt redeant nobis cumulato fœnore messes.
Et primum moneo largos inducere fontes,
Ne sitis exurat concepto semine partum.
At cum fœta suos nexus adoperta resoluit,
Florida cum soboles materno pullulat aruo,
Primitiis plantæ modicos tum præbeat imbres
Sedulus irrorans olitor, ferroqꝫ bicorni
Pectat, & angentem sulcis exterminet herbam.
At si dumosis positi sunt collibus horti,
Nec summo nemoris labuntur vertice riui,
Aggere præposito cumulatis area glebis
Emineat, sicco vt consuescat puluere planta,
Nec mutata loco siccos exhorreat æstus.
Mox vbi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles
Signorum, & pecorum prĩceps caput efferet vndis,
Alma sinum tellus iam pandet, adultaqꝫ † poscens
Semina depositis cupient denubere plantis,
Inuigilate viri, tacito nam tempora gressu
Diffugiunt, nulloqꝫ sono conuertitur annus.
Flagitat ecce suos genitrix mitissima fœtus,
Et quos enixa est partus iam quærit alendos,
Priuignasqꝫ rogat proles, date nunc sua matri
Pignora, tempus adest, viridi redemite parentem
Progenie, tu cinge comam, tu digere crines,
Nunc apio viridi crispetur florida tellus,
Nunc capitis porri longo resoluta capillo
Lætetur, mollemqꝫ sinum staphilinus inumbret.
Nunc & odoratæ peregrino munere plantæ
Sicaniis croceæ descendant montibus Hyblæ,
Nataqꝫ iam veniant hilari sampsuca Canopo,
Et lachrymas imitata tuas Cinereia virgo,

Siler siue silarus, fluuius qui diuidit Lucaniã a Picentinis Campanorum. cuius aqua virgulta in durescũt, vt scribit Cilius. Sabelli ppl'i a Sabinis orti fuere: habitãtqꝫ montes, qui sunt intra Sabinos & Marsos. Brutij, serui & pastores Lucanoꝝ fuere. inde aufugerũt & futrim in regiõe ꝯsederũt, vbi Consentia est, quę fuit eorum Metropolis, quã regionẽ prius Ausones habitauerunt. Brutij multo post tempore, & ab Annibale, & a Rom. ꝓpter eorum perfidiam deleti pene fuere: sine dignitate, sine honore ad seruilia semper opera coacti. Hæc vbi) Vbi hæc semina ieceris, cura vt diligenter foueas sata, ne aut auiũ rostro carpant, aut pedibus calcentur. Sic solent cumulato fœnore venire messes. nec obliuiscaris inducere aquas, ne sitis partus cõsumet: & cũ eruperit sata, parco imbere irroret, & si opus fuerit, pectat. Eximatqꝫ angentẽ. i. lãguẽtem herbam. Si vero in collibus fuerit hortus, ad quẽ nec riui, nec fontes ꝑcurrunt: expecta quousqꝫ sol arietem ingrediatur: hucqꝫ transfer plantas, quę consuescant puluere. Mox vbi.) Aries inter astra collocat⁹, qa tulerit Phryxũ & Hellen tectos nube. xj. Calend. April. sol in Arietem transitum facit. Aries princeps signorum, vel ꝙ antiqui principium anni a Martio fecerunt, vel ꝙ dignissimũ sit ouillũ pecus oĩm pecorũ. M. Varro dicit lib. ij. antiquos huic pecori tãtũ tradidisse, vt fabulę canãt lanas habere aureas. Vnde Hercules cum hunc in hortis Hesperidũ inclusisset, putauerũt terrã illã educere mala aurea. nã & ouis græce mela dicitur. Hac etiã de causa Iason cum Argonautis properauit, arbitrans, phryxeũ arietẽ lanam habere auream. non ab re pastoralẽ vitam beatam dicebant. Aries †pascens
BAPT. PIVS. Mox vbi nubigenę.) Nubigenę interpretare non geniti ex nube: sed ex nephele quę sonat nubem. hinc Ouidi⁹ Helles nepheleidos dixit. Athamas enim filius Aeoli frater Crethei genuit Phryxũ & Hellen ex Nephele vxore. Nec portitor helles, hoc est aries qui Phryxum gestauit: sed Hellen pauidulam in mare deiecit, qđ a casu puellę Hellespontus vocatur: ideo nec portitor helles dicitur ꝙ eam non transuexit. Ordo autem, mox vbi portitor phryxi, nec id est non autem helles, quia Helle cecidit in mare. Portitor a portu non a portando: & qui aliter sentiunt parum latine sentiunt.
POM. Inuigilate.) sic Ouidius Tempora labũtur tacitisqꝫ senescimus annis, Et fugiunt freno nõ remorante dies. ideo inuigilate, & date quod terra poscit. BAPT. PIVS. Priuignasqꝫ rogat.) Solet ambigi quidem quid in eo versiculo velit Columella. quod vt intelligas scito priuignum eum vocari qui filius est eiusdem matris, sed nõ patris. victricus maritus meę matris, sed non genitor meus. Sunt enim relatiua victricus & priuignus. Hærbę quæ transferuntur in aliam terrã, dicuntur illius priuignæ: quoniam transferuntur ex sinu materno in terram nouercam. vel secundum Aesopi sententiam locutus est, qui dixit terram esse matrem herbarum, quæ sponte nascerentur: nouercam vero earum quæ seminarentur. cum igitur hæ serantur habent terram loco nouercæ. POMP. Crispetur.) A natura Apij quod crispum est, Apium dicitur ab apice, quia antiqui apicem capitis apio coronabãt. Nunc c. porri.) Porri duo genera, sectiuum & capitatum. sectiuo vero Cęsar authoritatem dedit, edens singulis diebus cum oleo pro conseruanda voce. Post sationem. s. desecat, vt capite fiat crassius. Laudatissimũ in Aegypto: mox Hostię atqꝫ Aricię. Sectiui duo genera. alterũ, quo vtuntur medicamentarij: alterum, flauidioris folij. cuius succo hausto trium denariorum argenteorum pondere, perijt Melas eques Rom. in carcerem detrusus, iussu Tybe. Cæsaris. Staphilinum, pastinacam erraticam Plinius vocat. Apium Porrum Staphilinũ
Peregrino m.) plantẽtur etiam peregrinæ herbę, quas Hybla Sicilię mons nutrit. Sicanijs.) Siculis. Morgetes Siciliã habitauerũt: inde dicta Sicania Sicilia, & a triangulari forma Trinacria. Croceæ Hyb.) a colore floꝝ: ideo in hoc mõte apes multæ:, vnde mel Hybleũ, vt in Himeto monte Atticę. vnde mel Atticum & Himetium. Sampsuca.) Sampsucum in Cypro optimũ, scorpionibus inimicũ, succus decocti tormina discutit. Diocles hanc herbam Amaracum appellat: Aegyptus & Syria sansucum, surculo melius q̃ semine prouenit. Canopo.) Canopum in Aegypto vrbs non longe ab Alexandria: quod ferunt condidisse Menelai aurigam. Canobum inde mutata litera Canopum: salutaris aeris benigitate homines allicit. Cyreneia virgo) Cyrene siue Cyrenia virgo fuit, filia Penei regis Arcadię Hybla Sicani Sampsuca. Canopum. Cyrenia

quã rapuit Apollo in monte Pelio,& in Aphricã quæ vergit in Aegyptum transtulit: ex qua filios suscepit quatuor, Aristeũ,Nomiũ,Autcũ,Argũ. Ab hac vrbs Cyrene dicta: quã ꝯdidit Batt⁹ Cyrni fili⁹ Thessalus. Herodot⁹ vero dicit Battũ miscuisse se Cyreneis. Battus pater Archesilai,qui ex phryxo vxore alium creat Battum. Battũ vero Cyrini filiũ nõ dicit Herodotus,sed Polymnesti ex nympha Ethearci regis filia,eiecta in mare, odio nouercali: quæ peruenit ad insulam Teream,cuius erat rex Polymnestus. Cyrnus rex Corsicę fuit,quæ Cyrna ab eo dicta, fuit prius Terãne nominata,quia Terãnei Thessalię habitauerunt. Nunc loquitur de Cynara regis Thracię conuersa in florem lachrymãdo. vt ex lachrymis Helenę nata herba,quã appellãt heleniũ Ordo sic est, Ponat in hortis herba nata ex lachrymis Cyrnę q̃ est imitata lachrymas tuas o Cyrenia siue Cyrene. Murrha vel myrrha filia fuit Cynarę regis Cypri, & conuersa in herbã. Cynaras filius fuit Paphi,qui Cypri vrbem Paphum condidit. hęc herba ab alijs,vt Plinius ait,smirna vocatur,& est similis cicutę,sed flore ac folijs minor,cibo nõ insuauis: cum vino mẽstrua & partus cit. laudatissima in Achaia. BAPT. PIVS. Et lachrymas. Si vulgatũ codicem sequimur, per Cyreniam virginem silphium intelligemus: nam traditur Cyrenem filiam Pelei raptam ab Apolline delatam in Africam nomen Cyrenaicę regioni dedisse,vbi multum silphium nascebatur. Sed ne sic intelligamus duo obstant: ꝙ silphiũ in Italia minime nascitur,cui pręcepta canit Columella. Adde ꝙ Cyrenia adiectiuum pro nomine proprio poneretur: Cyrene nãq; scribere debuisset. Hęc omnia inuitant me,vt cynareia virgo scribam: vt intelligam de myrrha herba,quę gustu imitat succũ myrrhæ arboris. Scimus enim Cynarę regis filiam fuisse Myrrham,& cum patre concubuisse,ab eoq; profugientem versam fuisse in hanc arborem myrrhã. De qua Fulgentius lib. iij. Mytholog. Myrrha genus est arboris,de qua succus ipse exudat. Hęc patrem adamasse dicitur. Istę enim arbores in India sunt,quę solis caloribus cremantur: & quia patrem omniũ solem esse dicebant(cuius opitulatu cuncta germinũ adolescit natiuitas)ideo & patrẽ amasse dicitur. Dũq; grandioris fuerit roboris,solis ardoribus crepans rhagades efficit,per quas succũ desudat, quod myrrha dicitur: & redolẽtibus lachrymosa guttulis fletus suauis scissuris hiãtibus iaculatur. vnde Adonem genuisse fertur. Adon græce suauitas. Sed hic de myrrha herba nõ arbore intelligitur de qua hęrba Plinius lib. xix. Panax piperis odorem reddit & magis etiam siliquastrũ ob id piperitidis noĩe accepto. Libanotis. odorẽ thuris, myrrha myrrhæ. Si qs tamen pertinacius de laserpitio vellet hic mentionem haberi legat non Cyrenia virgo sed virga: Laserpitium namq; caule ferulaceo crescit. melius tamen intelligitur de myrrha: & carmen sequens ad maiorem explicationem insertum, ad eandem rem referetur. POMP. Aeacij flores. Ex cruore cęsi Aiacis statim dicitur nata herba Hyacinthus, Plinius ait. Hæc herba mulieribus medetur. Aeacij.) Iuppiter ex ægina Asopi filia genuit æacum: Aeacus genuit Peleum, Thelamonẽ, Phocum: Telamõ Aiacẽ. Aeacij igit flores, a proauo Aeaco. Amaranthi.) Amaranthus nomine ipso, nunq̃ inarescit. i. semper viuens. sed alia est herba quę a nobis semper viua dicitur. Amarãtho vero spica rubicũda potiusq̃ flos, nullius odoris. Alexãdrino palma datur: qui si in pricipio autumni decerpat, hyemales coronas complet. Nũc veniat.) de lactucis incipit loqui, quę adeo gratę, vt quosdam ciues Lactucinos in Valeria gente ab se nominauerint. Apud antiquos vnum genus lactucarum fuit, quod a copia lactis appellauere lactucam: hoc præcipue somnũ facit. Quidã fecere tria genera, vnum, angustis foliis: alterum, rotũdi caulis: tertium, sessile, laconicũ vocãt. alij colores & tẽporis & satus discreuere. nigra, ianuaria scrit: Alba, Martio: rubẽs, aprili. Est etiam purpurea lactuca, quã Ceciliam vocant. Rotunda vero & folijs latis Veneri refragatur: ideo Eunuchum vocant, Omis lactuca refrigeratiua est natura, æstate grata stomacho. hac conseruatus fuit diuus Augustinus ęgritudine ꝯsilio & authoritate Antonij Musæ medici. lactuca fastidium aufert, appetitum cit. Columella nunc hæc genera facit, & rubicũdam & fuscam cæciliam vocat: pallidã & spissis folijs Cappadocam: albicantibus folijs tartessida siue gaditanam, punicam, & abundantis lactis paphiam. hęc sola fuit apud ãtiquos Italos. Cęcilia seritur Ianuario, Cappadoca Februario, Tartessis Martio, Paphia Aprili. Cęcilia a ciue Cæcilio dicta. Cappadocia prouincia ĩ Asia proxima Bythiniæ. Tartessus vrbs fuit in littore prope Gades, vnde familia Columellæ emanauit Locus hoc nomen accepit a Tartaro, vt meminit Strabo, propter subterraneas illic cauernas. Ex hoc Homerus vnũ os inferni constituere videtur. Cypros insula in mari Pamphilio, vbi est vrbs Paphos dicata Veneri, de qua paulo ante diximus. Decimoquinto Cal. Ianuar. Aquarius incipit exoriri. Decimosept. cal. Feb. sol ingreditur aquarium. Aquarius Ganimedes est qui pocula dijs subministrat. per hunc Ianuarium intelligemus. Primo anno) quia Ianuarius anni initium. Lupercus) Lupercalia fiebant mense feb. sacra Panis Lycei arcadici. Lupercus dictus a Lyceo, quia Lycos lupus est: vel luendo: quia tũc luebatur. i. purgabatur per caprum. Nudi ẽm

Helenium.

Hyacithus

Amarãth⁹.

Lactuca.

Sed melior stactis ponatur achaica myrrha,
Et male damnati mœsto qui sanguine surgunt
Æacii flores, immortalesq; amaranthi,
Et quos mile parit diues natura colores,
Disponat plantis olitor, quos semine seuit.
Nunc veniat q̃uis oculis inimica coramble.
Iamq; salutari properet lactuca sapore,
Tristia quæ releuat longi fastidia morbi.
Altera crebra viret, fusco nitet altera crine,
Vtraq; Cæcilii de nomine dicta Metelli.
Tertia, quæ spisso, sed puro vertice pallet,
Hæc sua cappadocę seruat cognomina gentis.
Et mea, quam generant Tarthesi littore Gades.
Candida vibrato discrimine, candida thyrso est.
Cypros item Paphio, quam pingui nutrit in aruo,
Punicea depexa coma, sed lactea crure est.
Quot facies, totidem sunt tempora quæq; serendi.
Cęciliam primo deponit Aquarius anno,
Cappadocamq; premit ferali mense lupercus.
Tuq; tuis mauors tarthesida pange Calendis,
Tuq; tuis Paphien iterum iam pange Calendis.
Dum cupit, & cupidæ quærit se iungere matri,
Et mater facili mollissima subiacet aruo.
Ingenera nunc sunt genitalia tempora mundi.
Nunc amor ad coitus properat, nũc spiritus orbis
Bacchatur Veneri, stimulisq; Cupidinis actus
Ipse suas adamat partes, & fœtibus implet.
Nunc pater æquoreus, nunc & regnator aquarum
Ille suam Tethyn, hic pellicit Amphitriten.
Et iam cœruleos partus enixa marito
Vtraq; nunc referat, pontumq; natantibus implet,
Maximus ipse deum posito iam fulmine fallax
Acrisioneos veteres imitatur amores,
Inq; sinus matris violento depluit imbre.
Nec genitrix nati nunc aspernatur amorem

Sed patitur nexus flammata cupidine tellus.
Hinc maria,hinc montes,hinc totus deniq; mũdus
Ver agit,hinc hominũ.pecudũ, volucrũq; cupido,
Atq; amor ignescit menti,sæuitq; medullis,
Dum satiata Venus fœcundos compleat artus,
Et generet varias soboles,semperq; frequentet
Prole noua mundum,vacuo ne torpeat æuo,

sacerdotes luperci currẽdo lustrabant ciuitatem & verberabant pręgnantium manus mulierũ,vt faciliores essent partus, zonis ex corio capri. Mense f.)quia mense feb. fiebant parentalia.i. sacrificia inferis dijs,quę feralia dicuntur sacrificia inferorũ. Hinc dicitur mensis. Sabini dicunt februũ.i. purgamentũ: & februare,purgare, vt legitur in antiquitatum libris,vel a februario die quo ciuitas Lupercis lustrabatur, vt scribit Varro. Martius a Marte nomen habet. Aprilis a Venere, quæ Paphia dicta est.Ven⁹ nata fuit e spuma maris id est aphrodite.Sed melius aprilis ab aperiendo. BAPT. PIVS.Nunc veniat.)Quis non hęsit illi quoq; scopulo quem vellicantibus omnibus per Moderati lacteã vbertatem affert hic versus? De Corambe nihil adhuc repperi: & mendosum codicem puto.Quid si legis χαμαιδρὺό,hoc est chamędrys quæ & chamędrops & linodrys, Romanis Trispago dicitur minor. Vel legendũ erit in Columel. Corymbis aut Corymbe:hæc a Græcis appellatur Lychnis coronaria,hoc est σεφανωματικη,ab alijs athanatos, ab alijs acylonion, ab alijs ballarion,ab alijs gerãtopodion, ab alijs baurion,ab alijs sceptrum,ægyptij simeon,Romani genicularem appellãt.Flos est similis leucoio coronis aptior. Semẽ cũ vino percussis a scorpione prodest. Forte oculis esse inimica dicitur,quoniam igneo est aspectu auth.Diosc.positaq; in coronis oculos reuerberat,aspectum retundit & hebetat.Quid si Corymbe legas,& intelligas de racemis ferulę propter hęc Pliniana verba posita lib.xix.Ferulę duo genera in peregrinis fruticibus diximus. semen eius in Italia cibus est.conditur quippę,duratq; in vrceis vel anni spatio.Duo eius genera,caules & racemi: Corymbiã hãc vocant,corymbosq; quos condiunt. Omnino hic Corymbe vel corymbis legendũ est:quippe, qđ maxime Iunij sentẽtiæ congruit,ferulę grana & caules,quos tum Corymbos tum Corymbiã vocant,faciei nocere & esse venenũ.hoc vt sentiã faciunt Pliniana verba,li.xiij.Semẽ ferulę thapsiam quidam vocauere, decepti eo quoniam ferula sine dubio est thapsia,sed sui generis,folijs fœniculi,inani caule,nec excedente baculi longitudinem,semen quale ferulæ,radix candida,lacte manat,& contusa succo abdicat omnia venenata.Quippe etiam fodientibus nocet,si minima aspiret aura,intumescunt corpora,faciemq; inuadunt ignes sacri.hactenus ille.Q; si faciem tam diro veneno dehonestat & inuadit,quid illam oculo magis passibili facturam credemus? Nec obstat ꝙ thapsia & ferula distent aliquo modo : nam paruũ discrimen inter vtrãq; est,nec maius ꝗ inter Socratem & Platonem,qui cum sint diuersi in numero,tamen conueniunt in homine,hoc est in specie,& reliqua. IACOBVS CONSTANTIVS FANENSIS. Nunc veniat.) Hic quid per Corãblẽ Moderatus innui velit,nõ facile,vt opinor,inuenies qui tibi exponant. Nos Brassicam,quæ & Caulis dicitur designari ex Aristophanis in Hippes cõmentario reperimus:cuius hæc sunt verba ꝗ pulcherrima,sic a nobis in latinum translata,Crambe apud antiquos Coramble Διὰ τὸ τὰσ κορὰσ βλάπτειν,id est ꝙ noceat oculis appellata: quam ex Lycurgi oculis natam ferunt.Hunc enim Bacchus extimescens vitibus ligatum ac collachrymantẽ proiecit in mare.ex cuius lachryma caulis est natus.proinde factum aiũt,vt vitis & Brassica ἀντίπαθοσ, id est contrariam vim in se habeant. Credunt nãq; agricolarum filij,vitem,cui appensa fuerit brassicę radix, sterilescere: atq; eã ob rem Brassica primũ in symposio exhiberi,& ab ægyptijs elixa ante alios cibos comedi solita,vt ebrietatem modere. Hæc ille,quorum maxima pars etiam a Suida recitatur. Et paulo post . Sane brassicam visum hebetare etiam Galenus, Auicenna,Dioscoridesq; testantur,ebrietatem inhibere idem Auicenna,Suidas,Cato:licet Dioscorides Babylonicum tñ caulem ebrietati contrarium esse videatur sentire.Hactenus Cõstantius suarũ annotationũ ca.xiiij.& ibidẽ plura scitu digna de Raphano caule & brassica. POMP. Ingenera.)Describit vernum tempus qđ genitale animantibus herbis est & dijs : hoc etiã tempore cęlum incipit luxuriare ac mare. Pater æq.)id est Ocean⁹,cui vxor fuit thethys: Regnator aq.).i.Neptunus,cuius vxor Amphitrite: quę diu reluctata est fugiens toros, vt virginitatem seruaret. Tandẽ Neptunus Delphinum misit,qui diu nauigando peruenit ad puellam,cui persuasit nuptias:quare Delphinũ Nept,inter astra collocauit,& vere mare implet nymphis natantibus.Iuppiter etiam suscitat ignes amoris in Danaẽ filiam Acrisij qua potitus fuit,in aurum liquefactum versus. Acrisioneos)nomẽ declinatum ab acrisione,patronymicum nomen ab Acrisio.i.Danae filia Acrisij. Imbre).i.auro liquefacto.

Sed quid ego infreno volitare per æthera cursu
Passus equos audax sublimi tramite raptos?
Ista canat maiore deo,quem delphica laurus
Impulit,& rerum causas,& sacra mouentem
Orgya naturæ,secretaq; fœdera cœli.
Extimulet vatem per dindyma castra Cybeles,
Perq; Citheronem,Nyseaq; per iuga Bacchi,
Per sua Parnasi,per omissa silentia musis
Pierii nemoris,bacchea voce frementem
Delie te Pæan,& te euie euie Pæan,
Me mea Calliope cura leuiore vagantem
Iam reuocat,paruoq; iubet decurrere gyro;
Et secum gracili connectere carmina filo,
Quæ canat inter opus musa modulante putator
Pendulus arbustis,olitor viridantibus hortis.
Quare age quod sequitur,paruo discrimine sulci
Spargantur cęcis nasturcia dira colubris,
Indomito male sana cibo,quas educat aluos,
Et satureia thymi referens,tymbræq; saporem,

Sed quid ego.)Dicit hæc canenda esse a poeta cui mera laurus frontem cingit.Laur⁹ dicata Phœbo,vel ꝙ fulmine non tangatur, vel ꝙ Daphne prima amata a Phœbo in laurũ sit mutata. Delphica.)In Phocide duę clarę sunt vrbes, vbi oraculum Apollinis Pithij,& Elatea opportuno sita loco. Orgya Bacchi sacra sunt,quæ mulieres faciebant. Corybantes in Ida monte Phrygiæ saltando & cantando sacra Cybeles faciebant, & sacerdotes excisis testibus degebant.Iuppiter ex Electra genuit in Samothrace insula. Iasium Dardanum & Cybelem: quẽ sacrificij morem vt Archigalli nũc faciũt,Electra mater docuit.Iasius vxorẽ duxit Cybelẽ,ex qua suscepit Corybãtũ. Corybãt⁹ Corybãtes.
edoct⁹ a matre in Phrygiã ad patruum Dardanum transijt,& in Ida ꝑsedit,multosq; talia sacra edocuit,quos a nomine suo Corybãtes appellauit.
Dindymõ.) mõs Phrygię,in quo Cybeles sacra Dindymus
fiebãt: & dicim⁹ nũero plurali Didyma. Parnasus mõs ꝗ Phocidem biptitã facit incũbentẽ Bœotię. Sub Parnaso habitauerunt populi Hiãtes: vnde aquę Parnasi fontis,hiantida dicuntur, musis sacer:in quo surgunt duo colles. alter dicitur Citheron Phœbo,alter Nysa Baccho dicatus.In eo vallis Pyrene,vbi sunt silentia musarum.hic sunt antra mansiones poetarum,in quibus ignem pro fomento faciebant. vnde a fumo pallida Pyrene fiebat:sic poetę pallidã Pyrenẽ dicũt. Et Nysa vrbs in Africa vbi natus Bacchus qui Dionysius est di

Et tenero cucumis, fragilisq́ue cucurbita collo,
Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho
Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti.
Hæc modo purpureo surgit glomerata corymbo,
Myrtiolo modo crine viret, deflexaq́ue collo
Nunc adoperta manet, nunc pinea vertice pingit,
Nunc similis calatho, spinisq́ue minantibus horret,
Pallida nonnunq̃ tortos imitatur achantos,
Mox vbi sanguineis se floribus induit arbos

ctus.i.filiꝰ Iouis & Nysę.alia Nysa vrbs in prima India,quã victor Indorũ Bacchus cõdidit. Silentia.)q̃a nemus ingens illic est.sub Parnaso fons est Castaliꝰ, & Delphi liberũ oppidũ miraculo Apollinis insigne.Et alij hic versus Atticã fontes,Hippocrine & Aganippe. Et in attica regione saltꝰ Cithe ron ostenditur. Pierij.) filię Pieri regis certauerunt cum musis cantu, & cũ essent victę,ab eis victrices musę nomẽ acceperũt, & dictę Pierides, vt Ouidius indicat.Inde quęcũq; musarum sunt Pieria dicũtur. Pęan.)dictus est phœbus. Delius)a Delo insula in mari Aegeo.a cynthe mõte eiꝰ cynthius.In ea celebre templum & larius fuit Apollinis emaratij,a quo totius insulę fama emanabat. Aristoteles dicit insulam appellatam,q̃a repente apparuit.Δηλόω.i.manifesto,q̃a manifestata fuit. Hic nati Diana & Apollo.Sępenumero cõcutit.Alij Ortigiã,alij Cinctũ,alij Asteriã,alij Cinthiã dixerunt.Multa de hac M.Varro & Mutianꝰ & Plin. incunabula vero docet Strabo.Teiũ vrbs in Paphlagonia,vt Sallust.scribit:in hac ortus fuit Anacreon vt Pomponiꝰ meminit:& Ouidius sic ait,Quid nisi cũ multo venerẽ ꝓfundere vino,Præcepit lyrici teia musa senis.In hac vrbe tẽplũ Apollinis fuit,vñ Teius dictus Apollo. Chios insula in mari Pãphilio olim dicta Aetholia. Chleobolus chium appellat a Chione nympha.Macchareus Lesbi rex primus coloniã in Chium duxit cui filium ꝓfecit.In hac templũ Apollinis.vnde Chius Apollo. Nasturcia)Nasturcium a nariũ torsione appellatur,serpentibus aduersatur,& illis q̃ humiditate fere cæci erũpũt e terra.Coluber,serpẽs est. Satureia est male sana aluis,quas aluos educat.Aliq̃ satureiã tymbrã dixerũt: vnde tymbreus Apollo.similis est thymo salso.Aliq̃ existimãt nõ nasci nisi prope littus.vsus eius si parcus,ꝓdest ꝑpter calidã naturã:si multꝰ,nocet:raroq; mensis apponit. Cinara gratũ olus est & hoc sortitum nomẽ,q cineribus gaudet:aliud eñ stercus nõ cupit.Potionibus grata,ideo vocem strangulat,quia corpus eneruet reddit.hæcq; ad similitudinẽ hederæ corymbos nutrit.Reliqua eius natura carminibus facile colligitur. BAPT.PIVS. Hisp.ponatur.)Insulsissimus interpres pseudopõponius,non enim ausim credere talem mẽtẽ in hæc errata incidisse)cinarã vocari tradit,q gaudet cineribus,cũ si inde etymõ haberet, deberet cinera nõ cinara vocari. Sed hunc interpretem in errorem traxerunt hæc verba Columellæ lib.xij.Cinaræ(sic enim apud Columellægenon cinere)sobolem melius ꝑ autumni æquinoctium disponimus,semen cõmodius circa Calend.Martij seremus, eiusq; plantam circa Calend.Nouemb.reprimemus,& multo stercorabimus cinere:id eñ stercoris genus huic oleri videtur aptissimũ.Nõ vidit hic ἄμουσος interpres Cinaram gręcam esse dictionem:nominaq; in græcis detorta latinam etymologiam non admittere. Sed de carduo nunc fit mentio a Iunio:in quo mihi applaudere possum ex græca doctrina tanq̃ e Pharo lucem literatis omnibus & cum luce portum verititatis aperuisse. Q. Cinara sit Carduꝰ docet Dioscorid.lib.iij.tradẽs achantaleucẽ Romanos spinam albam & carduũ rhamptariũ quẽ Græci vocant ἄγριοκίναρα.vides me colligere carduũ e verbis Dioscorid.esse cinaram.hic carduꝰ non satis cognitus erat Pedacio(mea quidem sententia)nos altilem carduum vocamus,vulgo archicarduum gratissimũ in secundę mensę cibis. de quo Plinius lib.xix.heu prodigia ventris:mirũ esset non licere carduis pecori vesci,vesci nunc licet plebi,& paulopost.Poterant videri dicta omnia quæ in precio sunt nisi restaret res maximi quæstus non sine pudore dicẽda.Certum est ꝙ propecarduos apud Carthaginem magnã Cordubãq; ꝓcipue sestertiũ sena millia e paruis his reddere, quoniam portẽta quoq; terrarum in ganeã vertimus,etiã ea quæ refugiunt quadrupedes conscię. Seruntur autem duobus modis: autumno,planta & semine ante Nonas Mart.Plãtęq; quæ ex eo disponuntur ante idus Nouemb.aut in locis frigidis circa fauonium De his multa Palladius li.iiij.inter quę hoc notatu dignũ.Si cacumina seminũ confringas spinis carebunt:& reliqua. Dulcis Iaccho.)id est quã Bacchus hoc est comessator & nepos quisq; temulentus & vinosus quærietur dulcem & saporem non illiberalem vino conciliato. Phœbo nõ grata.)id est canenti & canere solito(quod Phœbi perhibetur munus esse apud Iouem,Tibullo auth.Qualeq; te memorant Saturno rege fugato Victori laudes cõcinuisse Ioui.q arterias offendit ꝑpter suam amaritiem & cõsequẽter vocem strangulat.Omnia amara lædũt arterias:dulcia leniunt & cõplanãt.In amaris partes extremæ,id est superficies asperę:in dulcibus lęues. Hęc mõ purpureo.)hæc Cinara modo verticẽ sine flore leuat,modo flore coronatur. Plinius lib.xxj.Mirũ q sine interuallo tota ęstate aliud floret in eo genere,aliud concipit,aliud parturit. Glomerata.) conglobata, scapo pineato in similitudinẽ glomeris. Corymbo)scapo simili racemo hederaceo,q̃ peculiariter Corymbus appellatur:vnde Bacchũ corymbiferũ appellamꝰ. Ouid. Festa corymbiferi celebrabat Gręcia Bacchi. Myrtiolo.) Hermolaus Barbarus.Murciolo vertice.i.simili muricis,id est ostreę.Plinius de Carduo,Folia habet muricatis cacuminibus:& murtiolum semẽ lentisci.Columella ipse infra vocat ceu ab ipsa figura qua nascitur ipse folliculus:nisi q̃s murceolo legat pro languido,q̃ñ Murceam socordiæ deam vocabant quæ faceret murcidos.author Augustinus.Ego nihil immuto myrteolum crinem verticem cardui vocans a colore floris myrthi arbusculę: qualem immo simillimũ animaduerti & in eo & carduo esse in Cesenę littore,& cardueto Hannibalis Bentiuoli principis.Nec displicet si murceolo pro languido scribas q sequitur,deflexaq; collo,id est habens collum inflexum.ita sane vertice graui opprimitur,& multis fœtibus subnascentibus & agnatis redimitur, vt collum ponderi nõ sufficiat. Nunc)aliquando. Adoperta.)tecta & stipata multis carduis. Pinea)neutrum plurale. hoc est figuras pini,molam, videlicet quã reprę̃sentet pinus. Pingit.i. figurat formam metalem adeo lepide vt meta picta videat.Quid si legas fingit? Nunc similis calatho) aliquando pineum verticem,& metam illam comæ(post florẽ hoc euenit)adeo spinis & vallo cingit, vt calatho videatur indui. Est enim Calathus quasillum orificiatum sirpis.

Pallida)cum incipit arescere. Tortos achantos)inflexos.&hoc accidit carduo,cum folia implicantur sidentia appetente maturitate.

POMPO. Haris.) nunc pro hareolis. Coriandra)Coriandrum præcipuum est ægyptium. serpentes fugat.alij Melantium dicunt git,alij Nigellam.alij melaspermon suauis odoris,cibis gratum,serpentum ac scorpionum plagis medetur, bibiturq; contra araneas.

Punica,quæ rutilo mitescit tegmine grani,
Tempus haris satio,famosaq; tunc coriandra
Nascuntur,gracili Melantia grata cumino,
Et bacca asparagi spinosa prosilit herba,

Et malache, prono sequitur quæ vertice solem,
Quæq; tuas audax imitatur Nysie viteis
Nec metuit senteis, nam vepribus improba surgens
Achrados, indomitasq; bionias alligat alnos.
Nomine tum graio, ceu littera proxima primæ,
Pangitur in cera docti mucrone magistri,
Sic & humo pingui ferratæ cuspidis ictu
Deprimitur folio viridis, pede candida beta,
Quin & odoratis messis iam floribus instat,
Iam ver purpureum, iam versicoloribus anni
Foetibus alma parens cingi sua tempora gaudet.
Iam Phrygiæ loti gemmantia lumina promunt,
Et conniuenteis oculos violaria soluunt,
Oscitat & leo, & ingenuo confusa rubore
Virgineas adoperta genas rosa præstet honores
Coelitibus, templisq; sabæum miscet odorem.
Nunc vos pegasidum comites acheloidas
Mænalidūq; choros Dryadū, nymphasq; Napeas,
Quæ colitis nemus Amphrisi, quæ thessala tempe
Quæ iuga Cyllenes, & opaci rura Lycæi,
Antraq; castalijs semper rorantia guttis,
Et quæ sicanij flores legistis Halesi,
Cum Cereris proles vestris intenta choreis
Aequoris Aethenei vernantia lilia carpsit,
Raptaq; lethæi coniūx mox facta tyranni
Sideribus tristes vmbras, & tartara coelo
Præposuit, Ditemq; Ioui, lethumq; saluti,
Et nunc inferno potiur Proserpina regno.

In nigrorē tendit, ideo dicit grata cumino. Aspa ragi, duo genera asparagi. hortēse & syluestre, sed incultum gratius est. quod Corrudā, alij libycum vocāt. Asparagus nō a græco dicit, aut ab asperitate vt dicit Varro: sed ab Chaldea voce, quę caulem significat: quia hæc herba semper crescit in caulē & virgultum. Malache.) ab alijs Heliotropium dicitur, solem semper sequi. BAPT. PIVS. Et Malachę prono.) Μαλάχη græce Malua dicit, quā mollit: μαλαχὸς enim dicitur mollis. Hinc Plautus. Malachū capiā pallium. Alibi, malacissandus es, pro mollificandus. Præterea Plinius author est, Maluę speciem vocari malachen. Ne malachen olim pro malua interpretarer hoc in causa erat; q apud neminē authorem deprehēderā maluam ad solem verti: sed qđ vsu optimo rerū magistro, nuper discimus, id reprobari non censemus. Vidimus oculata fide maluam solem sequi vt heliotropium, helioscopium & intibū siue cichoreum: qđ facere reor has herbas, quoniā frigidissimę sunt, solemq;, sine quo intermoriuntur sectari solent. Sed id addam quod scribit Proclus lib. de sacrificio & magia, Selinotropiam esse herbam quę ad lunā vertatur: Helioselinūq; lapidem imitari congressum Solis & Lunæ. POMP. Bionias.) herba est, quę pampinorum amœnitatem prestat: ideo in fenestris ponitur, luxurians semper, alligatq; quicquid obuiam habet. Quum dicit, Ceu litera pxima primæ. i. b quæ est proxima a. Mucrone. i. stilo. In cereis pugilaribus stilo scribimus. Beta duplex, nigra & candida. Iam ver.) Homerus tris celebrat flores, lothū, crocum, & Hyacinthū. Loth⁹ in Phrygia laudatissima. Crocum in Cilicia, Hyacinthus in Grecia. Templisq; sab.) Sabei populi in in Arabia felici sunt: apud quos omne decoris & odoris genus est, vt balsamus, casia, thus, myrrha cynamomū. aliud tamen habet infelicitatis, serpētum scilicet multitudinem, colore rubicundo, palmi longitudine, qui vulnus letale faciunt. eorum metropolis est Saba. nulla est apud hos ambitio. Sabeum mare fere albo videtur colore. Insulas habet fœlicissimas. Pegasidio.) Pegasus equus natus, sanguinē Medusę, qui vngulis fontem fecit sub Parnaso musis gratum: vnde musę Pegasides dicuntur. Acheloidas.) Achelous in Pindo mōte fluit. Aetoliam ab Acarnania diuidens, in forma hominis cum Hercule pugnauit: inde in forma tauri, cui Hercules alterum ex cornibus exemit, & ipse in fluuium mutatus est. Nymphę Acheloides sunt comites musarum. Menalidumq;) Menalus mōs Arcadię. Amphrisiq;.) Amphrisus fluuius Thessalię iuxta lacum Bebeidem ad quem Phœbus, vt ostēdit Valeri⁹ Flac. lib. j. pauit armēta regis Admeti. Dryadū) Dryades nymphę quercuū sūt.

Asperagus

Bionias

Beta

Pegasus

Achelous

Menalus

Napeas.) Napeæ florū. Tēpe sylua in Thessalia. Cyllene mons Arcadię, vbi enutritus Mercurius, Cyllenus dictus est. Lyceus mons Arcadię, vbi Pā venerabatur: & vñ Lupci, & vbi nobile delubrū Iouis Lycei cōspicitur. Alesus fluui⁹ & mōs nō lōge ab Aethna, vbi Proserpina flores legit cū alijs virginibus. Prisco em̄ tempore tres deę sortitæ erant insulā. Minerua circa Imerā habitabat. Diana Syracusis, & in pxima insula Ortygia, vbi erūpit Aretusa fons ex Alpheo. Proserpina campos iuxta Aethnā. Eā raptā Pluto curru vexit p meat⁹ subterraneos iuxta Syracusas, vbi fōs noie Cyanes. Quare Syracusani singulis āнis in eo loco, vt scribit Diodo. lib. xj. Proserpinę sacrificāt. Aethna. n. mons Sicilię, vicinā vertici dicūt esse planitiem cinericiā nulli puiā, vt Strabo ait, & in medio craterē pfundissimū, vñ exhalat fumus & ignis, & exesi pumices. hinc credūt deiecisse se Empedoclē. sed qa ad hūc locū pueniri nō potest, ampliātes fabulam, ferreos calceos Empedocli prębuerunt. Lethe fluuius infernalis & obliuionis. vnde Lethęus tyrānus. i. Pluto. BEROAL. Sideribus tristes vmbrasset.) Emendo vmbras, & sensu puriore & veriore. significat enim Proserpinam a Plutone raptam præposuisse vmbras sideribus & tartara cælo.

Vos quoq; iam posito luctu, mœstoq; timore,
Huc facili gressu teneras aduertite plantas,
Tellurisq; comas sacris aptate canistris.
Hic nullæ insidiæ nymphis, non nulla rapina,
Casta fides nobis colitur, sanctiq; penates,
Omnia plena iocis, securo plena cachinno,
Plena mero, lætisq; virent conuiuia pratis.
Nunc ver egelidum, nunc est mollissimus annus,
Dum Phœbus tener, ac tenera decumbere in herba
Gaudet, & arguto fugientes gramine fontes
Nec rigidos potare iuuat, nec sole tepenteis.
Iamq; dioneis redimitur floribus hortus.

POMP. Vos quoq;.) Vocat has omnes nymphas Columella, ad quas parauit hortum, vbi nullas inesse vmbras prædicat. BEROAL. Nunc ver est gelidum) lego, nunc ver egelidum, quæ lectio elegantior est & nitidior: namq; optimo epitheto ver egelidum dicitur quasi intepescens. Catull. Iam ver egelidos refert tepores. Egelidus dicitur tepidus quasi sine gelu. Ouidi⁹ gelidum & egelidum tanq̄ cōtraria scitissime disparauit illo versu, Et gelidum Borean egelidumq; notum. Serui⁹ autumat egelidum qñq; poni pro valde gelido tā q̄ hæc particula e auctiua sit & priuatoria: in frequenti tamen vsu est egelidum pro tepido.

POMP. Iamq; dioneis.) Dione mater Veneris. Venus dea hortorum est. Rosa colorem habet purpureum. Purpura genus conchæ, cuius sanguine tingitur pannus eiusdē nominis. Sarra

Dione

genus etiam conchæ. ſic & oſtrea capiuntur: hæc ad Tyron & Sydona in mari phœniceo, & ex eorum ſanguine tingebatur pãnus, qui ſenatũ a plebe diuidebat. Purpurati erãt conſules: triũphãtes vero purpurati auro interiecto. precioſa veſtis oſtrũ dicit, & Sarrana purpura tyria, & ſydonia, & phœnicia: & qa illic Agenor Cadmi pater regnabat, ideo Agenorea & Cadmea. Concinna vero dicitur a cocco, cuius ſuccus pãnũ tingebat. Vſus purpurę Romę fuit a principio: qa Romulus primũ, tũ alij reges trabea purpurea vſi ſunt, vt Plinius indicat. BEROAL. Iam roſa niteſcit.) lege miteſcit, ne claudicet verſus. nam niteſcit primam ſyllabam corripit, ideoq; ex hac ſede exploditur.

POM. Syrius.) ſtella eſt in lingua canis lucidiſſima.

Pyrous.

Pyrous.) lapis precioſus a colore ignito dictus. Heſperus) fuit aurorę filius, cuius amore ꝓpter pulchritudinẽ mater perdita fuit, poſtea in ſylua conflagrauit. Sed Diodorus dicit Heſperũ Athlantis eſſe filium, & aſcendiſſe montem Athlantem, neq; amplius rediſſe. vtcũq; ſit, inter ſtellas relatus, & lucifer etiam dicitur. Iris filia Thaumãtis fuit, qua vſa eſt Iuno ſemper nuncia. Thaumãtias patronymicum eſt. Iubar (vt docet Varro) lumen eſt. ponitur ſępenumero pro aurora. Hiberia Hiſpania a fluuio Hibero: inde hiberũ mare Hiſpanũ ĩ occidẽte, vbi ſol occidit, efficitq; occaſu mare rubicundũ.

Baulusium

Balſa mum

Balauſium.) nõ multo a Narciſſo differt, eius ſatu terra ſterileſcit. Balſamũ. (vt ait Cornelius) eſt modica arbor, vt quiſq; ramus intumuit, ſi vim ferri adhibeas, pauent venæ: fragmine lapidis aut teſtæ aperiuntur. humor in vſu medicantiũ eſt. pręcipuũ in monte Libano. Ex Balſamo magnũ vectigal colligebant. Ideo Plinius bellum cum Hieroſolymis fuiſſe ꝓpter balſamũ ſcribit.

Caſia

Caſia nõ modo herba iucũda & odorifera, ſed etiã ad medendũ neceſſaria. peregrina eſt: olim tamen ager Roma. ſinu ſuo nutriuit, vt idem Columella indicat, Vidimus in hortis florentem caſiam. Venus pręeſt hortis. Flora, floribus. Bacchus, odoribus.

Sirpiculũ

BEROALD. Sirpiculum) Sirpare, verbũ eſt vetus, qđ vt docet Varro ſignificat alligare, vñ ſirpea vaſa dicta alligata: & ꝑ diminutionẽ ſirpicula. quinetiam ſirpiculę falces quædam

Sirpiculæ

apud veteres nominantur a ſirpando. i. alligando quibus vtuntur in vinea alliganda. Super hac re copioſius q̃dam annotaui in cõmentarijs Propertianis. Potes etiam ſirpiculũ hic intelligere ꝑ caniſtro contexto ex ſirpis & iuncis.

Portũnus.

POMP. Portũnus deus eſt portus, aliter Palęmon dictus, filius fuit Athamãtis. BAPT. PIVS. Preſſaq; flãmeola rũpãt.) Sic emẽda meo periculo, Mercibus vt vernis diues Vertũnus abũdet. Columell. eñ ſenſus eſt, & hortulani accingant ſe ad calathos roſis & caltis implẽdos, pomis onerandos, & reliqs fructibus: vt his vernis mercibus Vertũnus deus fori habitator, pomonæ amator, abundet: quibus mercibus in foro apud Vertũnũ diuẽditis grauis ære ex vrbe Roma redeat manus agricolarũ. Primis floribus hic Vertũnus coronabatur: inde nomen adeptus, q primis floribus vertẽtis anni donabatur: ſeu q rebus venditis, hoc eſt diſtrahendis præerat: ſeu q vertit ſedem, & relicta patria Ethruria Romam ſeceſſit: ſeu q in varias ſimilitudines ſe verteret. De hoc Propertius ita

Prima mihi variat liuentibus vua racemis
 Et coma lactenti ſpicea fruge tumet.
Hic dulces ceraſos hic autumnalia pruna
 Cernis, & æſtiuo mora rubere die
Inſitor hic ſoluit, pomoſa vela corona
 Cum pyrus inuito ſtipite mala tulit.

Ex his Propertianis verbis ſatis manifeſtum eſt cur Columella cecinerit, Mercibus vt vernis diues Vortũnus abundet. Porphyrio Vertũnũ Ro. ſacellũ habuiſſe ſcribit in vico thurario, q ita ſic dicebat, q ibi non tm̃ thura, ſed aromata omnia vendebantur: quas nouo vocabulo recentiores ſpecies appellant, Vertũnalia dies dicati Vertũno. Meminit & Vertũni ſacelli Pedianus. Varro ferias Vertũno cõſecratas ſcribit mẽſe ferme Octobri. In lib. Columellæ minutiſſimis literis exarato nõ infideli Vertuũnus animaduerti ſcriptũ eſſe quod

Iam roſa miteſcit, ſarrano clarior oſtro.
Nec tam nubifugo Borea latonia Phœbe
Purpureo radiat vultu, nec ſyrius ardor
Sic micat, aut rutilus pyrous, aut ore coruſco
Heſperus, eoo remeat cum lucifer ortu,
Nec tam ſydereo fulget Thaumantias arcu,
Q nitidis hilares pollucent fœtibus horti.
Quare age vel iubare exorto, iam nocte ſuprema,
Vel cum Phœbus equos in gurgite merſat hibero,
Sic vbi odoratas prætexit amaracus vmbras,
Carpite, narciſſiq; comas, ſteriliſq; balauſi.
Et tu, ne Corydonis opes deſpernat Alexis,
Formoſo Nays puero formoſior ipſa
Fer calathis violam. & nigro permiſta liguſtro
Balſama cum caſia nectens, croceoſq; croymbos,
Sparge mero Bacchi, nam Bacchus condit odores.
Et vos agreſtes, duro qui pollice molles
Demetitis flores, cano iam vimine textum
Sirpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis.
Iam roſa diſtendat contorti ſtramina iunci,
Preſſaq; flammeola rumpatur fiſcina calta,
Mercibus & vernis diues Portumnus abundet,
Et titubante gradu multo madefactus iaccho
Aere ſinus gerulus plenos grauis vrbe reportet.
Sed cum maturis flauebit meſſis ariſtis,
Atq; diem gemino titan extenderit aſtro,
Hauſerit & flammis lernei brachia cancri,
Allia cum cepis, cereale papauer aneto
Iungite, dumq; virent nexos deferte maniplos,
Et celebres fortis fortunæ dicite laudes
Mercibus exactis hilareiſq; recurrite in hortos.
Tum quoq; proſciſſo, riguoq; inſperſa nouali
Ozyma comprimite, & grauibus denſate cylindris,
Exurat ſata ne reſoluti pulueris æſtus,
Paruulus aut pulex irrepens dente laceſſat
Neu formica rapax populari ſemina poſſit,
Nec ſolum teneras audens erodere frondes
Implicitus conchæ limax, hirſutaq; campe.
Sed cum iam valido turgeſcit lurida caule
Braſſica, cumq; tument pallentia robora Betæ,
Mercibus atq; olitor gaudet ſecurus adultis,
Et iam maturis quærit ſupponere falcem,
Sæpe ferus duros iaculatur Iuppiter imbres
Grandine dilapidans, hominumq;, boumq; labores,
Sæpe etiam grauidis irrorat peſtifer vndis,
Ex quibus infeſtæ Baccho, glauciſq; ſalictis

idem ac si diceres Vertũnus o & e in q̃busdã concidentibus: vt vortices cũ tamen a vertẽdo Etymõ teneat. POMP. Gerulus a gerendo dictus, rusticus dicitur qui gerit fructus & herbas. BEROALD. Lernei brach. cãcri.) Quæritur cur cancer cęlestis dicatur Lerneus: causam explicat Heginus scribẽs, cancrum ex Palude Lernea mordicus arripuisse pedem Herculis, cum ꝯtra hydrã Lerneã pugnãs cõstitisset, quapropter indignabũdũ Herculẽ eũ interfecisse: Iunonẽ aũt inter sidera cõstituisse. POMP. Cylindrus instrumẽtũ rusticanũ ad ꝑmẽdũ solũ terrę. Ocymũ nũc nõ facile cognoscit, serit Septẽbri, trãsfert Martio, scorpiones creat, vt Pli. scribit i Metap. si testę ꝑ triduũ supponit.

Cancer lerneus.

Cylindrus.

Ocymũ.

BAPTI. PIVS. Ocyma comprimite.) Non ocyma legendum est sed ozyma pro hęrba odorata, & condimentis idonea: quæ deriuatur ab ὄζειν redolere. In hortis satorum celerrime nascitur ozymum; nihil illo fœcundius, cũ maledictis ac probris serendum præcipiunt, lætius proueniet. Hæc Plinius lib. xxj. Columella. item. xij. Circa idus Maias ozyma seruntur, quorum cum semen obrutum est, diligenter inculcatur pauicula vel cylindro: nam si terram suspensam relinquas, plerunq; corrumpi. De hoc quoq; Persius, Cum bene discincto cantauerit ozyma vernæ. Nunc error eorũ corrigendus qui idẽ putant ozymum esse quod ocymum. Ne refert Pliniũ dicere ozyma celeriter prouenire: non omnia quæ prospere eueniunt, ocyma dici debent. Nos ozymum lingua vernacula dicimus basilicũ. Ocymum vero inter pabularia numeratur, tñ ab ozymo distans quantũ ab Eridano Hypanis. De Ozymo Plini⁹ meminit lib. xxj. inter Hortensia. De ocymo vero lib. viij. Apud antiquos erat pabuli genus quod Cato ocymum vocat, quo sistebant aluum bubus. id erat e pabulis segete viridi desecta anteq̃ gelaret. Varro a celeritate prouenĩedi dicit dictum ꝙ ὠκὺς ocyos celer dicatur. POMP. Pulex a nigrore puluis, in hortis sata rodit. Scribit remedia ad euitanda animalia quæ solent nasci in hęrbis & ad euitandos imbres & gelicidia BAPTI. PIVS.

Pulex.

Nascuntur volucres, serpitq; eruca per hortos,
Quos super ingrediens exurit semina morsu,
Quæ capitis viduata coma, spoliataq; nudo
Vertice trunca iacent tristi consumpta veneno.
Hæc ne ruricolę paterentur monstra, salutis
Ipsa nouas artes varia experientia rerum,
Et labor ostendit miseris, vsusq; magister
Tradidit agricolis, ventos sedare furentes,
Et tempestatem Thuscis auertere sacris.
Hinc mala rubigo viridis ne torreat hęrbas,
Sanguine lactantis catuli placatur, & extis.
Hinc caput Arcadici nudum cute fertur aselli
Tyrrhenus fixisse Tages in limite ruris.
Vtq; Iouis magni prohiberet fulmina Tarchon,
Sæpe suas sedes percinxit vitibus albis.
Hinc Amythaonius docuit quæ plurima Chiron,
Nocturnas crucibus volucres suspendit, & altis
Culminibus vetuit feralia carmina flere.
Sed ne dira nouas segetes animalia carpant,
Profuit interdum medicantem semina pingui
Palladia sine fruge salis conspergere amurca,
Innataue laris nigra satiare fauilla.
Profuit & plantis latices infundere amaros
Marrubij, multoq; sedi contingere succo.
At si nulla valet medicina repellere pestem,
Dardaniæ veniant artes, nudataq; plantas
Fœmina, quæ iustis tum demum operata iuuentæ
Legibus, obscœno manat pudibunda cruore,
Sed resoluta sinus, resoluto mœsta capillo,
Ter circum areolas, & sepem ducitur horti.
Quæ cum lustrauit gradiens (mirabile visu)
Non aliter q̃ decussa pluit arbore nimbus,
Vel teretis mali, vel tectæ cortice glandis,
Voluitur ad terram distorto corpore campe.
Sic quondam magicis sopitum cantibus anguem
Vellere phryxeo delapsum vidit Iolchos.
Sed iam †prototomos tempus decidere caules,
Et tartesiacos, paphiosq; reuellere thyrsos,
Atq; apio fasces, & secto cingere porro,
Iamq; eruca salax fœcundo prouenit horto.

Nascuntur volucres) Hic possum⁹ volucres & volucrę legere pro vermiculo qui teneros prodit pampinos, qui, vt supra adnotauimus, non est idem cum conuoluolo seu inuoluolo. Volucra dicitur ꝙ volaticus est & vagipennis & aliger, viridi colore, rostro serrato. Inuoluolus alas non habet: quare apteron. i. impennem vocant Aristoteles: cum oculata fide viderim ego thaleatitium hoc est volucram esse volaticum, paruo scarabeo similem, alis vt vagina inclusis. Apud eundem Columel. dicitur hęc volucra lib. iij. Genus est animalis volucra: id fere pręrodit teneros adhuc pampinos. Quidam in prædictis verbis non volucram sed volucrem scribunt, decepti a codice Pliniano mendoso, vbi cũ volucrẽ scribi debuisset, volucrem intruserũt. Sed ne in re dubia apud me sit fides, relego te ad codicem vetustissimum Plinij qui Bononiæ in libraria minorum fratrum seruatur, vbi adhuc apparet intemerata lectio. Plura de hoc in annotation. eiusdem in librum iij. Columellæ.

POMP. Thuscis sacris: quia omnis vis aruspicinę & carminũ a Thuscis manauit. Hinc ma. rub.) Rubigalia sacra instituta erant ne rubigo strangularet. In rubigalibus mactabatur catulus tractus ab oleribus canis. Plinius libr. xxx. Mares catuli placandis numinibus hostiarum vice tenẽtur: ergo non solum hortorum pestes, sed etiam numinũ iras catulis euitam⁹. Tages aruspex fuit Ethruscus. Thyrrenia, Ethruria dicitur. Tarchon Ethruscorum opulentissimus fuit & aruspex optimus. Hinc amythaonius.) Amythaon pater Melampodis medici: vnde Amythaonius Melampus dictus. hunc docuit Chirõ filius Saturni & Philtriæ Oceani. BAPTIS. PIVS. Hinc Amythaonius docuit quẽ plurima Chiron &c) Sensus est trium priorũ carminũ seiunct⁹ a sụpiori sententia Melãpodẽ Amythaonis filiũ suffixisse cruci noctuas, & has aues nocturnas & inauspicatas, vt quę colonis mala protenderẽt, in se ipsas omnia reciderẽt. Id superstitiosa vetustas putauit amulletũ esse dirarũ, quas hę volucres ominosę portẽdebãt. Huic quoq; sentẽtię assentit Apuleius lib. iij. Asi. au. Quid ꝙ istas nocturnas aues cũ penetrauerint larẽ quẽpiã sollicite prehensas foribus videmus affigi: vt qđ infaustis volatibus familię minantur exitium, suis luant cruciatibus. Item Palladius huius rei meminit, ibi. Cõtra grandinem multa dicũtur &c. vel noctua pennis patentibua extẽsa suffigitur.

PIVS. Profuit interdum &c.) Subdit Columel. multos esse sedulos agricolas qui amurca semina cõspergant. Palladiam vocat a Pallade oleę inuentrice ex qua fit amurca. Cęterum per amurcã sine fruge salis, describit sedimentũ olei, quod peculiari nomine vocatur amurca insulsa

Lubrica iam lapathos,iam thamni sponte virescunt,
Et scylla,hirsuta sepes nunc horrida rusco
Prodit,& asparagi corruda simillima filo,
Humidaq; andrachne sitienteis protegit antes,
Et grauis atriplici consurgit longa faselus.
Tum modo depēdēs †trichili,modo more chylindri
Sole sub æstiuo gelidas per graminis vmbras
Intortus cucumis,prægnansq; cucurbita serpit,
Vna neq; est illis facies, nam si tibi cordi
Longior est,gracili capitis quæ vertice pendet,

Plini⁹ purā amurcā vocat lib. xviij.qua dicit semina medicari cōducibile existere.meminit & lib. ij. cap.ix.Alij hac eadem aqua vel amurca insulsa.&c. vbi quidam male infusa legūt. PIVS.Innatatue æris nigra.) Docet erugine siue fuligine agrum cō spergendū, quę animalibus nocuis obstat vt culicib⁹: qd in lib.xij. calce sic monet, Qui æstate ista feret, caueat ne ꝓpter siccitates culex adhuc tenera folia

†tricini. prorepētia &c, Id quoq; vt viteſ,puluis,qui supra camerā inuenitur,vel etiā fuligo, quę supra focos tectis inhęret colligi debet. Palladius quoq; hoc cō firmat lib.primo. PIVS. Profuit & plantis latices &c.) lego multoq; sedi non feri. hoc ipse Columella docet lib.xij. Veteres quidē auctores pręcipiunt (vt Democriuus) semina omnia succo hęrbę,quę sedum appellatur,medicare: eodēq; remedio aduersus bestiolas vti,qd verū esse nos experientia docuit. Plinius item.xviij.Democritus succo hęrbę quę vocaſ aizoon in tegulis nascēs tubulisve,latine vero sedum aut digitellū,medicata seri iubet omnia semina.Aizoon em̄ est semper viuens quasi viriditate perpetua.Palladius latinā dictionē vsurpauit,Contra erucas, semina quę spargenda sunt,semperuiue succo madefiant,vel erucarū sanguine. PIVS.Dardaniæ artes.) dictę a Dardano mago,cuius & iurisperiti & Apuleius meminere.proinde a Columella pro maleficis & magicis accipiūtur. BEROAL. Voluitur ad ter.)Campe brucū significat siue erucā quę a flexura gręce sic diciſ,quia in arcū arrepēdo curuatur.Item Columel. lib.xij.Bestiole quę a nobis appellātur erucę græce Campę nominanſ.quas hoc loco dicit oēs iuri & occidere, si mulier quę in menstruis est,solutis crinib⁹ & nudo pede & capite ter circū areolas horti ducaſ. De his quoq; scribit Palladius lib.j.rei rust. POMP.Palladia amurca.) quia,vt dixi,Pallas oleam inuenit,vnde fit oleum.& olei stercus

Dardanus. est amurca. BEROALD.Dardaniæ veniant artes.) Quidam interpretantur Phrygias a Dardano auctore Troianorum primigenio: quoniam Phrygij inuenerunt mulierem menstruatam circuire agros & hortos ad erucas & cęteras noxias pestes depellendas nudis pedibus.capillo cinctuq; resoluto.Ego existimo Dardanias artes dici magicas a Dardano,quē Apuleius in Apologia noīatim pcenset inter Magos celeberrimos. POMP. Phryges inuenerūt mulierē emittentē menstruali morbo sanguinē debere circūdare hortos.Plinius sic ait,negat Apollo pestem posse crescere,quā nuda virgo restringit. POMPON.Iolchos.) vulgata est vrbs in Thessalia & patria Iasonis q Phryxeū vellus raptū ex Colchis in patriā contulit cū dracone sopito magica incantatione,ope & auxilio Medeæ. Medea filia Oetę fuit & Ecathes soror Circes,magica,quę draconē custodientē vellus aureū sopiuit,& Argonautis tradidit.post necatos filios ad Aegeū Athenarū regē iuit.ide ī Mediā.hinc pulsa tādē ī Italiā venit,& ꝑsedit ī regione Marsorū.vbi magicā artē,& sopire serpentes docuit.Alij dicūt Draconē fuisse interemptū ab Argonautis Valerius Flac

Lapathus. cus hanc materiā nobili & heroico carmine pluribus libris aperit. Iamq; eruca.) Fallax.i.libidinosa. Lapathum alij dixere rumicem,& eius generis syluestrem Oxalidū dicūt: alij oxylapathon: alij hydrolapathon & hippolapathon.Vis lapathi est ciere vrinā,& large sumptum ventrē soluit,caliginem oculorum discutit. BAPT. PIVS. Lubrica iam Lapathos.) Versus est mendosus,meo quidē aio.Quid si legas thāni? qd arbustū vtrinq; foliatum,ita vocat Homerus sub quo delituit nudus Vlysses repertus a Nasica.vnde sic legi posse puto ī Priapeo,Frondēti thāno vix potuisse legi.Thamnos,proprie em̄ virgultū latine diciſ Sūt q intelligi putāt de cappari,qui vt virgultū crescit, pręsertim Pedacio authore, κάππαρις θάμνος ἐστὶ ἀκανθώδης. puto tamen apud Dioscorid.vocē generalē esse thamnos.Quid si legis,iam ammi ex Dioscor.lib.iij.Ammi,inqt, Romani ammiū Alexandrinū,aliqui Aethiopicū, alij Rhegiū cuminū vocāt. aliqui alterius naturę Aethiopicū dicūt esse & alterius ammi. Si legeris thamni ꝑ virgultis nō esset incongruū:ꝙ inferius agit de oībus crescētibus in altitudinē virgultoꝝ,tāq significare vellet. Egimus de

Scylla. hęrbis paruis,nūc agamus de altioribus. POMP.)Scylla nobilissima est e generibus bulborū.Eius duo genera,

Asparagus masculū albis foliis,fœmina nigris. additur tertiū genus cibis gratū: Epimenidon vocant angustiore & min⁹ aspo

Tamus. folio.Ruscus est vbi includiſ semē asparagi.Asparagus semp crescit ad Thyrsum:ideo dicit thyrsuto rusco. Corruda

Andrachne gen⁹ ē asparagi.Tamus hęrba est minutis foliis. Andrachne hęrba quę solet innasci mōtib⁹. Antes sulci sunt & ī vi

Antes. neis & in agris & ī hortis. Phaselus & Phaseolus dicitur.si fuerit ꝑpior atriplici,atriplicē necat. Atriplex gen⁹ est

Phaselus. oleris,qd rustici Spinaciū vocant. sed Spinaciū ꝑprie est,a quo longe nosciſ differre. Phaselus siliquā habet oblōgā.

Atriplex. Diciſ aūt phaselus a phaseolo insula maris Aegei ꝑxima Olympo:vnde id ad nos legumē manauit. Late Columella

Spinacium sciꝑm declarat ad finē ꝑximi voluminis cū loquiſ de cucumere & cucurbita. BAP.PIVS.Tū modo dependēs ric.) Loquitur de cucumere,generatim tradens ex illis videri nōnullos similitudine referētes ricinū. Depēdēs ait) quoniā repunt brachia cucumerū in editiora virgulta siue pergulas,illincq; depēdēt. Quare a poeta dictū est.Et pēdet iūco ceruleus cucumis. Ricini.) intellige more aut similitudine ꝙ ricinū rꝑsentat. Dicitur & Ricinus musca canina. Aliqui ꝑdiderūt Ricinū virgultū appellari heliosc opiū. Certe mihi Ludouicus Gesilardus ex helioscopio semē attulit,siue illud fuerit ex heliotropio,cylindraciū & oblongulū,mirifice verbis Moderati cōgruēs: Potes hic Ricinū mora oblonga anteq̄ maturescāt intelligere.vel certe tulos cōpactiles & tereses: cui interpretationi fidem faciūt hæc Pliniana verba l:b.xxiij.Mora germinatione priusq̄ in folia exeant sinistra decerpi iubentur futura poma:rhicinos Græci vocant,sed cum aspiratione scribi debet in hoc significatu. POMPONIVS.

Et tenui collo semen lege,siue globosi
Corporis,atq; vtero nimium quæ vasta tumescit,
Ventre leges medio,sobolem dabit illa capacem
Naryciæ picis,aut actæi mellis hymeti,
Aut habilem lymphis hamulam,Bacchoue lagenā
Tum pueros eadem fluuij iuuare docebit,
Liuidus at cucumis grauida qui nascitur aluo,
Hirtus & vt coluber nodoso gramine tectus
Ventre cubat flexo,semper collectus in orbem,

Pix laudatissima in Narytia insula maris Ionij.

Pix. Hymetus mons in Attica regione,vt dixi,vbi multę apes.Hamula vas est apud Apitiū. Sic Lagena.

Hamula. De cane Erigoneo iam dixi,Hyperion Solis pater. Sol hyperionis. BAPT.PIVS.Atqui sub trich.) Seiunctū legendū sub trichila:& trichilas vasa interpretare tria labra habētia, vt nasorū quatuor vas apud Satyricū.De trichilis meminit Cęsar in cōmētariis lib.iij.bel. Pompeiani:q̄uis quidā referunt ad thericlia,falso:qui Columellā nō animaduertūt,cui opinioni syllaba repugnaret si hic versus in thericlā vertendus esset,pręterea quoq; sententię repugnat. Nō em̄ monet Columella vasa ex terebintho,preciosissima videlicet,qualia tornabat

Noxius exacuit morbos æſtatis iniquę,
Fœtibus hic ſucco pingui quoq; ſemine fartus.
At qui ſub trichila manantē repit ad vndam,
Labentemq; ſequens nimio tenuatur amore
Candidus ećœtæ tremebundior vbere porcæ.
Mollior infuſo calathis modo lacte gelato,
Dulcis erit, riguoq; madeſcit luteus aruo,
Et feret auxilium quōdam mortalibus ægris.
Cū canis Erigones flagrans Hyperionis æſtu
Arboreos aperit fœtus, cumulataq; moris
Candida ſanguineo manat fiſcella cruore,
Tunc pręcox bifera deſcendit ab arbore ficus.
Armenijſq;, & cereolis, pruniſq; Damaſci
Stipantur calathi: & pomis quæ barbara Perſis
Miſerat (vt fama eſt) patrijs armata venenis.
At nunc expoſiti paruo diſcrimine læti
Ambroſios præbent ſuccos, oblita nocendi.
Quin etiam eiuſdem gentis de nomine dicta
Exiguo properant miteſcere perſica malo:
Tēpeſtiua madent, quę maxima Gallia donat.
Frigoribus pigro veniunt Aſiatica fœtu.
At grauis arcturi ſub ſidere parturit arbos
Liuia, chalcidicis, & caunis æmula chijs,
Purpureæq; chelidoniæ, pingueſq; mariſcæ,
Et challiſtrutis roſeo quæ ſemine ridet,
Albaq;, quæ ſeruat flauæ cognomina ceræ,
Sciſſa Libyſca ſimul picto quoq; Lydia tergo.
Quin & tardipedi ſacris iam rite ſolutis
Nube noua ſeritur, cœli pendentibus vndis
Congylis illuſtri mittit quam Nurſia campo,
Quæq; amiterninis defertur bunias aruis.
Sed iam maturis nos flagitat anxius vuis
Euhius, excultoſq; iubet claudamꝰ vt hortos.
Claudimus, imperioq; tuo paremus agreſtes,
Ac metimus lęti tua munera dulcis Iacche,
Inter laſciuos ſatyros, panaſq; biformes.
Brachia iactantes vetulo marcentia vino.
Et te Mænalium, te Bacchum, teq; Lyæum.
Lenæumq; patrē canimus ſub tecta vocantes,
Ferueat vt lacus, & multo completa falerno
Exundent pingui ſpumantia dolia muſto.
Hactenus aruorum cultus Siluine docebam
Siderei vatis referens præcepta Maronis,
Qui primus veteres auſus recludere fontes
Aſcreum cecinit Romana per oppida carmen.

Thericles ſupponenda cucumeri, ſed lata & capacia, vt ſunt ſiglina & lignea artificij nō ſic exqſiti. Sub trichila manātē.) coniūge ſub cū manantē, & expone cū ad vndam quę ſub trichila vaſe ſuppoſito manat. Plinius. Oleum odere mire, nec minus aquas diligunt. Defecti quoq; ad eas modice diſtantes adrepunt. Contra oleū refugiūt, aut ſi quid obſtet, vel ſi pendeāt curuātur: idq; vel vna nocte dephenditur, ſi vas cū aqua ſubijciatur, a quatuor digitorū interuallo deſcēdētibus ante poſterū diē. POMP. Arb. apit fœtus.) Vbi hęrbas deſcripſit, incipit de arboribus, idq; a moris. Mora in Aegypto & Cypro abūdantis ſucci ſunt. trinus eis color. primū albeſcūt, īde rubeſcūt, poſt nigreſcūt. Primū alba fuiſſe ſcribūt fabulę, colorē mutauerūt ex cruore Thyſbes. Prunorū genera, nigra & candida, & quę cū frugibus matureſcūt ordeacea. Aſinina nigra ſunt, & ab vilitate dicta cerina. Purpurea laudatiora ab externa gēte Armeniæ ſuauiſſimi odoris. Solēt & pruna adoptiua eſſe, & q̄ malis inſerunt. vt in Betica regione malina dicūt, q̄ nucibus, nucipruna, quę amygdalę, amygdalina. & in totū peregrina, quę a ciuitate Syrię Damaſco Damaſcena nūcupātur. Sunt & culicina & ſylueſtria. De prunis nulla mentio eſt apud Catonē: quo magis miratur Pliniꝰ cū ante vrbē cōditā Latinus ager hac arbore abūdaret. Alij dicūt cœpiſſe poſt Catonē. Perſica tota Aſię fuerūt: & a Perſide tranſlata: vnde & nomē habent, & cū difficultate primū tranſiere. Nūc ſponte ꝓuenīūt in Rhodo ab Aegypto trāſlata. Perſici minime fruticant, fabula eſſe videtur, ꝙ venenata ſint, & cū cruciatu apud Perſas gigni, a Cyroq; rege Perſarū in Aegyptū ꝓ veneno tranſlata, ibiq; terra mitigata tradunt. Patrē Aegyptij falſo teſtātur hoc pomo Cyrū necare voluiſſe, vtcūq; tñ eſt, iuuat non vt peregrinis, ſed vt patrijs vti in Italia. Gallica quę duracina dicunt. & quę tarde veniūt, Aſiatica. ſunt & p̄cocia, & ꝑ adoptionē dicta nuciperſica. Liuia odoratiora & ſapidiora cęteris ſub arcturo matureſcunt. Arcturus exoritur. Noñ. Septēb. Sunt & Morina quę intus moris colore ſimilia, nullius pene odoris ac ſaporis, cortice piloſo, & ꝑ adoptionē facta. Alia eſt Perſicus quę ad nos nūq̄ peruenit, myrteis rubentibus ſimilis ſata in Mēphi a Perſeo Alexādri Macedonis atauo: vnde illi nomen: qua ex re Alexander triūphās ex Aegypto folia huiꝰ perſici in coronā victorię ſibi inſtituit. vt Plinius refert. In zona artophylacis fulget ſtella vna q̄ arcturus dicit. Eubœa in mare Aegeo auulſa Bœotiæ fuit, vbi regnauit Lycaon, qui ob mactatos hoſpites in lupū verſus eſt. Inſignis mōtibus duobꝰ Ceraſto vergente in Africā, & Caphareo in Helleſpontū. Hic eſt vrbs Chalcis. In hac & in Chio inſula, de qua diximꝰ, naſcūtur artificio harūdines, a qbus exprimit mel, qđ poſtea decoctione deſiccatū fit concretū & in ſacharū tranſit. Ficorū genera hęc quæ Italia recepit. Ficus Lydia q̄ purpurea, cui ſitis mamillana, calliſtrutia ſapore potentior, ſed frigidiſſima omniū. Africana p̄fert cūctis ſuauitate, q̄ a multis Libyca nominat. Ex p̄cocibꝰ Tyburtinę ſunt & ab authoribꝰ nominatę Liuia, Pōpeia, quę cōmode ſiccātur ad ānuos vſus. Marſica inflatior eſt & tumidior. Nigra eſt q̄ tetrina ſiue Rhodia dicit, in hyeme maturatur. Chelidonia a Chelidonijs populis in Britānia noīata. Eſt & ſerotina duri corticis. Eſt & pręcox ſiue alba, ſiue nigra, bifera eſt, meſſe. ſ. & vindemia. Fici ſerūtur autumno vt melius ꝓueniāt. poſt Vulcanalia nubibꝰ pluiuā ſpōdētibꝰ. Tardipes Vulcanꝰ appellatur. ſ claudꝰ qa Iuppiter ira motꝰ cęleſtes e cœlo expulit, & Iunonē vinculis alligauit ī Olympo. Vulcanus voluit Iunoni matri vincula ſoluere. Iuppiter iratus filiū e cœlo in Lemnū deiecit. ille p̄ceps ruit & coxā ibi fregit vt Valerius Flaccus lib. ij. ſcribit. BEROALDVS. Congylis. pręcipit Columella poſt Vulcanalia ſerenda eſſe rapa & napos, Gręcis vocabulis vtens. ſiquidem Gręce γογγύλιϛ dicitur rapū, & βουνίαϛ napū. Plutarchus ſcribit de Curio dentato q erat ἐν χύτραις ἕψων γογγυλίδαϛ. i. in ollis coquens rapa. Plinius. xx ſcribit vnū naporū genus a Gręcis vocari Bunion, qđ vtile eſt purgationibus fœminarū & veſicę. Alterū genus Buniada appellāt, raphano & rapo ſiſe, feminis p̄clari ꝯtra venena ob id in antidotis vtunt illo. Erāt aūt Vulcanalia mēſe Auguſto, circa q̄ optima eſt ſatio rapę & napi. vt docet idē Columella lib. xij. & oſtēdit Plin. li. xviij. Nurſinę congylides. i. rapę optinēt primatū bonitatis ſicut napi amiternini maxime ꝓbant, hinc illud Epigrām. Hos amiternus ager felicibus educat hortis: Nurſinas poteris parcius eſſe pilas.

BAPT. PIVS. Congylis.) rapam intelligit, autho. Dioſco. li. ij. Nurſina.) rapę Nurſinę ſummopere laudabātur. Martialis. Nurſinas poteris parcius eſſe pilas. Bunias.) non a Bunio fonte, vt interpres ſentit: ſed ꝑ hāc vocē ſignificat napus: qđ colligitur ex Dioſcoridis verbis. Pliniꝰ lib xx. Napoꝝ differētias & ī medicina Gręci ſeruāt anguloſis folioꝝ caulibꝰ, qđ bunion vocāt, purgationibꝰ fœminarū & veſicę. Hactenꝰ Pius. POMP. Amiternini optimi fuere in ſabinio primi & nobiliores. Silius amiterna cohors. Bunias patronymicū nomē a fonte Bonis q eſt ī agro amiterno: ſic & Bunias ficus. & Nurſina ſupradicto ſerunt textu. Noīa Bacchi Euhyos bonꝰ filius, cū a patre qreretur. Męnalius a Menalo mōte Arcadię. Lyeus a λύω. i. ſoluo. nā vinū mētē ſoluit Lenęus qa ληνὸϛ torcular eſt. Bromeus a ſcnitu. Nyctilus a nocte, qa Bacchanalia nocte fiebāt. Dionyſiꝰ, qa filius Iouis & Nyſę. Nyſa vrbs eſt in Aegypto, vt diximꝰ in qua natꝰ Bacchꝰ. Altera oppidū & vicus ī bœotia patria Heſiodi poetę, q verſus de ruſticatiōe ꝓpoſuit, & paucos. Aſcręus Heſiodus dicit vt Virgiliꝰ idē de ſe ait, Aſcrēūq; cano Romana ꝑ oppida nomen. FINIS.

Mora.
Pruna.
Perſica.
Arcturi exortus.
Ficorum genera.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLÆ DE RE RVSTICA

LIBER. XI.

Quæ intra villam agi debeant ab homine officio villicationis præposito. Caput. I.

CLAVDIVS Auguſtalis tam ingenuę naturæ, q̃ eruditionis adoleſcens, compluriũ ſtudioꝝ, & pręcipue agricolationũ ſermonibus inſtigatus excudit mihi, cultus hortorũ proſa vt oratione componerẽ. Nec me tamẽ fallebat hic euentus rei, cum prædictam materiam carminis legibus implicarem: ſed tibi Publi Siluine pertinaciter expetenti verſificationis noſtræ guſtum negare non ſuſtinebam, facturus mox, ſi collibuiſſet, qđ nunc aggredior, vt olitoris curam ſubtexerem villici officiis. quę q̃uis primo rei ruſticæ libro videbar aliquatenus executus, quoniã tamen eam ſimili deſiderio noſter idem Auguſtalis ſępius flagitabat, numerum, quem iam quaſi conſumaueram, voluminũ exceſſi, & hoc vndecimũ pręceptum ruſticationis memoriæ tradidi. Villicum fundo, familiæq; præponi conuenit ætatis nec primę, nec vltimæ: nam ſeruitia ſic tirunculum cõtemnũt, vt ſenem, quoniã ille nondum nouit opera ruris, hic exequi iam non poteſt. Atq; hunc adoleſcentia negligentem, ſenectus illum facit pigrum. Media igitur ætas huic officio eſt aptiſſima, poteritq; ab anno trigeſimo vſq; in ſexageſimũ ſi non interueniant fortuita corporis vitia, ſatis validi fungi muneribus agricolæ. Quiſquis autem deſtinabitur huic negocio, ſit oportebit idem ſcientiſſimus, robuſtiſſimusq;, vt edoceat ſubiectos, & ipſe cõmode faciat, quę pręcipit, ſiquidem nihil recte ſine exemplo doceatur, aut diſcitur. Pręſtatq; villicum magiſtrum eſſe operariorũ non diſcipulum, cũ etiam de patrefamilias priſci moris exẽplũ Cato dixerit, Male agitur cũ domino, quẽ villicus docet. Itaq; in œconomico Xenophontis, quẽ M. Cicero latino ſermoni tradidit, vir egregius ille Iſchomacus Athenienſis rogatus a Socrate, vtrũ ne, ſi res familiaris deſideraſſet, mercari villicum tãq̃ fabrũ, an a ſe inſtituere conſueuerit. Ego vero inquit ipſe inſtituo. Etenim qui me abſente in meũ locũ ſubſtituitur, & vicarius meæ diligentię ſuccedit, is ea, quę ego, ſcire debet. Sed hęc nimiũ priſca, & eius quidẽ tẽporis fuit, quo idem Iſchomacus negabat queq̃ ruſticari neſcire. Nos autẽ memores ignorantiæ noſtræ, vigentis ſenſus aduleſcentulos, corporiſq; robuſti peritiſſimis agricolis cõmendemus, quorũ monitionibus, vel vnus ex multis (nam eſt difficile erudire) non ſolum ruſticationis, ſed imperandi conſequatur ſcientiã. Quidã enim, q̃uis operũ probatiſſimi artifices, imperitandi parũ prudentes, aut ſęuius, aut etiã lenius agendo rem dominorũ corrũpũt. Quare, ſicut dixi, docendus, & a pueritia ruſticis operibus educandus, multiſq; prius experimentis inſpiciẽdus erit futurus villicus. Nec ſolum an perdidicerit diſciplinã ruris, ſed an etiã domino fidem ac beneuolentiam exhibeat, ſine quibus nihil prodeſt villici ſumma ſcientia. Potiſſimũ autẽ eſt in eo magiſterio ſcire, & æſtimare, quale officiũ, & quis labor ſit, cuiq; iniũgendus. nam nec valentiſſimus poſſet exequi, qđ imperatur, ſi neſciat quid agat: nec peritiſſimus, ſi ſit inualidus. Qualitas itaq; cuiuſq; rei conſiderãda eſt. Quippe aliqua ſunt opera tm̃modo viriũ, tãq̃ promouẽdi onera, portandiq;: aliqua ſociata viribus, & arti, vt fodiendi, arandiq;, ſegetes & prata deſecandi: nõnullis minus virium, plus artis adhibetur, ſicut putationibus, inſitionibuſq; vineti. Plurimũ etiã ſciẽtia pollet in aliquibus, vt in paſtione pecoris, atq; eiuſdẽ medicina. Quorũ omniũ officiorũ villicus, quẽ iam prius dixi, æſtimator bonus eſſe non poteſt, niſi fuerit etiã peritus, vt in vno quoq; corrigere queat perperam factũ. neq; enim ſatis eſt reprehendiſſe peccantem, ſi non doceat recte viã. Libenter igitur eadem loquor, tam docendus eſt futurus villicus, q̃ futurus figulus, aut faber. Et haud facile dixerim, nam illa tanto expeditiora ſint diſcentibus artificia, quãto minus ampla ſunt. Ruſticationis autem magna & diffuſa materia eſt, parteſq; ſi velimus eius percenſere, vix numero cõprehendamus. Quare ſatis admirari nequeo, qđ primo ſcriptorũ meorũ exordio iure conqueſtus ſum, cæterarum artium minus vitæ neceſſariarũ repertos antiſtites, agriculturę neq; diſcipulos, neq; præceptores inuentos, niſi magnitudo rei pepererit reuerentiam vel diſcendi, vel profitendi pene immenſam ſcientiam, cum tamen non ideo turpi deſperatione oportuerit eam negligi. Nã nec oratoria diſciplina deſeritur, quia perfectus orator nuſq̃ repertus eſt: nec philoſophia, qa nullus cõſumatę ſapiẽtię, ſed e cõtrario plurimi ſemetipſos exhortantur vel aliquas parę

tes earum addiscere,quis vniuersas percipere non possint. Etenim quæ probabilis ratio est obmu tescendi,quia nequeas orator esse perfectus,aut in socordiā compelli,quia desponderis sapientiā? Magnę rei,quātulūcūque possederis, fuisse participem non minima est gloria. Quis ergo inquis, docebit futurū villicum,si nullus professor est? & ego intelligo difficillimū esse ab vno velut au thore cuncta rusticationis consequi pręcepta. Verūtamen vt vniuersę disciplinæ vix aliquem cō sultum,sic plurimos partiū eius inuenias magistros,per quos efficere queas perfectū villicū. nam & arator reperitur aliquis bonus,& optimus fossor,aut fœni sector, nec minus arborator & vi nitor, tum etiā veterinarius,& probus pastor, qui singuli rationem scientiæ suę desideranti non subtrahant. Igit̄ cōpluriū agrestiū formatus artibus, q susceperit officiū villicationis, in primis conuictū domesticū,multoque etiam magis externū vitet. Somni & vini sit abstinentissimus, quæ vtraque sunt inimicissima diligentiæ. Nam & ebrioso cura officij pariter cum memoria subtrahi tur,& somniculoso plurima effugiunt. Quid enim potest aut ipse agere,aut cuiq̄ dormiens im perare? Tum etiam sit a venereis amoribus auersus,quibus si se dediderit,non aliud quicq̄ possit cogitare,q̄ illud,qđ diligit. Nam vitiis eiusmodi pellectus animus,nec præmiū iucundius, q̄ fru ctum libidinis:nec suppliciū grauius,q̄ frustratione cupiditatis existimat. Igitur primus omniū vigilet,familiamque semper ad opera cunctantem pro tēporibus anni festinanter producat,& stre nue ipse præcedat. Plurimū enim refert colonos a primo mane opus aggredi,nec lentos per ociū pigre procedere. Siquidem Ischomacus idem ille. Malo inquit vnius agilem atque industriam, q̄ decem hominū negligentem & tardam operam. Quippe plurimū affert mali,si operario meretri candi potestas fiat. Nam vt in itinere conficiēdo sępe dimidio maturius peruenit is,qui nauiter & sine vllis concessationibus permeabit,q̄ is qui cum sit vna profectus,vmbras arborum,fonti culorumque amœnitatem, vel auræ refrigerationem captauit: sic in agresti negocio dici vix po test,quid nauus operarius ignauo & cessatore pręstet. Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim a prima luce familia cunctanter & languide procedat, sed velut in aliquod pręlium cū vi gore & alacritate animi pręcedentem eum tāq̄ ducem strenue sequatur,variisque exhortationibus in opere ipso exhilaret laborantes. Et interdū tanq̄ deficienti succursurus ferramentum auferat parumper & ipse fungatur eius officio,moneatque sic fieri debere, vt ab ipso fortiter sit effectum. Atque vbi crepusculum incesserit nemine post se relinquat,sed omnes subsequatur more optimi pastoris,qui e grege nullā pecudem patitur in agro relinqui. Tum vero,cū tectū subierit,idē fa ciat,qđ ille diligens opilio,nec in domicilio suo statim delitescat,sed agat cuiusque maximā curā. Siue quis (qđ accidit plerūque) sauciatus in opere noxā ceperit, adhibeat fomenta:siue alter lan guidior est,in valetudinariū confestim deducat, & conuenientē ei cæterā curationē adhiberi iu beat. Eorū vero,qui recte valebunt,non minor habenda erit ratio,vt cibus & potio sine fraude a cęllariis prębeatur. Consuescatque rusticos circa larē domini,focūque familiarem semper epulari,atque ipse in conspectu eorū similiter epuletur. Sitque frugalitatis exemplū, nec nisi sacris diebus accu bās cœnet,festosque sic agat,vt fortissimū quęque & frugalissimū largitionibus prosequatur,nōnūq̄ etiam suę mensę adhibeat,& velit aliis quoque honoribus dignari. Tū etiā per ferias instrumentū rusticū,sine quo nullum opus effici potest,recognoscat,& sępius inspiciat ferramēta:eaque semper duplicia comparet,ac subinde refecta custodiat,ne si qđ in opere vitiatum fuerit,a vicino petēdū sit,quia plus in operis seruorum auocandis,q̄ in precio rerū eiusmodi dependitur. Cultam,vesti tamque familiam vtiliter magis habeat,q̄ delicate,id est munitam diligenter a frigoribus & imbri bus,quę vtraque prohibentur optime pellibus manicatis,& sagatis cucullis:idque si fiat,omnis pene hyemalis dies in opere tolerari possit. Quare tā vestem seruitiorū,q̄,vt dixi,ferramenta bis debe bit singluis mensibus recensere: nam frequens recognitio nec impunitatis spem, nec peccandi locum præbet. Itaque mancipia vincta,quę sunt ergastuli,per nomina quotidie citare debebit, atque explorare,vt sint compedibus diligenter innexa,tum etiā custodię sedes an tuta, & recte munita sit:nec siquem dominus,aut ipse vinxerit,sine iussu patrisfamiliæ resoluat. Sacrificia nisi ex præ cepto domini facere nesciat,aruspicem sagamque sua sponte non nouerit, quę vtraque genera vana superstitione rudes animos infestant. Non vrbem,non vllas nundinas,nisi vendendæ,aut emēdæ rei necessarię causa,frequentauerit:neque enim colonię suę terminos egredi debet,nec absentia sua familię cessandi,aut delinquēdi spatiū dare. Semitas,nouosque limites in agro fieri prohibeat. Ho spitem nisi ex amicitia domini q̄rarissime recipiat. Ad ministeria sua cōseruos nō adhibeat. Nec vlli terminos egredi (nisi magna coegerit necessitas) permittat. Pecuniā domini neque in pecore, nec in aliis rebus promercalibus occupet. hęc enim res auocat villici curā, & eū negociatorē po

Arborator.

Patrisfa lias villici officiū.

Valetudi narium.

Pelles ma nicatę. Cuculli sagati.

tius facit,q̄ agricolam,nec vnq̄ finit eum cum rationibus domini paria facere, sed vbi æris numeratio exigitur,res pro numis ostenditur. Itaq; tam istud vitare debebit,q̄ Hercule fugiendū venandi,aut aucupandi studium:quibus rebus plurimæ operæ auocantur.Iam illa,quę etiam in maioribus imperiis difficulter custodiuntur,considerare debebit,ne aut crudelius,aut remissius agat cum subiectis,semperq; foueat bonos & sedulos,parcat etiam minus probis,& ita temperet, vt magis eius vereantur seueritatem,q̄ vt sæuitiam detestētur.Poteritq; id custodire, si maluerit cauere ne peccet operarius,q̄,cū peccauerit,sero punire.Nulla est autem vel nequissimi hominis amplior custodia,q̄ quotidiana operis exactio.Nā illud verū est M.Catonis oraculū,nihil agēdo homines male agere discunt.Itaq; curabit villicus,vt iusta reddantur. Istaq; non ægre cōsequetur,si semper se repręsentauerit.Sic enim & magistri singulorum officiorū diligenter exequentur sua munia,& familia post operis exercitationē fatigata cibo,quietiq; potius,ac somno, q̄ maleficiis operam dabit.In vniuersa porro villicatione,sicut in cætera vita, preciossimū est intelligere quęq; nescire se qđ nesciat,semperq; cupere,qđ ignoret addiscere. Nā & si multū prodest sciētia, plus tamen obest imprudentia,vel negligentia maxime in rusticatione, cuius disciplinæ caput semel est fecisse quicquid exegerit ratio culturę:nam q̄uis interdū emendatū sit perperam factum vel imprudentia,vel negligentia,res tamen ipsa iam domino decoxit.Nec mox in tātū exuberat, vt & iacturam capitis amissi restituat,& quęstum resarciat. Prælabentis veros temporis fuga q̄ sit inreparabilis,quis dubitet? Eius igitur memor pręcipue semper caueat,ne improuidus ab opere vincatur. Res est agrestis insidiosissima cunctanti. qđ ipsum expressius vetustissimus author Hesiodus hoc versu significauit.

Nihil agēdo hoīes male agere discunt.

Αἰεὶ δ᾽ ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει.

Serere ne dubites.

Quare vulgare istud de arborū positione rusticis vsurpatū,Serere ne dubites, id villicus ad agri totum cultū referri iudicet. credatq; pręter missas non duodecim horas,sed annū periisse,nisi sua quaq; die quod instat effecerit. nam cū propriis pene momentis fieri quicq̄ debeat,si vnum opus tardius q̄ oporteat peractum sit,cętere quoq;,quę sequitur,culturæ,post iusta tēpora serius adhibentur,omnisq; turbatur operis ordo,spem totius anni frustratur: quare necessaria est menstrui cuiusq; officii monitio ea,quæ pendet ex ratione siderum coeli.nam,vt ait Vergilius,

Tam sunt arcturi sidera nobis
Hœdorumq; dies seruandi,& lucidus anguis,
Q̄ quibus in patriam ventosa per æquora vectis
Pontus,& ostriferi fauces tentantur Abidi.

Columellæ cōtra astrologos libri

Contra quam obseruationem multis argumentationibus disseruisse me non inficior in iis libris, quos aduersus astrologos cōposueram, sed illis disputationibus exigebatur id qđ improbissime Chaldæi pollicentur,vt certis quasi terminis,ita diebus statis aeris mutationes respondeant. In hac aūt ruris disciplina nō desideratur eiusmodi scrupulositas,sed (qđ dicitur pingui Minerua) quantūuis vtile continget villico tempestatis futurę pręsagiū,si persuasum habuerit,modo ante, modo post,interdū etiam stato die orientis,vel occidentis competere vim sideris: nam satis prouidus erit,cui licebit,ante multos dies cauere suspecta tempora.

Quid quoq; mense faciendum sit,temporibus accommodando opera.

Caput. II.

ITAQVE pręcipiemus quid quoq; mense faciendū sit,sic temporibus accommodantes opera ruris,vt permiserit status coeli. Cuius varietatem,mutationēq;, si ex hoc commentario fuerit præmonitus villicus,aut nūq̄ decipietur,aut certe non frequenter. & ne discedamus ab optimo vate,qui ait,ille vere nouo terram proscindere incipiat.Noui autem veris principium nō sic obseruare rusticus debet,quemadmodum astrologus,vt expectet certum diem illum,qui veris initiū facere dicitur,sed aliquid etiam sumat de parte hyemis, quoniam consumpta bruma, iam intepescit annus,permittitq; clemētior dies opera moliri.Possunt igitur ab idibus Ianuariis(vt principem mēsem Romani anni obserues) auspicari culturarū officia,quorū alia ex pristinis residua cōsumabit,atq; alia futuri tēporis inchoabit.Satis autem erit per dimidios mēses exequi quodq; negocium, quia neq; pręfestinatum opus nimiū immature videri possit ante quindecim dies factum,nec rursus post totidem nimiū tarde.Idibus Ianuariis ventosa tempestas,& incertus status XVIII.Calen.Feb.tempestas incerta.XVII.Calen.Feb.Sol in Aquarium transit,Leo mane incipit occidere,Africus,interdum auster cū pluuia.XVI.Calen.Febr.Cancer desinit occidere,hyemat.XV.Cal.Febr.Aquarius incipit oriri,ventus africus tempestatē significat. XI.Calen. Febr.

fidicula vespere occidit, dies pluuius. IX. Calen. Febr. ex occasu pristini sideris significat tempestatem, interdũ etiam tempestas. VI. Cal. Febr. Leonis quæ est in pectore clara stella occidit, nonnũquã significatur hyems bipartita. V. Cal. Feb. auster, aut africus, hyemat, pluuius dies. III. Calẽ. Feb. delphinus incipit occidere. Item fidicula occidit. Pridie Cal. Febr. eorum, quæ supra sunt, siderum occasus, tempestatem facit, interdum tãtummodo significat. Hoc igitur semestrium, & deinceps sequentia tempestatibus annotatis percensuimus, quo cautior villicus, vt iam dixi, vel abstinere possit operibus, vel festinationem adhibere. Itaq; ab Idibus Ianuariis, q̃d habetur tẽpus inter brumam & aduentum fauonij, si maior est vineæ, vel arbusti modus, quicquid ex autumno putationis superfuit, repetẽdum est, sed ita ne matutinis temporibus vitis sauciettur, quoniã pruinis, & gelicidiis nocturnis adhuc rigẽtes materiæ, ferrum reformidãt. Itaq; dum hę regelare sinũtur, vsq; in horam secũdam vel tertiam poterunt vepres attenuari, ne incremento suo agrum occupent, segetes emũdari, aceruí virgarum fieri, ligna deniq; confici, vt tum demũ tepenti iam die putatio administretur, apricis etiã & macris, aut aridis locis prata iam purgãda, & a pecore sunt defendenda, vt fœni sit copia. Siccos quoq; & pingues agros tempestiuũ est proscindere, nam & vliginosi, & mediocris habitus sub æstate, vereve agẽdi sunt. macerrimi vero & aridi post æstatem, primo autumno arandi, & subinde conserendi. sed iugerum agri pinguis hoc tempore anni cõmode duabus operis proscinditur, quia hybernis pluuiis adhuc madens terra facilem cultum sui prębet. Eodẽq; mense ante Cal. Feb. sarriendę segetes autumnales, siue illę seminis adorei sunt q̃d quidam far vernaculum vocant, seu tritici. Eorũq; tempestiua sarritio est, cũ enata frumenta quatuor fibrarum esse cœperũt. Ordeum quoq; maturũ, quibus superest opera, nũc demũ sarrire debebũt. Sed & faba eãdem culturam exigit, si iam coliculus eius in quatuor digitos altitudinis creuerit, nam prius sarriuisse nimiũ teneram non expedit, eruũ quidem melius priore mense, nec tamen improbe hoc ipso vel proximo seremus. nam Martio nullo modo terræ cõmittendũ esse rustici præcipiunt. vineæ, quę sunt palatæ, & ligatę recte iam fodiuntur. surculi, qui primi florem afferũt, statim circa Idus inserendi sunt, vt cerasorũ tuberum, amygdalarum, persicorũq;. ridicis, vel etiam palis conficiendis, idoneum tempus est, nec minus in ædificia succidere arborem conuenit, sed vtraq; melius fiũt Luna decrescente ab vigesima vsq; in trigesimã, quoniã omnis materia sic cesa iudicatur carie nõ infestari Palos vna opera cędere, & exputatos acuere centũ numero potest. Ridicas autem querneas, siue oleagineas findere, & dedolatas vtraq; parte exacuere numero sexaginta. Item ad lucubrationẽ vespertinam palos decẽ, vel ridicas quinq; cõficere, totidẽq; per antelucanam lucubrationẽ. Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum. XX. hęc erit vehis vna. Pinus autẽ. V. &. XX. pedũ æque ab vno expeditur, quæ & ipsa vehis dicitur, nec minus vlmus, & fraxinus pedũ. XXX. cupressus autẽ pedum. XL. tum etiã sexagenũ pedum abies, atq; populus, singulis operis ad vnguem quadrantur, atq; omnes hæ mensuræ similiter vehes appellantur. His etiam diebus maturi agni, & reliqui fœtus pecudũ, nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent. Calen. Feb. fidis incipit occidere, ventus eurinus, & interdum auster cum grandine est. III. nonas Feb. fidis tota, & leo medius occidit. corus, aut septentrio. nonnũquã fauonius. Nonis Feb. mediæ partes Aquarij oriuntur, ventosa tẽpestas. VII. Idus Feb. Calisto sidus occidit, fauonij spirare incipiunt. VI. Idus Feb. ventosa tẽpestas. III. Idus Feb. eurus. per hosce dies locis maritimis, & calidis, & siccis prata, vel arua purgantur, & in fœnũ submittũtur. Reliquæ partes vinearum propter brumam, vel frigora omissæ, nũc palandæ, & alligandæ sunt, ne postea tumentes gemmæ lędãtur, & oculi atterantur. Item vinearum fossio hisdẽ locis peragẽda, arbustorũq; siue putatio, siue alligatio finienda est, quorũ iusta certa esse non possunt. Inter nonas deinde, & idus, pomorum seminatia facienda sunt, & maturę plantæ de seminariis in scrobes trãsferẽdæ. Pastinatio quoq;, quæ mense Decembri, vel Ianuario cœpta est, iam nũc includenda, & vitibus conserenda est. Pastinatur autẽ terreni iugerũ ita, vt solum in altitudinem trium pedũ defodiatur operis. LXXX. vel in altitudinem dipondii semissis, operis. L. vel ad bipaliũ, cui est altitudo duorum pedum operis. XL. Hęc tamen in agro sicco surculis conserendis minima pastinationis mensura est. Nam oleribus deponendis possit, vel sexquipedalis altitudo satisfacere, quę plerũq; in singula iugera triginta operis conficitur. Hoc eodem tẽpore stercoris pars in prata digerenda, pars oleis, & cęteris arboribus inspargenda. quin etiam vitiaria dilígẽter faciẽda, malleolisq; q̃recentissimis curiosissime pangenda. Populos, & salices, & fraxinos, prius q̃ frondeant, plantasq; vlmorum nũc ponere vtile est, aut ante satas nũc exputare & circũfodere, ac summas earum æstiuas radiculas amputare. Sarmenta quoq; (vineis non-

Calisto.

Vineæ palandæ.

Pastinatio

dum fossis) atq; arbustorũ ramos e segetibus,aut rubos,& quicquid deniq; iacens fodiẽtem,vel
Rosaria.
alio genere terram molientẽ potest impedire,nũc egerere,& ad sepem applicare oportet.Rosaria
Arũdineta. Salicta.
noua conserere,vel antiqua curare.Arundineta nũc ponere,vel etiã pristina colere.Salicta facere
vel deputare,rũcare,ac fodere.Genistam semine,vel plantis in pastinato,vel etiã sulco deponere.
Trimestre.
Trimestrium quoq; satio non est aliena huic tẽpori,q̃uis tepidis regionibus melius administre-
tur per mensem Ianuarium.Idibus Februariis Sagittarius vespere occidit, vehementer hyemat
Crater.
XVI.Cal.Martij vespere crater oritur,venti mutatio. Quintodecimo Cal.Martij sol in pisces
transitũ facit,nõnũq̃ ventosa tempestas. Tertiodecimo,& duodecimo Cal.Martii fauonius vel
auster cũ grãdine,& nimbis. Decimo Cal.Martii Leo desinit occidere,venti septẽtrionales,qui
Ornithiæ.
vocãtur Ornithiæ,per dies triginta esse solent,tum & hirũdo aduenit. IX.Cal.Martii arcturus
prima nocte oritur frigidus dies aquilone,vel coro, interdũ pluuia. VIII.Calen.Martii sagitta
Helcyonei dies.
crepusculo incipit oriri,variæ tempestates,halcyonei dies vocãtur,in atlantico quidẽ mare sum-
ma tranquillitas notata est. VII.Calen.Martii ventosa tempestas,hirundo conspicitur,per hos
dies frigidis locis earum rerũ,quas supra scripsimus,tempestiua est administratio. Locis autẽ ca-
lidioribus,q̃uis sera,tamen necessaria, cęterũ malleoli & viuiradicis positio huius temporis esse
videtur optima. nec tamen deterior etiam inter Cal.& Idus sequentis mensis,vtiq; si nõ sit fer-
uentissima regio.si vero etiã magis frigida,vel melior est.Insitio quoq; arborũ,atq; vitiũ tepidis
locis hoc tempore cõmode administrabit. Cal.Martii africus,interdũ auster cũ grãdine. VI.
Vindemiator.
Nonas Martii vindemiator apparet,quem Gręci τρυγητῆρα dicũt,septẽtrionales venti. IIII.no.
Martii fauonius,interdũ auster hyemat.nonis Martii equus mane oritur,flatus aquilonis. III.
Piscis aql.
Idus Martii piscis aquilonis desinit oriri, septẽtrionales venti.Pridie Idus Martii argonauis ex-
Argonauis
oritur,fauonius,aut auster,interdũ aquilo. His diebus cõmode instruũtur horti,de quibus suo
loco dicam secretius,ne inter hanc quasi turbam operũ negligentius olitoris officia descripsisse
videar,aut nũc ordinẽ reliquarũ culturarum cœptum interrupisse. Igitur a Cal. Martii eximia
est vitium putatio vsq; in decimũ Calendarũ Aprilium, si tamen se gemmæ nondum moueant.
Surculi quoq; silentes ad insitionẽ nũc pręcipue,vtiliterq; leguntur, & ipsa insitio vitiũ,atq; ar-
borum longe nũc est optima. Frigidis quoq; locis,& humidis vitiũ satio nũc pręcipua est,sed &
ficulnea cacumina iam tumentia vtilissime ponũtur.Sarritura quoq; frumentorũ iteratur egre-
gie,modios tres vna opera recte sarrit.prata purgare,& a pecore defendere iam tempestiuũ est.
Locis quidem calidis,& siccis etiã a mense Ianuario,vt supra diximus,id fieri debet,nam frigidis
Scrobes ternarij & quaternarij.
vel a quinquatribus prata recte submittũtur. Scrobes omnis generis,quos eris autumno consi-
turus,hoc tempore pręparare oportebit. eorũ quaternarii,hoc est quoquouersus pedũ .iiij.si est
cõmodũ terrenũ.xiiij.ab vno fiunt.Ternarii autẽ.xviii.Cęterũ ad deponendas vites,vel non ma-
gni incrementi arbores,sulcus qui sit pedũ centũ & viginti,latitudine bipedanea,in altitudinem
Rosariũ serotinũ.
deprimi debet dipõdio semisse,eũq; similiter vna opera efficit.Rosarium serotinũ perfossum,&
cultum habere iam tempus est.Oleis laborãtibus circũ radices amurcam,quæ salem nõ habeat,
nũc cõueniet infundere,maximis sex congii,mediocribus arboribus vrnæ satisfaciunt, cæteris
æstimanda erit portio.sed tamen quæ nihil vitii habuerint,aliquando lætiores fient, si amurca
rigẽtur insulsa.Nõnulli hoc optimũ tempus esse seminariis instituendis dixerunt. Tum etiam
baccas lauri,& myrti,cęterorũq; viridium semina in areolas differere pręceperũt.Orthocissos,&
Orthocissos.
ederas ab Idibus Februarii,vel etiã Calen.Martiis poni oportere iidem censuerũt.Idibus Martij
Nepæ occasus.
nepa incipit occidere,significat tempestatem.xvii.Calen.April.nepa occidit,hyemat.xvi.Calen.
Arietis exortus.
April.Sol in Arietẽ transitũ facit,fauonius,vel corus.xii.Cal.April.equus occidit mane,septen-
trionales venti.x.Cal.April.Aries incipit exoriri,pluuius dies,interdũ iungit.ix. &.viii. Calend.
April.æquinoctiũ vernũ tempestatem significat.Ab Idibus eadẽ,quę supra,vtiq; peragẽda sunt.
optime autẽ vliginosa,& pinguia loca nũc demũ proscindũtur,& quæ mẽse Ianuario veruacta
fecimus,nũc vltima parte Martii sunt iteranda,& siquę pergulæ vitiũ generosarum, vel siquę in
agris,aut vepribus singulares arbores maritæ a putatoribus relictæ sunt,ante Calen.April. vtiq;
deputari debent,post quem diem sera & infructuosa fit huiusmodi rerum cultura.Milii quoq; &
panici hæc prima satio est,quę peragi debet circa Id.April.vtriusq; seminis sextarii quini singu-
la iugera occupant.quinetiam pecus lanatum,cęteraq; quadrupedia tempus idoneũ est castrãdi.
Locis autem tepidis ab Idibus Feb.vsq; in Idus April.In locis frigidis ab Idibus Martii vsq; in
Idus Maias omnia recte pecora castrantur.Calen.April.nepa occidit mane,tempestatẽ significat
Non.April.fauonius aut auster cũ grandine,nonnũq̃ hoc idem pridie.viii.Idus.April.vergiliæ

veſpere cęlantur,interdum hyemat.vij.Id.April.&. vj. &.v. auſtri & africi,tempeſtatẽ ſignificat.
iiij.Idus April. ſole oriente,Libra occidere incipit,interdũ tempeſtatẽ ſignificat.Pridie Id.April.
ſuculæ cęlantur,hyemat.His diebus locis frigidis prima vinearum foſſio vtiq; ante idus peragẽ Sucularũ
da eſt:quęq; menſe Martio poſt confectum æquinoctinm fieri debuerunt , nunc deniq; q̃primũ occaſus.
exequenda ſunt. Fici,viteſq; adhuc recte inſeruntur. Seminaria, quæ ſunt ante facta, runcari,&
adhuc commode fodiri poſſunt. Oues Tarentinæ radice lanaria lauari debent,vt tonſuræ pre=
parentur.Idib. Aprilis,vt ſupra,Libra occidit,hyemat.xviij.Calen.Maias ventoſa tẽpeſtas,& im=
bres:nec hoc conſtanter.xv.Cal.Maias Sol in Taurum tranſitũ facit,pluuiã ſignificat.xiiij.Calẽ.
Maias ſuculæ ſe veſpere cęlant,pluuiam ſignificat.xj.Cal.Maias ver bipartitur,pluuia,& nonnũq̃
grando.x.Cal.Maias Vergiliæ cum Sole oriuntur,africus,vel auſter,dies humidus. ix.Calendas Verg. cum
Maias prima nocte fidicula apparet,tempeſtatem ſignificat.iiij.Calend.Maias auſter fere cũ plu= ſole exort⁹.
uia.iij.Calend.Maias mane Capra exoritur,auſtrinus dies,interdũ pluuiæ.Pridie Cal.Maias canis
ſe veſpere cęlat,tempeſtatẽ ſignificat.Per hos dies eadẽ,quę ſupra perſequemur.Poſſuntq; ſi iam
librũ remittũt inſeri oleæ,vel emplaſtrari,cęterçq; pomiferæ arbores eodem emplaſtrationis ge= Empla=
nere inſeri. ſed & prima pampinatio recte inchoatur,dũ prorepentes oculi digito decuti poſſint. ſtrari.
ſiqua præterea in vineis aut foſſor diſturbauit,aut negligentia omiſit,diligens vinitor reſtituere
debet,& fracta iuga cõſiderare & reſarcire,aut diiectos palos reponere,ita ne teneros pampinos
explantet. eodem tempore ſecũdi fœtus,pecudes ſignari oportet.Calendas Maias hoc biduo ſol
vnam dicitur tenere particulam.vj.Non.Maias.ſucula cũ ſole exoritur,ſeptentrionales venti. v.
Non.Maias cẽtaurus totus apparet,tempeſtatem ſignificat .iij.Nonas Maias idẽ ſidus, pluuiam Centaurus
ſignificat.Pridie Nonas Maias nepa medius occidit,tempeſtatẽ ſignificat.Nonis Maijs Vergiliæ
exoriuntur mane,Fauonius.vij.Idus Maias æſtatis initiũ fauonius,aut corus , interdũ etiã plu=
uia . vj.Idus Vergiliæ totę apparent,fauonius aut corus,interdũ & pluuiæ . Tertio Idus Maias
fidis mane oritur ſignificat tempeſtatẽ.Per hos dies runcandæ ſegetes ſunt,fœniſiciæ inſtituẽdæ.
Bonus operarius prati iugerum deſecat,nec minus mille ducentos manipulos vnus obligat,qui
ſint ſinguli quaternarum librarũ.Arbores quoq; tempus eſt ablaqueatas circũfodere & operire .
vna opera nouellas circũfodiet arbores octuaginta mediocres. lxv. magnas quinquaginta . hoc
menſe ſeminaria omnia crebro fodere oportebit:ſed a Cal. Martijs vſq; in Idus Septẽbres,omni=
bus menſibus non ſolũ ſeminarijs,ſed etiã nouellis vineis danda foſſio eſt.Iiſdem diebus,vbi prę=
gelidũ,& pluuiũ cœlũ eſt,oleæ putantur,& emuſcantur.Cęterũ tepidis regionibus duobus tẽ=
poribus anni facere iſtud oportebit.Primo ab Idibus Octob.vſq; in Idus Decẽbres,iterũ ab Idib⁹ Oleas emũ ſcare.
Febru.vſq; in Idus Martias. ſi tamen arbor librũ nõ remittit,hoc eodẽ menſe in paſtinato ſemi=
nario nouiſſima poſitio eſt olearis taleæ,eáq; oportet,cũ panxeris,fimo & cinere miſtis oblinire
& ſuperponere muſcũ,ne ſole findatur. ſed hoc idẽ opus melius fiet vltima parte mẽſis Martij,
vel prima menſis Aprilis,& cęteris temporibus,quibus præcepimus ſeminaria plantis, vel ramis
conſerere.Idibus Maijs fidis mane exoritur,auſter,aut euronotus,interdum dies humidus. xvij.
Cal.Iunias idẽ qđ ſupra.xvi.&.xv.Cal Iunias euronotus vel auſter cũ pluuia.xiiii.Calẽ. Iun.Sol
in geminos introitũ facit.xii.Cal.Iun.ſuculæ exoriũtur,ſeptentrionales venti,nõnũq̃ auſter cum
pluuia.xi.&.x.Cal.Iun.arcturus mane occidit,tẽpeſtatẽ ſignificat. viii.&.vii.&.vi.Cal.Iun.capra Suculę.
mane exoritur,ſeptentrionales venti.Ab Idibus vſq; in Cal.Iun.veteranam vineã prius q̃ florere Capra.
incipiat,iterũ fodere oportet,eádẽq;,& cæteras omnes vineas itidẽ pampinare. Qđ ſi ſępius fece
ris,puerilis vna opera iugerum vineti pampinabit.Quibuſdã regionibus oues nunc tõdentur,&
pecoris nati,aut amiſſi ratio accipitur. Item qui lupinũ ſtercorandi agri cauſa ſerit, nunc demũ
aratro ſubuertit.Calen.Iun.&.iiii.Non.Aquila exoritur,tempeſtas ventoſa.& interdum pluuia. Aquila.
vii.Idus Iun.arcturus occidit,fauonius,aut corus.iiii.Id.Iuni.delphinus veſpere exoritur, fauo=
nius interdum rorat.His diebus ſi non opere victi ſumus,eadẽ,quæ extremo menſe Maio,faciẽda
ſunt.Item omnes arbores fructiferę circũfoſſæ aggerari debent,vt ante ſolſtitiũ id opus peractũ
ſit quinetiam pro conditione regionis,& cœli,terra vel proſcinditur,vel iteratur:eaq;,ſi eſt diffi=
cilis,proſcinditur operis tribus,iteratur duabus,tertiatur vna. Lirantur autẽ iugera duo opera Lirare.
vna: at ſi facilis eſt terra,proſcinditur iugerum duabus operis,iteratur vna , lirantur vna iugera
quatuor,cũ in ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur.quę ratio colligit,vt per autumnũ fa=
cile poſſint vno iugo,tritici obſeri modij centũ quinquaginta,cęterorũq; leguminũ modii cẽtũ .
Iiſdẽ diebus area triturę pręparanda eſt,vt quęq; res deſecta erit,in eã cõferatur. Vinearũ quoq;
cultus,quibus maior eſt modus,iteratus eſſe debet.Ante ſolſtitiũ pabulũ (ſi facultas eſt)vel nũc,

vel etiam superioribus.xv.diebus,qui fuerint ante Cal.Iunij,pecori pręberi oportet.A Cal.autẽ
Iuniis,si iam deficit viridis hęrba,vsq; in vltimum autumnũ frondem cæsam prębebimus.Idibus
Iuniis calor incipit.xiii.Cal.Iul.sol introitũ in cancrũ facit,tempestatem significat. xi.Calẽ.Iulii,
Anguifer. anguifer,q a Gręcis dicit̃ ὀφιοῦχος mane occidit,tẽpestatẽ significat.viii.&.vii.&.vi.Cal.Iulii sol-
Ophiocus. stitium,fauonius,& calor.iii.Cal.Iul.vẽtosa tempestas.His diebus eadẽ,quę supra. Sed & viciam
in pabulũ secare oportet,prius q̃ siliquę eius durentur,ordeum metere,fabam serotinam ducere,
fabam maturam conterere,& paleam eius diligenter recondere, ordeum terere, paleasq; omneis
recondere.aluos castrare,quas subinde nono quoq; aut.x.die ad Cal.Maias considerare & curare
Opercula-ti faui. oportet. Nunc autem si sunt pleni atq; operculati faui demetendi sunt.Sin autem maiore parte
Mellatio. vacant,aut sine operculis adaperti sint,nondum esse maturos significatur,itaq; mellatio est diffe-
Sesama. renda.Quidam in prouinciis transmarinis vel hoc,vel sequente mense sesama serunt. Cal.Iuliis
fauonius vel auster,& calor.Quarto Non.Iul.corona occidit mane. Pridie Non.Iul. cancer me-
Cepheus. dius occidit,calor. Octauo Id⁹ Iul.capricornus medius occidit.Septimo Idus Iul.Cepheus vespe
Prodromi re exoritur,tempestatẽ significat.Sexto Idus Iul.prodromi flare incipiũt.His diebus eadem,quæ
supra.Sed & proscissum veruactum optime nunc iteratur,& syluestris ager decrescẽte luna vti-
Procyon. lissime extirpatur.Idibus Iuliis Procyon exoritur mane,tempestatẽ significat, tertiodecimo Calẽ.
Augustas sol ĩ Leonem transitũ facit,fauonius.nono Calendas Augustas Leonis in pectore clara
stella exoritur,interdũ tempestatẽ significat.octauo Calend.Augustas Aquarius incipit occidere
Canicula. clare.fauonius,vel auster.Septimo Cal.Augustas canicula apparet,caligo æstuosa.Sexto Calend.
Augustas aquila exoritur.iiii.Cal.Augustas leonis in pectore claræ stellæ exoriũtur , interdũ tẽ-
Aquila. pestatem significat.iii.Cal.Augustas aquila occidit,significat tempestatẽ.His diebus locis tempe
ratis,& maritimis messis conficitur,& intra dies triginta qua desecta est,stramẽta pręcisa in acer-
uũ congerũtur. Iugerũ stramentorũ opera vna desecat,quibus remotis prius q̃ sol acrior exurat
terram,omnes arbores quę fuerant in segete,circũfodere,& adobruere oportet.Item quibus ma-
gna sementis pręparatur,nũc debent iterare.Nam de fodiendis,colendisue nouellis vineis,sępius
iam dixi,nullum esse mensem omittendũ,donec autumnale æquinoctiũ conficiatur. Meminisse
autẽ oportebit,vt per hos,& Augusti mensis dies, antelucanis & vespertinis tẽporibus frondem
pecudibus cędamus.Item quascũq; vineas culturi sumus,ne per æstũ,sed mane vsq; in tertiã,& a
decima vsq; in crepusculum fodiamus. Quibusdã regionibus sicut in Cilicia, & Pamphilia hoc
mense sesama serũtur,Italiæ autẽ regionibus humidis possunt vltimo mense Iunio seri.Quinetiã
tẽpus est ficulneis arboribus caprificum suspendere.Q đ quidã existimant icc irco fieri debere, ne
Etheſiæ. fructus decidat,& vt celerius ad maturitatẽ perueniat.Cal.Augusti Ethesiæ. Pridie Nonas Au-
gusti leo medius exoritur,tempestatẽ significat.vii.Idus.Augu.Aquarius occidit medius,nebu-
Fidis. losus æstus.Pridie Idus Augusti fidis occidit mane,& autumnus incipit. His diebus eadẽ,quæ
supra.Nõnullis tamen locis faui demetũtur: qui si non sunt melle repleti,nec operculati,differẽ-
Delphinus da est in mensem Octobrẽ mellatio.Idibus Augusti delphini occasus tempestatẽ significat. xix.
Cal.Septẽbris eiusdẽ sideris matutinus occasus tẽpestatẽ significat.xiii.Calẽ.Septẽbris sol in vir-
ginem transitũ facit. hoc & sequenti die tempestatẽ significat, interdũ & tonat. hoc eodem die
fidis occidit.Decimo Cal.Septẽbris ex eodẽ sidere tẽpestas plerũq; oritur,& pluuia.vii.Cal.Septẽ-
Vindemia bris vindemiator exoritur mane,& arcturus incipit occidere,interdũ pluuia. iii.Cal.Septembris
Arcturus. humeri virginis exoriũtur, ethesiæ desinũt flare,& interdũ hyemat.Pridie Cal.Septembris An-
Virg. hu-meri. dromeda vesperi exoritur,interdũ hyemat.His quidẽ diebus arbores ficorũ inoculãtur, qđ gen⁹
Androme-da. insitionis emplastratio vocat̃. Idq; licet vel commodius facere superiore mense post Idus Iulias,
quo tẽpore etiã aliarũ arborũ nõnulli emplastrationẽ faciũt.Quibusdã locis,vt in Bætica mariti-
Inoculatio & Empla-stratio. mis regionibus,& in Africa vindemia conficitur.Sed frigidioribus regionibus pulueratione fa-
ciũt,quã vocãt rustici occationem,cũ omnis gleba in vineis refringitur,& resoluitur in puluerẽ.
Puluera-tio. Hoc eodẽ tẽpore,prius q̃ vineæ puluerentur,si percxilis est, vel rara ipsa vitis, lupini modii tres,
Occatio. vel quatuor in singula iugera spargũtur,& inoccantur,qui,cũ fruticauerint,prima tum fossione
conuersi satis bonũ stercus vineis prębent. Multi etiã,si pluuius est status cœli,sicut suburbana
regione Italiæ pampinis vitem spoliant, vt percoqui fructus possint, nec putrescere imbribus.
At e cõtrario locis calidioribus,vt modo nominatis prouinciis,circa vindemiã adumbrãtur,vel
stramentis,vel aliis tegumentis vuæ,ne ventis,aut caloribus exarescant.Hoc idẽ tẽpus est aridis
Filix. vuis,ficisq; conficiendis, de quibus queadmodũ passę fiant,suo loco dicemus,cũ villicę perseque
Carex. mur officia.Filix quoq;,aut carex vbicũq; nascitur,Augusto mẽse recte extirpatur: melius tamẽ

circa Idus Iulias ante caniculæ exortum. Cal.Septembris calor.Quarto Non.Septembris piscis austrinus desinit occidere,calor.Non.Septembris arcturus exoritur,fauonius,vel corus. vii.Idus Septembris piscis aquilonius desinit occidere,& capra exoritur,tempestatem significat.iii.Idus. Septẽbris fauonius aut africus,virgo media exoritur.His diebus,locis maritimis,& calidis vindemia,& cętera,quę supra scripta sunt,cõmode administratur. Iteratio quoq; arationis peracta esse debet,si serius terra proscissa est.Sin autẽ celerius,etiã tertiatũ solũ esse conuenit. Hoc etiã tẽpore qui consueuerũt vina condire,aquã marinã pręparãt,& aduectã decoquũt. de qua conficienda,cũ villicę officia exequar,pręcipiã. Idibus Septẽbris ex pristino sidere nõnũq̃ tempestatẽ significat.xv.Calẽ.Octobris arcturus exoritur,fauonius aut africus,interdũ eurus, quẽ quidam vulturnũ appellant.xiiii.Calẽ.Octobris spica virginis exoritur,fauonius,aut corus. xiii. Calend. Octobris sol in Libram transitum facit,Crater matutino tẽpore apparet.xi.Calẽ.Octobris pisces occidũt mane. item aries occidere incipit.fauonius,aut corus,interdũ auster cũ imbribus. x.Cal. Octobris argonauis occidit,tẽpestatẽ significat,interdũ etiã pluuiã. ix.Calẽ. Octobris centaurus incipit mane oriri,tẽpestatẽ significat,interdũ & pluuiã.viii.Calẽ.Octobris.&.vii.&.vi. æquinoctiũ autumnale,pluuiã significat.v.Cal.Octobris hœdi exoriũtur,fauonius,nonnũq̃ auster cum pluuia.iiii.Calẽd.Octobris virgo desinit oriri,tẽpestatẽ significat.His diebus vindemiæ pluribus regionibus fiũt,quarũ maturitatẽ alij aliter interpretati sunt.Quidã cũ vidissent partẽ aliquam vuarũ virescere,crediderũt tẽpestiuã esse vindemiã. Quidã cũ coloratas & perlucidas vuas animaduertissent,nõnulli etiã cũ pampinos ac folia decidere cõsiderassent,quę omnia fallacia sunt, quoniã immaturis vuis omnia eadẽ possunt accidere propter intemperiẽ solis,aut anni.Itaq; nõnulli gustu explorare maturitatẽ tentauerũt,vt siue dulcis esset sapor vuæ, siue acidus, proinde æstimarent.Sed & hęc ipsa res habet aliquã fallaciã.Nã quędã genera vuarũ nũq̃ dulcedinẽ capiũt propter austeritatẽ nimiã. Itaq; opportunũ est (qđ nos facimus) ipsam naturalem cõteplari maturitatẽ.Naturalis autẽ maturitas est,si cũ expresseris vinacea, quę acinis celantur, iam infuscata,& nõnulla prepemodũ nigra fuerint. nã colorẽ nulla res vinaceis potest afferre,nisi naturæ maturitas,pręsertim cũ ita in media parte acinorũ sunt,vt & a sole æstuante,& a ventis protegãtur,humorq; ipse nõ patitur ea percoqui,aut infuscari,nisi suapte natura.Hoc igitur cũ exploratũ habuerit villicus,sciat vindemiã sibi esse faciendã.Sed anteq̃ fructũ cogere incipiat,cũcta pręparãda erũt superiore (si fieri posset) mense.Si minus,certe vt ante quindecim dies dolia partim picata,partim defricata,& diligẽter lota marina,vel aqua salsa,& recte siccata. Tum & opercula, colaq;,& cętera,sine quibus probe confici mustũ nõ potest.Torcularia vero,& fora diligẽter emũdata,lotaq;.Et,si res ita exegerit,picata,pręparataq; habeat ligna,quibus defrutũ & sapam decoquat.Tũ etiã salẽ,atq; odoramenta,q̃bus condire vina cõsueuerint,multo ante reposita esse oportet.Nec tamẽ hęc cura totũ auocet eũ a cętera ruris cultura. nã & napinæ,itẽq; rapinę siccaneis locis per hos dies fiũt.Farraginaria quoq; pecori futura per hyemẽ pręsidio. Itemq; siliquam,qđ rustici fœnũ græcũ vocãt:nec minus in pabulũ vicia nũc demũ conserũtur. Tũ etiã lupini hæc erit pręcipua satio,quẽ quidã vel ab area protinus in agrũ deferri putãt oportere.Miliũ & panicum hoc tẽpore demetitur,quo faseolus ad escam seritur. nã ad pręcipiendũ semẽ vltima parte Octobris circa Calendas Nouẽbris melius obruitur. Quare cũ hęc cũcta in agris exequi debeãt, possit eorũ curã,quę intra vallã facienda sunt,villicę delegare. Ita tamẽ,vt ipse cõsideret an recte facta sint.Calendis Octobribus,&.vi.Non.interdũ tempestatẽ significat. quarto Non.Octobris auriga occidit mane,virgo desinit occidere,significat nõnũq̃ tempestatẽ. iii. Non.Octobris corona incipit exoriri,significat tempestatẽ.Pridie Non.Octobris hœdi oriũtur vespere,aries medius occidit.Aquilo.viii.Idus Octobris coronæ clara stella exoritur. vi.Idus Octobris vergiliæ exoriũtur vespere,fauonius,& interdũ africus cũ pluuia.Tertio,& pridie Idus Octobris corona tota mane exoritur,auster hybernus,& nõnũq̃ pluuia.Per hos dis frigidis regionibus vindemia, & cętera,quę supra scripta sunt,fieri solent.Iisdẽq; regionibus frumenta matura serũtur,& pcipue far adoreũ.Locis etiã opacis triticũ nũc recte seritur.Et quoniã sementis mẽtionẽ fecimus, non intẽpestiue quãtũ cuiusq; seminis iugerũ agri recipiat referemus.Iugerũ agri recipit tritici modios quatuor vel quinq;,farris adorei modios nouẽ vel decem,ordei modios quinq; vel sex, milij vel panici sextarios quatuor vel quinq;,lupini modios octo vel decẽ,faseoli modios quatuor.pisi modios tres vel quatuor.fabæ modios sex,lentis modiũ vnũ vel paulo amplus,lini seminis modios nouẽ vel decẽ.cicerculę modios tres vel quatuor,ciceris modios duos vel tres,sesami sextarios quatuor vel quinq;,viciæ pabularis modios septẽ vel octo,viciæ seminibus modios

Piscis aust. & aqlonius
Virgo.
Spica virg.
Crater.
Argonauis
Cẽtaurus.
Hœdi.
Auriga.
Corona.

quinq; vel sex, erui modios quatuor vel quinq;, farraginis ordeaceæ modios septẽ vel octo, siliquę modios sex, medicæ singulos cyathos serere oportet in areolis lõgis pedum denũ, latis pedum quinũ. Canabis grana sex in pede quadrato ponũtur. Idibus Octobris, & sequẽti biduo interdũ tempestas, nõnũq̃ rorat. xiiii. Cal. Nouẽbris sol in Scorpionẽ transitũ facit. Tertiodecimo, & duodecimo Calendas Nouembris solis exortu vergiliæ incipiunt occidere, tempestatem significat. Vndecimo Cal. Nouembris Tauri cauda occidit, auster, interdũ pluuia. Octauo Calẽ. Nouẽbris centaurus exoriri mane desinit, tẽpestatẽ significat. Septimo Cal. Nouẽbris nepæ frons exoritur, tempestatẽ significat. Quinto Cal. Nouembris vergiliæ occidũt, hyemat cũ frigore & gelicidiis. Quarto Cal. Nouẽbris arcturus vespere occidit, ventosus dies. Tertio Calendas & pridie Nouẽ-

Cassiope. bris Cassiope incipit occidere, tempestatẽ significat. Per hos dies quęcũq; semina differri debẽt, arbusculęq; omnis generis recte ponuntur. Vlmi quoq; vitibus recte maritantur, ipsęq; vites in arbustis, & vineis commode propagantur. Seminaria runcare, & fodere tempus est. Tum etiam arbores ablaqueare, nec minus vineas, easdẽq; putare. Itemq; in arbustis vitem deputare, seminaria, quæ suo tempore pampinata non sunt, arbusculęq; ficorum in seminariis putari, & ad singulos stilos redigi debent, quæ tamen melius, dum tenera sunt, per germinationem pampinantur. Sed cum omnia in agricultura strenue facienda sint, tum maxime semẽtis. Vetus est agricolarũ prouerbium. Maturam sationem sępe decipere solere, seram nunq̃, quin mala sit. Itaq; in totum pręcipimus, vt quisq; natura locus frigidus erit, is primus conseratur, vt quisq; calidus, nouissimus. Vicia & faba stercorare agrũ dicũtur. Lupinũ nisi in florem verteris, nihil agrũ stercoraueris. Sed nec vlla res magis vacuis operariis aut seritur, aut conditur. Nam & primis temporibus ante aliam sementim potest id obrui, & nouissimis post coactos fructus tolli. Sementi facta inoccare oportet, qđ sparseris. Duo iugera tres operę cõmode occabũt, arboresq;, q̃ intereũt, ablaqueabunt, q̃uis antiqui singulis operis singula iugera sarriri, & occari velint. qđ an recte fieri possit,

Elices. affirmare non ausim. Eodem tempore fossas, riuosq; purgare, & elices, sulcosq; aquarios cõuenit facere. Iisdem temporibus si sit, fraxineam: si minus, orneam: si nec hęc sit, iligneam frõdem bubus recte prębebimus. Glandis quoq; nõ inutile est singulis iugis modios singulos dare, nec tamen amplius, ne laborent, nec minus diebus. xxx. prębueris. Nam si paucioribus diebus detur (vt ait Higinius) per ver scabiosi boues fiunt. Glans autem paleis immiscenda est, atq; ita bubus apponenda. Tum etiam syluam si quis barbaricam, id est consemineam velit facere, recte cõseret glandibus, & cæteris seminibus. Tum & olea distringẽda est, ex qua velis viride oleum efficere, qđ fit optimũ ex varia oliua, cum incipit nigrescere. Nam acerbũ nisi ex alba olea fieri non debet. Cal.

Fidicula. Nouẽbribus, & postridie caput tauri occidit, pluuiã significat. iii. Non. Nouẽbris fidicula mane exoritur, hyemat, & pluit. viii. Idus Nouembris idem sidus totum exoritur, auster, vel fauonius, hyemat. vii. Id. Nouẽb. stella clara Scorpionis exoritur, significat tempestatẽ, hyemat, vel vulturnus, interdum rorat. Sexto Idus Nouembris Vergiliæ mane occidunt, significat tempestatem, hyemat. Quinto Idus Nouembris hyemis initiũ, auster, aut eurus, interdũ rorat. His diebus vsq; in Idus, quæ superiore mense facere non potueris, adhuc tolerabiliter efficies. Sed & proprie hoc obseruabis, vt pridie, q̃ plenilunũ fit, si minus certe ipso plenilunio omnem, quam saturus es, fabam vno die spargas, sed postea licebit ab auibus, & pecore defensam obruas. Eamq;, si ita competierit lunæ cursus, ante Idus Nouembris occatam habeam q̃pinguissimo & nouo loco, si minus q̃stercoratissimo. Satis erit in singula iugera vehes stercoris comportare numero decem & octo. Vehes autem stercoris habet modios octoginta. Ex quo colligitur oportere in denos quoquouersus pedes, modios quinos stercoris spargere. Quę ratio docet vniuerso iugero satisfacere modios. M. cccc. xl. Tum etiam conuenit oleas ablaqueare. Et si sunt parum fructuosę vel cacuminibus retorridę frõdis, magnis arboribus quaternos modios stercoris caprini circũspergere: in cæteris autẽ pro magnitudine portionẽ seruare. Eodẽ tempore vineis ablaqueatis columbinum stercus ad singulas vites, qđ sit instar vnius sextarij. vel vrinę hominis congios, vel alterius generis quaternos sextarios stercoris infundere. Iugerum vinearũ in senos pedes positarũ duę operæ ablaqueãt. Idibus Nouembris dies incertus, sępius tamen placidus. Sextodecimo Calẽdas Decẽbris fidis exoritur mane, auster, interdũ aquilo magnus. Quintodecimo Calend. Decẽbris aquilo interdũ auster cũ pluuia. Quartodecimo Calendas Decembris sol in Sagittarium transitũ facit, suculæ mane oriuntur, tempestatem significat. Duodecimo Calendas Decembris tauri cornua vesperi occidũt, aquilo frigidus, & pluuia. Vndecimo Calẽdas Decembris sucula mane occidit, hyemat. Decimo Calẽdas Decembris lepus occidit mane, tẽpestatẽ significat. Septimo Calendas

Decembris canicula occidit solis ortu,hyemat.Pridie Calendas Decembris totę suculæ occidũt, fauonius aut auster,interdum pluuia.His diebus,quę pręterita erũt superioribus opera consequi oportet.Et si nõ plurimũ serimus,optimũ est intra Calendas Decembris semẽtem confecisse. Sed etiam longis noctibus ad diuturnũ tempus aliquid adijciendũ est.Nam multa sunt,quę in lucubratione recte aguntur.Siue enim vineas possidemus,pali & ridicę possunt dolari,exacuiq;,siue regio ferulæ vel corticis ferax est,apibus aluearia fieri debent, siue palmæ spartiue fœcunda est, fiscinæ,sporteq;,seu virgultorum corbes ex vimine. Ac ne cętera nũc persequar, nulla regio non aliquid affert,qđ ad lucubrationem confici possit.Nam inertis est agicolæ expectare diei breuitatem,pręcipue in iis regionibus,in quibus brumales dies horarum nouem sunt,noctesq; horarũ quindecim.Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationẽ expurgari, & ad vitiũ ligamina præparari.Quę si natura minus lenta est,ante dies quindecim pręcidenda,& purgata in stercore obruenda est,vt lentescat.Sin autẽ iampridem cęsa exaruit,in piscina maceranda est.Tum etiam per lucubrationem ferramenta acuere,& ad ea facere,vel facta manubria aptare, quorũ optima sunt ilignea,deinde carpinea,post hęc fraxinea.Calendis Decẽbris dies incertus,sępius tamẽ placidus. Octauo Idus Decembris Sagittarius medius occidit,tẽpestatẽ significat. Septimo Idus Decẽbris aquila mane oritur,africus,interdũ auster,irrorat. Tertio Idus Decembris corus vel septentrio, interdũ auster.cũ pluuia. His diebus quę pręterita erũt superiore mense opera peragi debebunt, vtiq; in locis tẽperatis,aut calidis,nam frigidis recte fieri iam nõ possunt.Idibus Decẽbris Scorpio totus mane exoritur,hyemat. Sextodecimo Calendas Ianuarij sol in Capricornũ transitum facit,brumale solstitiũ,vt Hipparcho placet,itaq; tẽpestatẽ sępe significat.xv. Cal.Ianuarias,ventorũ cõmutationẽ significat.x.Cal.Ianuarias capra occidit mane,tẽpestatẽ significat. Nono Cal. Ianuarias brumale solstitiũ (sicut Chaldęi obseruant) significat. Sexto Calendas Ianuarias delphinus incipit oriri mane,tẽpestatẽ significat.Quarto Calendas Ianuarias aquila vespere occidit, hyemat.Tertio Calendas Ianuarias canicula occidit vespere,tẽpestatẽ significat.Pridie Calendas Ianuarias tẽpestas ventosa.His diebus qui religiosius rem rusticã colunt,nisi si vinearũ causa pastines,negant debere terram ferro cõmoueri.Itaq; quicquid citra id genus effici potest,id ab his cõprehenditur,vt olea legatur,& oleum conficiciatur,vt vitis paletur,& capite tenus alligetur, vt iuga vineis imponantur,& capistrentur. Cęterũ palmare,id est materias alligare hoc tẽpore non expedit,quia plurimę propter rigorẽ,qui fit ex frigore,frangũtur. Possunt etiam his diebus cerasi,& tuberes,& armeniacę,atq; amygdalę,cętereq; arbores,quę primę florent,inseri cõmode. Nonnulli etiã legumina serũt.Calẽdis Ianuarij dies incertus.iii.Nonas Ianuarij Cancer occidit, tẽpestas varia.Pridie Nonas Ianuarii media hyems,auster multus,interdũ pluuia. Nonis Ianuariis fidis exoritur mane,tẽpestas varia.Sexto Idus Ianuarias auster,interdũ fauonius.Quinto Id9 Ianuarias auster,interdũ imber.Pridie Idus Ianuarias incertus status coeli. Per hos quoq; dies abstinẽt terrenis opibus religiosiores agricolę,ita tamẽ vt ipsis Calẽdis Ianuariis auspicãdi causa omne genus operis instaurẽt.Cęterũ differãt terrenã molitionem vsq; in proximas Idus.Sed nec ignorare debebit villicus,quid vni iugo boum quoq; mẽse per singulos dies pstari satis sit.Quare huius quoq; curę rationẽ subiiciemus.Mẽse Ianuario paleas cũ erui macerati sextariis sex,vel paleas cũ cicerculę fresę semodio,vel frondis corbem pabulatoriũ modioq; viginti,vel paleas quãtũ velint,& fœni pondo viginti,vel affatim viridẽ frondẽ ex ilice,vel lauro,vel qđ his omnibus pręstat,farraginẽ ordeaceã dabit siccã. Februario mensẽ idem,Martio idẽ.Vel si opus facturi sunt, fœni pondo quinquaginta. Aprili frondẽ querneã & populneã.Ex Calẽd.ad Idus,vel paleas,vel fœni põdo quadraginta.Maio pabulũ affatim.Iunio ex Cal.frõdẽ affatim.Iulio idẽ. Augusto idẽ vel paleas ex aruo pondo quinquaginta.Septẽbri frondẽ affatim.Octobri frõdẽ,& ficulnea folia. Nouẽbri ad Idus frondẽ,vel folia ficulnea,quæ sint corbis vnius. Ex Idibus glandis modiũ vnũ paleis immistũ,& lupini macerati modiũ vnũ paleis immistũ,vel maturam farraginẽ. Decembri frondem aridã,vel paleas cũ erui semodio macerato, vel lupini,qđ ex semodio macerato exierit, vel glandis modium vnũ, vt supra scriptum est,vel farraginem.

Palmare. Horreũ.

Prosa de cultu hortorum,& herbis hortensibus. Cap.III.

ET quoniã percensuimus opera,quę suis quibusq; temporibus anni villicum exequi oporteret,memores polliciti nostri subiũgemus cultus hortorũ,quorũ æque curã suscipere debebit,vt & quotidiani victus sui leuet sumptum,& aduenienti domino pręabeat,qđ ait poeta, inẽptas ruris dapes.Democritus in eo libro, quẽ Georgicon appellauit, parũ prudenter censet eos facere,qui hortis extruant monimenta,q; neq; latere fabricata materies perennare possit,pluuiis

ac tempestatibus plerũq; infestata,neq; lapides supra rei dignitatē poscat impensa. si vero amplũ modũ sepire quis velit,patrimonio esse opus. Ipse igitur ostendam rationē,qua non magna opera hortũ ab incursu hominũ pecudũq; munimus. Vetustissimi authores viuam sepem structili prętulerũt,quia nõ solum minorē impensam desideraret, verũ etiā diuturnior immensis tēporibus permaneret.Itaq; vepres efficiendi consitis spinis rationē talem reddiderũt.Locus quē sepire destinaueris,ab æquinoctio autumnali simulatq; terra maduerit imbribus,circũuallãdus est duobus sulcis tripedaneo spatio inter se distantibus: modũ altitudinis,& latitudinis eorũ abunde est esse bipedaneum,sed eos vacuos perhyemare patiemur, prępararis seminibus, quibus obserātur, ea sint vastissimarũ spinarũ,maximeq; rubi,& paliuri,& eius,quā Gręci vocant κυνόσβατον,nos sentem canis appellamus.Horũ autē ruborum semina q̃maturissima eligi oportet,& erui moliti farinæ immiscere:quę cũ est aqua consperfa,illinitur vel nauticis veteribus funibus,vel quibuslibet aliis restibus:siccati deinde funiculi reponũtur in tabulato. mox vbi bruma confecta est, intermissis quadraginta diebus circa hirũdinis aduentũ,cũ iam fauonius exorit,post Idus Februarij,siqua in sulcis per hyemem constitit aqua,exhauritur, resolutaq; humus, quę erat autumno regesta,vsq; ad mediā sulcorũ altitudinē reponit. Prędicti deinde funes de tabulato prompti explicantur,& in longitudinē per vtrũq; sulcum porrecti obruũtur,sed ita vt nõ nimiũ supergesta terra semina spinarum,quę inhęrent toris funiculorum,enasci possint. ea fere circa trigesimũ diē prorepunt,atq; vbi cœperunt aliquod incrementum habere,sic insuesci debent,vt in id spatium, qđ sulcis interiacet,inclinentur.Oportebit autem virgeam sepem interponere,quā superscendant sentes vtriusq; sulci, & sit,quo interdum quasi adminiculo prius q̃ corroborentur, acquiescant. Hunc veprem manifestum est interimi non posse,nisi radicitus effodere velis.Cæterũ etiam post ignis iniuriam melius renasci nulli dubium est. & hęc quidem claudendi horti ratio maxime est antiquis probata.Locum autem prius eligi conueniet,si permittit agri situs, iuxta villam præcipue pinguem,quiq; aduenіente riuo, vel si non sit fluens aqua,fonte puteali possit irrigari. Sed vt certam perennitatis puteus habeat fidem,tum demũ effodiẽdus est,cũ sol vltimas partes virginis obtinebit,id est mense Septembri,ante æquinoctiũ autumnale. siquidem tunc maxime explorantur vires fontium,cum ex longa siccitate æstatis terra caret humore pluuiali.Prouidendũ est autem,ne hortus areæ subiaceat,ne per trituram venti possint paleas,aut puluerem in eum perferre:nam vtraq; sunt oleribus inimica.Mox ordinandi, pastinandiq; soli duo sunt tempora, quoniam duę quoq; olerum sationes. nam & autumno,& vere plurima seruntur, melius tamen vere riguis locis,quoniam & nascentis anni clementia excipit prodeuntia semina, & sitis æstatis restinguitur fontibus.At vbi loci natura neq; manu illatam,neq; suæ spontis aquam ministrari patitur,nullum quidē aliud auxiliũ est,q̃ hyemales pluuiæ. Potest tamen etiā in siccissimis locis opus custodiri,si depressius pastinetur solũ,eiusq; abunde est gradũ effodere tribus pedibus vt in quatuor cõsurgat,regestũ.At vbi copia est rigandi,satis erit nõ alto bipalio,id est minus q̃ duos pedes ferramento nouale conuerti.Sed curabimus,vt ager quem vere conseri oportet autumno circa Calendas Nouembris pastinetur:quē deinde velimus autumno instituere,mēse Maio conuertemus, vt aut hyemis frigoribus,aut æstiuis solibus & gleba soluatur, & radices hęrbarum necentur,nec multo ante stercorare debebimus:& cũ sationis appropinquabit tēpus,ante quintũ diem exherbandus erit locus,stercorandusq;, & ita diligenter fossione iterandus, vt fimo terra cõmisceatur.Optimũ vero stercus est ad hũc vsum asini,quia minimũ hęrbarũ creat.proximum vel armenti vel ouiũ si sit anno maceratũ. nā qđ homines faciũt,q̃uis habeatur excellentissimũ, nõ tamē necesse est adhibere nisi aut nudę glareę,aut sine vllo robore solutissimę arenę,cũ maior scilicet vis alimenti desideratur.Igitur solũ,qđ conserere vere destinauerimus,post autũnũ patiemur effossum iacere brumę frigoribus & pruinis inurendũ. quippe e cõtrario sicut calor æstatis, ita vis frigoris excoquit terrā,fermentatāq; soluit.quare perēta bruma tũ demũ stercus iniicitur. & circa Idus Ianuarias humus refossa in areas diuiditur,quę tamē sic informandę sunt,vt facile runcantiũ manus ad dimidiā partē latitudinis earũ pręueniāt.ne qui persequũtur hęrbas,semina proculcare cogātur,sed potius per semitas ingrediātur, & alterna vice dimidias areas erũcent. Hęc quę ante sationē facienda sunt dixisse abũde est. Nũc quid quoq; tempore vel colendũ,vel serendũ sit,pręcipiamus,& primũ de his generibus loquendũ est,quę possunt duobus seri temporibus,id est autumno & vere.Sunt autē semina brassicæ,& lactucæ,cinarę,erucę,nasturtij,coriādri,chęrephylli,anethi,pastinacæ,siseris,papaueris.Hęc enim vel circa Calendas Septembres, vel melius ante Cal.Martias Februario serũtur.Locis vero siccis aut tepidis,qualia sunt Calabrię &

Sepes. κυνόσβατος. Sentis canis. Puteus qñ effodiẽdus. Olerũ sationes. Exherbandus lo. De stercoribus. Frigus terrā excoquit Areæ. Eruncare. Sationis tempora.

Apuliæ maritima, possunt circa Idus Ianuarias terrę cõmitti. Rursus quæ tãtũ autumno cõ-
seri debent (si tamẽ vel maritimũ, vel apricum agrũ incolimus) hæc fere sunt, allium, cepę, capi-
tula, vlpicum, sinapis. Sed etiã nũc quo quidq; tempore terrę mandari plerũq; conueniat, per mẽ-
ses digeramus. Ergo post Calendas Ianuarias confestim recte ponetur lepidiũ. Mense aũt Febru-
ario vel planta, vel semine ruta, atq; asparagus, & iterũ cepę semen, & porri. Nec minus si vernũ,
& æstiuũ fructum voles habere, syriacę radicis, & rapæ, napiq; semina obrues. Nam allii & vlpici
vltima est huius temporis positio. At circa Calẽdas Martii locis apricis licet porrum (si iam in-
granduit) transferre. Item panacem vltima parte Martii mensis. Deinde circa Calendas Apriles
æque porrum, atq; inulam, & serotinã plãtam rutæ. Item vt maturius nascatur cucumis, cucur-
bita, capparis serẽda est. nam semen betæ, cum punicum malum florebit, tum demũ optime seri-
tur. Porri autẽ caput circa Idus Maias tolerabiliter adhuc transfertur. Post hoc nihil ingruente
æstate obrui debet, nisi semen apii, si tamen rigaturus es, sic enim optime per æstatem prouenit.
Cæterum Augusto circa vulcanalia tertia satio est, eaq; optima radicis, & rapæ, itemq; napi, & si- Vulcanalia.
seris, nec minus oleris atri. atq; hęc sunt sationũ tempora, nũc de iis, quę aliquã curam desiderãt,
singulis loquar, quęq; prętereo intelligi oportebit nullam operã postulare nisi rũcatoris. de qua
semel hoc dicendũ est, omni tempore consulendũ esse, vt herbæ exterminentur. Vlpicum, qđ q- Vlpicum.
dam allium punicũ vocant, Græci autẽ ἀφροσκόροδον appellant, longe maioris est incrementi, ἀφροσκόροδον.
q̃ allium, Idq; circa Calẽdas Octobris, anteq̃ deponatur, ex vno capite in plura diuidetur. Habet
enim velut allium plures cohęrentes spicas, eęq; cũ sint diuisæ, liratim seri debent, vt in puluinis
positę minus infestentur hyemis aquis. Est autẽ lira similis ei porcæ, quã in sationibus campestri- Lira quid.
bus rustici faciũt, vt vliginem vitent. Sed hęc in hortis minor est facienda, & per summã partem
eius. id est in dorso inter palmaria spatia spicæ vlpici vel allii (nam id quoq; similiter cõseritur)
dispon ẽdę sunt. Sulci lirarũ inter se distent semipedali spatio. deinde cũ ternas fibras emiserunt
spicę, sarriantur. nã quo sępius id factũ est, maius semina capiũt incrementũ. Deinde anteq̃ caulẽ
faciãt, omnẽ viridem superficiem intorquere. & in terrã prosternere conueniet, quo vastiora ca-
pita fiant. Regionibus autẽ pruinosis neutrũ horũ per autumnũ seri debet: nã brumali tempore
corrumpũtur. Qđ fere mense Ianuario mitescit, & iccirco frigidis locis tempus optimũ est alliũ
vel vlpicum ponendi circa Idus prædicti mensis. Sed quandocũq; vel cõseremus, vel iam matura
in tabulatũ reponemus, seruabimus in iis locis, quibus aut obruẽtur, aut aruentur, vt luna infra Luna infra
terrã sit. nã sic sata, & rursus sic recondita existimãtur, neq; acerrimi saporis existere, neq; mandẽ- terram.
tiũ halitus inodorare. Multi tamen hęc ante Calendas Ianuarias mediis diebus serũt mense De- Inodorare.
cembri, si cœli tepor, & situs terrę permittit. Brassica, cum. vj. foliorũ erit, transferri debet, ita vt Brassica.
radix eius liquido fimo prius illita, & inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur. hęc enim res effi- Tęniolæ.
cit, vt in coctura celerius madescat, & viridem colorẽ sine nitro conseruet. Est autem frigidis, &
pluuiis regionibus positio eius optima post Idus April. cuius depressę plantę, cũ tenuerint quãtũ Cima.
olitoris ratio patitur, sępius sarrita, & stercorata melius conualescit, pleniorisq; incrementi, & co-
liculũ facit, & cimam. Nõnulli hanc eandẽ locis apricioribus a Calendis Martiis deponũt: sed ma
ior pars eius in cimam prosilit, nec postea hybernũ caulem amplũ facit. cũ est semel desecta. Pos-
sis autẽ vel maximos caules bis transferre. idq; si facias, plus seminis, & maioris incrementi p̃bere
dicũtur. Lactuca totidem foliorũ quot Brassica transferri debet. Locis quidẽ apricis, & mariti- Lactuca.
mis optime autumno ponitur: mediterraneis, & frigidis contra, hyeme nõ æque cõmode disper-
gitur. sed & huius quoq; radix fimo liniri debet, maioremq; copiam desiderat aquæ, sicq; fit tene-
rioris folii. Sunt autẽ cõplura lactucę genera, quę suo quoq; tẽpore seri oportet. earũ, quæ fusci Lactucę genera.
& veluti purpurei, aut etiam viridis coloris, & crispi folii vti Cęciliana mense Ianuario recte dis- Cęciliana.
seritur. At Cappadocia, quę pallido, & pexo, densoq; folio viret, mense Februario, quę deinde can Cappadocia.
dida est, & crispissimi folii, vt in prouincia Bætica est finibus Gaditani municipii, mense Martio Candida.
recte pangitur. Est & Cyprii generis ex albo rubicunda, leui, & tenerrimo folio, quę in Idibus Cypria.
April. cõmode disponitur. Fere tamẽ aprico cœli statu, quibus locis aquarũ copia est, pene toto
anno lactuca seri potest, quę quo tardius caulem faciat, cũ aliquod incremẽtum habuerit, exiguã
testam media parte accipiat, eo quasi onere coercita in latitudinẽ se diffundit. Eadem est ratio
etiã intibi, nisi q; hyemem magis sustinet: ideoq; vel frigidis regionibus proximo autũno seri po Intibum.
test. Cinarę sobolẽ melius per autũni æquinoctiũ disponemus, semẽ cõmodius circa Cal. Martii Cinara.
seremus, eiusq; plantã circa Cal. Nouẽb. deprimemus, & multo cinere stercorabimus. Id enĩ gen⁹
stercoris huic oleri videt aptissimũ. Sinape atq; coriandrũ, nec minus erucã & ozimum ita vti Sinape.

ſata ſunt, ſua ſede immota permanent. neq; eſt eorum cultus alius q̃ vt ſtercorata runcentur.
Poſſunt autẽ non ſolum autumno,ſed & vere conſeri. Plantæ quoq; ſinapis prima hyeme tranſ-
Panax. latę plus cimæ vere afferũt. Panax vtroq; tempore lęui & ſubacta terra rariſſime diſſeritur,quo
Porrum ſectiuũ. maius incremẽtũ capiat:melius tamen eius verna ſatio eſt. Porrũ ſi ſectiuũ facere velis,denſius
ſatũ pręceperũt priores relinqui,& ita cũ increuerit,ſecari.Sed nos docuit vſus lõge melius fieri,
ſi differas,& eodem more quo capitatũ,modicis ſpatiis,id eſt inter quaternos digitos depangas,
Capitatũ por. & cũ conualuerit,deſeces.In eo autẽ,qđ magni capitis efficere voles,ſeruandũ ſit,vt anteq̃ tranſ-
latũ deponas,omnes radiculas amputes,& fibrarum ſummas partes intondeas. Tum teſtulæ,vel
conchæ,quaſi ſedes in ſingulis ſubiectę ſeminibus adobruũtur,vt fiant capita latioris incremẽti.
Cultus autem porri capitati,aſſidua ſarritio,& ſtercoratio eſt.nec alius tamẽ ſectiui,niſi q; toties
rigari,& ſtercorari,ſarririq; debet,quoties demetitur.Semen eius locis calidis menſe Ianuario,fri-
gidis Februario ſeritur.cuius incrementũ quo maius fiat,raris linteolis cõplura grana illigãtur,
atq; ita obruũtur.Enatũ autẽ in iis locis,quibus aqua ſubminiſtrari nõ poteſt,differri debet circa
Apium. æquinoctiũ autũni. at quibus poſſis humorẽ pręberẽ,menſe Maio recte trãſfertur. Apiũ quoq;
poſſis plantis ſerere,nec minus ſemine: ſed pręcipue aqua lętatur,& ideo ſecũdũ fontem cõmodiſ-
ſime ponitur. Q̃ ſi quis id velit lati folij facere, quãtũ ſeminis poſſint tres digiti cõprehendere,
raro linteolo illiget.& ita in areolas diſpoſitũ releget. Vel,ſi criſpę frondis id fieri maluerit,ſemen
eius inditũ pilæ,& ſaligneo palo pinſitũ,expoliatũq;,ſimiliter in linteolis ligatum obruet. Poteſt
etiã citra hanc operã fieri criſpũ qualitercũq; ſatum,ſi cum eſt natum, incrementum eius ſuper-
uoluto cylindro coerceat.Satio eius eſt optima poſt Idus Maias vſq; in ſolſtitium,nam teporem
Ozima. deſiderat. Fere etiam his diebus ozima ſeruntur,quorum cum ſemen obrutum eſt, diligenter
Paſtinaca. inculcatur paucicula,vel cylindro.nam ſi terram ſuſpenſam relinquas,plerũq; corrumpitur. Pa-
Siſer. Inula. ſtinaca,& ſiſer, atq; inula conualeſcunt alte paſtinato & ſtercorato loco, ſed q̃rariſſime ponenda
ſunt,vt maiora capiant incrementa. Inulam vero interuallo trium pedum ſeri conuenit,quoniã
vaſtos facit frutices,& radicibus,vt oculus harundinis,ſerpit. nec eſt alius cultus horum omniũ,
niſi vt ſarritionibus herbæ tollantur.Commodiſſime autem deponentur prima Septembris, vel
Olus atrũ. vltima Auguſti parte. Atrum olus,qđ Græcorum quidam vocant ἱπποσέλινον, nõnulli †σμύρ-
ἱπποσέ- νιον: paſtinato loco ſemine debet conſeri,maxime iuxta maceriam, quoniam & vmbra gaudet, &
λινον. qualicunq; conualeſcit loco: idq; cum ſemel ſeueris,ſi non totũ radicitus tollas,ſed alternos fru-
†σμυρ- tices in ſemen ſummittas,æuo manet, paruamq; ſarritionis exigit culturam. Seritur a Vulca-
νιον. nalibus vſq; in Calend.Septembris. Sed etiam menſe Ianuario menta dulcem deſiderat vliginẽ,
Menta. quam ob cauſam iuxta fontem menſe Martio recte ponitur.Cuius ſi forte ſemina defecerunt,li-
Mentaſtrũ cet de noualibus ſylueſtre mentaſtrum colligere,atq; ita inuerſis cacuminibus diſponere,quę res
Ruta. feritatem detrahit,atq; edomitam reddit. Rutam autumno ſemine ſatam menſe Martio diffe-
re oportet in apricum,& cinerem aggerare,runcariq;,donec conualeſcat,ne hęrbis enecetur. ſed
velata manu debebit runcari:quã niſi contexeris,pernicioſa naſcũtur vlcera. Si tamen per igno-
rantiam nuda manu runcaueris,& prurigo atq; tumor inceſſerit,oleo ſubinde perunguito.Eiuſ-
dem frutex pluribus annis permanet innoxius,niſi ſi mulier quæ in menſtruis eſt, cõtigerit eum,
Thymũ. & ob hoc exaruerit. Thymum,& tranſmarina cunila, & ſerpyllum, ſicut priore libro iam re-
Serpyllũ. tuli, magis aluearia curantibus, q̃ olitoribus ſtudioſe conſeruntur. Sed nos ea condimentorum
cauſa (nam ſunt quibuſdam eſculentis aptiſſima) non alienũ putamus etiam in hortis habere
locum,neq; pinguem,neq; ſtercoratum,ſed apricum deſiderãt,vt quę macerrimo ſolo per ſe ma-
ritimis plerũq; regionibus naſcũtur. hæ res & ſemine & plantis circa æquinoctium vernum ſe-
runtur:melius tamen eſt thymi nouellas plantas diſponere,quę cum ſubacto ſolo depreſſæ fue-
rint,ne tarde comprehendant,aridi thymi fruticem contundi oportet.atq; ita in pinſito pridie
q̃ volueris vti,aqua medicare,quę,cũ ſuccũ eius perceperit, depoſitis fruticibus infunditur, do-
Cunila. nec eos recte confirmet. Cæterũ cunila viuacior eſt,q̃ vt impenſius curanda ſit. Lepidium cũ
Lepidium. ante Cal.Martias habueris diſpoſitũ,velut porrum ſectiuũ demetere poteris,rarius tamen, nam
poſt Cal.Nouẽb.ſecandũ non erit,quoniam frigoribus violatũ emoritur:biennio tamẽ ſufficiet,
Bęta. †deponi. ſi diligenter ſarritũ & ſtercoratũ fuerit.Multis etiam locis viuacitatem ſuã vſq; in annos decem
Chęrephyllum. prorogat. Bęta,florenti punico malo,ſemine obruitur,& ſimulatq; quinq; foliorum eſt,vt braſ-
Atriplex. ſica differtur,æſtate,ſi riguus eſt hortus:at ſi ſiccaneus,autũno:cũ iã pluuię inceſſerint † diſponi
ἀτράφαξις. debebit. Chęrephyllũ,itemq; olus atriplicis,qđ gręci vocant ἀτράφαξιν circa Cal.Octob.obrui
oportet,nõ frigidiſſimo loco.nã ſi regio ſęuas hyemes habet,poſt Idus Feb.ſemine differẽda ſunt,

suaq; de sede partienda. Papauer, & anetum eandē habent cōditionem sationis, quā chęrephyl Papauer Anetum
lū & ἀτράφαξις. Satiui asparagi quā corudā rustici vocant, semina, fere biennio præparantur. ea Asparagi & Coruda
cum pingui, & stercoroso solo post Idus Februarias sic obrueris, vt quantū tres digiti seminis cō
prehendere queunt, singulis fossulis deponas. Fere post quadragesimū diē inter se implicantur, &
quasi vnitatem faciūt, quas radiculas sic illigatas, atq; cōnexas olitores spongias appellant. easq; Spōgię quę
post quatuor & viginti menses in locū apricū, & bene madidū, stercoratumq; transferri cōuenit.
Sulci aūt inter se pedali mensura distantes fiunt nō amplius dodrātalis altitudinis, in quā ita spō
giolę deprimūtur, vt facile superposita terra germinent. sed in locis siccis partibus sulcorū imis Spongiolæ
disponenda sunt semina, vt tanq̄ in alueolis maneant. ac vliginosis e contrario in summo porcę
dorso collocanda, ne humore nimio lædantur. Primo deinde anno, cum ita consita sunt, aspa-
ragū, quē emiserint, infringi oportet: nā si ab imo vellere volueris, adhuc teneris inualidisq; radi-
culis, tota spongiola sequetur. Reliquis annis nō erit decerpendus, sed radicitus vellēdus. nā nisi
ita fiat, stirpes præfractę angunt oculos spongiarū, & quasi excęcant, nec patiūtur asparagū emit
tere. Cæterū stylus, qui nouissime autumnali tempore nascitur, non omnis est tollendus, sed ali-
qua pars eius in semen summittenda est. Deinde cū spinā fecerit, †collectis seminibus ipsis, †Scor † electis † Scapi oēs
piones ita vti sunt, in suo loco perurendi sunt, & deinde sulci oēs cōsarriendi, herbęq; eximendæ,
mox vel stercus, vel cinis iniiciendus, vt tota hyeme succus eius pluuijs manās ad radicē perue- Capreolus ferr.
niat. Vere deinde priusq̄ cœperit germinare, capreolis, qđ genus bicornis ferramēti est, terra cō-
moueatur, vt & facilius stylus emicet, & relaxa humo plenioris crassitudinis fiat radix. Rapha Raphanus
ni radix bis anno recte seritur: Februario mense, cū vernū fructū expectamus: & Augusto mense
circa vulcanalia, cum maturius. sed hæc satio sine dubio melior habetur. cura est eiꝰ, vt terra ster
corata & subacta obruatur: post vbi ceperit aliquod incrementū, subinde aggeretur. nam si su-
per terram emerserit, dura, & fungosa fiet. Cucumis, & cucurbita, cum copia est aquæ, minorē Cucumis & Cucurbita
curā desiderant, nā plurimū iuuantur humore. Sin aūt sicco loco seri debuerint, quo rigationem
ministrari nō expediat, mense Febr. sesqpedali altitudine sulci faciendi sunt. Post Idus deinde Mar
tias, quasi tertia pars altitudinis sulci stramentis inditis tegenda. mox stercorata terra vsq; in di-
midiū sulcum aggeranda, positisq; seminibus tā diu est aqua prębenda, donec enascātur. vtq; vbi
conualescere cœperint, adiecta humo incrementa eorum ꝓsequenda sunt, donec sulcus coæque-
tur. Sic exculta semina sine rigatione tota æstate satis valebunt, fructūq; iucūdioris saporis, q̄ ri-
gua præbebunt. Aquosis aūt locis primo quoq; tēpore nō tamē ante Calen. Mar. semen ponendū
est, vt deferri possit æquinoctio cōfecto. idq; de media parte cucurbitæ semen inuerso cacumine
ponito, vt fiat incrementi vastioris. nam sunt ad vsum vasorū satis idoneæ, sicut alexādrinæ cu-
curbitę, cū exaruerint. At si esculētæ merci præparabis, recto cacumine de collo cucurbitæ sumi
ptum semen serendū erit, q; ꝓlixior, & tenuior fructus eius enascatur, qui scilicet maius cæteris
inuenit precium. Sed custodiendū est, vt q̄minime ad eum locū, in quo vel cucumis, aut cucurbi
tę consitę sunt, mulier admittatur. nā fere cōtactu eius languescūt incrementa virentium. si ve- Mēstruosā mulier cucumeres enecat
ro etiā in menstruis fuerit, visu quoq; suo nouellos fœtus necabit. Cucumis tener, & iucundissi-
mus fit, si anteq̄ seras, semē eius lacte maceres. Nōnulli etiam quo dulcior existat, aqua mulsa idē
faciūt. Sed qui prēmaturū fructū cucumeris habere volet, confecta bruma stercoratā terram in-
ditam cophynis obserat, modicūq; prębeat humorē. deinde cū enata semina fuerint, tepidis die-
bus & insolatis iuxta ędificiū sub diuo ponat, ita vt ab omni afflatu protegantur. Cæterū frigo-
ribus ac tēpestatibus sub tectū referat. idq; tādiu faciat, dum æquinoctium vernum conficiatur.
postea totos cophynos demittat in terrā. Sic enim præcoquē fructū habebit. Possunt etiam, si sit
operępreciū, vasis maioribus rotulæ subijci, quo minore labore producātur, & rursus intra tecta
recipiantur. Sed nihilominus specularibus integi debebūt, vt etiam frigoribus serenis diebus tu Specularia
to ꝓducātur ad solem. Hac ratione fere toto anno Tiberio Cæsari cucumis prębebatur. Nos au
tem leuiore opera istud fieri apud ægyptię gentis Dolum Mendesium legimꝰ, qui præcipit apri- Dolꝰ Mēd.
co & stercoroso loco alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis consitas habere. deinde
eas confecto æquinoctio paululum infra terram secare, & ligneo stylo laxatis vel rubi, vel ferulæ
medullis stercus immittere, atq; ita semina cucumeris inserere, quæ scilicet incremento suo coe-
ant rubis & ferulis. Nam ita non sua, sed quasi materna radice aluntur, sicq; insitam stirpem fri-
goribus quoq; cucumeris prębere fructum. Satio secunda eius seminis fere quinquatribus obser
uatur. Capparis plurimis prouincijs sua sponte noualibus nascitur. sed quibus locis eius ino- Capparis
pia est, si serenda fuerit, siccum locum desiderabit. Isq; debebit ante circūdari fossula, quę replea-

tur lapidibus,& calce,vel punico luto,vt sit quasi quædam lorica,ne possint eam perrumpere prędicti seminis frutices:qui fere per totum agrum vagantur,nisi munimento aliquo prohibiti sint. Qđ tamen non tantũ incommodũ est (subinde enim possunt extirpari) quantum ꝙ noxium virus habent,succoq; suo sterile solum reddunt. Cultu aut nullo, aut leuissimo contenta est. quippe res etiam in desertis agris citra rustici operam conualescit. Seritur vtroq; æquinoctio.

Cepina.

Cepina magis frequenter subactam postulat terram,q̃ altius conuersam. Itaq; ex Calend. Nouembris proscindi solum debet,vt hyemis frigoribus,& gelicidiis putrescat,intermissisq; quadraginta diebus,tum demũ iterari,& interpositis vno ac viginti diebus tertiari, ac protinus stercorari. mox bidentibus ęqualiter perfossum in areas disponi deletis radicibus omnibus. Deinde ad Calendas Februarias sereno die conueniat semina spargi,quibus aliquod saturei ę semen intermiscendum erit,vt eam quoq; habeamus:nam & viridis esui est iucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condienda.

Satureia.

Sed cepina vel sæpius,certe non minus debet,q̃ quater sarriri. Cuius si semen excipere voles,capita maxima generis ascalonij,qđ est optimum,mense Februario disposito,quaternorum,vel etiam quinum digitorum spatijs distantia,& cum cœperint virere,ne minus ter consarrito,deinde cum fecerint caulem,humilioribus quasi canteriolis interpositis rigorem stylorũ conseruato. nam nisi arundines transuersas in modum iugatæ vineæ crebras disposueris,thalli ceparum ventis prosternentur,totumq; semen excutietur, qđ scilicet non ante legendum est, q̃ cum maturescere cœperit,coloremq; nigrum habere. Sed nec patiendum est,vt perarescat, aut totum decidat,verum integri thalli vellendi sunt,& sole siccandi.

Ascaloniũ.

Canterioli.
Thalli cep.

Napus & rapa.

Napus,& rapa duas sationes habẽt, & eandem culturã,quã raphanus. Melior est tamen satio mensis Augusti. Iugerum agri quatuor sextarios seminis eorum poscit,sed ita vt radicis syriacę super hanc mensuram paulo plus q̃ heminam seminis recipiat. Qui æstate ista seret,caueat,ne propter siccitates culex adhuc tenera folia prorepentia consumat. Id quoq; vt vitetur, puluis etiam qui supra cameram inuenitur,vel etiam fuligo,quę supra focos tectis inhæret,colligi debet. deinde pridie q̃ satio fiat, commisceri cum seminibus,& aqua conspergi,vt tota nocte succum trahant. nam sic macerata postero die recte seruntur.

Culex.
Fuligo.

Veteres quidem authores,vt Democritus, præcipiunt semina omnia succo herbæ, quæ sedum appellatur,medicare,eodemq; remedio aduersus bestiolas vti, quod verum esse nos experientia docuit. Sed frequentius tamen,quoniam eius herbę minus larga est facultas,fuligine & prædicto puluere vtimur,satisq; commode tuemur his incolumitatem plantarum.

Sedo sẽia medicare.

Rapæ semina Higinius putat post trituram iacentibus adhuc in area paleis inspergi deberi,quoniam fiunt vastiora capita,cum subiacens soli duritia non patitur in altum descendere. Nos istud sæpe frustra tentauimus,itaq; rapum,& raphanum, & napum melius existimam⁹ subacta terra obrui. Seruantq; adhuc antiquorum consuetudinem religiosiores agricolæ,qui cum ea serunt, precantur,vt & sibi,& vicinis nascantur. Locis frigidis,vbi timor est,ne autumnalis satio hyemis gelicidijs peruratur,arundinibus humiles canterij fiunt,ijsq; virgę transuersæ imponuntur, & virgis stramenta supra iaciuntur,& sic a pruinis semina defenduntur.

Canterij.

Vbi vero apricis regionibus post pluuias noxia incesserunt animalia,quæ a nobis appellantur erucæ, græce autem κάμπαι nominantur,vel manu colligi debent,vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dũ adhuc torpent nocturno frigore,si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepunt. Id tamen superuacuum est facere,si ante sationem semina,vti iam prædixi,succo herbæ sedi macerata sunt. nihil enim sic medicatis nocent erucæ. Sed Democritus in eo libro,qui græce inscribitur περὶ ἀντιπαθῶν affirmat has ipsas bestiolas enecari,si mulier,quæ in menstruis est, solutis crinibus,& nudo pede vnãquanq; aream ter circumeat;post hoc enim decidere omnes vermiculos, & ita emori.

Erucę & κάμπαι

Mulier in menstruis.

Hactenus pręcipiendum existimaui de cultu hortorum,& officiis villici,quem q̃uis instructum,atq; eruditum omni opere rustico esse oportere prima parte huius exordij censuerim,quoniam tamen plerũq; euenit,vt eorum, quæ didicerimus memoria nos deficiat,eaq; sæpius ex commentarijs renouanda sit, omnium librorum meorum argumenta subijci,vt cũ res exegisset,facile reperiri possit, quid in quoq; quęrendum,& qualiter quidq; faciendum sit.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLÆ DE RE RVSTICA LIBER. XII. ET VLTIMVS.

Villica.

XENOPHON Atheniensis eo libro Publi Siluine, qui Oeconomicus inscribitur, prodidit maritale coniugium sic comparatum esse natura, vt non solum iucūdissima, verūetiam vtilissima vitæ societas iniretur: qđ iampridem etiam Cicero ait, & ne genus humanū temporis lōginquitate occideret, propter hoc marē cum fœmina esse coniunctū. deinde vt ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis, nec minus propugnacula præpararentur tum etiam cum victus & cultus humanus non vti feris in propatulo, ac syluestribus locis, sed domi sub tecto accurandus erat, necessarium fuit alterutrum, foris & sub dio esse, qui labore & industria compararet: intus qui tectis reconderet, atq; custodiret. siquidem vel rusticari, vel nauigare, vel etiam alio genere negociari necesse erat, vt aliquas facultates acquireremus. Cum vero paratę res sub tectum essent congestæ, aliū esse oportuit, qui & illatas custodiret, & cętera conficeret opera, quæ domi deberent administrari. nam & fruges, & cętera alimenta terrestria indigebant tecto: & ouiū, cæterarumq; pecudū fœtus, atq; fructus clauso custodienda erant: nec minus reliqua vtensilia, q bus aut alitur hominū genus, aut etiam excolitur. Quare cum & operam & diligentiam ea, quæ proposuimus, desiderarent, nec exigua cura foris acquirerentur, qui domi custodire oporteret iure, vt dixi, a natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam. viri autem ad exercitationem forensem, & extraneam. Itaq; viro calores, & frigora perpetienda, tum etiam itinera, & labores pacis ac belli, id est rusticationis, & militariū stipendiorū, distribuit. Mulieri deinceps, q omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negocia curanda tradidit. Et quoniā hunc sexum custodię, & diligentię assignauerat, iccirco timidiorem reddidit, q̄ virilē: nam metus plurimū confert ad diligentiam custodiendi. Quia autem necesse erat foris, & in aperto victū quærentibus nōnunq̄ iniuriam propulsare, iccirco virum, q̄ mulierem fecit audaciorem. Quia vero partis opibus æque fuit opus memoria, & diligētia, non minorem fœminæ, q̄ viro earum rerum tribuit possessionem. Tum etiam q simplex natura non omneis res commodas amplecti volebat, iccirco alterum alterius indigere voluit, quoniam qđ alteri deest, præsto plerunq; est alteri. Hæc in Oeconomico Xenophon, & deinde Cicero, qui eū latinæ consuetudini tradidit, non inutiliter disseruerunt. nam & apud Gręcos, & mox apud Romanos vsq; in patrum nostrorum memoriam fere domesticus labor matronalis fuit, tanq̄ ad requiem forensium exercitationum omni cura deposita patribusfamilias intra domesticos penates se recipientibus. Erat enim summa reuerentia cum cōcordia & diligentia mista, flagrabatq; mulier pulcherrima diligentię ęmulatione, studens negocia viri cura sua maiora atq; meliora reddere. Nihil cōspiciebatur in domo diuiduū. Nihil, qđ aut maritus, aut fœmina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune conspirabatur ab vtroq;, vt cum forensibus negocijs, matronalis sedulitas industriæ rationem parem faceret. Itaq; nec villici quidem, aut villicæ magna erat opera, cum ipsi domini quotidie negocia sua reuiserent, atq; administrarent. Nunc vero cum plerę; sic luxu & inertia defluāt, vt ne lanificii quidem curā suscipere dignentur, sed domi sedentes confectas vestes fastidio habeant, peruersaq; cupidine preciosiores alias a viris pelliceant, quæ grandi pecunia, & totis pene censibus redimuntur, nihil mirum est easdem ruris, & instrumentorum agrestium cura grauari, sordidissimūq; negociū ducere paucorū dierum tempus in villa morari. Quā ob causam cum in totū solum exoleuerit, sed etiam occiderit vetus ille matrūfamiliarū mos Sabinarum, atq; Romanarum, necessaria irrepsit villicæ cura, quæ tueretur officia matronæ, quoniam & villici quoq; successerunt in locum dominorum, qui quondam prisca consuetudine non solū coluerant, sed habitauerant rura. Verum, ne videar intempestiue censorium opus obiurgandis moribus nostrorum temporum suscepisse, iam nunc officia villicæ prosequar.

Maritale cōiugium.

Viri negocia. Mulieris negocia.

Cura rei domesticę, & præcepta, quæ villica exequi debeat. Cap. I.

EA porro (vt institutum ordinem teneamus, quem priorem volumine inchoauimus) iuuenis esse debet, id est non nimiū puella, propter easdem causas, quas ab ætate villici retulim9, integrę quoq; valetudinis, nec fœdi habitus, nec rursus pulcherrimi. nam illibatum robur & vigiliis, & alijs sufficiet laboribus: fœditas fastidiosum, nimia species desidiosum faciet eius contubernalem. Itaq; curandum est, vt nec vagum villicum, nec auersum contubernio suo habeamus,

Fœditas fastidiosū. nimia species desidiosū facit.

nec rursus intra tecta desidem,& complexibus adiacentem fœminam.Sed nec hæc tantũ,quę di ximus,in villica custodienda sunt.Nã in primis considerandum erit,an a vino,ab escis,a supersti tionibus,a somno,a viris remotissima sit: & vt cura eam subeat, quid meminisse, quid in posterũ prospicere debeat,vt fere eum morem seruet,quem villico,præcepimus : quoniam pleraq; similia esse debent in viro,atq; fœmina:& tam etiam malum vitare, q̃ præmium recte factorum sperare. Tum elaborare,vt q̃minimã operã villicus intra tectum impendat,cui & primo mane cũ familia prodeundum est,& crepusculo peractis operibus fatigato redeundum. Nec tamẽ instituendo vil licam,domesticarum rerum villico remittimus curam,sed tantũmodo laborem eius,adiutrice da ta,leuamus.Cęterũ munia,quę domi capessenda,non in totum muliebri officio relinquenda sunt, sed ita deleganda ei,vt idẽtidem oculis villici custodiantur.Sic enim erit diligentior villica,si me minerit ibi esse, cui ratio frequẽter reddenda sit.ea porro persuasissimũ habere debebit, aut in to tum,aut certe plurimũ domi se morari oportere.Tunc quibus aliquid in agro, faciendũ erit ser uis,eos foras emittere,quibus autem in villa quid agendum videbitur,eos intra parietes contine re,atq; animaduertere,ne diuturna cessatione frustrentur opera.Quę domũ autem inferuntur di ligenter inspicere,ne delibata sint,& ita explorata,atq; inuiolata recipere.tum separare,quæ con sumenda sunt,& quę superfieri possunt custodire,ne sumptus annuus menstruus fiat. tum siquis ex familia cœperit aduersa valetudine affici,videndum erit,vt is q̃cõmodissime ministretur. Nã ex huiusmodi cura nascitur beneuolentia,nec minus obsequium.Quinetiam fidelius,q̃ prius ser uire student,qui conualuerint,cum est ægris adhibita diligentia.

Quemadmodũ tractare debeat penora,siue cęllaria. Cap.II.

POST hęc meminisse debebit,quę inferantur,vt idoneis & salubribus locis recondita sine no xa p̃maneãt.Nihil enĩ magis curãdũ est, q̃ pręparare,vbi qdq; reponat, vt cũ opus sit,p̃mat. ea loca qualia esse debeãt,& in primo volumine,cũ villã cõstitueremus,& in vndecimo cũ de offi cio disputarem⁹,iã dicta sunt. Sed ne nunc qdẽ demõstrare breuiter pigebit.Nã qđ excelsissimũ est conclaue preciosissima vasa,& vestem desiderat.Qđ deniq; horreum siccum atq; aridum,fru mentis habetur idoneum:qđ frigidum,cõmodissime vinum custodit : qđ bene illustre, fragilem supellectilem,atq; ea postulat opera,quæ multi luminis indigent. Præparatis igitur receptaculis, oportebit suo quidq; loco generatim,atq; etiam specialiter nõnulla disponere, quo facilius, cum quid expostulabit vsus recipere possit.Nã vetus est prouerbiũ,paupertatẽ certissimã esse,cum ali cuius indigeas,vti eo non posse,quia ignoretur,vbi proiectũ iaceat,qđ desideratur. Itaq; in re fa miliari laboriosior est negligentia,q̃ diligentia.Quis enĩ dubitet nihil esse pulchrius in omni ra tione vitę dispositione,atq; ordine?qđ etiam ludicris spectaculis licet sæpe cognoscere.Nam vbi chorus canentiũ non ad certos modos,neq; numeris pręeuntis magistri cõsensit,dissonũ quiddã, ac tumultuosum audientibus canere videtur.at vbi certis numeris, ac pedibus velut facta cõspi ratione consensit,atq; concinuit,ex eiusmodi vocũ concordia nõ solũ ipsis canẽtibus amicũ qd dam,& dulce resonat,verũetiam spectantes,audientesq; lętissima voluptate permulcẽtur.Iam ve ro in exercitu neq; miles,neq; imperator sine ordine,ac dispositione quicq̃ valeat explicare, cum armatus inermẽ,eques peditẽ,plaustrũ equites,si sint permisti,cõfundãt. Hęc eadem ratio præpa rationis,atq; ordinis etiam in nauigijs plurimũ valet.nã vbi tempestas incessit,& est rite disposita nauis,suo quidq; ordine locatũ armamentũ sine trepidatione minister promit, cũ est a guberna tore postulatũ. Q; si tantũ hęc possunt,vel in theatris,vel in exercitibus, vel etiã in nauigijs, ni hil dubium est,quin cura villicę ordinẽ,dispositionemq; rerũ, quas reponit desideret. Nã & vnũ quodq; facilius consideratur,cum est assignatũ suo loco:& siquid forte abest, ipse vacuus locus admonet,vt quod deest,requiratur.Siquid vero curari,aut concinnari oportet,facilius intelligi tur,cum ordine suo recensetur,de quibus omĩbus M. Cicero authoritatẽ Xenophontis secutus in Oeconomico sic inducit Ischomachũ sciscitanti Socrati hęc narrantem.

Horreum.

Laborio sior neglige tia q̃ dilige tia

Distributio instrumenti,& supellectilis. Cap.III.

PRÆPARATIS idoneis locis,instrumentũ & supellectilem distribuere cœpimus. ac primũ ea secreuimus,quibus ad res diuinas vti solemus, postea mundũ muliebrem qui ad dies fe stos comparatur,deinde ad virilem,item dierum solẽniũ ornatum,nec minus calciamenta vtriq; sexui conuenientia.tum iam seorsum arma,ac tela seponebantur,& in altera parte instrumenta, quibus ad lanificia vtuntur.Post quę ad cibũ cõficiendũ vasa (vt assolent) cõstituebantur.inde quæ ad lauationem,quę ad exornationem,quæ ad mensam quotidianam,atq; epulationem perti nerent,exponebantur.Postea ex ijs,quibus quotidie vtimur:quod menstruũ esset seposuimus,qđ

Mũdus mu liebris

animũ quoq; in duas partes diuisimus. Nã sic minus fallit, qui exitus futurus sit. Hęc postq̃ omnia secreuimus, tũ suo quęq; loco disposuimus. deinde q̃bus quotidie seruuli vtuntur, quę ad lanificia, quę ad cibaria coquẽda, & conficienda pertinet, hęc ipsa ei, qui vti solet, tradidimus, & vbi ea poneret, demõstrauimus, & vt salua essent, pręcepimus. Quibus autem ad dies festos, & ad hospitum aduentum vtimur, & ad quędã rara negocia. hęc primo tradidimus, & loca singulis demonstrauimus, & cuiq; sua annumerauimus, atq; annumerata ipsi exscripsimus, eumq; admonuimus, vt quodcũq; opus esset, sciret vnde daret, & meminisset, atq; annotaret quid, & quãdo, & cui dedisset, & cum recepisset, vt quidq; suo loco reponeret. Igitur hęc nobis ab antiquis per Iscomachi personã pręcepta industriæ, ac diligentię tradiderunt, quę nũc nos villicæ demonstrauimus. Nec tamẽ vna eius cura esse debebit, vt clausa custodiat, quę tectis illata receperit, sed subinde recognoscat, atq; consideret, ne aut supellex, vestisve condita situ dilabatur, aut fruges, aliave vtẽsilia negligentia, desidiave sua corrumpantur. Pluuijs vero diebus, vel cũ frigoribus, aut pruinis mulier sub dio rusticum opus obire non poterit, vt ad lanificiũ reducatur, præparatę sint, & pectitæ lanę, quo facilius iusta † lanificio persequi, atq; exigere possit. nihil enim nocebit, si sibi, atq; actoribus, & alijs in honore seruilis vestis domi confecta fuerit, quo minus patrisfamilias rationes onerentur. Illud vero etiã in perpetuũ custodiendũ habebit, vt eos, qui foris rusticari debebũt, cũ iã e villa familia processerit, requirat, ac siquis (vt euenit) cura contubernalis eius intra tectũ tergiuersans fefellerit, causam desidię sciscitetur, exploretq; vtrũ aduersa valetudine inhibitus restiterit, an pigritia delituerit. Et si cõpererit, vel simulantẽ langorem sine cũctatione in valetudinariũ deducat. Pręstat enim opere fatigatũ sub custodia requiescere, vnũ aut alterum die, q̃ pressum nimio labore verã noxã concipere. Deniq; vno loco q̃minime oportebit eã consistere, neq; enim sedentaria eius opera est, sed modo ad telã debebit accedere, ac siquid melius sciat, docere: si minus, addiscere ab eo, qui plus intelligat: modo eos, qui cibũ familię conficiunt, inuisere: tum etiam culinã, & bubilia, nec minus pręsepia mundanda curare. Valetudinaria quoq; vel si vacent ab imbecillis, idẽtidem aperire, & immũditijs liberare, vt cum res exegerit, bene ordinata, & ornata, & salubria languentibus prębeantur. Promis quoq; & cællarijs aliquid attendentibus, aut metuentibus interuenire: nec minus interesse pastoribus in stabulis fructum cogentibus, aut fœtus ouium, aliarumve pecudũ subrumantibus: tonsuris vellerũ quoq; interesse, & lanas etiã diligenter percipere, & vellera ad numerum pecoris recensere: tũ insistere atriensibus, vt supellectilẽ exponant, & ferramenta detersa nitidentur, atq; rubigine liberentur. Cæteraq;, si refectionem desiderant, fabris cõcinnanda tradantur. Postremo his rebus omnibus constitutis, nihil hanc arbitror distributionẽ profuturam, nisi vt iam dixi, villicus sępius, & aliquãdo tamẽ dominus, aut matrona considerauerit, animaduerteritq;, vt ordinatio constituta conseruetur. Qđ etiã in bene moratis ciuitatibus semper est obseruatum, quarum primoribus, atq; optimatibus, non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos ciues creassent, quos gręci νομοφύλακας appellant. Horũ erat officiũ, eos qui legibus parerent, laudibus proseq, nec minus honoribus: eos aũt, qui non parerẽt, pœna multare. Qđ nunc scilicet faciunt magistratus assidua iurisdictione vim legũ custodientes. Sed hęc in vniuersum administranda tradidisse abunde sit.

Margin notes: Pectitę lanæ. † lanificij. Valetudinarium. Sedẽtaria opera. Promi & Cęllarii. Atriẽses. Nitidẽtur. Nomophylaces.

Quæ, & qualia vasa parare debeat penoribus, & salgamis condiendis.

Cap. IIII.

NVNC de cęteris rebus, quæ omissę erant prioribus libris, quoniã villicæ reseruabantur officijs, pręcipiemus, & vt aliquis ordo custodiatur, incipiemus a verno tempore, quoniã vere maturis herbis, atq; trimestribus consumatis sationibus vacua tempora iam contingũt ad ea exequenda, quę deinceps docebimus. Paruarum rerũ curam non defuisse pœnis, græcisq; authorib⁹, atq; etiam Romanis memoria tradidit. nam & Mago Carthaginẽsis, & Hamilcar, quos secuti videntur gręcę gẽtis nõ obscuri scriptores Mnaseas, atq; Paxamus: tum demũ nostri generis, postq̃ a bellis ocium fuit, quasi quoddam tributum victui humano conferre dedignati non sunt, vt M. Ambiuius, & Męnas Licinius, tum etiam C. Matius, quibus studium fuit pistoris & coci, nec minus cęllarij diligentius suis pręceptis instituere. His aũt omnibus placuit eum, qui rerũ harũ officiũ susceperit, castum esse, continentẽq; oportere, quoniã totũ in eo sit, ne cõtractentur pocula, vel cibi, nisi aut ab ĩpube, aut certe abstinẽtissimo reb⁹ venereis. qb⁹ si fuerit opatus vel vir, vel fœmina, debere eos flumine, aut penni aqua, priusq̃ penora cõtingãt, ablui. ppter qđ his necessariũ esse pueri, vel virginis ministeriũ, p quos pmant, quę vsus postulauerit. Post hoc pceptũ locũ & vasa idonea salgamis pręparari iubent, locum esse debere auersum a sole, q̃frigidissimũ & siccissimum,

Margin notes: Mnaseas & Paxamus. Salgama.

ne situ penora mucorẽ contrahant. Vasa autẽ fictilia, vel vitrea plura potiusq̃ ampla, & eorum alia recte picata, nõnulla tamẽ pura prout conditio conditurae exegerit. Haec vasa dedita opera fieri oportet patenti ore, & vsq; ad imũ aequalia, nec in modũ doliorum formata, vt exemptis ad vsum salgamis quicquid superest aequaliter pondere vsq; ad fundum deprimatur, cum ea res innoxia penore conseruet, vbi non innatent, sed semper sint iure submersa. quod in vtero dolij vix fieri posset propter inaequalitatem figurae. maxime aũt ad hoc necessariũ esse aceti & durae muriae vsum, quae vtraq; sic conficiuntur.

Quemadmodum ex vino vapido acetum fiat. Cap. V.

IN Vini vapidi, vt acre fiat, sextarios duodequinquaginta, fermenti libram, fici aridę pondo quadrantẽ, salis sextariũ subterito, & subtrita cũ quartario mellis aceto diluito, atq; ita in praedictã mensuram adijcito. Quidam ordei tosti sextarios quatuor, & nuces ardẽtes iuglandes quadraginta, & mentę viridis pondo selibram in eandem mensuram adijciunt. quidam ferri massas exurunt, ita vt ignis speciem habeant, easq; in eandem mensuram demittunt. Tum etiam exemptis nucleis ipsas nuces pineas vacuas numero quinq; vel sex incendũt, & ardentes eodem demittũt. Alij nucibus sapineis ardentibus idem faciunt.

Quomodo muria dura fiat. Cap. VI.

MVRIAM duram sic facito, dolium q̃patentissimi oris locato in ea parte villae, quae plurimũ solis accipit. id doliũ aqua coelesti repleto, ea est enim huic rei aptissima: vel si non fuerit pluuialis, certe fontana dulcissimi saporis. In eam tũ indito sportam iunceã, vel sparteã, quę replenda sit sale candido, quo candidior muria fiat. cũ salẽ per aliquot dies videbis liquescere, ex eo intelliges nondũ esse muriã maturã. Itaq; subinde aliũ salẽ tãdiu ingeret, donec in sporta permaneat integer, nec minuatur: qđ cũ animaduerteris, scies habere muriã maturitatẽ suã. & si aliam in id vas facere volueris, hanc in vasa bene picata diffundes, & opertam in sole habebis, oẽm eñ mucorẽ vis solis aufert, & odorem bonũ praebet. Est aliud murię maturę experimentũ. nã vbi dulcẽ caseum demiseris in eã, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam, si innatabit, maturam.

Quę per quatuor anni tẽpora herbae, & quomodo condiantur. Caput. VII.

HIS pręparatis circa vernũ aequinoctiũ herbas in vsum colligi, & reponi oportebit, cimã, caulẽ, capparim, apij coliculos, rutam oleris atri cum suo caule anteq̃ de folliculo exeat, itẽ ferulę cũ coliculo silentes, q̃tenerrimũ florem pastinacę agrestis, vel satiuę cum coliculis, silentẽ florem vitis albę, & asparagi, & rusci, & thanni, & digitelli, & pulei, & nepetę, & lapsanę, & battis, & eius coliculum, qui miluinus pes appellatur, quinetiam tenerum coliculũ foeniculi. Hęc oĩa vna conditura cõmode seruantur, id est aceti duas partes, & tertiã durae muriae si miscueris. *Sed vitis* alba, ruscus, & thannũ, & asparagus, lapsana, & pastinaca, & nepetia, & battis generatim in alueos componũtur, & sale consperfa biduo sub vmbra, dũ consudent, reponũtur. Deinde si tantũ remiserint humoris vt suo sibi iure ablui possint, si minus superfusa dura muria lauantur, & pondere imposito exprimuntur. tum suo quidq; vase conditur, & ius, vt supra dixi, qđ est mistum duabus partibus aceti, & vna muriae infunditur. foeniculiq; aridi, qđ est per vindemiam proximo anno lectum, spissamentum imponitur, ita vt herbas deprimat, & ius vsq; in summũ labrũ fidelię perueniat. Olusatrum, & ferulam, & foeniculum cum legeris sub tecto exponito, dum flaccescat: deinde folia, & corticem oẽm coliculorum detrahito. Caules si fuerint pollice crassiores, arundine secato, & in duas partes diuidito. ipsos quoq; flores, ne sint immodici, diduci, & partiri oportebit, atq; ita in vasa condi. Deinde ius, qđ supra scriptum est, infundi, & paucas radiculas laseris, qđ graeci σίλφιον vocant, adiectas, ita spissamento foeniculi aridi contegi, vt ius superueniat. Cimam, caulem, capparim, pedem milui, puleium, digitellum compluribus dieb⁹ sub tecto siccari, dum flaccescat: & tum eodem modo condiri conuenit, quo ferulam rutam satureiam cunilam. *Sunt* qui rutã muria tantũ dura sine aceto condiant, deinde cum vsus exigit, aqua, vel etiam vino abluãt, & superfuso oleo vtantur. Hac cõditura posset cõmode satureia viridis, & aeque viridis cunila seruari.

Battis. Miluinus pes.

Spissamentum.

σίλφιον

Oxygala quomodo fiat. Cap. VIII.

OXYGALAM sic facito, ollam nouã sumito, eamq; iuxta fundum terebrato. deinde cauum quẽ feceris, surculo obthurato, & lacte ouillo q̃recentissimo vas repleto, eoq; adiicito viridium condimentorũ fasciculos origani, mentę, cepę, coriandri. has herbas ita in lacte demittito, vt ligamina earũ extẽt. Post diẽ q̃ntũ, surculũ quo cauũ obthuraueras, eximito. & serũ emittito: cũ deĩde lac coeperit manare, eodẽ surculo cauũ obthurato, itermissoq; triduo, ita, vt supra dictũ est,

ſerũ emittito,& faſciculos condimentorum exemptos abijcito.deinde exiguũ aridi thymi, & cũ nilæ aridæ ſuper lac diſtringito,conciſiq; ſectiui porri quantum videbitur,adijcito,& permiſceto. mox intermiſſo biduo rurſus ſerum emittito,cauumq; obthurato,& ſalis triti, quãtum ſatis erit, adiicito,& miſceto deinde operculo impoſito,& oblinito, non ante aperueris ollam q̃ vſus exegerit. Sunt qui ſatiui, vel etiam ſylueſtris lepidij herbam cum collegerunt,in vmbra ſiccent,deinde folia eius abiecto caule,die & nocte muria macerata,expreſſaq; lacti miſceant ſine condimẽtis, & ſalis quantum ſatis arbitrantur,adijciant.tum cætera,quæ ſupra præcepimus faciant.Nõnulli recentia folia lepidij cum dulci lacte in olla miſcent,& poſt diem tertium quemadmodum præcepimus,ſerum emittunt.deinde compertam ſatureiam viridem,tum etiam arida ſemina coriandri,atq; aneti,& thymi,& apii in vnum bene trita adijciunt,ſalemq; bene coctum cribratum permiſcent.Cætera eadem,quæ ſupra faciunt.

Conditura lactucæ. Cap.IX.

CAVLES lactucæ ab imo depurgatos eatenus,qua tenera folia videbunt,in alueo ſalire oportet,diemq; vnum,& noctem ſinere,dũ muriã remittant. deinde muria eluere, & expreſſos in cratibus pandere,dum aſſicceſcant.tum ſubſternere anethũ aridum,& fœniculum,rutæq; aliquid & porri concidere,atq; ita miſcere.tum ſiccatos coliculos ita componere, vt faſeoli virides integri interponantur,quos ipſos ante dura muria die & nocte macerare oportebit,ſimiliterq; aſſiccatos cum faſciculis lactucarum condi,& ſuperfundi ius,qđ aceti duarum partium,atq; vni⁹ muriæ.deinde arido ſpiſſamento fœniculi ſic comprimi,vt ius ſupernatet.qđ vt fiat,is,qui huic officio pręerit,ſæpe ſuffundere ius debebit,nec pati ſitire ſalgama,ſed extrinſecus munda ſpongia vaſa pertergere & aqua fontana q̃recentiſſima refrigerare.Simili ratione intibũ, & cacumina rubi, qua lactucam condire oportet,nec minus thymi & ſatureiæ, & origani,tum etiam armoraciorũ cimã. hęc autem quę ſupra ſcripta ſunt,verno tempore componuntur.

Cepæ.pyrorum,& malorum,cęterorũq; pomorum compoſitio. Cap.X.

NVNC quæ per æſtatem circa meſſem,vel etiam exactis iam meſſibus colligi,& reponi debeant,præcipiemus.Pompeianã,vel aſcaloniam cepam,vel etiam marſicã ſimplicem, quã vocant vnionem ruſtici,eligito.ea eſt autem,quę nõ fruticauit,nec habuit ſoboles adhęrenteis. hãc prius in ſole ſiccato,deinde ſub vmbra refrigeratam ſubſtrato thymo,vel cunila componito in fidelia,& infuſo iure,qđ ſit aceti trium partium,& vnius muriæ,faſciculum cunilę ſuperponito.ita vt cepa deprimatur,quæ cum ius combiberit,ſimili miſtura vas ſuppleatur. Eodẽ tempore corna,& pruna onychina,& pruna ſylueſtria,nec minus genera pyrorum,& malorũ condiũtur.Corna,quibus pro oliuis vtamur.item pruna ſylueſtria,& pruna onychina adhuc ſolida, nec maturiſſima legenda ſunt,nec tamen nimiũ cruda,deinde vno die vmbra ſiccãda: tum ęquis partibus acetum,& ſapa,vel defrutũ miſceatur,& infundatur.Oportebit autẽ aliquid ſalis adiicere,ne vermiculus,aliudve animal innaſci poſſit.verum cõmodius ſeruantur,ſi duę partes ſæpe cum aceti vna parte miſceantur.Pyra dolobelliana,cruſtumina,regia,veneria,volema,neuiana, lateritiana, decumana,laurea,mirappia,pruna purpurea,cũ immatura nõ tamen percruda legeris, diligẽter inſpicito,vt ſint integra ſine vitio,aut vermiculo.tũ in fictili picata fidelia cõponito, & aut paſſo,aut defruto completo ita vt omne pomũ ſubmerſum ſit, operculo deinde impoſito gypſato. Illud in totum pręcipiendum exiſtimaui,nullũ eſſe genus pomi,qđ non poſſit melle ſeruari.itaq; cum ſit hæc res interdũ ægrotantibus ſalutaris,cenſeo vel pauca poma in melle cuſtodiri,ſed ſeparata generatim.nam ſi cõmiſceas,alterũ ab altero genere corrumpitur,& quoniam opportune mellis fecimus mentionẽ,hoc eodem tempore alui caſtrandæ,ac mel conficiendum,cera facienda eſt,de quibus nono libro iã diximus,nec nunc aliam curam exigimus a villico,q̃ vt adminiſtrantibus interſit,fructumq; cuſtodiat.

Aſcalonia põpeianaq; cepa. Marſica & vnio. Onychina pruna. Corna. Dolobelli.

De mella facienda,qua in condituris vtuntur. Cap.XI.

CÆTERVM cũ eodẽ tempore mella,nec minus aqua mulſa in vetuſtatẽ reponi debeat, meminiſſe oportebit,vt cũ ſecundariũ mel de fauis fuerit exceptum, cerę ſtatim minute reſoluantur,& aqua fontana vel cœleſti macerẽtur.expreſſa deinde aqua coletur,& in vas plũbeũ demiſſa.decoquatur,omniſq; ſpurcitia cũ ſpumis eximatur,quę decocta,cũ tã craſſa fuerit q̃ defrutũ, refrigeret,& bene picatis lagęnis condatur.Hac quidã mella pro aqua mulſa vtuntur, nonnulli etiã ꝓ defruto in cõdituras oliuarũ,quib⁹ quidẽ magis idoneã cẽſeo, ꝙ cibariũ ſaporem habet, nec poteſt languentibus pro aqua mulſa remedio eſſe,quoniã ſi bibatur, inflationẽ ſtomachi, & præcordiorum facit.itaq; ſepoſita eſſe,& ad condituras deſtinata.

Mella. Secũdariũ mel.

De aqua mulſa facienda. Cap.XII.

PER ſe facienda erit optimo melle aqua mulſa.hęc autem nõ vno modo componitur,nã quidam multos ante annos cœleſtẽ aquam vaſis includunt,& ſub dio in ſole habent. deinde cũ ſępius eam in alia vaſa tranſfuderint,& eliquauerint(nã quoties etiam per longũ tempus diffunditur,aliquod craſſamentũ, in imo ſimile feci reperitur) veteris aquę ſextariũ cũ libra mellis miſcent.nõnulli tamẽ cum auſteriorem volunt efficere guſtum,ſextariũ aquę cum dodrante pondo mellis diluũt,& ea portione repletam lagęnã,gypſatãq́ patiũtur p caniculę ortũ in ſole quadraginta diebus eſſe:tum demũ in tabulatũ,qđ fumũ accipit,reponũt.nõnulli,quib⁹ nõ fuit curę cœleſtem inueterare aquam,recentẽ ſumũt,eamq́ vſq́ in quartã partẽ decoquũt. deinde cum refrixerit,ſiue dulciorem mulſam facere volunt,duobus aquę ſextarijs ſextariũ mellis permiſcent. Si vero auſteriorem,ſextario aquę dodrantem mellis adijciunt,& his portionibus factam in lagænã diffundunt.eamq́,vt ſupra dixi,quadraginta diebus inſolatam,poſtea in tabulatum,quod ſuffumigatur,reponunt.

De caſeo in vſus domeſticos ſeruando,& de quibuſdam herbis condiendis. Cap.XIII.

CASEO vſibus domeſticis pręparando,hoc maxime idoneũ tempus eſt,quo & caſeus ſeri minimũ remittit,& vltimo tempore,cũ iam exiguũ lactis eſt, nõ tam expedit operas morari ad forum fructibus deferendis,& ſane ſæpe deportati per ęſtum,acore vitiãtur.itaq́ præſtat eos hoc ipſo tempore in vſum conficere.Id autem vt q̃optime fiat,opilionis officium eſt, cui ſeptimo libro pręcepta dedimus,quę ſequi debeat.Sunt etiam quędam hęrbę, quas appropinquante vindemia condire poſſis,vt portulaca,& olus cordũ,qđ quidam ſatiuum battim vocant.hę herbę diligenter purgantur,& ſub vmbra expandũtur.deinde quarto die ſal in fundis fideliarum ſubſternitur,& ſeparatim vnaquęq́ earum componitur,acetoq́ infuſo iterum ſal ſuperponitur,nã his herbis muria non conuenit.

Portulaca. Oluscordũ Battis ſatiuus.

De malis,& pyris in ſole ſiccandis. Cap.XIIII.

HOC eodem tempore,vel etiam primo menſe Auguſto mala, & pyra dulciſſimi ſaporis mediocriter matura eliguntur,& in duas,vel tres partes arũdine,vel oſſeo cultello diuiſa in ſole ponuntur,donec areſcant.eorum ſi eſt multitudo,nõ minimam partem cibariorum per hyemẽ ruſtici vindicant.nam pro pulmentario cedit.ſicuti ficus,quę cum arida ſepoſita eſt, hyemis temporibus ruſticorum cibaria adiuuat.

De ficis aridis. Cap.XV.

EA porro neq́ nimium vieta, neq́ immatura legi debet,& in eo loco expandi, qui toto die ſolem accipiat.pali aũt quatuor pedibus inter ſe diſtantes figũtur, & perticis iugantur,factæ deinde in hunc vſum cannę iugis ſuperponũtur,ita vt duobus pedibus abſint a terra,ne humorem,quẽ fere noctibus remittit humus,trahere poſſint.tunc ficus inijcitur, & crates paſtorales culmo,vel carice,vel filice textę ex vtroq́ latere ſuper terram planę diſponũtur , vt cum ſol in occaſum fuerit,exigantur,& inter ſe accliues teſtudineato tecto more tuguriorum inareſcentem ficum a rore,& interdum a pluuia defendãt. nam vtraq́ res prędictum fructum corrumpit.cum deinde aruerit,in orchas bene picatas meridiano tempore calentem ficũ condere,& calcare diligẽter oportebit,ſubiecto tamen arido fœniculo,& iterum vaſis repletis ſuperpoſito,quę vaſa conſeſtim operculare,& oblinire conuenit,& in horreũ ſicciſſimũ reponi,quo melius ficus perẽnet.Quidam lectis ficis pediculos adimũt,& in ſole expandũt,cũ deinde paulũ ſiccatę ſunt,anteq̃ indureſcant in labra fictilia,vel lapidea congerunt eas.tum pedibus lotis in modũ farinę ꝓculcant, & admiſcẽt torrefacta ſeſama cum aniſo ægyptio,& ſemine fœniculi,& cymini.hæc cum bene ꝓculcauerint,& totam maſſam cõminutę fici permiſcuerint,modicas offas folijs ficulneis inuoluunt,ac religatas iunco,vel qualibet herba offas reponũt in crates,& patiuntur ſiccari.deinde, cum peraruerunt,picatis vaſis eas cõdunt.nõnulli hãc ipſam formam fici orcis ſine pice includũt,& oblita vaſa clibano vel furno torrefaciũt.quo celerius omnis humor excoquatur,ſic ſiccatam in tabulatũ reponũt,& cum exegerit vſus,teſtam cõminuũt. nam duratam maſſam fici aliter eximere non poſſunt.alij pinguiſſimã quãq́ viridẽ ficorum eligunt,& arundine,vel digitis diuiſam dilatant,atq́ ita in ſole areſcere patiuntur,quas deinde bene ſiccatas meridianis tẽporibus, cum calore ſolis emollitæ ſunt,colligũt.& vt eſt mos Afris atq́ Hiſpanis,inter ſe compoſitas cõprimunt in figuram ſtellarum,floſculorumq́,vel in formam panis redigentes.tum rurſus in ſole afficcant & ita in vaſis recondunt.

Opꝑculare

De vuis passis faciendis,& sorbis seruandis. Cap.XVI.

SIMILEM curam vuæ desiderant,quas dulcissimi saporis,albas,maximis acinis nec spissis,luna decrescente,sereno & sicco cœlo post horā quintā legi oportet,& in tabulas paulisper porrigi, ne inter se pondere suo pressæ collidantur.deinde aheno, vel in olla noua fictili ampla,præparatā lixiuiā cineris sarmenti calefieri conuenit,quę cum feruebit,exiguum olei q̄ optimi adiici, & ita permisceri.deinde vuas pro magnitudine binas, vel ternas inter se colligatas in ahenum feruens demitti,& exiguū pati,dum decolorentur:nec rursus cōmittere,vt excoquantur,nam quadā moderatione temperamentoq; opus est.Cum deinde exemeris,in crate disponito rarius q̄ vt altera alterā contingat.Post tres deinde horas vnāquāq; vuā conuertito,nec in eodē vestigio reponito, ne in humore,qui defluxerit,corrumpatur.noctibus aūt contegi debēt queādmodū fici,vt a rore vel pluuia tutę sint.cū deinde modice aruerint,in vasa noua sine pice operculata, & gypsata, sicco loco reponito.Quidā vuā passam folijs ficulneis inuoluunt,& assiccant.Alij folijs vitigineis, nōnulli plataninis semiuietas vuas cōtegunt,& ita in amphoras recondūt.Sunt qui culmos fabę exurant,& ex eo qđ cremauerint,cinere lixiuiā faciāt.deinde in lixiuię sextarios decem salis tres cyathos,& olei cyathū adiiciant.tum adhibito igne calefaciāt,& cætera eodē modo administrēt. Q; si videbitur in aheno parum inesse olei, subinde quātū satis erit adiiciatur,quo sit pinguior, & nitidior vua passa.eodē tēpore sorba manu lecta curiose in vrceolos picatos adiicito, & opercula picata imponito,& gypso linito.tum scrobibus bipedaneis sicco loco intra tectum factis vrceolos ita collocato,vt oblita ora eorum deorsum spectent. deinde terram congerito, & modice desuper calcato.melius est autem pluribus scrobibus pauciora vasa distantia inter se disponere. nam in exemptione eorum dum vnum tollis,si reliqua cōmoueris,celeriter sorba vitiantur.Quidam hoc idem pomū etiā in defruto cōmode seruant,adiecto spissamento aridi fœniculi,quo deprimantur,ita sorba,vt semper ius supernatet, ac nihilo minus picata opercula diligenter gypso linunt,ne possit spiritus introire. Lixiuiā

De aceto ficulneo faciendo, Cap.XVII.

SVNT quædā regiones,in quibus vini,ideoq; etiā aceti penuria est.itaq; hoc eodem tempore ficus viridis q̄maturissima legenda est,vtiq; etiā si iam pluuię incesserunt, & ꝑpter imbres in terram decidit,quę cum sublecta est,in doliū,vel in amphoras conditur, & ibi sinitur fermētari, deinde cum exacuit,& remisit liquorem,quicquid est aceti diligēter colatur, & in vasa picata bene olida diffunditur.hoc primæ notæ acerrimi aceti vsum præbet,ne vnq̄ sitū aut mucronē contrahit,si non humido loco positum est.sunt qui multitudini studentes aquā ficis permisceant, & subinde maturissimas ficus recentes adiiciant,& patiantur in eo iure tabescere,donec satis acris aceti sapor fiat.postea in iunceis fiscellis,vel sparteis saccis percolant,liquatumq; acetum inferue faciant,dum spumam,& oēm spurcitiam eximant.tum torridi salis aliquid adijciant,quæ res ꝓhibet vermiculos,aliave innasci animalia.

Quæ pręparanda sint vindemiæ. Cap.XVIII.

QVAMVIS priore libro,qui inscribitur villicus,iam diximus quę ad vindemiā præparanda sunt,non tamen alienū est etiam villicæ de iisdem rebus præcipere,vt intelligat suę curæ esse debere quęcunq; sub tecto administrantur circa vindemiam. Si ager amplus, aut vineta, aut arbusta grandia sunt,perenne fabricandæ decimodię,& trimodię,& fiscellę texendę,& picādę, nec minus falculæ,& vngues ferrei q̄plurimi parandi,& exacuēdi sunt,ne vindemiator manu distringat vuas,& nō minima fructus portio dispersis acinis in terram dilabatur.Funiculi quoq; fiscellis aptandi sunt,& loca trimodiis.tum lacus vinarij,& torcularij,& fora,omniaq; vasa(si vicinum est mare)aqua marina,si minus dulcis eluenda sunt,& commutanda , & diligenter assiccanda,ne humorem habeant.Cælla quoq; vinaria omni stercore liberanda,& bonis odoribus suffienda,ne quem redoleat fœtorem,acoremve.Tum sacrificia Libero,Liberæq;,& vasis pressorijs q̄sanctissime,castiss.meq; facienda.nec per vindemiam ab torculari,aut vinaria cælla recedendum est, vt omnia,quæ mustum conficiunt,pure,mundeq; faciant,ne furi locus detur pręsentem fructum intercipiendi.Dolia quoq; & seriæ, cæteraq; vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt,atq; aliter ea,quæ demersa sunt humi,aliter quæ stant supra terram. Nam ea quæ demersa sunt,ferreis lampadibus ardentibus calefiunt,& cum picem in fundum destillauit, sublata lampade rutabulo ligneo, & ferrea curuata radula ducitur, quod destillauit, aut quod in lateribus hæsit. deinde penicillo detergitur, & feruentissima pice infusa nouo alio rutabulo, & scopula picatur. At quæ supra terram consistunt,complures dies anteq̄ curentur, in solem producun- Decimodię Trimodiæ Fiscellę Falculæ Lac⁹ vinarij & torcularij Liber & Libera Radula Scopula

tur,deinde cũ satis insolata sunt,in labra cõuertuntur,& subiectis paruis tribus lapidibus suspẽduntur,atq; ita ignis subijcitur,& tandiu incenditur, donec ad fundum calor tam vehemens perueniat,vt apposita manus patiens eius non sit.tum dolio in terram demisso,& in latus deposito, pix feruentissima infunditur,volutaturq;,vt omnes dolij partes linantur. Sed hęc die qeto a ventis fieri debent,ne admoto igne cum afflauerit ventus,vasa rumpantur.Sunt autem satis sexquicullearibus dolijs picis durę pondo vicenaquina,nec dubium,quin si quinta pars picis brutiæ in vniuersam cocturam adijciatur,vtilissimum sit omni vindemiæ.

De pluribus generibus conditurarum,quibus vinum confirmatur.

Caput.XIX.

CVRA quoq; adhibenda est,vt expressum mustũ perenne sit, aut certe vsq; ad venditionem durabile.Qđ quemadmodum fieri debeat,& quibus condituris adiuuari, deinceps subijciemus.Quidam partem quartam eius musti,qđ in vasa plumbea coniecerunt,nonnulli tertiam decoquunt.Nec dubium,quin ad dimidiam siquis excoxerit,meliorem sapam facturus sit,eoq; vsibus vtiliorem,adeo quidem,vt etiam vice defruti,sapa,mustum,qđ est ex veteribus vineis, condire possit. Quæcunq; vini nota sine condimento valet perennari,optimã esse eam censem⁹, nec omnino quicq̃ permiscendũ,quo naturalis sapor eius infuscetur.Id enim prę̃stãtissimũ est,quod suapte natura placere poterit.Cęterũ cum aut regionis vitio,aut nouellarum vinearum mustum laborabit,eligenda erit pars vineę(si est facultas)amineę,si minus, q̃bellissimi vini,quęq; erit,& vetustissima,& mimime vliginosa.tum obseruabimus decrescentem lunam, cum est sub terra, & sereno siccoq; die vuas q̃maturissimas legemus,quib⁹ proculcatis,mustum,qđ defluxerit, anteq̃ prelo pes eximatur,satis de lacu in vasa defrutaria deferemus,leuiq; primũ igne, & tenuibus admodũ lignis,quæ †gremia rustici appellant,fornacem incendemus,vt ex commodo mustum feruea.Isq;,qui præerit huic decoquendo,cola iuncea,vel spartea ex crudo,id est nõ malleato sparto pręparata habeat.Itemq; fasciculos fœniculi fustibus illigatos,quos possit vtiq; ad fundũ vasorum demittere,vt quicquid fecis subsederit, exagitet, & in summũ reducat, tum colis omnem spurcitiam,quę redundarit,expurget.nec absistat id facere,donec videbitur eliquatum omni fece mustum carere.tum siue mala cydonia,quæ percocta sublaturus sit,seu quoscũq; voluerit cõuenientes odores adiiciat,& nihilo minus subinde fœniculo peragitet,nequid subsederit, qđ possit plumbeum perforare.cum deinde iam acriorem potuerit ignem vas sustinere, id est cum aliqua iam parte mustum excoctum in se feruebit,tum codices,& vastiora ligna subiiciãtur, sed ita ne fundum contingant.Qđ nisi vitatum fuerit,vel vas ipsum,qđ aliquando contingit, pertundetur.vel si id factum non erit,vtiq; aduretur mustum, & amaritudine concepta conditurie fiet inutile.Oportebit autem anteq̃ mustũ in vasa defrutaria conijciatur, oleo bono plũbea ipsa intrinsecus imbui,& bene fricari,atq; ita mustũ adiici.ea res non patitur defrutum aduri.

†Cremia

De sapa, & defruto coquendis. Cap.XX.

QVINETIAM diligenter factum defrutum,sicut vinum solet arescere.qđ cum ita sit,meminerimus anniculo defruto,cuius iam bonitas explorata est,vinum condire.nam vitioso medicamine fructus,qui perceptus est,vitiatur.Ipsa autem vasa,quib⁹ sapa,aut defrutum coquitur,plumbea potiusq̃ ęnea esse debent:nam in coctura æruginem remittunt ęnea,& medicaminis saporem vitiant.Odores autem vino fere apti sunt,qui cum defruto coquuntur,iris,fœnum gręcum,schœnum.Harum rerum singulæ libræ in defrutarium, qđ ceperit musti amphoras nonaginta,cum iam deferbuerit,& expurgatum erit,tum adiici debent: deinde si natura tenue mustũ erit,cum ad tertiam partem fuerit decoctum,ignis subtrahendus est,& fornax protinus aqua refrigeranda.Qđ si fecerimus,nihilominus defrutum infra tertiam partem vasis consedit: sed id q̃uis aliquid detrimenti habeat, prodest tamen, nam quanto plus decoquitur(si modo non est adustum) meli⁹ & spissius fit. Ex hoc autem defruto,quod sic erit coctum, satis est singulos sextarios singulis amphoris immisceri. Nam cum amphoras musti nonaginta in defrutario decoxeris,ita vt iam exiguum supersit de coctura, quod significat decoctũ ad tertias: tum demũ medicamina adiicito,quæ sint aut liquida,aut resinosa,id est picis liquidæ nemeturicæ, cum eã diligenter ante aqua marina decocta perlueris,decem sextarios.Item resinę terebinthinę sesquilibrã. Hæc cum adiicies,plumbeum peragitabis,ne adurantur. cum deinde ad tertias subsederit coctura, subtrahe ignem, & plumbeum subinde agitabis,vt defrutum, & medicamenta coeant. Deinde cum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contusa, & cribrata paulatim insperges,& iubebis rutabulo ligneo agitari,quod decoxeris eousq;,dum defrigescit. Qđ si

Odores vino apti

non ita,vt præcipimus,permiscueris,subsident aromata,& adurentur. Ad prædictum autem modum musti adiici debent ii odores,nardi folium,iris illyrica,nardum gallicum,crocum,palma cyperum,schœnũ, quorum singulorum selibræ satiffaciet.Item myrrhæ quincunx,calami pondo libram,casię selibram,amomi pondo quadrans croci quincunx, cripę pampinaceę libram. Hæc,vt dixi arida contusa, & cribrata debent adiici, & his cõmisceri rasis,qđ est genus crudæ picis, eaq́ quanto est vetustior,tanto melior habetur.nam longo tempore durior facta, cum est contusa in puluere redigitur,& his medicaminibus admiscetur. Satis est autem prędictis ponderibus sex libras eius misceri.Ex hac compositione,quantum in sextarios musti quadragenos octonos adiiciendum sit incertum est,quoniam pro natura vini ęstimari oportet,quod satis sit. Cauendumq́ est,ne conditus sapor intelligatur,nam ea res emptorem fugat.Ego tamẽ,si humida fuerit vindemia,trientem:si sicca,quadrantem medicaminis in binas amphoras miscere solit⁹ sum:ita vt quatuor vrnarũ esset musti † modus. Vrna autem quatuor & viginti sextariorum.Nõnullos agricolas singulis amphoris quadrantẽ medicaminis indidisse scio,sed hoc coactos fecisse propter nimiã infirmitatem vini eiusmodi,quod vix triginta diebus integrum permanebat. Hoc tamen mustũ si sit lignorum copia,satius est inferuefacere,& omnẽ spumã cum fæcibus expurgare:quo facto decima pars decidet,sed reliqua perennis erit. At si lignorum penuria est,marmoris, vel gypsi,quod flos appellatur,vncias singulas,item ad tertias decocti defruti sextarios binos singulis amphoris miscere oportebit. Ea res etiam si non in totum perẽnat, certe vsq́ in alteram vindemiam plerũq́ vini saporem seruat.

Rasis pix

† modius

De defruto,qđ adiicitur in vinũ ad vetustatem. Cap.XXI.

MVSTVM q̃dulcissimi saporis decoquatur ad tertias,& decoctũ, sicut supra dixi, defrutũ vocatur. Qđ cum defrixit,transfertur in vasa,& reponitur,vt post annũ sit in vsu. Potest tamen etiam post dies nouem,q̃ refrixerit,adiici in vinum,sed melius est,si anno requieuerit. Eius defruti sextarius in duas vrnas musti adiicitur,si mustum ex vineis collinis est, sed si ex campestribus,tres heminæ adiiciuntur. Patimur autem,cum de lacu mustũ sublatum est biduo deferuescere,& purgari. Tertio die defrutum adiicimus. Deinde interposito biduo, cum id mustum pariter cum defruto deferbuerit,purgatur,& ita coadiicitur in binas vrnas ligula cumulata,vel mensura semuncię bene plenę salis cocti,& triti. Sal autem q̃candidissimus conicitur in vrceo fictili sine pice,qui vrceus,cum recipit salem,diligenter totus oblinitur luto paleato,& ita igni admouetur,ac tãdiu iam torretur,quãdiu strepitũ edit:cũ silere cœpit,finem habet coctura. Pręterea fœnũ græcum maceratur in vino vetere per triduũ,deinde eximitur,& in furno siccatur,vel in sole: idq́ cum est aridum factum,molitur,& ex eo molito post salituram musti cochlear cumulatũ,vel simile genus poculi eius,qui est quarta pars cyathi adiicitur in binas vrnas. deinde cum iam perfecte mustum deferbuit,& constitit,tantũdem gypsi floris miscemus, quantum salis adieceram⁹: atq́ ita postero die purgamus dolium,& nutritum vinum operimus,atq́ oblinimus. Hac conditura Columella patruus meus illustris agricola vti solitus est in iis fundis, in quibus palustres vineas habebat. Sed idem,cum collina vina condiebat, aquam salsam decoctam ad tertias pro sale adiiciebat,ea porro facit sine dubio maiorem mensuram,& odoris melioris,sed periculum habet, ne vitietur vinum,si male cocta sit aqua. Sumitur autem hæc,vt iam dixeram, q̃longissime a littore:nam liquidior,& purior est,quantum altiore mari hausta est. Eam siquis(vt Columella faciebat)reponet,post triennĩũ in alia vasa eliquatam transfundat,deinde post alterum triennium decoquat vsq́ ad partem tertiam,longe meliorem habebit condituram vini. Nec vllum periculum erit, ne vina vitietur. Satis est autem sextarios singulos adiicere salsæ,eosq́ in binas musti vrnas, q̃uis multi etiam binos immisceant,nonnulli etiam ternos sextarios:idq́ ego facere nõ recusem si genus vini tantũ valeat,vt aquæ salsæ non intelligatur sapor. Itaq́ diligens paterfamilias,cum parauerit fundum,statim prima vindemia tres aut quatuor notas conditura totidem amphoris musti experietur,vt exploratum habeat quantum plurimum salsæ vinum,qđ fecerit,sine offensa gustus pati possit.

Defrutũqđ

Ligula

Salitura. Cochlear

Picis liqdę alterum medicamẽ,quo mustum condias. Cap.XXII.

PICIS liquidę nemeturicę metretam adde in labrum,aut in alueum,& in eodẽ infundito cineris lixiuię congios duos,deinde permisceto spatha lignea. cũ requieuerit,eliquato lixiuiam. Deinde iterum tantundẽ lixiuiæ addito,eodem pacto permisceto,& eliquato. Tertio quoq́ idem facito. Cinis autem odorem picis aufert,& eluit spurcitiam. Post eodem addito picis brutię,si minus,alterius q̃purissimæ quinq́ libras. Hæc minute concidito, & admisceto pici nemeturicæ,

Nemeturica pix
Spatha lig.
Brutia pix.

Tum aquæ marinæ q̃vetustissimę:si erit,si minus,ad tertiam partem recentis aquę marinę decoctæ congios duos inijcito. Apertum labrum finito in sole per caniculę ortum,& spatha lignea permisceto q̃sępissime,vsqueeo,dum ea,quæ addideris,in pice colliquescant,& vnitas fiat. Noctibus autem labrum operire conueniet,ne irroretur.deinde cum aqua marina, quã addideris, sole consumpta videbitur,sub tectum vas totum ferre curabis. Huius autem medicaminis quidam pondo quadrantem in sextarios.xlviii.miscere soliti sunt,& hac conditura cõtenti esse. Alij cyathos tres eius medicamenti adijciunt in totidem sextarios,quot supra diximus

De pice,qua vtuntur Allobroges ad condituram vini picati.

Capıt.XXIII.

Corticata pix

PIX corticata appellatur, qua vtuntur ad condituras Allobroges. Ea sic conficitur, vt dura sit,& quanto facta est vetustior,eo melior in vsu est. Nam omni lentore misso facilius in puluerem resoluitur,atq; cribratur. Hanc ergo conteri, & cribrari oportet, deinde cum bis mustum deferbuerit,qđ plerunq; est intra quartum diem,q̃ de lacu sublatum est, diligẽter manibus expurgatur. Et tunc demũ prędictę picis sextans,& semuncia in sextarios quinq;, & quinquaginta adijcitur,& rutabulo ligneo permiscetur,nec postea tangitur,dum cõferuescat. Qđ tamen non amplius diebus quatuordecim a conditura patiendum est. Nam oportebit post hunc numerum dierum confestim vinum emundare,& siquid fecis aut labris vasorum,aut lateribus inhęsit,eradi,ac suffricari,& protinus operculis impositis oblini. At si ex eadẽ pice totam vindemiam condire volueris,ita ne gustus picati vini possit intelligi,sat erit eidem picis sex scrupula in sextarios quinq; & quadraginta. tum demũ miscere, cum mustum deferbuerit, & feces expurgatę fuerint,oportebit,atq; salis decocti,contritiq; semunciã in eundem modũ musti adiicere. nec solum huic notæ vini sal adhibendus est,verũ si fieri possit,in omnibus regionibus omne genus vindemię hoc ipso pondere saliendum est,nam ea res mucorem vino inesse non patitur.

Rutabulũ ligñ.

De pice nemeturica ad condituras. Cap.XXIIII.

Nemeturica pix.

PIX nemeturica in Liguria conficitur. Ea deinde vt fiat conditurıs idonea,aqua marina q̃lõgissime a littore de pelago sumẽda est, atq; in dimidiam partem decoquenda,quę cum in tãtũ refrixerit,quantũ ne contacta corpus vrat,partem aliquam eius,quę satis videbitur,prædictę pici immiscemus,& diligenter lignea spatha,vel etiã manu peragitabimus, vt siquid inest vitij eluatur.deinde patiemur picẽ cõsidere,& cum siderit,aquam eliquabim⁹. postea bis,aut ter ex reliqua parte aquę decoctę tãdiu lauabimus,& subigemus eam , donec rũtila fiat, tum eliquatam in sole quatuordecim diebus patiemur esse,vt quisquis ex aqua humor remãsit,assiccetur, noctibus autem vas tegendum erit,ne irroretur. Cum hoc modo picẽ præparauerimus, & vina, cum iam bis deferbuerint,condire voluerimus,in musti sextarios octo & quadraginta,cyathos duos picis prędictę sic adijciemus. Ex ea mensura,qua condituri sumus,sextarios duos musti sumere oportebit. deinde ex his sextariis in picis sextantẽ paulatim mustum infundere,& manu tanq̃ mulsum subigere,quo facilius coeat. Sed vbi toti duo sextarij cum pice coierint, & quasi vnitatem fecerint,tũ eosdem in id vas,vnde sumpseramus,perfundere.& vt permisceatur medicamẽ, rutabulo ligneo peragitare conueniet.

De aqua salsa,vel muria ad vina condienda. Cap.XXV.

Murię ꝑfec.

QVONIAM quidam,immo etiam fere omnes gręci aqua salsa,vel muria mustum cõdiũt, eam quoq; partem curæ non omittendam putaui. In mediterraneo,quo nõ est facilis aquę marinæ inuectio,sic erit ad condituras conficienda muria. Huic rei vel maxime est idonea cælestis aqua,si minus ex fonte liquidissimo profluens. Harum ergo alterutram curabis q̃plurimam, & q̃optimis vasis conditam ante quinquennium in sole ponere.deinde cum computruerit,tãdiu pati,donec ad pristinũ modum peruenıet. Qđ cum factum fuerit,alia vasa habeto,& in ea sensim aquam eliquato,donec ad fecem peruenias:semper enim in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur. Sic curata cum fuerit, in modum defruti ad tertias decoquenda est. adiiciuntur autem in aquæ dulcis sextarios quinquaginta,salis sextarius,& mellis optimi vnus sextarius.hęc pariter decoqui,& omnem spurcitiam expurgari oportet.deinde cum refrixerit, tum quãtumcunq; humoris est,tantum in amphoram musti portionem adiici. Quòd si ager maritimus est, silentibus ventis de alto quàm quietissimo mari sumenda est aqua, & in tertiam partem decoquenda , adiectis, si videbitur, aliquibus aromatis ex iis, quæ supra retuli, vt sit odoratior vini curatio. Mustum autem anteq̃ de lacu tollas, vasa rore marino vel lauro vel myrto suffumigato,& large repleto,vt in efferuescẽdo vinũ se bene purget. Postea vasa nucibus pineis suf-

fricato,qđ vinum volueris dulcius esse,postero die:qđ austerius,quinto die, q̃ sustuleris, condire oportebit,& ita supplere,& oblinire vasa.Nonnulli etiam suffumigatis serijs prius conditurã addunt,& ita mustum infundunt.

Remedia acescentis vini. Cap.XXVI.

IN quo agro vinum acescere solet,curandum est,vt cũ vuam legeris, & calcaueris, priusq̃ vinacea torculis exprimantur,mustũ in corbem defundas, & aquę dulcis puteanę ex eodẽ agro partem decimã adijcias,& coquas,donec ea aqua,quã adieceris,decocta sit. Postea cũ refrixerit,in vasa defundas,& operias,& oblinas.ita diutius durabit,& detrimenti nihil fiet.Melius est,si veterem seruatam compluribus annis aquam addideris.longeq; melius,si aquæ nihil addideris,& decimã musti decoxeris,frigidumq; in vas transtuleris,& si in sextarios.VII. musti heminam gypsi miscueris,posteaq̃ decoctũ refrixerit.Reliquũ mustũ,qđ in vinaceis fuerit expressum,primo quoq; tempore absumito,aut ære commutato.

De vino dulci faciendo. Cap.XXVII.

VINVM dulce sic facere oportet.Vuas legito,in sole per triduũ expandito,quarto die meridiano tẽpore calidas vuas proculcato,mustũ lixiuũ (hoc est anteq̃ prælo pressum sit, qđ in lacũ musti fluxerit)tollito,cũ deferbuerit in sextarios quinquaginta irim bene pinsitã,nec plus vncię põdere addito,vinũ a fecibus eliq̃tũ diffundito.hoc vinũ erit suaue,firmũ,corpori salubre. Lixiuũ mustum

De alijs salubribus conditurarum generibus. Cap.XXVIII.

ALIA medicaminum genera vini conditurís,& firmitati aptissima sic facito.Irim q̃candissimã pinsito, fœnũ græcum vetere vino macerato,deinde in sole exponito, aut in furno, vt siccescat:tum cõmolito minutissime.Item odoramenta trita,id est irim cribratam,quæ sit instar pondo quincũcem,& trientẽ,fœni gręci pondo quincuncẽ & trientẽ, schœni pondo quincũcẽ in vnũ permisceto:tũ in serias singulas,quę sint amphorarũ septenũ,addito medicaminis pondo vnciã,& scrupula octo gypsi.Cum ex locis palustribus mustũ erit,in singulas,ternas heminas: cum de nouellis vineis erit,sextariũ:cum de veteribus,& locis siccis,heminas singulas adijcito.Tertio die q̃ calcaueris condituram infundito,sed anteq̃ condias,musti aliquantũ in seriã de seria transferto,ne in condiendo cum medicamento efferuescat,& fluat.Sic aũt curatũ,gypsum & medicamentũ in labello permisceto,quantũ serijs singulis fuerit necessariũ,idq; medicamentũ musto diluito,& ipsa ad serias addito,& permisceto.cũ deferbuerit,statim repleto, & oblinito. Omne vinũ cum condieris,nolito statim diffundere,sed sinito in dolijs quiescere : postea cũ de dolijs, aut de seriis diffundere voles,vere florente rosa defecatũ q̃ limpidissimũ in vasa bene picata,& pura transferto.si in vetustatem seruare voles,in cado duarũ vrnarũ q̃ optimi vini sextarium,aut fecis generosę recentis sextarios tres addito.aut si vasa recentia,ex quibus vinum exemptũ sit,habebis, in ea confundito.Si horum quid feceris,multo melius & firmius erit vinum,etiam si bonos odores addideris,oẽm malũ odorem,& saporem prohibueris.nã nulla res , alienũ odorem celerius ad se ducit,q̃ vinum. Seria. Labellum. Cadus.

Quemadmodũ mustũ semper dulce tanq̃ recẽs permaneat. Cap.XXIX.

MVSTVM vt semp dulce tanq̃ recens pmaneat,sic facito. Anteq̃ prelo vinacea subiiciantur, de lacu q̃ recentissimũ addito mustũ in amphorã nouã,eãq; oblinito,& impicato diligenter,ne quicq̃ aquę introire possit.tũc in piscinã frigidę & dulcis aquę totam amphorã mergito,ita nequa pars extet.deinde post dies.xl.eximito,sic vsq; in annũ dulce permanebit.

Optima vini curatio,& remedia languẽtis vini. Cap.XXX.

AB eo tempore,quo primũ dolia operculaueris.vsq; ad ęquinoctiũ vernum semel in diebus xxxvi.vinũ curare satis est,post ęqnoctiũ vernũ bis.aut si vinũ florere incipiet, sæpius curare oportebit,ne flos eius pessum eat,& saporẽ vitiet.Quanto maior æstus erit,eo sæpius cõuenit vinũ nutriri,refrigerariq;,& vẽtilari.nam quãdiu bene frigidũ erit,tãdiu recte manebit.Labra,vel fauces doliorũ semper suffricari nucibus pineis oportebit , quoties vinum curabitur. siqua vina erũt duriora,aut minus bona,qđ agri vitio,aut tempestate sit factum,sumito fecem vini boni, & panes facito,& in sole arefacito,& coquito in igne,postea terito,& pondo quadrantem amphoris singulis infricato,& oblinito,bonum fiet. Vini flos. Vẽtilare vinum

Si qđ animal in mustũ ceciderit,& interierit,remedia. Cap.XXXI.

SI quod animal in mustũ ceciderit,& interierit,vti serpens,aut mus,sorexve,ne mali odoris vinũ faciat,ita vt repertũ corpus fuerit,id igne aduratur,cinisq; eius in vas, quo deciderat, frigidus infundatur,atq; rutabulo ligneo permisceatur.ea res erit remedio.

Vinum ex Marrubio. Cap.XXXII.

VINVM Marrubij multi vtile putant ad oĩa intestina vitia,& maxime ad tussim.Cum vindemiã facies,marrubij caules teneros,maxime de locis incultis & macris legito,eosq; in sole siccato.deinde fasciculos facito, tomice palmea aut iuncea ligato, & in seriam mittito, ita vt vinculum extet.in musti dulcis sextarios.cc.marrubij libras.viij. adijcito, vt simul cum musto deferuescat,postea eximito marrubiũ,& purgatũ vinum diligenter oblinito.

Vinum scylliten. Cap.XXXIII.

VINVM scylliten ad coquendum,& ad corpus reficiẽdum,itemq; ad veterem tussim, & ad stomachum hoc modo condire oportet.Primũ ante dies quadraginta q̃ vinum voles vindemiare,scyllam legito,eamq; secato q̃ tenuissime,sicut raphani radicem,taleolasq; sectas suspende in vmbra,vt adsiccentur.deinde cum aridæ erunt,in musti aminęi sextarios.XLVIII.scyllę aridę adde pondo libram,eamq; inesse patere diebus.XXX.postea eximito, & defecatum vinum in amphoras binas adijcito.Alij scribunt in musti sextarios.XLVIII.scyllæ aridæ pondo libram, & quadrantem adijci oportere,qđ & ipsum non improbo.alij hoc ipsum scyllę pondus,quod supra dixi,in aceti duas vrnas adiiciunt,& per.XL.dies inesse patiuntur.

De aceto scyllitico. Cap.XXXIIII.

Bãbatæ QVI scylliticum acetum facere volunt,decem bambatæ in tres amphoras musti mitis,aceti acris congiũ,aut duplum si non est acre,& in ollam,quæ fert amphoras, tres, decoquis ad palmũ,id est ad quartas,aut si non dulce mustum,ad tertias dispumetur. sed mustum de submassa,& limpidum sit.

Vinum absynthiten,& hyssopiten,& abrotoniten,& reliquarum notarum quomodo facias. Cap.XXXV.

VINVM absynthiten,& hyssopiten,& abrotoniten,& thymiten,& maratriten, & glyciriziten sic condire oportet.Pontici absynthij pondo libram cum musti sestarijs.†IIII.decoque †xl vsq; ad quartas.reliquũ,qđ erit,id frigidũ adde in musti aminęi vrnã.idẽ ex reliquis rebus, quę su †pulegii praescripta sunt,facito.possunt etiam†puleij aridi tres librę cum congio musti ad tertias decoqui †pulegio & cum refrixerit liquor,exempto†puleio in vrnam musti adijci.idq; mox tussientibus per hyemẽ Nã βλήχων ἢ γλήχων pulegium recte datur.vocaturq; vini nota glechonites.

De musto tortiuo. Cap.XXXVI.

MVSTVM tortiuũ est,qđ post primã pressuram vinaceorum circũcisio pede exprimitur. id mustũ conijcies in amphoram nouam,& implebis ad summũ,tũ adijcies ramulos rorismarini aridi lino colligatos,& patieris vna deferuescere per dies septẽ. deinde eximes ramulorum fasciculũ,& purgatũ diligenter vinũ gypsabis.sat erit aũt rorismarini sesqlibrã in duas vrnas musti adijcere.hoc vino post duos menses possis pro remedio vti.

Vinum simile græco facere. Cap.XXXVII.

VVAS pręcoquas q̃maturissimas legito,easq; p triduũ in sole siccato, quarto die calcato,& mustũ,qđ nihil habeat ex tortiuo,conijcito in seriam,diligenterq; curato,vt cũ deferbuerit feces expurgentur:deinde quinto die,cum purgaueris mustũ,salis cocti,& cribrati duos sestarios, vel qđ est minimũ,adijcito vnũ sestariũ in sestarios musti. XLIX. Quidã etiam defruti sestarium miscent.nonnulli etiã duos adijciũt.si existimãt vini notam parum esse firmam.

Vinum myrtiten quomodo facias. Cap.XXXVIII.

Myrti genera. VINVM myrtiten ad tormina,& ad alui proluuiem, & ad imbecillum stomachũ sic facito. Duo sunt genera myrti,quorũ alterum est nigrum,alterũ albũ.Nigri generis baccę, cũ sunt maturæ leguntur,& semina earũ eximuntur,atq; ipsæ sine seminibus in sole siccantur,& in fictili fidelia sicco loco reponũtur.deinde per vindemiã ex vetere arbusto,vel si id non est, ex vetustissimis vineis aminęæ bene maturæ vuæ sole calido legũtur, & ex his mustũ adijcitur in seriam, & statim primo die anteq̃ id ferueat,baccę myrti,quę fuerant repositę,diligenter conteruntur,& totidem earũ libræ contusarũ appenduntur,quot amphoræ condiri debent.tum exiguum musti su Massulæ mitur ex ea seria,quã medicaturi sumus,& tanq̃ farina conspergitur, qcquid cõtusum, & appensum est.post hęc complures ex ea massulę fiunt.& ita per latera serię in mustũ demittuntur, ne altera offa sup alteram perueniat.cum deinde bis mustum deferbuerit,& bis curatum est,rursus eodem modo,& tantũdem ponderis baccę,sicut supra dixi,cõtunditur.nec iam vt prius massulæ fiunt,sed in labello mustũ de eadem seria sumitur,prędicto ponderi permiscetur,sic vt sit instar iuris crassi,qđ cum est permistũ,in eandẽ seriã confunditur,& rutabulo ligneo peragitatur. deinde

post nonum diem q̃ id factum est, vinũ purgatur, & scopulis aridę myrti feria †suffriatur, operculumq; superimponitur, nequid eo decidat. Hoc facto, post septimũ diem rursus vinũ purgatur, & in amphoras bene picatas, & bene olidas diffunditur. sed curandum est, vt cum diffundis, liquidũ & sine fece diffundas. Vinũ aliud myrtiten, sic temperato. mel atticum ter inferuere facito, & toties dispumato. vel si atticum non habueris, q̃optimũ mel eligito, & quater, vel quinquies dispumato: nam quanto est deterius, tanto plus habet spurcitię. cum deinde mel refrixerit, baccas albi generis myrti q̃maturissimas legito, & perfricato, ita ne interiora semina conteras. mox fiscello ligneo inclusas exprimito, succũq; earum, qui sit sextariorum sex cum mellis decocti sextario immisceto, & in lagunculam diffusum oblinito. sed hoc mense Decembri fieri debebit, quo fere tempore matura sunt myrti semina. custodiendumq; erit, vt anteq̃ baccę legantur, si fieri potest, septẽ diebus, sin autem ne minus triduũ serenum fuerit, aut certe non pluerit, & ne rorulentę legantur cauendum. multi nigram, vel albam myrti baccam, cũ iam maturuit distringũt, & duabus horis eam cum paululum in vmbra expositam siccauerunt, perterunt ita, vt quantum fieri potest, interiora semina integra permaneant. tum per lineum fiscum, quod pertriuerant, exprimunt, & per colum iunceum liquatum succum lagunculis bene picatis condunt, neq; melle, neq; alia re vlla immista. hic liquor non tam est durabilis, sed q̃diu sine noxa manet, vtilior est ad valetudinem q̃ alterius myrtę notę compositio. Sũt qui hunc ipsum expressum succum, si sit eius copiosior facultas, in tertiam partem decoquant, & refrigeratum picatis lagunculis condant, sic confectum diutius permanet. sed qđ non decoxeris, poterit innoxium durare biennio, si modo munde, & diligenter id feceris.

Passum quemadmodum fiat. Cap. XXXIX.

PASSVM optimum sic fieri Mago praecipit, vt & ipse feci. Vuam pręcoquem bene maturam legere, acina arida aut vitiosa reijcere, furcas vel palos, qui cannas sustineãt, inter quaternos pedes figere, & perticis iugare: tum insuper cannas ponere, & in sole pandere vuas, & noctibus tegere, ne irrorentur. Cum deinde exaruerint, acina decerpere, & in dolium, aut in seriam conijcere. eodẽ mustũ q̃optimũ, sic vt grana submersa sint, adijcere. vbi cõbiberint vuę, seq; impleuerint, sexto die in fiscellã conferre, & prelo premere, passumq; tollere. Postea vinaceos calcare adiecto recẽtissimo musto, qđ ex alijs vuis factum fuerit, quas per triduum insolaueris. tum ꝑmiscere, & subactam brisam pręlo subijcere, passumq; secundarium statim vasis oblinitis includere, ne fiat austerius. deinde post viginti, vel triginta dies, cum deferbuerit, in alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare, & pelliculare. Passum si ex vua apiana facere volueris, vuam apianam integram legito, acina corrupta purgato, & secernito. Postea in perticis suspendito. perticae vti semper in sole sint facito. vbi satis corrugata erunt acina demito, & sine† scipionibus in dolium conijcito, pedibusq; bene calcato. Vbi vnum tabulatum feceris, vinum vetus cõspergito. postea alterum supercalcato, & item vinum conspergito, eodem modo tertium calcato, & infuso vino ita superponito vt supernatet, & finito dies quinq;, postea pedibus proculcato, & in fiscina noua vuas premito. Quidam aquam coelestem veterem ad hunc vsum pręparant, & ad tertias decoquunt. deinde cũ sic vuas vt supra scriptũ est, passas fecerũt, decoctã aquã ꝓ vino adijciũt, & cętera similiter administrãt. hoc vbi lignorũ copia est, vtilissime cõstat, & est in vsu vel dulcius, q̃ supiores notae passi.

Lora optima quomodo fiat. Cap. XL.

QVANTVM vini vno die feceris, eius partẽ decimã quot metretas efficiat considerato, & totidem metretas aquae dulcis in vinacea, sed qb⁹ vnius diei vinũ expressum erit, addito. eodem & spumas defruti, siue sapę, & fecẽ ex lacu confundito, & permisceto, eamq; intritam macerari vna nocte sinito, postero die pedibus ꝓculcato, & sic permistam prelo subijcito. qđ deinde fluxerit, aut dolijs, aut amphoris condito: & cum deferbuerit, obthurato. Commodius autẽ seruatur in amphoris. Hanc ipsam loram M. Columella ex aqua vetere faciebat, & nonnunq̃ plus biennio innoxiam seruabat.

Mustum lixiuum quomodo fiat. Cap. XLI.

MVSTVM lixiuum de lacu statim tollito. hoc aũt erit, qđ distillauerit, anteq̃ nimium calcetur vua. sed de arbustiuo genere, qđ sicco die legeris id facito, conijcies in vrnam musti mellis optimi põdo. X. & diligenter permistum recondes in lagęna, eãq; protinus gypsabis, iubebisq; in tabulato reponi, si plus volueris facere, pro portione qua supra mel adijcies. post trigesimũ & alterum diem lagęnã aperire oportebit, & in aliud vas mustũ eliquatũ oblinire, atq; in furnum reponere. Conditura ex cydoneis fit hoc modo. In cacabo figuli nouo, vel in stagneo coquitur

Marginal notes: †suffricat. — Lagũcula — Colũ — Brisa. — Pelliculare — Apiana vua. — †scapis — Cydoniorũ conditura. — Cacabus

Granata

musti arbustiui aminei vrna, & mala cydonea grandia expurgata viginti, & integra mala dulcia granata, quæ punica vocantur, & sorba non permitia diuisa exemptis seminibus, quæ sint instar sextariorum triũ. hęc ita coquũtur, vt omnia poma deliquescant cũ musto, & sit puer, qui spatha lignea vel arũdine pmisceat poma, ne possint aduri. deinde cũ fuerint decocta, vt non multũ iuris supersit, refrigerantur, & percolantur, eaq;, quę in colo subsederũt, diligenter contrita lęuigantur, & iterum in suo sibi iure lento igni, ne adurãtur, carbonibus decoquũtur, donec crassamen in modũ fecis existat. prius tamẽ q̃ de igne medicamentum tollatur, tres heminæ roris syriaci contriti, & cribrati super omnia adijciuntur, & spatha permiscentur, vt coeant cum cæteris. Tum refrigeratum medicamentum adijcitur in vas fictile nouum picatum, idq; gypsatum alte suspẽditur, ne pallorem trahat.

De caseo condendo. Cap. XLII.

CASEI aridi ouilli proximi anni frusta ampla facito, & in picato vase componito. tum optimi generis musto adimpleto, ita vt superueniat, & sit ius aliquanto copiosius, q̃ caseus. nam caseus cõbibit, & fit vitiosus, nisi mustũ semper supernatet. vas autem, cum impleueris, statim gypsabis. deinde post dies. xx. licebit aperiri, & vti qua voles adhibita cõditura, est autem etiam per se non iniucundus.

Vuæ ollares quemadmodũ componantur, & seruentur. Cap. XLIII.

VVAS bumastos, vel duracinas, vel purpureas cũ desecueris a vite, continuo pediculos earum impicato dura pice. deinde labellum fictile nouũ impleto paleis q̃ siccissimis cribratis vt sine puluere sint, & ita vuas superponito. tum labello altero adoperito, & circũlinito luto paleato, atq; ita in tabulato siccissimo cõposita labra paleis siccis obruito. Omĩs aũt vua sine noxa seruari potest, si luna decrescente, & sereno cœlo post horam quartam, cũ iã insolata est, nec roris quicq̃ habet, viti detrahatur. sed ignis in proximo decumano fiat, vt pix ferueat in qua pediculi vuarũ statim demittãtur. In doliũ bene picatũ defruti amphorã conijcito, deinde transuersos fustes spisse arctato, ita vt defrutũ non contingant. tum superponito fictiles nouas patinas, & in his sic vuam disponito, vt altera alterã nõ cõtingat. tũ opercula patinis imponito, & linito. deinde alterũ tabulatum, & tertiũ, & q̃diu magnitudo patitur dolij similiter instruito, & eadẽ ratiõe vuas componito. deinde picatum operculum dolij defruto large linito, & impositum cinere obthurato. Nõnulli adiecto defruto contenti sunt transuersas perticas arctare, & ex his vuas ita suspendere, ne defrutum contingant. deinde operculum impositum oblinire. Quidam vuas, cum ita, vt supra dixi, legerũt, doliola noua sine pice in sole siccãt. deinde cum ea in vmbra refrigerauerunt, furfures ordeaceos adijciunt, & vuas ita superponunt, vt altera alteram non comprimat. tum generis eiusdẽ furfures infundunt, & alterum tabulatum vuarum eodem modo collocant. idq; faciũt vsq; dum dolium alternis furfurib9, & vuis cõpleant. mox opercula imposita linunt, & vuas siccissimo, frigidissimoq; tabulato reponunt. quidam eadẽ ratione arida populnea, vel abiegna scobe virides vuas custodiunt. nonnulli sicco flore gypsi obruunt vuas, quas non nimium maturas vitibus detraxerunt. Alij cũ legerunt vuam, siqua sunt in ea vitiosa grana, forficibus amputant, atq; ita in horreo suspendunt, in quo triticum suppositũ est. sed hęc ratio rugosa facit acina, & pene tam dulcia q̃ est vua passa. M. Columella patruus meus ex ea creta, qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum patinarum fieri iubebat: eaq; intrinsecus, & exterius crasse picari. quæ cũ præparauerat, tum demum purpureas, & bumastos, & numisianas, & duracinas vuas legi præcipiebat, pediculosq; earum sine mora in feruentem picẽ demitti, & in prædictis patinis separatim sui cuiusq; generis ita componi, ne vuæ inter se contingerent. post hoc opercula superponi, & oblini crasso gypso. tũ demum pice dura, quę igni liquata esset, sic picari ne quis humor transire posset. tota deinde vasa in aqua fontana, vel cisternina põderibus impositis mergi, nec vllã partem earũ pati extare. sic optime seruatur vua. Sed cum est exempta, nisi eo die consumitur, acessit. Nihil est tamen certius, q̃ vasa fictilia facere, quæ singulas vuas laxe recipiant, ea debent quatuor ansas habere, quib9 illigata viti dependeãt. itemq; opcula eorum sic formari, vt media diuisa sint, vt cũ suspensa vasa singulas vuas receperint, ex vtroq; latere appositi opculi duæ partes coeant, & cõtegant vuas. & hæc vasa, & opercula extrinsecus, & intra diligenter picata esse debebunt. deinde cum contexerunt vuas, luto paleato multo adoperiri: sed vuæ dependentes a matre sic in pultarios condi debebunt, ne quæ partes vasa contingant. Tempus autem, quo includi debent, id fere est, quo adhuc siccitatibus, & sereno cœlo crassa, variaq; sũt acina. Illud in totum maxime præcipimus, ne in eodem loco mala, & vuæ componantur, neue in vicino, vnde odor malorum possit

Vua quõ legatur

Pultarii.

ad eas peruenire: nam huiuſmodi halitu celeriter acina corrumpuntur.& tamen cuſtodiendorū pomorū rationes,quas retulimus,non omnes omnibus regionibus apte ſunt,ſed pro conditione locorū,& natura vuarū aliæ aliis conueniūt. Antiqui plerūq; ſircitulas & venuculas,& maiores amineas,& gallicas,quęq; maioris, & duri,& rari acini erant, vaſis condebant.Nunc autē circa vrbem maxime ad hūc vſum numiſianæ probantur. hæ ſereno cœlo,cū iam ſol rorem ſuſtulit, quarta vel quinta hora (ſi modo luna decreſcat,& ſub terris eſt)modice maturę lectiſſime legūtur, deinde in cratibus ita ponūtur,ne altera alteram collidat. tum demū ſub tectum referūtur, & arida vel vitioſa grana forficibus amputantur,& cum paululum ſub vmbra refrixerint, ternę, aut etiam quaternę pro capacitate vaſorum in ollas demittuntur,& opercula diligenter pice obthurātur,ne humorē tranſmittant.tum vinaceorum pes bene prelo expreſſus proruitur,& modice ſeparatis ſcipionibus,reſolutaq; intrita folliculorum in dolio ſubſternitur:& deorſum verſus ſpectantes ollæ componūtur,ita diſtantes,vt interculcari poſſint vinacea, quæ cū diligenter conſpiſſata primū tabulatū fecerūt,aliæ ollæ eodē modo componūtur, expleturq; ſecundū tabulatum:deinde ſimiliter doliū completur tabulatis ollarum,ſpiſſeq; vinaceis inculcātur:mox vſq; ad ſummū labrum vinaceæ condenſantur,& ſtatim operculo ſuperpoſito cinere in modū gypſi temperato dolium linitur.Monendus tamen erit,qui vaſa empturus eſt ne bibulas,aut male coctas ollas emat.Nam vtraq; res trāſmiſſo humore vitiat vuam.quinetiam oportebit,cū ad vſum promuntur ollæ,tota ſingula tabulata detrahi: nam conſpiſſata vinacea,ſi ſemel mota ſunt,celeriter aceſcunt,& vuas corrumpunt.

Mala granata quemadmodum ſeruentur. Cap.XLIIII.

SEQVVNTVR vindemiam rerum autumnalium compoſitiones, quæ & ipſę curā villicę diſtendunt. Nec ignoro plurima in hunc librum nō eſſe collata, quæ C.Matius diligentiſſime perſecutus eſt. Illi enim propoſitū fuit vrbanas menſas,& lauta conuiuia inſtruere. Libros tres edidit,quos inſcripſit nominibus coci,& cerarij, & ſalgamarij: nobis tamen abunde ſunt ea, quæ ex facili ruſticę ſimplicitati non magna impenſa poſſunt contingere. Vti ſunt in primis omniū generum mala.Quidam,vt a granatis incipiam pediculos punicorum, ſicuti ſunt, in arborem torquent,ne pluuiis mala rūpantur,& hiantia diſpereant,eaq; ad maiores ramos religāt, vt immota permaneāt: deinde ſparteis †reſtibus arborem cludunt,ne aut coruis,aut cornicibus aliiſve auibus pomū laceretur. nōnulli vaſcula fictilia dependentibus malis aptant,& illita luto paleato arborib9 hęrere patiūtur. Alij fœno,vel culmo ſingula inuoluūt, & inſuper luto paleato craſſe linunt,atq; ita maioribus ramis illigant,ne,vt dixi,vento commoueantur. ſed hæc omnia, vt dixi.ſereno cœlo adminiſtrari ſine rore debent,quæ tamen aut faciēda non ſunt,quia lędūtur arbuſculæ:aut certe non continuis annis vſurpanda,præſertim cum liceat etiam detracta arboribus eadem innoxia cuſtodire.Nam & ſub tecto foſſulæ tripedaneæ ſicciſſimo loco fiunt, eoq; cum aliquantum terræ minutæ repoſitum eſt,infiguntur ſambuci ramuli: deinde ſereno cœlo granata leguntur cum ſuis pediculis,& ſambuco inſeruntur,quoniam ſambucus tam apertam, & laxam medullam habet,vt facile malorum pediculos recipiat. ſed cauere oportebit, ne minus quatuor digitis a terra abſint,& ne inter ſe poma contingant.Tum factę ſcrobi operculum imponitur,& paleato luto circūlinitur, eaq; humo,quę fuerat egeſta,ſuperaggeretur. Hoc idem in dolio fieri poteſt,ſiue quis volet reſolutam terram vſq; ad dimidium vas elicere, ſeu, qđ quidam malunt,fluuialem arenam cęteraq; eadem ratione peragere. Pœnus quidē Mago præcipit aquā marinam vehementer calefieri,& in ea malagranata lino,ſpartove illigata paulum demitti,dum decolorentur,& exempta per triduum in ſole ſiccari,poſtea loco frigido ſuſpēdi:& cum res exegerit,vna nocte,& poſtero die vſq; in eam horam,qua fuerit vtendum,aqua frigida dulci macerari.Sed & idem author eſt creta figulari bene ſubacta recentia mala craſſe illinire, & cū argilla exaruit,frigido loco ſuſpēdere. Mox cum exegerit vſus,in aquam demittere,& cretam reſoluere. Hæc ratio tanq̄ recentiſſimū pomum cuſtodit. Idem iubet Mago in vrceo nouo fictili ſubſternere ſcobem populneam,vel iligneam,& ita diſponere,vt ſcobs inter ſe calcari poſſit. Deinde facto primo tabulato rurſus ſcobem ſubſternernere,& ſimiliter mala diſponere, donec vrceus impleatur:qui cum fuerit repletus,operculum imponere, & craſſo luto diligenter oblinire. Omne autem pomum,qđ in vetuſtatem reponitur,cum †pediculis ſuis legendum eſt, ſed,ſi ſine arboris noxa fieri poſſit,etiam cum ramulis: nam ea res plurimum ad perennitatem cōfert.Multi cū ramulis ſuis arbori detrahunt,& creta figulari cum diligenter mala obruerunt, in ſole ſiccant, deinde ſiqua rimam creta facit,luto linunt, & aſſiccata frigido loco ſuſpendunt.

C.Matius.

†retibus.

†petiolis. Poma cū pediculis ad perpetuitatem legenda.

Mala orbiculata,sestiana,melimela,& alia genera quomodo seruantur. Cap.XLV

Cydonia. MVLTI Eadem ratione,qua granata,in scrobibus,vel doliis seruant cydonia.Nonnulli foliis ficulneis illigant,deinde cretam figularem cũ amurca subigunt,& ea linũt mala, quæ cum siccata sunt,in tabulato frigido loco & sicco reponunt.Nonnulli hęc eadẽ in patinas nouas sicco gypso ita obruunt, vt altera altera nõ contingant: nihil tamen certius aut melius experti sumus,q̃ vt cydonia maturissima integra sine macula,& sereno cœlo decrescente luna legantur, & in lagæna noua,quæ sit patentissimi oris detersa lanugine,quæ malis inest,componantur leuiter,& laxe,ne collidi possint:deinde cum ad fauces vsq; fuerint composita, vimineis surculis sic transuersis arctentur,vt modice mala comprimant, nec patiantur ea cum acceperint liquorem, subleuari. tum q̃ optimo & liquidissimo melle vas vsq; ad summũ ita repleatur,vt pomum submersum sit.Hæc ratio non solum ipsa mala custodit,sed etiam liquorem mulsei saporis præbet, qui sine noxa possit interdum dari febricitantibus, isq; vocatur melimeli. sed cauendum est, ne quæ in melle custodire volueris,immatura mala condantur,quoniam cruda si lecta sunt,ita indurescant,vt vsui non sint. Illud vero qđ multi faciunt,vt ea diuidant osseo cultro, & semina eximant,q; putent ex eis pomum vitiari, superuacuum est,sed ratio,quã nunc docui,adeo quidem certa est,vt etiam si vermiculus inest,non amplius tamen corrumpantur mala, cum prædictum liquorem acceperint. nam ea mellis est natura, vt coerceat vitia, nec serpere ea patiatur, qua ex causa etiam exanimũ corpus hominis per annos plurimos innoxium cõseruat.Itaq; possunt alia genera malorum sicuti orbiculata,sestiana,melimela,mariana hoc liquore custodiri, sed quia videntur in melle dulciora fieri sic cõdita,nec proprium saporem seruare, arculę fagineæ,vel etiã tiliaceæ,quales sunt,in quibus vestimẽta forensia conduntur,huic rei paulo ampliores præparari debent,eæq; in tabulato,frigidissimo & siccissimo loco,quo neq; fumus, neq; teter perueniat odor,collocantur. deinde substrata prędicta poma sic componi,vt †flosculi sursum,pediculi deorsum spectent,quemadmodum etiam in arbore nata sunt,& ne inter se alterum ab altero cõtingatur.Ita obseruandum est,vt vnũquodq; genus separatim proprijs arculis reponatur:nam cum vnã clausa sunt diuersa genera inter se discordant,& celerius vitiantur.Propter quod etiã cõseminalium vinearum,non tam est firmũ vinũ,q̃ si per se syncerum ammineũ,vel apianũ, aut etiã fecinũ condideris.verũ sic,vt prędixi,cum diligenter mala fuerint cõposita,operculis arcularum contegantur,& luto palcato linãtur opercula,ne introire spiritus possit:atq; ea ipsa nõnulli sicut in aliis generibus,vt supra iam diximus,populnea quidam,etiã abiegna scobe interposita, mala custodiunt.Hęc tamen poma non matura,sed acerbissima legi debent.

Melimeli quid.

Mel coercet vitia.

† flocculi.

Cõlemina:les vineæ.

Alia inulę conditura.

De conditura inulæ. Cap.XLVI.

INVLÆ conditura sic fiet,cũ eius radicem mense Octobris (quo maxime matura est) e terra erueris,aspero linteolo,vel etiã cilicio detergito quicquid arenæ inhęrebit. deinde acutissimo cultello summatim eradito,& quę plenior radicula fuerit,p modo crassitudinis in duas,vel plures partes digiti longitudine diffundito:deinde ex aceto modice in cacabo æneo coquito, ita ne taleolæ inuri possint.Post hęc in vmbra triduo siccentur,& ita in fideliam picatam recõdantur, adiecto passo,vel defruto,qđ supernatet,spissamentoq; cunilæ imposito cõtectũ vas pelliculetur.

Pausea. Alia inulæ conditura. Cũ radices eius raseris taleolas, vt supra, facito, & in vmbra triduo, vel etiã quatriduo siccato. deinde siccatas in vasis sine pice,interiecta cunila conijcito,cunila imposita,sex partibus aceti vna pars sapæ misceatur cũ hemina salis cocti, vt hoc iure macerentur taleolæ,donec q̃minimũ amaritudinis resipiant.Postea exemptę iterũ siccẽtur per dies quinq; in vmbra. tum crassamentũ vini feculenti,nec minus,si sit,mulsi,& vtriusq; eorũ quartam partem boni defruti confundito in ollam,quę cũ inferbuerit,taleolas inulæ adiicito,& statim ab igne remoueto,ac rudicula lignea peragito,donec perfectę refrigescat. Postea transfundito in fideliam picatã,operculo tegito,tumq; pelliculato.Tertia eiusdẽ inulæ conditura.Cũ radiculas diligenter eraseris minute concisas in muria dura macerato, donec amaritudinẽ dimittant. deinde effusa muria sorba q̃optima & maturissima semine detracto contere,& cum inula misce,tum siue passum,seu q̃optimũ defrutũ dicito,& vas obthurato.Quidã,cũ condiuerũt inulam,muriaq; macerauerunt,exsiccant,& malis cydoneis tritis,quę in defruto, vel melle decoxerant,miscent, atq; ita superfundunt passum,vel defrutum,& vas operculatum pelliculant.

Sampsa quemadmodum fiat. Cap.XLVII.

ACERBAM pauseam mense Septembri,vel Octobri,dum adhuc vindemia est, contunde, & aqua calida paululum maceratam exprime, fœniculiq; seminibus, & lentisci cum cocto

sale modice permistam reconde in fideliam,& mustum q̃ recentissimũ infunde. Tum fasciculum viridis fœniculi superpositũ merge, vt oliuæ premantur,& ius superemineat.Sic curata oliua ter tio possis vti. Albam pauseam,vel orchitem, vel radiolum,vel regiam dum contundes,primum quãq;,ne decoloretur,in frigidam muriam demerge,cuius cũ tantũ parateq habueris,quantũ satis fuerit implẽdæ amphoræ,fœniculi aridi,fasciculum substerne in imo. deinde viridis fœniculi se mina,& lentisci districta, & purgata in vrceolo habeto: tũ exemptã de muria oliuã exprimito, & permistã prędictis seminibus in vas adiicito.deinde cũ ad fauces peruenerit eius,fœniculi aridi fasciculos superponito,& ita recentis musti duas partes,& vnam durę muriæ permistas adiicito. Hac conditura cõpositis oliuis toto anno cõmode vteris. Quidã oliuã nõ contundũt sed acuta arundine insecant,idq; operosius quidẽ,sed melius est,quia hęc candidior est oliua,q̃ ea,quæ cõ tusione liuorẽ contrahit. Alij siue contuderint,siue insecuerint oliuas,modico sale cocto, & prædictis seminibus immiscent:deinde sapã,vel passum, vel,si est facultas,mellam infundunt. Mella autem quomodo fiat paulo ante hoc ipso libro præcepimus. Cætera omnia similiter administrant. Posias oliuas,vel regias sine macula q̃ candidissimas manu districtas eligito.deinde substrato fœniculo arido in amphoram coniicito,intermistis seminibus lentisci, nec minus fœniculi,& cũ ad fauces vas repleueris, adiicito muriam durã.tum spissamento facto de arundinum foliis,oliuã premito,vt infra ius mersa sit. & iterum infundito muriam duram, dũ ad summũ amphoræ labrum perueniat. At hęc oliua per se parũ iucũda est:sed ad eas condituras,quę lautioribus mensis adhibentur,idonea maxime est. nam cũ res exigit,de amphora promitur,& contusa recepit quãcũq; volueris conditurã.Pleriq; tamen sectiuũ porrũ,& rutam cũ apio tenero,& mẽtam minute concidunt,& contusis oliuis miscent. deinde exiguũ aceti piperati,& plusculũ mellis,aut mulsi adiiciunt,oleoq; viridi irrorant,atq; ita fasciculo apij viridis contegitur. Quidã sic lectę oliuæ in modios singulos ternas heminas salis permiscent,& adiectis seminibus lentisci,fœniculoq; substrato amphorã vsq; ad fauces replent oliuis:deinde aceto non acerrimo infundunt, & cum iam pene amphorã impleuerunt,fœniculi spissamento deprimũt baccam,& rursus acetũ vsq; ad summũ labrum adiiciũt.Postea quadragesimo die omne ius defundũt,& sapę,vel defruti tres partes cũ aceti vna permiscent,& amphorã replent.Est & illa probata compositio,vt cũ muria dura pausea alba maturuerit,omne ius defundatur, & immistis duabus partibus defruti,cũ aceti vna,repleatur amphora.Eadẽ conditura posset etiam regia cõponi,vel orchita. Quidã vnã partem muriæ,& duas aceti miscent,eoq; iure oliuas poseas colymbadas faciũt. quibus si per se quis vti velit,satis iucundas experietur, q̃uis & hæ,cũ exeunt de muria,conditurã qualẽcũq; recipere possunt. Oliuæ poseæ,cũ iam decolorantur,anteq̃ mitescant,cum petiolo legũtur,& in oleo q̃optimo seruantur.Hæc maxime nota etiã post annũ reprȩsentat viridẽ saporem oliuarũ. Nõnulli etiã cũ de oleo exemerunt,trito sale aspersas pro nouis apponunt. Est & illud cõditurę genus,qđ in ciuitatibus Gręcis plerũq; vsurpatur,idq; vocant epityrũ.Oliua pausea,vel orchita cũ primũ ex albo decoloratur,fitq; luteola, sereno cœlo manu distringitur, & in vannis vno die sub vmbra expanditur. & siqui adhęrent pediculi,foliaq;,aut surculi,legũtur.postero die cribratur,& nouo fisco inclusa prelo supponitur,vehementerq; premitur,vt exudet quantulũcũq; habet amurcæ.Patimur autẽ nonnũq̃ tota nocte,& postero die pondere pressam baccã velut exaniari,tum resolutis corticulis eximimus eam, & in singulos modios oliuæ triti salis cocti singulos sextarios infundimus: itemq; lentisci semen,rutęq;,& fœniculi folia sub vmbra siccata, quæ vti satis videntur concisa minute,admiscemus,patimurq; horis tribus,dũ aliquatenus bacca salem combibat. tum superfundimus boni saporis oleum,ita vt obruat oliuam,& fœniculi aridi fasciculũ deprimimus,ita vt ius supernatet.Huic autẽ conditurę vasa fictilia sine pice præparantur, quę ne possint oleũ sorbere,tãq̃ oliuariæ metretæ imbuũtur liquamine,tũ demũ & assiccantur. Sequitur autẽ frigus hyemis,per qđ oliuitas,sicut vindemia,curam villicę repetit.

Orchites. Radiolus. Regia.

Posia & Regia.

Colymbades.

Epityrũ.

Nigræ oliuæ conditura. Cap. XLVII.

PRIVS itaq; (quoniam inchoauimus) de condituris oliuarum pręcipiemus,ac statim conficiendi olei rationẽ subiiciemus.Pausæ baccæ,vel orchitæ,nonnullis regionibus etiã nęuię conuiuiorũ epulis pręparantur.Has igitur,cũ iam nigruerint,nec adhuc tamen permaturæ fuerint,sereno cœlo distringere manu conuenit,lectasq; cribrare,& secernere,quęcũq; maculosę, seu vitiosę,minorisve incrementi videbuntur. deinde in singulos modios oliuæ salis integri ternas heminas adiicere,& in vimineos qualos confundere superposito copioso sale,ita vti oliuas cõtegat,sicq; triginta dies pati consudascere, atq; omnem amurcã extillare, postea in alueũ diffun-

dere, mundaque spongia salem, ne permaneat, detergere, tum in vas adijcere, & sapa, vel defruto amphoram replere superposito spissamento aridi fœniculi, qđ oliuã deprimat. Pleriq; tamẽ tres partes defruti, aut mellis, & vnã miscent aceti: aliqui duas partes, & vnã aceti, & eo, quo cõdiũt, iure. Quidam, cum oliuam nigram legerunt, eadem portione, qua supra, saliunt, & sic collocant in qualis, vt immistis seminibus lentisci alterna tabulata oliuarum, & salis vsq; in summũ cõponãt: deinde post quadraginta dies cum oliua quicquid habuit amurcæ exsudauit, in alueũ defundũt, & cribratã separant ab seminibus lentisci, spongiaq; detergent, nequid adhæreat salis. tum in amphoram confundũt adiecto defruto, vel sapa, vel etiã melle, si est copia, cęteraq; similiter faciunt. In singulos modios oliuæ singulos sextarios maturi seminis anisi, lentisciq;, & ternos cyathos seminis. si id non est, ipsum fœniculum concisum quantũ satis videbitur, adiici oportet. deinde in singulis modiis oliuarũ salis cocti, & non moliti ternas heminas admisceri, & ita in amphoris cõdi, easq; fasciculis fœniculi obthurari, & quotidie per terram volutari: deinde tertio quoq;, aut quarto die quicquid amurcæ inest, mitti. Post. xl. dies in alueũ diffundi, & a sale tãtũmodo separari, sic ne spongia detergeantur oliuæ, sed ita vt erũt exemptæ, massulis salis mistis in amphorã condantur, & spissamentis impositis ad vsus in cellam reponãtur. Maturã oliuã in statura factã colymbadem, de muria tollito, spongia tergito: deinde canna viridi scindito duobus vel tribus locis, & triduo in aceto habeto, quarto die spongia extergito, in vrceum, aut cacabum nouũ mittito substrato apio, & modica ruta. Concisis deinde pleno vase oliuis immitte defrutũ vsq; ad os. Turiones. Lauri turiones in hoc vsu mittito, vt oliuas deprimant: post dies viginti vtere.

Sirapa quomodo fiat. Cap. XLIX.

OLIVA nigra maturissima sereno cœlo legitur, eaq; sub vmbra vno die in cannis porrigitur, & quęcũq; est vitiosa, bacca separatur. Item siqui adhęserãt pediculi, adimũtur, foliaq;, & surculi, quicũq; sunt intermisti, eximũtur. Postero die diligenter cribratur, vt siquid inest stercoris, separetur. deinde intrita oliua nouo fisco includitur, & prelo subiicitur, vt tota nocte exprimatur. Postero die inijcitur q̃mũdissimis molis suspensis, ne nucleus frangatur. Et cũ est in Samsa. samsam redacta, tunc sal coctus, tritusq; manu permiscetur cũ cęteris aridis condimentis. Hęc autem sunt, carenũ, cyminũ, semen fœniculi, anisum ægyptium. Sat erit autẽ totidẽ heminas salis adiicere, quot sunt modij oliuarũ, & oleũ superfundere, ne exarescat. Idq; fieri debebit, quotiescũq; videbitur afficcari. Nec dubiũ est, quin optimi saporis sit, quę ex oliua posia facta est. Cęterũ supra duos menses sapor eius non permanet integer. Videntur autem alia genera huic rei magis esse Calabrica olea. idonea, sicut liciniæ & culmineæ. Verũtamen habetur pręcipua in hos vsus olea calabrica, quã Oleastellũ. quidam propter similitudinem oleastellum vocant.

Oleum quemadmodum fiat. Cap. L.

Oliuitas. MEDIA est oliuitas plerũq; initium mensis Decembris. Nam & ante hoc tempus acerbum oleum conficitur, qđ vocatur æstiuũ, & circa hunc mẽsem viride premitur: deinde postea maturum. Sed acerbũ oleũ facere patrisfamilias rationibus non conducit, quoniam exiguũ fluit, nisi bacca tempestatibus in terram decidit, & necesse est eã sublegere, ne a domesticis pecudibus, ferisve consumatur. Viridis autẽ notę conficere vel maxime expedit, cum & satis fluit, & precio pene duplicat domini reditũ. Sed si vasta sunt olиueta, necesse est, vt aliqua pars eorũ maturo fructui reseruetur. Locus autẽ, in quo confici oleũ debeat, etiã descriptus est priore volumine. Pauca Tabulatũ. tamen ad rem pertinentia cõmemoranda sunt, quę prius omiseram. Tabulatũ, quo feratur olea, necessariũ est, q̃uis pręceptũ habeamus, vt vniuscuiusq; diei fructus, molis & prelo statim subiiciatur. Verũtamen quia interdum immodica multitudo baccę torculariorum vincit laborem Pensile horr. (si labor est) esse oportet pensile horreum, quo imponantur fructus, idq; tabulatũ simile esse debet granario, & habere lacusculos tã multos, q̃ postulabit modus oliuæ. vt separetur, & seorsum Lacusculi. reponatur vniuscuiusq; diei coactura. Horũ lacusculorũ solũ lapide vel tegulis oportet cõsterni, & ita decliue fieri, vt celeriter omnis humor per canales, aut fistulas defluat. nam est inimicissima Amurca oleũ corrũpit. oleo amurca, quę si remansit in bacca, saporem olei corrumpit. Itaq; cũ lacus, queadmodum diximus, extruxeris, asserculos inter se distãtes semipedalibus spatiis supra solũ ponito, & cannas diligenter spisse textas inijcito, ita vt ne baccam trãsmittere queant, & oliuę põdus possint sustinere. Iuxta omnes autẽ lacusculos, ea parte, qua defluet amurca, sub ipsis fistulis in modũ fossularum concauũ pauimentũ, vel cauũ lapidẽ esse oportebit, in quo cõsistat, & vnde exhauriri possit quicq̃d defluxerit. Pręterea lacus, vel dolia pręparata sub tecto habere oportebit, quæ seorsum recipiãt sui cuiusq; generis amurcã, siue quę syncera fluxerit, siue etiã quę salẽ receperit, nã vtraq;

vsibus plurimis idonea est. Oleo autē conficiendo molæ vtiliores sunt, q̄ trapetum: trapetum, q̄ Molę. Trapetū.
canalis, & solea. Molæ q̄facillimā patiuntur administrationem, quoniam pro magnitudine bac- Solea
carum vel submitti, vel etiam eleuari possunt, ne nucleus, qui saporem olei vitiat, confringatur. Canalis.
Rursus trapetum plus operis, faciliusq̄, q̄ solea, & canalis efficit. Est & organū erectę tribulæ si- Organum.
mile, qđ tudicula vocatur: idq̄ non incommode opus efficit, nisi q frequēter vitiatur, & si baccæ Tudicula.
plusculum ingesseris, impeditur. Pro conditione tamen, & regionū cōsuetudine prędictæ machi-
næ exercentur: sed est optima molarum, tum etiam trapeti. Hæc anteq̄ de oleo conficiendo disse
rerem, præfari necesse habui. Nunc ad ipsam rem veniendum est, q̄q̄ multa omissa sint, quę sicut
ante vindemiā, sic ante oliuitatē præparanda sunt, tāq̄ lignorum copia, quæ multo ante appor-
tanda est, ne cum res desiderauerit, operę auocentur. Tum scalæ, corbulæ, decemmodiæ, trimodię Scalæ. Corbulæ.
satoriæ, quibus districta bacca suscipitur: fisci, funes canabini, & spartei: conchæ ferreæ, quibus Decemmodiæ.
depletur oleum: opercula, quibus vasa olearia conteguntur: spongiæ maiores & minores: vrcei, T rimodiæ sat.
quibus oleum progeritur: canneæ tegetes, quibus oliua excipitur: & siqua sunt sunt alia, quę nūc
memoriam meam refugiunt. Hæc omnia, & multo plura esse debent, quoniam in vsu depereūt, Fisci.
& pauciora fiunt: quorum siquid suo tempore defuerit, opus intermittitur. Sed iam qđ pollici- Conchę fer.
tus sum exequar. Cum primum baccæ variare cœperint, & iam quædam nigræ fuerint, plures ta- Spongiæ.
men albæ sereno cœlo manibus distringi oliuam oportebit, & substratis tegetibus aut cannis cri
brari & purgari. Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscinis
nouis includi, prelisq̄ subiici, vt quātum possit paulisper exprimatur. Postea resolutis corticulis
emollire debebunt, adiectis binis sextariis integri salis in singulos modios. Et aut regulis, si con-
suetudo erit regionis, aut certe nouis fiscinis sampsę exprimi. Qđ deinde primum defluxerit in
rotundum labrum (nam id melius est q̄ plumbeum quadratum, vel structile gemellar) protinus Gemellar.
capulator depleat, & in fictilia labra huic vsui præparata defundat. Sint autem in cælla olearia Capulator.
tres labrorum ordines, vt vnus primę notę, id est primę pressuræ oleum recipiat, alter secundæ,
tertius tertiæ. Nam plurimū refert non miscere iteratio nem, multoq̄ minus tertiationem cum
prima pressura, quoniam longe melioris saporis est, qđ minore vi preli, quasi lixiuiū defluxerit. cū
deinde paululum in labris primis constiterit oleum, eliquare id capulator in secunda labra debe-
bit, & deinde in sequentia vsq̄ ad vltima. nam quanto sæpius translatione ipsa ventilatur, &
quasi exercetur, tanto fit liquidius, & amurca liberatur. Sat erit autem in singulis ordinibus tri-
cena componi labra, nisi vasta fuerint olieueta, & maiorem numerum desiderauerint. Qꝫ si frigo
ribus oleum cum amurca congelabitur, plusculo sale cocto vtiq̄ vtendum erit. ea res resoluit
oleum, & separat ab omni vitio: neq̄ verendum est, ne salsum fiat. nam quātūcūq̄ adieceris salis,
nihilo minus saporem non recipit oleum. Solet autem ne sic quidem resolui, cum maiora frigo-
ra incesserunt, itaq̄ nitrum torretur, & contritum inspergitur, & commiscetur. ea res eliquat
amurcam. Quidam, q̄uis diligentes olearij baccam integram prelo non subiiciunt, q existimāt Olearij.
aliquid olei deperire: nam cum preli pondus accepit, non sola exprimitur amurca, sed & aliquid
secum pinguitudinis attrahit. Illud autem in totum præcipiendum habeo, vt neq̄ fumus, neq̄
fuligo q̄diu viride oleum conficitur, in torcular admittatur, aut in cęlllam oleariam: nā est vtraq̄
res inimica huic rei, peritissimiq̄ olearij vix patiuntur ad vnam lucernam opus fieri. Quapro-
pter ad eum statum cœli & torcular, & cęlla oleria constituēda est, qui maxime a frigidis ventis
auersus est, quoniam minime vapor ignis desideratur. Dolia autem & serię, in quibus oleum re-
ponitur, non tātū eo tempore curanda sunt, cum fructus necessitas cogit, sed vbi fuerint a mer-
catore vacuata, confestim villica debet adhibere curam, vt siquæ feces, aut amurcæ in fundis va
sorum subsederint, statim emūdentur, & non calidissima lixiuia, ne vasa ceram remittant, sed se-
mel atq̄ iterum, eluantur: deinde aqua tepida leuiter manibus defricentur, & sępius eluantur,
atq̄ ita spongia omnis humor assiccetur. Sunt, qui cretā figularē in modū liquidę fecis aqua re-
soluant, & cū vasa lauerint, hoc quasi iure intrinsecus oblinant, & patiantur arescere. Postea cū
res exigit, pura eluūt aqua, nōnulli prius amurca, deinde aqua vasa perluūt, & assiccant, tum cō
siderant nunquid ceram nouā dolia desiderent: nā fere sexta quaq̄ oliuitate cerari oportere an-
tiqui dixerunt, qđ fieri posse non intelligo. Nam quemadmodū noua vasa si calefiant, liquidam
cerā facile recipiant, sic vetera non crediderim propter olei succū, ceraturam pati. Quā tamē & Ceratura.
ipsam ceraturam nostrorū temporū agricolæ repudiauerūt, existimauerūtq̄ satius esse noua do-
lia liquida gummi perluere, siccataq̄ suffumigare alba cera, ne pallorem capiāt. Eamq̄ suffitionē
semper faciendā iudicant, quotiescūq̄ vel noua, vel vetera vasa curātur, & oleo nouo pręparātur.

Gūmitio. Multi cū semel noua dolia, vel serias crassa gummi liuerunt, vna in perpetuū gummitione cōtenti sunt. Et sane quæ semel oleum testa combibit, alteram gummitionem non recipit. Respuit enim olei pinguitudo talem materiam, qualis est gummis. Post mensem Decembrem circa Calendas Ianuarias eadem ratione, qua superius, distringenda erit olea, & statim exprimenda: nam si reposita in tabulatum fuerit, celeriter concalescet, quoniam hyemalibus pluuiis amurcæ plus concipit, quę est contraria huic rei. Cauendum est itaq;, ne ex ea fiat oleum cibarium: qđ vno modo vitari poterit, si protinus illata de agro bacca cōmolita, & expressa erit, quæ sic administrata fuerit, vt supra diximus. Pleriq; agricolarū crediderūt, si sub tecto bacca deponaẗ, oleū in tabulato crescere: qđ tam falsum est, q̄ in area frumenta crescere: idq; mendacium vetus ille Porcius Cato sic refellit. Ait enim in tabulato corrugari oliuam, minoremq; fieri. Propter qđ cum facti vnius mēsuram rusticus sub tecto reposuerit, & post multos dies eam molere voluerit, oblitus prioris mensuræ, quā intulerat, ex alio aceruo similiter seposito quātū cuiq; mensurę defuit supplet. Eoq; facto videtur plus olei quieta, q̄ recens bacca reddere, cum longe plures modios acceperit. Attamen si id maxime verum esset, nihilo minus ex precio viridis olei plusq̄ multitudine mali contrahitur: qđ & Cato dixit. Et sic quidem quicquid ponderis, aut mensuræ oleo accedit, si portionem velis in factum adiectæ baccæ computare, non prouentum, sed detrimētum senties. Quapropter dubitare non debemus lectam oliuam, primo quoq; tempore commolere, preloq; subiicere. Nec

Cibarium oleum. ignoro etiam cibarium oleum esse faciendum. Nam vbi exesa vermiculis oliua decidit, vel tēpestatibus & pluuijs in lutum defluxit, ad præsidium aquæ calidæ decurritur, ahenūq; calefieri debet, vt immūdę baccæ eluantur. Sed id non feruentissima fieri oportet, verum modice calida, quo cōmodior gustus olei fiat: nam si excoctus est, etiam vermiculorum, cęterarūq; immūdiciarum saporem trahit. Sed cum fuerit oliua elota, reliqua, sicut supra pręcepimus, fieri debebunt. Fiscis autem nō iisdem improbum & cibarium oleum premi oportebit. Nam veteres ad caducā oliuā: noui autem ordinario aptari oleo, semperq; cū expresserint facta, statim feruentissima debēt aqua bis aut ter elui: deinde si sit profluēs, impositis lapidibus, vt pondere pressi detineātur, immergi: vel si nec flumen est, in lacu, aut piscina q̄ purissimę aquæ macerari, & postea virgis verberari, vt sordes, fecesq; decidant: & iterum elui, siccariq;.

De oleo gleucino. Cap. LI.

QVAMVIS non erat huius temporis olei gleucini compositio, tamen huic parti voluminis reseruata est, ne parū opportune vini conditionibus interponeretur. hac autē ratione confici debet. Vas olearium q̄maximū, & aut nouū, aut certe bene solidū pręparari oportet. deinde per vindemiam musti q̄optimi generis, & q̄recentissimi sextarios sexaginta cum olei pondo octoginta in id confundi. tum aromata nō cribrata, sed ne minute quidem cōtusa, verum leuiter confracta in reticulum iunceum, aut lineū adiicië, & ita cum saxi ponduseulo in olei atq; musti partem demitti. Sint autem iis portionibus pēsata, quas infra subiicimus, calami, schœni, cardamomi, xylobalsami, corticis de palma fœni gręci vetere vino macerati, & postea siccati, atq; etiam torrefacti, iunci radicis, tum etiā iridis græcæ, nec minus anisi ægyptij pari pondere, id est vniuscuiusq; libram, & quadrantem, vt supra diximus, reticulo inclusa demittito, & metretā linito: post septimū diem, aut nonū per se metretæ siquid fecis, aut spurciciæ faucibus inhęrebit, manu eximito & detergito. deinde oleum eliquato, nouisq; vasis recondito, mox reticulum eximito, & aromata in pila q̄mūdissime contundito, tritaq; in eandē metretam reponito, & tantūdem olei quātum prius, infundito, & obthurato, in sole ponito. Post septimū diem oleum depleto, & qđ reliquū est musti picato cado recondito: nam id si non exhauseris medicamentum, dabitur potatū imbecillis bubus, & cætero pecori.

Oleum ad vnguenta quemadmodum facias. Cap. LII.

OLEVM autem secundarium non insuauis odoris quotidianā vnctionem præbere poterit dolore neruorum laborātibus, anteq̄ oliua nigrescat, cum primū decolorari cœperit, nec tamen adhuc varia fuerit, maxime liciniam, si erit: si minus, regiā: si nec hęc fuerit, tūc culminiam baccam manu stringito, & statim purgatam prelo integram subiicito, & amurcam exprimito: deinde suspensa mola oliuā frangito, eamq; vel in regulas, vel in nouo fisco adiicito, subiectamq; prelo sic premito, ne vasa intorqueas, sed tātū ipsius preli pondere quantulūcūq; exprimi patiaris: deinde cum sic fluxerit protinus capulator amurca separare, & diligenter seorsum in noua labra transferat, eiusq; eliquet reliquū olei. qđ postea fuerit expressum, poterit ad escam vel cū alia nota mistum, vel per se approbari.

De salsura suillæ carnis. Cap.LIII.

HACTENVS de oleo abunde diximus,nũc ad minora redeamus,omne pecus,& pręcipue suem pridie q̃ occidatur,potione prohiberi oportet,quo sit caro siccior:nã si biberit,plus humoris salsura habebit. ergo sitientem cum occideris,bene exossato:nã ea res minus vitiosam & magis durabilem salsurã facit: deinde cũ exossaueris,cocto sale,nec nimiũ minuto,sed suspensa mola infracto diligenter salito,& maxime in eas partes,quibus ossa relicta sunt,largum salem infarcito,cõpositisq; supra tabulatũ tergoribus,aut frustis vasta pondera imponito, vt exanietur. Tertio die pondera remoueto,& manibus diligenter salsuram fricato,eãq; cũ voles reponere,minuto,& trito sale aspergito,atq; ita reponito.Nec desieris eius quotidie salsuram fricare, donec matura sit.Q; si serenitas fuerit iis diebus,quibus perfricatur caro,patieris eam sale conspersam esse nouem diebus: at si nubilum,aut pluuię,vndecim,vel a duodecima die ad lacũ salsurã deferri oportebit,& salẽ prius excuti,deinde aqua dulci diligenter perlui,necubi sal inhęreat,& paululum afficcatã in carnario suspendi,quo modicus fumus perueniat,qui siquid humoris adhuc continetur,siccare eũ possit.Hæc salsura luna decrescente maxime per brumã,sed etiã mense Februario ante Idus cõmode fiet.Est & alia salsura,quę etiã locis calidis omni tempore anni potest vsurpari,quę talis est.Cũ ab aqua pridie sues prohibiti sunt,postero die mactantur, & vel aqua candente,vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur (nam vtroq; modo pili detrahũtur) caro in libraria frusta conciditur: deinde in seriam substernitur sal coctũ,sed modice (vt supra diximus) infractũ:deinde offulæ carnis spisse componũtur,& alternis sal ingeritur,sed cũ ad fauces serię peruentũ est,sale reliqua pars repletur,& impositis ponderibus in vas cõprimitur, eaq; caro semper conseruatur,& tanq̃ salsamentum in muria sua permanet.

Exossare. Glabratæ. Offulę carnis. Sal.

Rapa,& napos quemadmodum condias. Cap.LIIII.

RAPORVM q̃ rotundissima sumito,eaq;,si sunt lutosa,detergito,& summã cutem nouacula decerpito:deinde (sicut consueuerunt Salgamarij) decussatim ferramento lunato incidito.Sed caueto,ne vsq; ad imũ præcidas rapũ.Tum salẽ inter incisuras raporũ non nimiũ minutũ aspergito,& rapa in alueo,aut seria cõponito,& sale plusculo aspersa triduo sinito,dũ exudent.Post tertiã diẽ mediã fibrã rapi gustato,si receperit salem. Deinde cũ videbitur satis recepisse exemptis omnibus singula suo sibi iure eluito. Vel si nõ multũ liquoris fuerit,muriã durã adiicito,& ita eluito,& postea in quadratã cistam vimineam,quę neq; spisse,solide tamẽ,& crassis viminibus contexta sit,rapa cõponito:deinde sic aptatã tabulã superponito, vt vsq; ad fundum si res exigat,intra cistã deprimi possit.Cũ autẽ eã tabulã sic aptaueris,grauia pondera superponito,& sinito nocte tota,& vno die siccari.Tũ in dolio picato fictili,vel in vitreo componito,& sic infundito sinapi & aceto vt a iure contegantur. Napi quoq;,sed integri,si minuti sunt,maiores autẽ insecti,eodẽ iure,quo rapa condiri possunt.Sed curandũ est,vt hęc vtraq; anteq̃ caulẽ, aut cimã faciant,dũ sunt tenera,componantur. Napos minutos integros,aut rursus amplos in tres aut quatuor partes diuisos in vas coniicito,& aceto infundito,salis quoq; cocti vnũ sextarium in congium aceti adiicito,post trigesimum diem vti poteris.

Sinapim quemadmodum facias. Cap.LV.

SEMEN sinapis diligenter purgato,& cribrato:deinde aqua frigida eluito, & cũ fuerit bene lotũ,duabus horis in aqua sinito, postea tollito,& manibus expressum in mortariũ nouũ,aut bene emundatũ coniicito,& pistillis conterito,cũ cõtritũ fuerit,totã intritã ad mediũ mortariũ contrahito,& cõprimito manu plana deinde cũ compresseris,scarificato, & impositis paucis carbonibus viuis aquam nitratam suffundito,vt omnẽ amaritudinẽ eius,& pallorẽ exaniet: deinde statim mortariũ erigito,vt omnis humor eliquetur.Post hoc albũ acre acetũ adijcito, & pistillo permisceto,colatoq;.Hoc ius ad rapa condienda optime facit.Cęterũ si velis ad vsum cõuiuiorũ pręparare,cũ exaniueris sinapi,nucleos pineos q̃recentissimos, & amylum adiicito, diligenterq; cõterito infuso aceto.Cętera,vt supra dixi,facito.Hoc sinapi ad embammata nõ solũ idoneo,sed etiam speciosso vteris:nam est candoris eximij,si sit curiose factum.

Embammata.

Olerisatri,& siseris radicem quẽadmodũ condias. Cap.LVI.

PRIVSQVAM olusatrum coliculum agat,radicem eius exerito mense Ianuario, vel etiã Februario,& diligenter defricato,nequid terreni habeat,& in aceto & sale componito: deinde post diem trigesimũ eximito,& corticem eius delibratum abijcito.Cęterum medullam eius concisam in fideliam vitream,vel nouam fictilem coniicito,& adiicito ius,qđ,sicut infra scriptũ, est fieri debebit.Sumito mentam,& vuam passam,& exiguam cepam aridam,eamq; cum torrido

farre & exiguo melle ſubterito:quæ cum fuerit bene trita,ſapæ, vel defruti duas partes, & aceti vnam permiſceto,atq; ita in eandem fideliam confundito,eamq; operculo conteƈtã pelliculato,cũ deinde vti voles,cum ſuo iure conciſas radiculas promito, & oleum adiicito. hoc ipſo tempore ſiſeris radicem poteris eadem ratione,qua ſupra condire:ſed cum exegerit vſus,eximes de fidelia & oxymelli,cũ exiguo oleo ſuperfunde.

Moretum oxyporum,vel vt alij,oxygarum quemadmodum componas. Cap. LVII.

ADDITO in mortarium ſatureiam,mentã,rutã,coriandrum,apiũ,porrum ſectiuũ,aut ſi nõ erit,viridem cepam,folia lactucæ,folia erucæ,thymũ viride,vel nepetam, tum etiam viride † puleiũ,& caſeum recentẽ,& ſalſum:ea omnia pariter conterito, acetiq; piperati exiguũ permiſceto.Hãc miſturam cũ in catillo cõpoſueris,oleũ ſuperfundito.Cũ viridia, quę ſupra dicta ſunt, contriueris, nuces iuglandes purgatas quãtũ ſatis videbitur inſerito , acetiq; piperati exiguum permiſceto,& oleũ infundito. Seſamũ leuiter torrefactũ cũ iis viridibus,quę ſupra oleũ ſuperfundito.Caſeum gallicum,vel cuiuſcũq; notæ volueris,minutatim concidito & conterito,nucleoſq; pineos,ſi eorum copia fuerit,ſi minus , nuces auellanas torrefactas adempta cute, vel amygdalas æque ſupra condimenta pariter miſceto,acetiq; piperati exiguũ adiicito,& permiſceto,compoſitũq; oleo ſuperfundito.Si condimenta viridia non erunt,puleium aridum,vel thymũ,vel origanum,aut aridam ſatureiam cũ caſeo cõterito,acetumq; piperatum,& oleum adiicito. Poſſunt tamen hæc arida, ſi reliquorũ non ſit poteſtas,etiam ſingula caſeo miſceri. Piperis albi ſi ſit, ſi minus,nigri vnciæ tres,apij ſeminis vnciæ duę,laſeris radicis qđ σίλφιον Græci vocant,ſeſcunciam, caſei ſextantem . Hęc contuſa & cribrata melli permiſceto, & in olla noua ſeruato: deinde cum exegerit vſus, quantulũcũq; ex eo videbitur,aceto & garo diluito . Liguſtici vnciam,paſſæ vuæ detractis vinaceis ſextantem,piperis albi vel nigri quadrantem.Hęc,ſi maiorem impenſam vitabis,poſſunt melli admiſceri,& ita ſeruari. At ſi precioſius oxyporum facere voles,hęc eadem cũ ſuperiore cõpoſitione miſcebis, & ita in vſum repones . q; ſi etiam cum laſer non habueris, pro ſilphio , mellis adijcies pondo ſemunciam.

† pulegiũ.

Caſeus gall.

σίλφιον.

Liguſticũ.

CLAVSVLAM peracti operis mei Publi Siluine non alienũ puto indicem lecturis,ſi modo fuerint,qui dignentur iſta cognoſcere , nihil dubitaſſe me pene infinita eſſe , quę potuerint huic inſeri materiæ: verũ ea,quę maxime videbantur neceſſaria,memoriæ tradenda cenſuiſſe:nec tamen canis natura dedit cunctarum rerũ prudentiam. nam etiam quicũq; ſunt habiti mortaliũ ſapientiſſimi,multa ſciſſe dicuntur non omnia.

LVCII IVNII MODERATI COLVMELLÆ LIBER DE ARBORIBVS.

Qui cum tertius eius de re ruſtica librorum haberetur,tum ex ipſius COLVMELLÆ verbis, tum alijs argumẽtis,temere in alienum locum inter irrupiſſe deprehenſus eſt, neq; annumerandus.

De vitiario faciendo. Cap.I.

QVONIAM de cultu agrorum abunde primo volumine præcepiſſe videmur,non intẽpeſtiua erit arborũ,virgultorũq; cura,quę vel maxima pars habetur rei ruſticę.Placet igitur,ſicuti Vergilio,nobis quoq; duo eſſe genera ſurculorum,quorũ alterũ ſua ſponte gignitur , alterũ cura mortaliũ procedit.Illud,qđ non ope humana prouenit,materiæ eſt magis aptũ:hoc,cui labor adhibetur,idoneũ fructibus.Vnum hoc itaq; pręcipuũ eſt,atq; id ipſum genus tripartito diuiditur: nã ex ſurculo vel arbor procedit,vt olea,ficus:vel frutex,vt roſæ,arũdines: vel tertiũ quiddã,qđ neq; arborem,neq; fruticem proprie dixerimus,ſicuti eſt vitis.Arborũ,& fruticũ docebimus cultũ,ſi prius de vitibus pręceperimus. Qui vineã vel arbuſtũ cõſtituere volet ſeminaria prius facere debebit, ſic enĩ ſciet cuius generis vitẽ poſiturus ſit. nã quę precio parata diſponitur,certã generoſitatis fidẽ nõ habet,quoniã dubiũ eſt,an is qui vendidit,legendis ſeminibus adhibuerit diligentiã: tũ etiã qđ ex longinquo petitur,parũ familiariter noſtro ſolo venit, propter qđ difficilius conualeſcit alienũ exteræ regionis.Optimũ eſt itaq; eodẽ agro,quo vitẽ diſpoſiturus es,vel certe vicino facere ſeminarium: idq; multũ refert loci natura.Nã ſi colles vineis vel arbuſtis occupaturus es, prouidendũ eſt,vt ſicciſſimo loco fiat ſeminariũ, & iã quaſi ab incunabulis vitis exiguo aſſueſcat humori: aliter cũ

Arbor. Frutex.

transtuleris de humido in aridum locũ, viduata pristino aliméto deficiet. At si campestres, & vliginosos agros possidebis, proderit quoq; seminarium simili loco facere, & vitem largo consuescere humori. nãq; exilis, cum in aquosũ agrum transfertur, vtcũq; putrescit. ipsum autem agrũ, quẽ seminario destinaueris planũ, & succosum, sat erit bipalio vertere, qđ vocant rustici sestertium. Sestertium ea repastinatio altitudinis habet plus sesquipede, minus tñ q̃ duos pedes. Eiusmodi bipalio iugerum agri vertitur operis quinquaginta. Collem autem, & cliuũ modũ iugeri continentẽ, si ne minus duob⁹ pedib⁹ alte repastinabis operis sexaginta. Vel si codẽ loco, quo vineã ordinaturus es, facere voles seminariũ, tribus pedibus alte repastinabis iugerũ operis octoginta. ita tamen si neq; lapis, neq; tofus, aut alia materia difficilior interuenerit. quę res quot operas absumat parum certũ est. nos autem de terreno loquimur.

Qualia semina, & quando legas. Cap. II.

PERACTA repastinatione, mense Februario, vel prima parte Martii semina legito. sunt aũt optima, quæ de vitibus notatis leguntur. Nam cui cordi est bona seminaria facere, circa vindemiam vites, quæ & magnum, & incorruptũ fructum ad maturitatem perduxerint, rubrica cũ aceto (ne pluuiis abluatur) permista denotat. nec hoc vno tantũmodo anno facit, sed continuis tribus, vel pluribus vindemiis easdem vites inspicit, an perseuerent esse fœcundæ. sic enim manifestum est generositate vitium, non anni vbertate fructum prouenire. Si cõpluribus vindemiis eũdem tenorem seruarint, ex eiusmodi vitibus lecta semina multum bonũq; vinum præbebũt. nãq; qualiscũq; generis vuę, quæ incorruptę ad maturitatẽ proueniunt, longe melioris saporis vinum faciunt, q̃ quæ præripiuntur æstu, aut alia de causa. Rubrica vitẽ denotare

Quẽadmodum semina eligas, & de habitu terræ. Cap. III.

SEMINA autem eligito grandi acino, tenui folliculo, paucis, minutisq; vinaceis, dulci sapore. Optima habẽtur a lumbis. fœcũda ab humeris. tertia summa in vite lecta, quæ celerrime comprehendunt, & sunt feraciora, sed & q̃celerrime senescũt. Pampinaria sarmenta deponi nõ placet, quia sterilia sunt. Locis pinguibus, & planis, & humidis pręcoques vites serito, raris acinis, breuibus nodis imbecillas: nã tali generi vitium eiusmodi ager aptus est. Locis aridis, & macris, & siccis vitem fere natura feracem, & validam, crebrisq; acinis. Q si pingui agro validas vites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur: & qualemcunq; fructũ tulerint, ad maturitatem non perducent. Rursus imbecillæ exili agro celeriter deficient, exiguũq; fructum dabunt. Vnunquodq; genus vitium separatim serito: ita suo quodq; tempore putabis, & vindemiabis. Semina nouella cũ vetere sarmento deposita, cito cõprehendunt, & valenter crescũt, sed celeriter senescunt. at quę vetere sarmento pangũtur, tardius conualescunt, sed tardius deficiunt. Semina q̃recentissima terræ mandare cõuenit. si tamẽ mora interuenerit, quo minus statim serantur, q̃diligentissime obruito ta oportet eo loco, vnde neq; pluuias, neq; ventos sentire possint. Plantaria facito ab exoriente, & a decima luna, & a vigesima. Hęc melior est vitibus satio. sed cũ seris, frigidos ventos vitato. Malleolum sic deponito. virgam malleolarem nõ amplius, q̃ sex gemmarũ esse cõuenit, ita tamẽ sunt, si breuia internodia habent. eius imã partem, quã in terram demissurus es, acutissima falce iuxta nodũ, sic ne gemmã lędas, rotunda plaga amputato, & statim fimo bibulo linito: tũ in terrã bene pastinatam, & stercoratam rectũ sarmentum defigito, ita ne minus quatuor gẽmæ abscondantur. Pedale quoquouersus spatiũ sat erit inter semina relinqui cũ comprehenderint, identidem pampinentur, ne plura sarmenta q̃ debent, enutriant. Item q̃sępissime fodiantur, ferro ne tangantur. Vigesimo & quarto mẽse recenter. post trigesimũ & sextũ mensem transferantur. In agro requieto vineã ponito. nam vbi vinea fuerit, quod citius decimo anno seueris, ægrius cõprehẽdet, nec vnq̃ roborabitur. Agrũ ante q̃ vineis obseras, explorato, qualis saporis sit, talẽ enim etiam gustus vini prębebit. Sapor aũt (sicuti primo docuimus volumine) cõprehendetur, si terrã aqua diluas, & cũ colaueris, tũ demum aquã degustes, aptissima vitibus terra est arenosa, sub qua cõsistit dulcis humor. Probus consimilis, ager cui subest tophus. atq; vtilis cõgesta, & mota terra. Sabulũ quoq;, cui subest dulcis argilla, vitibus conuenit. Omnis aũt qui per æstatẽ finditur ager, vitibus, arboribusq; inutilis. Terra iferior alit vitẽ, & arborẽ superior custodit. Saxa sũma pte terrę, & vites, & arbores lędũt, ima parte refrigerant. & mediocri raritudine optima est vitibus terra. sed ea, quę trãsmittit imbres, aut rursus in sũmo diu retinet, vitãda est. Vtilissima est autẽ superior modice rara circa radices densa. Montibus, cliuisq; difficulter vineę conualescũt, sed firmũ, probũq; saporẽ vini prębent. Humidis, & planis locis robustissimæ, sed infirmi saporis vinũ, nec penne faciunt. Et quoniam de seminibus atq; habitu soli præcepimus, nunc de genere vinearũ disputabimus. Pampina ria sar. Malleoli depositio Sapor terrę quõ cõprændatur. Solũ vitib aptum.

De generibus vinearum. Cap.IIII.

Arbuſtiuū.

VITES maxime gaudent arboribus,quia naturaliter in ſublime procedunt,tum & materias ampliores creant,& fructum æqualiter percoquũt.Hoc genus vitium arbuſtiuum vocamus,de quo pluribus ſuo loco dicemus.Vinearum autem fere genera in vſu tria ſunt,iugata,humi proiecta,& deinde tertia,quæ eſt a terra ſubrecta,more arborum in ſe conſiſtens.Id genus cõparatum iugatę quadam parte deficitur,quadam ſuperat. Iugata plus aeris recipit, & altius fructum fert,& æqualius concoquit,ſed difficilior eſt eius cultus.At hæc ita conſtituta eſt,vt etiam arari poſſit,eoq; vbertatem maiorem conſequitur,quòd ſæpius,& minore impenſa excolitur. At quæ protinus in terram proiecta eſt,multum ſed non bonæ notæ vinum facit. Vinea optime repaſtinato agro reponitur.Nonnunq̃ tamen vel melius quibuſdam locis,ſulcis cõmittitur. Interdum etiam ſcrobibus deponitur, ſed, vt dixi, repaſtinabitur iugerum in altitudinem pedum triũ operis octoginta.Sulcum autẽ terrenũ pedum duorũ altum,& longũ ſeptuaginta,vna opera effodit.Scrobes ternarios,id eſt quoquouerſus pedum trium vna opera facit.xviii.vel ſi cui cordi eſt laxius vites ponere,ſcrobes quaternarios,id eſt quoquouerſus pedũ quaternum vna opera.xii.facit.Vel ſi bipedaneos quoquouerſus,vna opera.xx.effodit.Curandum autem eſt,vt locis aridis,& cliuoſis altius vites deponantur, q̃ ſi humidis,& planis.Item ſi ſcrobibus,aut ſulcis vineam poſituri erimus,optimum erit ante annum ſcrobes,vel ſulcos facere.Vinea,quæ anguſtiſſime conſeritur,quoquouerſus quinq; pedum ſpatio interpoſito ponitur,laxius vero inter pedes.vii. vel viii. Sed quæ rariſſime(vt etiam facile arari poſſit)inter denos pedes conſtituitur.Hæc poſitio vinearum modum ſine dubio agri maiorem occupat.ſed valentiſſima,& fructuoſiſſima eſt.Cum ſemina depones imũ ſcrobem,vel ſulcum bidentibus fodito,mollemq; reddito.Vitem.quam ponis,fac vt ad orientem ſpectet adminiculo religata.In imo ſcrobe lapides circa pondo quinq; ita ponito, ne vitem premant,ſed tamen iuxta radices ſint.Præterea poſt hæc vinaceæ heminam vuæ albæ in nigra,vuę nigræ in alba ponito,atq; ita ſcrobem,vel ſulcum cum ſtercorata terra ad medium completo.Triennio deinde proximo ſcrobem vel ſurculum vſq; in ſummum completo, ſic vites conſueſcent radices deorſum agere.Spatium autem radicibus,qua repant,lapides prębent,& hyeme aquam repellunt,æſtate humorem præbent vinaceæ,quæ & radices agere cogũt. Quoniam pręcepimus quemadmodũ vites ponendæ ſint, nunc culturã earũ docebimus.

Iugata vinea.

Scrobes ternarij & q̃t.

Vitis oriẽtẽ ſpectat.

Quemadmodum vites coli debeant. Cap.V.

Cuſtos ma.

VINEAM nouellam omneis gemmas agere ſinito, ſimulatq; pampinus inſtar quatuor digitorum erit,tum demum pampinato,& duas materias relinquito.alteram,quã vitis conſtituendæ cauſa ſubmittas:alteram ſubſidio habeas,ſi forte illa ordinaria interierit.hanc ruſtici cuſtodem vocant.proximo deinde anno,cum putabis vitem,meliorem vnã virgã relinquito. tertio anno vitem,in quam formam voles,dum tenera eſt,cõponito.Si iugatam erimus facturi, vnã materiam ſubmittito,ita vt duas gemmas,quæ ſunt proximæ a terra, falce acuta radas, ne poſſint germinare,deinde tres ſequentes relinquas,reliquam partem virgę amputes.Sin autem vitẽ in ſe conſiſtere voles,ſicuti arbori brachia ſubmitti patieris,& dabis operam, vt in orbem q̃rectiſſime formetur.Nam præterq̃ quòd ſpeciem habet ſic compoſita,tum etiam minus laborat, cũ vndiq; velut æquilibrio ſtabilita in ſe requieſcit.Sat erit autem,cum primo brachia ſubmittentur, ſingulas gemmas ſingulis ſarmentis relinqui,ne protinus onere grauetur.Poſt hanc putationem lectis ſarmentis,bidentibus alte & ęqualiter vineam fodito.vel,ſi ita late diſpoſita erit,arato.Ab idibus Octo.ablaqueare incipito,ante brumam ablaqueatam habeto.Per brumam vitem ne colito, niſi ſi voles eas radices,quæ in ablaqueatione apparebunt,perſequi.tum demum optime amputabis,ſed ita ne codicem lędas,ſed potius inſtar digiti vnius a matre relinquas,& ita radicem reſeces. Nam quæ propius abraditur.præterq̃ quod vulnus viti prębet,eoq; nocet,tum etiam de ipſa cicatrice plures radices prorepunt.Itaq; optimũ eſt exiguam partẽ relinqui, atq; ita ſummas partes, quas æſtiuas ruſtici appellant,reſecare,quę ſic reſectę moleſcunt,nec vltra vitibus obſunt. Poſſunt etiã ſoboles per brumã cædi,eo magis q̃ frigoribus extirpatæ minus recreantur.Peracta ablaqueatione ante brumã,tertio quoq; anno macerati ſtercoris,ne minus ſextariis binis ad radices vitiũ poſuiſſe conuenit,præterq̃ columbinum:quo ſi quid amplius q̃ heminã poſueris,viti nocebit. Poſt brumam deinde ablaqueationem circũfodito. Ante ęquinoctium vernum,quod eſt octauo Calen April. ablaqueationẽ adęquato.Poſt idus aprilis terrã ad vitẽ aggerato,ęſtate deĩde q̃ potes ſępiſſime occato.Iugerũ vineæ quinq; opis ablaqueat̃,quinq; foditur,tribus occatur.Iugerũ valentis, & iã cõſtitutę vineæ quatuor opis putat̃,ſex alligat̃.Arbuſto nihil eiuſmodi poteſt finiri,qm̃ ĩęqlitas arborũ nõ patit̃ opis iuſta cõphẽdi.Quibuſdã placet vitẽ ꝓximo ãno tranſlatã non putare,ſed

In arborem

Per brumã vitẽ ne colito.

Aeſtiuę ptes

quenti deinde anno purgare,& vnam virgam,quam fubmittamus,ad tertiam gemmam refecare. tertio deinde,fi vitis recte conualuerit,vna plus gemma fubmittere.quarto duas gemmas proximæ putationi adiicere, atq; ita quinto demum anno vitem iugare. Hunc eundem ordinem culturæ nos quoq; experti comprobabimus.

De refecanda vinea vetere,& propaganda. Cap.VI.

VETEREM vineam fi in fummo radices habebit,refecare nolito.alioquin etiam nouella vinea,quæ ex refectione enata fuerit,vim inutilem habebit, fumma parte terræ natātibus radicibus:quãobrem neq; fructum vberē pręcipies,& nihilo minus celeriter confenefcet. Eiufmodi itaq; vinea,fi non aridos in corpore habet truncos,& flecti poteft,factis fulcis optime fternitur,atq; ita renouellatur.Sin autem eo vfq; exaruit,vt curuari non poffit,primo anno fūmatim,ita ne radices eruas,aut lædas,ablaqueato,& ftercus ad radices addito,atq; ita putato,vt paucas, & certas materias relinquas,& fodias diligenter,& fæpius pampines.ne omnino fuperuacua farmenta nutriat.Sic exculta firmas & longas materias creabit,qua fequenti anno fcrobibus inter ordines factis propagabis.ac deinde per triennium poft dum conualefcet fæpius fodies, matremq; ipfam enecabis,nihil in pofterum profpiciens ei,quā fublaturus es.In poftremum annum matrem radicitus tolles,atq; ita nouellam vineam ordinabis.Sin autem vetus vinea dūtaxat generis boni radices in alto fitas habebit,ita vt ablaqueatæ non confpiciantur,eam vineam circa Calen.Martias ante q̃ refeces ablaqueato,& protinus cum alte ablaqueaueris,refecato. Quatuor digitos ab radicibus truncū relinquito,& fi fieri poterit,iuxta aliquem nodum ferrula defecato, & plagam acutiffimo ferro deleuato,deinde minimam terram mediocriter ftercoratam ita fuperponito,vt adobruto trunco ne minus tres digiti terræ fuper plaga fint.Hoc iccirco ne fole inarefcat,& vt melius materias det ex percepto humore, quem terra præbet.at quæ mali generis,& infructuofa vinea eft,fummafq; partes & mucidas,& exefas habet, fi radices eius fatis alte pofitæ funt, optime inferetur,ita vt ablaqueata & nudata pars ima fecundum terram fic amputetur,ne cum aggerata fuerit, fupra terram extet.

De propagatione. Cap.VII.

PROPAGATIONVM genera tria funt in vfu maxime,vnum,quo virga edita a matre fulco committit. alterū,quo ipfa mater profternitur,atq; in plureis palos per fuas virgas diuiditur.Tertium,quo vitis fcinditur in duas vel tres ptes,fi diuerfis ordinibus diducenda eft. hoc genus tardiffime cõualefcit,quia vitis diuifa medullam amittit.Et quoniam genera propofuim⁹, vnunquodq; qualiter faciendum fit,demonftremus. Virgam cum a matre in terram deprimere voles,fcrobem quoquouerfus quatuor pedum facito,ita,vt propago nõ lędatur alteri⁹ radicib⁹. Deinde quatuor gemmas, quę in imum fcrobem perueniant,relinquito,vt ex iis radices citent. reliquam partem,quæ continens matri eft,abradito,ne fuperuacua farmenta procreet. Diuerfæ autem,quæ fupra terram extare debent,ne paffus fueris plus,q̃ duas,aut vt maxime tres gemmas habere.Reliquas,quę in terrā abfconduntur,exceptis quatuor imis,fac abradas, ne in fummo radices vitis citet.hoc modo propagata celeriter coualefcet,& tertio āno a matre feparabitur. Sin autem ipfam vitem fternere voles,iuxta radicem ita,ne ipfam lædas,curiofe fodito, & vitem ita fupplantato,ne radicem abrumpas.cum ftraueris,& videris quoufq; poffit pertingere,fulcum facies vnum,in quem vitem integram demittas.deinde ex eo fulco,quafi ramos foffuram facies,p quos vti quæq; virga poftulauerit,propagetur,atq; ita terra adoperies.Sin autem vitis exiguam materiem habebit,& in diuerfos ordines diducenda erit,neq; aliter potuerit palos, ad quos perducitur,pertingere,q̃ vt diffluat,curabis,vt q̃ acutiffima falce ab ea parte, qua bifurca eft,findas, & eodem ferro acuto plagam emendes,ficubi inęqualiter findi videbitur. fic deducta poterit in plures ordine diuidi.Non inutilis eft etiam illa propagatio,quam nos reperimus, fiquando in ordinem vitis deeft,neq; eft tam procera virga,quæ cum in imum fcrobem demiffa fuerit,retorqueri,& erigi fupra terram poffit.Breuitatem ne reformidaueris,fed qualemcunq; virgam,cuius cacumen in imum fcrobem peruenit,deprimito & obruito,deinde gemmas,quæ fecundum ipfam matrem funt,fubmittito,materias a fuperiore parte citent.Tum demum poft triennium a matre amputato,& ad fuum palum eam partem,quam a matre præcideris,reducito, & caput vitis facito. Propaginis fcrobem ne minus triennio paulatim completo. fummas radices præcidito, crebro fodito. Propagatio Col. reperta.

De infitionibus fructuofis,quæ vites fœcundas faciunt. Cap.VIII.

CVM vitẽ inserere voles, optimi generis sarmenta fructuaria tum, cum gemmas agere incipiant, vento austro a matre præcidito. Sarmentum, quod inseris, de summa vite sit rotundum, bonis, crebrisq; nodis. Tres deinde nodos integerrimos relinquito infra tertiam gemmã ex vtraq; parte duorũ digitorum spatium in modum cunei tenuissime scapello acuto, ita ne medullã lędas adradito. Vitem deinde, quam insiturus es, resecato, & plagam leuato, atq; ita findito, & paratos surculos in fissurã demittito, eatenus qua adrasi sunt, ita vt cortex surculi corticem vitis ęqualiter contingat: quicquid inserueris viti, diligenter libro ligato, atq; luto subacto paleato oblinito, operitoq; plagam & ita alligato, ne aqua, ventusue penetrare possit. deinde supra lutum muscũ imponito, & ita deligato. ea res prębet humorem, nec inarescere sinit. Infra insitionem, & alligaturam falce acuta leuiter vitem vulnerato ex vtraq; parte, vt ex his, potius plagis humor defluat, q̃ ex insitione ipsa abundet. nocet enim nimius humor, nec patitur surculos insertos comprehendere. Quibusdã antiquorum terebrari vitem placet, atq; ita leuiter adrasos surculos demitti. Sed nos meliore ratione hoc idem fecimus: nã antiqua terebra scobem facit, propter hoc vrit eã partem, quam perforat. perusta autem perraro vnq̃ conprehendit insertos surculos. Nos rursus terebram, quam gallicam dicimus, huic insitioni aptauimus, ea excauat, nec vrit, q nõ scobem, sed ramenta facit. Itaq; cauatum foramen cũ purgauimus, vndiq; adrasos surculos inserimus, atq; ita circũlinimus. Talis insitio facillime conualescit. Igitur secundum ęquinoctiũ perfectã vitium insitionem habeto. humida loca, de vua alba, sicca, de nigra inserito. Infructuosas vites fœcundas sic facito. Vites, quæ exiguum dant fructum, aceto acri cum cinere rigato, ipsũq; codicem eodẽ cinere linito. At si quæ fructum, quẽ ostendunt, ad maturitatem nõ perducunt, sed prius q̃ mitescant vuæ, inarescunt, hoc modo emendabuntur, cum scipiones amplitudinem acini habuerint, radicetenus vitem præcidito, plagã acri aceto pariter ac lotio veteri permista terra linito, eodemq; radices rigato, sæpe fodito. Hæc materias citant, vuæq; succum perferunt.

Terebra gallicana.

Vites infructuosas sic fœcundas facito.

Vt vua complura genera acinorum habeat. Cap. IX

Vuæ coloris varij.

EST etiam genus insitiõis, qđ vuas tales creat, in quibus varii generis, colorisq; reperiuntur acini. Hoc autem ratione tali efficitur. quatuor, vel quinq;, siue etiam plures voles, virgas diuersi generis sumito, easq; diligenter & æqualiter compositas colligato, deinde in tubulũ fictilẽ, vel cornu arcte inserito, ita vt aliquantum extent ab vtraq; parte, easq; partes, quę extabunt, resoluito, in scrobem deinde imponito, & terra stercorata obruito, & rigato, donec gemmas agant. Cũ inter se virgæ cohæserint, post biennium, aut triennium, facta iam vnitate, dissolues tubulũ, & circa medium fere crus, vbi maxime videbuntur coisse, vitẽ serra præcidito, & plagã leuato, terraq; minutã aggerato, ita vt trib⁹ digitis altã plagã opiat: ex eo codice cũ egerit coles, duos optimos submittito, reliquos deiicito, sic vuę nascẽtur, quales proposuimus. Vt autem vuę sine vinaceis nascantur, malleolum scindito ita, ne gemmę lædantur, medullãq; omnem eradito, tum demũ in se compositum colligato, sic ne gemmas allidas, atq; ita terra stercorata deponito, & rigato. cum coles agere cœperit, sępe, & alte refodito. adulta vitis tales vuas sine vinaceis creabit.

Vuæ sine vinaceis.

Vindemiam quomodo putes. Cap. X.

VINDEMIA facta statim putare incipito ferramentis q̃ optimis, & acutissimis, ita plagę leues fient, ne quę in vite aqua consistere poterit, quę simulatq; immorata est, corrũpit vitẽ, vermesq;, & alia creat animalia, quæ materiam exedunt. plagas autem rotundas, facito, nam celerius cicatricem ducunt. Sarmenta lata, vetera, male nata, contorta, omnia hęc præcidito. nouella, & fructuaria, & interdum sobolem idoneam, si iam superficies parũ valebit, submittito, brachiaq; conseruato. q̃ cellerrime poteris putationem perficito, arida, & vetera falce quæ amputari non possunt, acuta dolabra abradito. in agro macro & sicco vineam imbecillam a bruma amputato. quam partem non deputaueris, circa Calẽdas Febr. repetito. ab idibus Decemb. ad idus Ianuarias ferro tangi vitem, & arborem non conuenit. Cum vitem putabis, inter duas gẽmas secato. nã si iuxta ipsam gemmam secueris, laborabit, nec materiam citabit. Cicatrix autem semper deorsũ spectet. ita neq; aqua, neq; sole laborabit, humoreq; recte capiet. In agro crasso, validaq; vinea plures gemmas, & palmas relinquito, in exili pauciores. Sicubi in vite brachiũ desiderabis, falce acuta semel, aut bis eo loco alte instar digiti mucrone ferito. Brachium q̃uis longum caue totum tollas, nisi totum aruerit, vineam nouellam ante brumam ablaqueatam habeto, vt omnes imbres, limũq; concipiat. Vites, arboresq;, quo citius ablaqueaueris, erunt valentiores. Sed quæcunq; in cliuis erunt positæ, ita ablaqueandæ sunt, vt a superiore pte secũdum codicẽ lacusculi fiãt, ab inferiore autẽ puluinuli altiores excitẽt, quo plus aquæ, limiq; cõtineãt. Vinea vet⁹ neq; ablaqueãda

Vineam nouellam ablaqueare. *Lacusculi.* *Puluinuli.* *Vineã veterẽ ablaqãre*

est,ne radices,quas in summo habet,inarescant:neq; arāda, ne radices abrumpantur. Bidentibus sæpe & alte fodito ęqualiter,& stercore,vel palea consp̄gito solum ante brumam,vel cum circum ipsam vitem summatim ablaqueaueris,stercorato.

De pampinatione. Cap. XI

VINEAM q̄ bene putare, tam diligenter pampinare vtile est, nam & materiæ, quæ fructum habent, melius cōualescunt,& putatio sequentis anni expeditius,tum etiam vitis minus cicatricosa fit,quoniā quod viride,& tenerū decerpitur,prius conualescit.sup hæc quoq; melius vuæ maturescūt. Ante dies decem,q̄ vinea florere incipit,pampinatam habeto: quicquid super vacui enatum fuerit,tollito:quod in cacumine, aut in brachiis natum erit, decerpito, duntaxat quæ vuam non habebunt.Cacumina virgarum,ne luxuriētur,demutilato.Vuas, quę meridiem, aut occidentem spectabunt,ne purantur suo sibi pampino tegito.

De fossura. Cap. XII.

SIMVLATQVE vua variari cœperit,fodito tertiam fossurā,& cū iam maturescet,ante meridiem prius q̄ calere incipiet,& cum desierit,post meridiem fodito, puluerēq; excitato. ea res & a sole,& a nebula maxime vuam defendit. Lutulentam terram neq; arare, neq; fodere oportet, quia valde durescit,& finditur.Bidentibus terram vertere vtilius est,q̄ aratro.Bidens æqualiter totā terram vertit,aratrum præterq̄ quod scamma facit,tum etiam boues,qui arant, aliquantulum virgarum,& interdum totas vites frangunt.Finis autē fodiendi vineam nullus est,nam quanto sæpius foderis,tanto vberiorem fructum repeties. Bidētib' terrā vertere.

Ne rubigo vineam vexet. Cap. XIII.

PALEARVM aceruos inter ordines verno tempore positos habeto in vinea.cum frigus contra temporis consuetudinem intellexeris,omnes aceruos incendito, ita fumus nebulam, & rubiginem remouebit.

Ne formica vitem ascendat. Cap.XIIII.

LVPINVM terito,& cum fracibus misceto, eoq; imā linea vitem circumlinito.vel bitumē cum oleo coquito,eo quoq; imas vites tangito,formicæ nō exedent.

Ne sorices, aut volucra vitem lædat. Cap.XV

VITES,quæ secundum ædificia sunt,a soricibus,aut muribus infestantur.id ne fiat plenam lunā obseruabimus,cum erit in signo Leonis,vel Scorpionis,vel Sagitarii,vel Tauri,& noctu ad lunam putabimus.Genus est animalis,volucra appellatur,id fere prærodit teneros adhuc pampinos,& vuas:quod ne fiat,falces,quibus vineam putaueris,peracta putatione sanguine vrsino linito,vel si pellē fibri habueris,in ipsa putatione quoties falcē acueris,ea pelle aciem detergito,atq; ita putare incipito.Quoniā de vineis abunde diximus,de arbustis præcipiamus. Volucra. Sāguis vrsi. Pellis fib.

De arbustis. Cap.XVI

VITEM Maxime opulus alit,deinde vlmus,deinde fraxinus.Opulus quoniam frondem nō idoneam habet,a plerisq; improbatur.Vlmus autem quam atiniam vocant rustici, generosissima est,& lætissima,multamq; frondem habet,eaq; maxime serenda locis pinguibus, vel etiā mediocribus.sed si aspera,& siticulosa loca arboribus obserenda erunt, neq; opulus, neq; vlmus, tam idoneæ sunt,q̄ orni,eę syluestres fraxini sunt paulo latioribus tamen foliis q̄ cæteræ fraxini, nec deteriorem frondē q̄ vlmi præstant.Capræ quidem,& oues libentius etiam hanc frondē appetunt.Igitur qui arbustū cōstituere volent,ante annū q̄ deponāt arbores, scrobes faciant quatuor pedū quoquouersus,deinde circa Cal.Martias,in eandē scrobē vlmū,& opulū,vel fraxinum deponant,vt si vlmus defecerit,opulus,vel fraxinus locū optineant. si autē vtraq; vixerint, altera eximatur, & alio loco deponatur.Arbustum inter quadragenos pedes dispositum esse conuenit.sic enim & ipsæ arbores,& appositæ vites melius conualescent,fructumq; meliorē dabunt. Segetes etiam,quæ in eo erunt,minus vmbra laborabunt,arborem,quā deposueris,sæpius circumfodito, quo celerius adolescat,& citra triennium ferro ne tetigeris.Completis sex & triginta mēsibus ad recipiendam vitem formabis,& superuacuos ramos amputabis, altera brachia in modum scalarum relinquens,alternisq; annis,sexto anno,si iam firma videbitur,maritabis hoc modo. Ab ipso arboris crure pedale spatiū intermittito,deinde sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum, in dupondiū & semissem latū cum feceris,patiere minime duobus mensibus eum tempestatibus verberari.tum demum circa Calendas Martias vitem,de seminario,ne minorem quidem decem pedum sternito,& adminiculato,arboriq; iungito: eam proximo anno ne putaueris, tertio vero ad vnam virgam redigito,paucasq; gemmas relinquito, ne antequam inualuerit, in altitudinem Opulus. Vlmus atinia. Orni.

Arboris tabulata. repat, deinde vbi amplum incrementum habuerit, per omnia arboris tabulata disponito eius materias, ita tñ ne vitem oneres, sed certa & robustissima flagella submittas. Arbustiuam vitem q̃ putare, tã alligare diligẽter oportet, nam in ea fructus maxime vis cõsistit, diutiusq́ perennat, quæ firmis toris & idoneis locis religata est, itaq́ omnibus annis conuenit subsequi putationem, ita vt tori renouentur, & vitis per idoneos ramos disponatur. Tori.

De oliuetis. Cap. XVII.

Olea. OLEA Maxime collibus siccis, & argilosis gaudet, at humidis campis & pinguibus lætas frondes sine fructu affert. Melius autem truncis q̃ plantis oliuetum constituitur. Magoni autem placet siccis locis oliuã, aut mox post æquinoctium seri, aut ante brumam. Nostræ ætatis agricolæ fere vernũ tempus circa Cal. Maias seruant. Oportet autem scrobẽ oleæ quoquouersus pedes quaternos patere, in imũ scrobem lapidem glareamq́ abiicere, deinde super terrã quatuor digitorum iniicere, tum arbusculam deponere ita rectam, vt, quod a scrobe extiterit, in mediũ sit: arbusculã autem a tempestatibus tueri diligenter oportet adminiculando, & terræ, quæ in scrobe reponitur, stercora immiscendo. Oleam decet inter sexagenos pedes disponi, vt spatiũ in latitudinẽ crescẽdi habeat: nã quæ in proceritatẽ extenduntur, euanidæ fiunt, paruq́ fructus ferũt. Optima est olea liciniana, pausia secunda oleo, escæ orchis. Sunt & regiæ, & radii, quæ neq́ specie, neq́ oleo sunt tã gratæ, q̃, quas supra diximus. Si oleã posueris eo loco, vnde quercus effossa est, moritur, ideo quòd vermes quidam sunt qui in radice quercus nascuntur & educantur, iiq́ maxĩe semina oleæ consumunt. Si in olea vnus ramus aliquanto cæteris lętior est, nisi eũ recideris, arbor tota fiet retorrida. Omnes arbusculas prius q̃ trãsferãtur, rubrica notare cõuenit, vt cum ferent, easdẽ cœli partes aspiciãt, quas etiam in seminario cõspexerant, alioquin frigore, vel calore laborabunt ab iis partibus, quas præter cõsuetudinem sub alio tractu expositas habuerant.

Scrobs oleę. Olea optima. Querc⁹ oleã enecat. Arbuscule quõ transferantur.

De pomario constituendo. Cap. XVIII.

PRIVSQVAM pomarium constituas, q̃ magnum habere voles circũmunito maceria, aut fossa, ita vt nõ solum pecori, sed ne homini quidem transitus sit, nisi per ostium, dum adolescant semina, nam si prius cacumina manu perfracta, aut a pecore prærosa fuerint q̃ adolescant, in perpetuum corrumpuntur. Generatim autem arbores disponere vtilius, maxime ne imbecillæ a valentioribus premantur, quæ nec viribus, nec magnitudine sunt pares, neq́ pariter crescunt. Terra quæ vitibus apta est, eadem quoq́ vtilis est arboribus.

De scrobibus faciendis. Cap. XIX.

ANTE annum, q̃ pomaria disponere voles, scrobes fodito, ita sole, pluuiaq́ macerabuntur, & quod posueris cito comprehendet. Sed si quo anno scrobes feceris, etiam semina ponere voles, minimũ ante duos menses fodito scrobes, postea stramentis eos completo, & incẽdito. Quo latiores, patentioresq́ scrobes feceris, eo lætiores erunt vberioresq́ fructus. Scrobs clibano similis esse debet, imus q̃ summus patentior, vt laxius radices euagentur, ac minus frigoris hyeme, minusq́ æstate vaporis per angustum os terræ admittant. Tum etiam cliuosis locis terra, quæ in eum congesta est, pluuiis nõ abluitur. Arbores paribus interuallis serito, vt cũ creuerint, spatium habeant, quo ramos extendant, nã si spisse posueris, neq́ infra quicq̃ serere poteris, nec si ipsæ fructuosæ erũt, nisi eas interraseris. Itaq́ placet inter ordines quadragenos pedes, minimumq́ tricenos relinqui versuris.

Arborum satio.

Quomodo semina legas. Cap. XX.

SEMINA lege, ne minus crassa, q̃ manubrium est bidentis, recta, lęuia, procera, sine vlceribus integro libro. Ea bene & celeriter comprehendunt. Semina si ex arboribus sumes, de iis potissimum, quæ omnibus annis bonos, & vberes ferunt fructus. Obseruabis autem ab humeris, qui sũt contra solem orientem, vt eosdem decerpas. Si cum radice plantam posueris, incrementum eius futurum, quod & cæteris, quas feceris, arboribus. Arbos insita fructuosior est, q̃ quæ insita non est, id est q̃ quæ cũ ramis, aut plantis ponitur. Prius q̃ arbusculas transferas, rubrica, vel alia quali bet re signato, vt iisdem ventis, quibus ante steterunt, constituas eas: curamq́ adhibeto, vt ab superiore, & sicciore, & exiliore in planiorẽ, humidiorẽ, pinguiorem agrum transferas. Semina trifurca maxĩe ponito: ea extẽt supra terrã tribus pedib⁹. In eodẽ scrobe si duas aut tres arbusculas ponere voles, curato ne inter se contingant: nã ita vermibus interimũtur. Cũ semina depones, dextra ac sinistra singulis, vsq́ ĩ imũ scrobẽ, fasciculos sarmẽtorũ brachii hũani crassitudĩe deponito, ita vt supra terrã paululũ extẽt, p quos æstate puo labore aquã radicib⁹ subministres. Arbores, aut radicata semina autũno serito Id⁹ Octob. Taleas & ramos vere, ãteq̃ germĩare arbores ĩcipiãt,

Arbor insita fructuosior. Arborum translatio. Semina trifurca. Radicata s. Taleę & rami.

deponito. Sed ne tinea molesta sit seminibus ficulneis, in imum scrobem, taleã lentisci, ita vt cacumen eius deorsũ spectet, obruito.

Quando & vbi ficus serenda sit. Cap. XXI.

FICVM frigoribus ne serito. Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. Eiusmodi agro cito conualescit, si scrobes amplos, & idoneos feceris. Ficorũ genera etiam si sapore & habitu differunt, tamen vno modo, sed dispari differentia agri serũtur. Locis frigidis & autumni temporibus aquosis, præcoques serito, vt ante pluuiam fructum deligas. locis calidis hybernas serotinas serito. At si voles ficum quis non natura feram facere, cum grossuli minuti erunt, fructum decutito. Iterum alterũ edet fructũ, & in hyemem serã differet maturitatem, Nonnunq̃ etiam, cum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Sic firmiores arbores, & feraciores fiunt. Semper proderit simulac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicẽ infundere. ea res efficit vberiorem fructum, & farctum fici speciosius, & plenius. Præcoques. Serotinę. Grossuli.

De nuce serenda Cap. XXII.

NVCEM græcam serito arcturi signo, vel circa Cal. Feb. quę pruinam nescit. Agrũ calidum durũ, & siccũ desiderat. nã in locis diuersis natura eiusmodi si posueris nucẽ, protinus putrescet. Anteq̃ nucẽ deponas, in aqua mulsa, nec nimis dulci macerato, ita iucundioris saporis fructum, cum adoluerit, præbebit, & interim melius, atq; celerius nascetur. Ternas nuces in trigonũ statuito. parsq; acutior inferior sit, quia inde radices mittit, nuxq; a nuce minime palmo absit, & anceps ad fauonium spectet. Omnis nux vnam radicẽ mittit, & simplici stylo prepit. Cũ ad scrobis solũ radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, & extensa in modũ ramorũ alias radices emittit. Nucem græcã, & auellanam tarentinã hoc modo facere poteris. In quo scrobe destinaueris nucem serere, terram minutã in modum semipedis ponito, ibiq; semen ferulæ repangito. cũ ferula fuerit enata, eã findito, & in medullam eius sine putamine nucem græcam vel auellanã abscondito, & ita adobruito. hoc ante Cal. Martias facito, vel etiam inter nonas & Idus Martias. Hoc eodem tempore iuglandem, & pineam, & castaneam serere oportet. Nux grçca. Nux auellana tarẽtina.

De malo punico serendo. Cap. XXIII.

MALVM punicum vere vsq; in Cal. Apriles recte seritur. Quod si acidum, aut minus dulcem fructũ feret, hoc modo emendabitur. Stercore suillo, & humano, & lotio humano veteri radices rigato. ea res & fertilem arborẽ reddet, & primitiuos annos, fructum vinosũ. postea vero etiam dulcem, & apyrenũ facit. Nos exiguũ admodũ laser cyrenaicum vino diluimus, & ita cacumina arboris summa oblevimus. ea res emundauit acorẽ malorũ. Mala punica ne rumpantur in arbore remedio sunt lapides tres, si, cum seres aborem, ad radicem ipsam collocaueris. At si iam arborem satam habueris, scyllã secũdum radices arboris serito. alio modo cum iam matura mala fuerint, anteq̃ rumpantur, petiolos, quibus pendent, intorqueto. Eo modo seruabuntur etiam anno toto. Apyrenũ. Mala punica ne erũpãtur i arborẽ Scylla.

De pyro. Cap. XXIIII.

PYROS autumno ante brumam serito, ita vt minime dies quinq; & viginti ad brumam supersint, quæ vt sint feraces, cũ iã adoleuerint, alte ablaqueato, & iuxta ipsam radicem trũcum findito, & in fissuram cuneum pineum tędæ adiicito, & ibi relinquito. deinde obruta ablaqueatione cinerem supra terram spargito.

De malis serendis. Cap. XXV.

MALA æstiua cydonea, sorba, pruna, post mediam hyemem vsq; in Idus Feb. serito. Morum ab idibus Februariis vsq; in æquinoctium vernum recte feres. Siliquam græcam quã quidam κεράτιον vocant, deinde persicum ante brumam per autumnum serito. Amygdala, si parum feracia erunt, per foratam arborem lapidem adigito. ita librum arboris iolescere sinito. Omnium autem generum ramos circa Calen. Mar. in hortis, vbi & subacta & stercorata terra est, per puluinos arearum disponere cõuenit: deinde cum creuerint, danda est opera, vt dum teneros ramulos habent, veluti pampinantur, & ad vnum stylum primo anno semina redigantur. & cũ autumnus incesserit, anteq̃ frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet. & ita crassis arundinibus, quæ ab vna parte nodos integros habent, quasi pileolos inducere, atq; ita a frigore, & gelicidiis teneras adhuc virgas tueri. Post quartum & vigesimum deinde mensem, siue transferre, & disponere in ordinem voles seu inserere, satis tuto vtrunq; facies. Cydonea. Sorba. Pruna. Morum. Siliqua. Amigdala. Rami arborũ quõ disponendi.

De insitione arborum. Cap. XXVI.

Insitionum genera.

OMNIS surculus omni arbori inseri potest,si nō est ei,cui inseritur,dissimilis cortice.si vero fructum etiam eodem tempore fert,sine vllo scrupulo optime inseritur.Tria autem genera insitionū átiqui tradiderunt. Vnū,quod resecta & fissa arbore recipit insertos surculos.alterum,quod resecta inter librum & materiem admittit semina,quæ vtraq; genera verni temporis sunt.Tertium,qđ ipsas gemmas,cū exiguo cortice in partem sui delibratam recipit ,quā vocant agricolę emplastrationem. hoc genus æstatis est.quarum insitionum rationem cū tradiderimus, a nobis quoq; reptam aliam docebim⁹.Oēs arbores simulatq; gemmas agere cœperint, luna crescente inserito,oliuam autem circa æquinoctium vernum vsq; in Idus ApriIis. Ex qua arbore inserere voles,& surculos ad insitionē sumpturus es, videto vt sit tenera, & ferax , nodisq; crebris. Et cum primū germina tumebunt,de ramulis anniculis, qui solis ortum spectabunt , & integri erūt,eos legito.Crassitudine minimi digiti surculi sint bisulci.Arborē,quam inserere voles, serra diligenter exsecato ea parte,quæ maxime nitida,& sine cicatrice est.dabisq; operam,ne librum lædas.Cum deinde truncum recideris,acuto ferramento plagam leuato.deinde cuneū ferreum, vel osseū inter corticem,& materiem,ne minus digitos tres:sed leniter demittito,ne lædas,aut rūpas corticē.Postea surculos,quos inserere voles, falce acuta ab vna parte eradito tam alte q̄ cuneum demisisti,sed ita ne medullam,neue alterius partis corticem lędas.vbi surculos paratos habueris, cuneū vellito,statimq; surculos demittito in ea foramina,quæ cuneo adacto inter corticē,& materiam facta sunt.Ea autē fine,qua adraseris,surculos demittito ita,vt sex digitis de arbore extēt. In vna autem arbore duos aut tres ramulos figito,dum ne minus quaternū digitorum inter eos sit spatiū. Pro arboris magnitudine,& corticis bonitate hæc facito.Cum omnes surculos,quos arbor patietur,demiseris,libro vlmi,vel vimine arborē adstringito . postea paleato luto bene subacto oblinito totā plagam,& spatium,quod est inter surculos,vsq; eo, vt duobus digitis insita extent.supra lutū muscum imponito ,& ita alligato,ne pluuia dilabatur.Si pusillā arborem inserere voles,iuxta terrā abscindito,ita vt sesquipedē a terra extet.Cum deinde absciderís. plagā diligenter leuato,& medium truncū acuto scalpro modice findito,ita vt fissura trium digitorū sit. In eam deinde cuneum quoad patietur,inserito,& surculos ex vtraq; parte adrasos demittito, ita vt librum seminis libro arboris æqualē facias.Cū surculos diligēter aptaueris, cuneū vellito. deinde arborē,vt supra dixi,alligato,& oblinito,deinde terram circa arborē aggerato vsq; ad ipsū insitum.ea res a vento,& calore maxime tuebitur.Tertium genus insitionis,cū sit subtilissimum, nō omni generi idoneum est.& fere eæ recipiunt talem insitionē,quæ humidū,succosumq;,& validum librū habent,sicuti ficus:nam & lactis plurimū remittit,& corticē robustam habet. optime ita ea inseritur tali ratione.Ex qua arbore inserere voles,in ea quęsito nouellos,& nitidos ramos.in his deinde obseruato gemmā,quæ bene apparebit,certamq; spem germinis habebit. eam duobus digitis quadratis circunsignato,vt media gemma sit,& ita acuto scalpello circūcidito,delibratoq; diligēter , ne gēmam lædas.deinde ex qua arbore inserere voles,in ea nitidissimū ramū eligito,& eiusdem spatii corticē circuncidito,& materiem delibrato,& in eam partem, quam nudaueras,gemmā hanc,quam ex altera arbore sumpseras,aptato ita,vt emplastrū circuncisæ parti conueniat.vbi hæc feceris,circa gemmā bene vincito,ita ne lædas. deinde commissuras, & vincula luto oblinito spatio relicto,qua gemma libere germinet.Materia,quam inseueris, si sobolem vel superiores ramos habebit,omnia præcidito,ne quid sit,quo possit succus euocari, aut cui magis,q̄ insito seruiat.Post vnum & vigesimū diem soluito emplastrū.Hoc genere etiā optime olea inseritur.Quartum illud genus insitionis iam docuimus,cum de viribus disputauimus. itaq; superuacuū est hoc loco repetere iam traditam rationem terebrationis.

Emplastratio.

De surculis eligendis.

Q, omnium generū surculi,omnibus arboribus inseri possint. Cap.XXVII.

SED cum antiqui negauerint posse omne geuus surculorum in omnē arborem inseri, & illam quasi finitionē,qua nos paulo ante vsi sumus,veluti quandam legē sanxerint,eos tantū surculos posse coalescere,qui sint cortice,ac libro,& fructu cōsimiles iis arboribus, quibus inseruntur, existimauimus errorē huius opinionis discutiendū,tradendamq; posteris rationē,qua possit omne gen⁹ surculi,omni generi arboris inseri . Q, ne longiori exordio legētes fatigemus,vnū quasi exemplum subiiciemus,qua similitudine quisq; quod genus volet omni arbori poterit inserere. Scrobē quoquouersus pedum quatuor ab arbore oliuæ tā lōge fodito,vt extremi rami oleæ possint eā contingere.in scrobē deinde fici arbuscula deponito,diligentiāq; adhibeto,vt robusta, & nitida fiat.Post triennium,aut quinquenniū,cū iam satis amplum incrementū ceperit, ramū oliuæ,qui videbitur nitidissim⁹ deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa.atq; ita āputatis cæteris

Meminit etiā plinius hni⁹ Colu. insitionis.

ramulis,ea tantum cacumina,quæ inserere voles, relinquito.tũ arborem fici detrũcato. plagãq; leuato,& mediã cuneo findito.Cacumina deinde oliuæ sicuti matri inhærẽt,vtraq; parte adradito,& ita fissuræ fici aptato,cuneumq; eximito,dilĩgẽter colligato ne qua vi reuellantur. Sic interposito triennio coalescet ficus oliuæ.& tũ demum quarto anno,cum bene coierint,velut ꝓpagines ramulos oliuæ a matre resecabis.Hoc modo omne genus in omnem arborẽ inseritur.

De cythiso. Cap.XXVIII.

CYTHISVM,quẽ græci aut ζέα;,aut καρυίκην,aut τρυφερὴν vocant,q̃plurimum habere expedit,q; gallinis,apibus,ouibus,capris quoq;,& omni generi pecudũ vtilissimus est:q; ex eo cito pinguescit,& lactis plurimũ præbet ouibus:tum etiam q; octo mensib⁹ viridi eo pabulo vti,& postea arido possit. Præterea in quolibet agro,q̃uis macerrimo celeriter cõprehendit, omnẽq; iniuriam sine noxa patitur,mulieres quidem,si lactis inopia premũtur,cythisũ aridũ in aquã macerari oportet:cũ tota nocte ꝑmaduerit,postero die expressi succi ternas heminas permisceri modico vino,atq; ita potandũ dari,sic & ipsę valebunt,& pueri abundãtia lactis confirmabuntur. Satio autem cythisi vel autumno circa Idus Octob.vel vere fieri potest.Cum terrã bene subegeris,i modũ horti areas facito,ibiq; velut ocymum semẽ cythisi autumno serito.plantas deinde vere disponito,vt inter se quoquouersus quatuor pedũ spatio distent.Si semẽ non habueris,cacumina cythisorum vere disponito.Stercoratam terrã circa aggerato.si pluuia nõ incesserit, rigato. XV.proximis diebus,simulac nouã frõdem agere cœperit,sarrito.Post triennium deinde cędito, & pecori prębeto.Equo abũde est viridis pondo.XV.boui pondo.XX.cæterisq; pecudibus pro portione virium.Potest etiã circa Septembrem ramis seri.Aridum si dabis,exiguũ dato,quoniam maiores vires habet,priusq; aqua macerato,& exemptum paleis permisceto.Cythisũ,quod aridũ facere voles,circa mensem Septẽbris,cũ semen eius grandescere incipiet,cędito.Paucis deinde horis,dum flaccescat,in sole habeto,deinde vmbra adsiccato & ita cõdito.

De Salice,& genista,& arundine. Cap.XXIX.

SALICEM,& genistam crescẽte luna vere circa Calen.Mar.serito.Salix humida loca desiderat, genista etiã sicca,vtraq; tamẽ circa vineam opportune serũtur,quoniã palmitibus idonea præbent vincula.Arũdo opime seritur,quos alii bulbos,alii oculos vocant.Simulatq; terram bipalio repstinaueris,radicẽ arũdinis acuta falce præsectã impendẽti pluuia disponito.Sunt qui arũdines integras sternãt, quoniã ex omnibus nodis satæ arũdines emittunt,sed sepe hoc genus euanidam, exilẽq;,& humilẽ arundinem affert.Melior itaq; satio est ea,quã prius demõstrauimus.Placet autẽ omnibus annis simulac arundinẽ cecideris,locum alte & æqualiter fodere,atq; ita rigare. Arũdo. bulbi & oculi.

De viola,& rosa. Cap.XXX.

VIOLAM qui facturus est,terram stercoratã,& repastinatam minimũ alte pedẽ in puluinos redigat.Atq; ita plantas hornotinas scrobiculis pedalibus factis ante Cal. Mar. dispositas habeat.Semen autẽ violæ sicut olerũ in areis duobus temporibus seritur vere,vel autumno. Colitur autem eo modo,quo & cætera olera,vt runcetur,vt sarriatur,vt interdũ etiã rigetur.Rosam fruticibus,ac surculis disponi per surculos pedales cõuenit ꝑ idem tempus,quo & viola.Sed omnibus annis fodiri ante Calẽd.Mart.et interputari oportet. Hoc modo culta multis ãnis perennat.

FINIS

PALLADII RVTILII TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA, LIBER PRIMVS.

De præceptis rei rusticæ. Titulus.I.

PARS est prima prudẽtię ipsam,cui ꝓceptur⁹ sis, ęstimare ꝑsonã.Neq; enĩ formator agricolę debet artib⁹ & eloquẽtia rhethores ęmulari,qđ a plerisq; factũ est,q dũ diserte loquunť rusticis,assecuti sũt,vt eoꝝ doctrina nec a disertissimis possit intelligi.Sed nos recidamus pręfationis morã,ne,quos reprehẽdimus,imitemur.Dicẽdũ autem nobis est(si diuina fauerint) de omni agricultura,& pascuis, & ædificiis rusticis,secũdũ fabricãdi magistros,eorumq; inuentionibus,& omni genere eorũ,q̃ vel facere,vel nutrire oportet agricolã ratiõe voluptatis, & vsus fructus,suis tamẽ temporibus ꝑ vniuersa distinctis sane in primis hoc seruare cõstitui,vt eo mense,quo ponenda sunt singula,cum sua omni exequar disciplina.

De quatuor rebus,quibus agricultura consistit. T.II.

PRIMO igitur eligendi,& bene colendi agri ratio quatuor rebus constat,aere,aqua,terra, industria.Ex his tria naturalia,vnũ facultatis & voluptatis.Naturæ est,qđ in primis spectare oportet,vt eis locis,quæ colere destinabis,aer sit salutaris,& clemẽs. Aqua salubris, & facilis, vel ibi nascens,vel adducta,vel imbre collecta.Terra vero fœcunda,& situ commoda.

De aeris probatione, T.III.

AERIS igitur salubritatem declarãt loca ab infimis vallibus libera,& nebularũ noctibus absoluta,& habitatorum cõsiderata corpuscula,si eis color sanus,capitis firma synceritas,inoffensum lumen oculorum,purus auditus,& si fauces commeatũ liquidæ vocis exercent.Hoc genere benignitas aeris approbatur.His autem contraria noxium cœli illius spiritũ confitentur.

De aqua probanda. T.IIII.

AQVÆ vero salubritas sic agnoscitur. Primũ ne a lacunis,aut a palude ducatur,ne de metallis originem sumat:sed sit ꝑspicui coloris,neq; vllo aut sapore,aut odore vitietur, nullus illi limus insidat,frigus tepore suo mulceat,æstatis incẽdia frigore moderetur.Sed quia solet his omnibus ad speciem custoditi occultiorem noxam tectior seruare natura,ipsam quoq; ex incolarum salubritate noscamus,si fauces bibentium purę sunt,si saluo capite,in pulmonibus,ac thorace aut nulla est,aut rara causatio.Nam plerunq; has noxas corporis ad inferiorẽ partem quæ supra sunt corrupta demittũt,vt vitiato capite ad pulmones, vel stomachũ morbi causa decurrat, tunc culpandus aer potius inuenitur.Deinde si venter,aut viscera,vel latera,vel renes nullo dolore ,aut inflatione vexentur,si vitia nulla vesicæ sunt.Hæc atq; his similia si apđ incolas pro maiori parte constare videris,nec de aere aliquid,nec de fontibus suspiceris.

De qualitate terrarum. T.V.

IN terris vero quærenda fœcũditas.Ne albã,& nuda sit gleba,ne macer sabulo sine admistione terreni,ne creta sola,ne arenæ squallentes,ne ieiuna glarea,ne aurosi pulueris lapidosa macies, ne salsa,vel amara,vel vliginosa terra, ne tofus arenosus atq; ieiunus,ne vallis nimis opaca,& solida.Sed gleba putris,& fere nigra,& ad tegendam se graminis sui crate sufficiens:aut misti coloris,quæ & si rara sit,tamen pinguis soli adiunctione glutinetur.Quæ protulerit nec scrabra sint, nec retorrida,nec succi naturalis egentia ferat.Quod frumentis dandis vtile signũ est, ebulum, iuncum,calamũ,gramen,trifolium non macrum,rubos pingues,pruna syluestria.Color namq; nõ magnopere quęrendus est,sed pinguedo,atq; dulcedo.Pinguem sic agnoscis. Glebã paruulã dulci aqua conspergis,& subigis: si glutinosa est,& adhęret,constat illi inesse pinguedinẽ.Item scrobe effossa,& repleta,si superauerit terra,pĩguis est:si defuerit,exilis:si cõuenerit ęquata,mediocris. Dulcedo autem cognoscitur,si ex ea parte agri,quæ magis displicet,glebam fictili vase dulci aqua madefactã,iudicio saporis explores.vineis quoq; vtilẽ per hęc signa cognosces: si coloris, & corporis rari aliquatenus, atq; resoluti est.Si virgulta,quæ ꝓtulit,lęuia,nitida,procera,fœcũda sunt, vt pyros syluestres,prunos,rubos,cęteraq; huiusmodi,neq; ĩtorta,neq; sterilia,neq; macra exilitate languentia.Situs vero terrarũ neq; planus,vt stagnet:neq; præruptus,vt defluat:neq; obrutus,vt in imũ deiecta valle subsidat:neq; arduus,vt tempestates immodice sentiat, & calores. Sed ex his omnibus vtilis semper est æquata mediocritas,& vel cãpus apertior & humorẽ pluuiũ cliuo fallente subducens,vel collis molliter per latera inclinata deductus,vel vallis cũ quadam moderatione,& aeris laxitate submissa,vel mons alterius culminis defensus obiectu,& a molestioribus ventis aliquo liber auxilio,vel sublimis,asper,sed numerosus,& herbidus.Sed cum sint genera terrarum plurima,vt pinguis,aut macra,spissa,vel rara,sicca,vel humida,& ex his pleraq; vitiosa,tamẽ propter seminũ differentiam sæpe necessariam maxime,sicut supra dixi,eligendus est pinguis, ac resolutus ager,qui minimũ laborem poscit,& fructum maximũ reddit.Secundi meriti est spissus, qui labore quidem maximo,tamen ad vota respondet.Illud vero deterrimũ genus est, quod erit siccum simul,& spissum,& macrum,vel frigidum,qui ager pestiferi more fugiendus est.

Pigu*is* terræ indicia.

De industria,& necessariis ad rura sententiis. T.VI.

SED vbi hæc,quę naturalia sunt,neq; humana ope curari possunt diligentius æstimaueris,exequi te conuenit partem,quę restat industrię.Cuius hæc erit cura vel maxĩa,vt has,quas subieci,ex omni opere rustico in primis debeas tenere sententias.Præsentia domini ꝓfectus est agri. Color terræ non magnopere desideretur,quia bonitatis incertus est author. Genera omnium surculorum vel frugũ pręclara,sed terris tuis expta committe.In nouo enim genere seminũ,ante experimentum,non est spes tota ponenda .Locis humidis semina citius,q̃ siccis degenerant, quare

Color terræ

subinde succurrat electio. Ferrarii, lignarii, doliorũ, cuparumq́ factores necessario habendi sunt, ne labore solenni rusticos causa desiderandæ vrbis auertat. Locis frigidis a meridie vineta ponantur, calidis a septentrione, temperatis ab oriente, vel (si necesse sit) occidente. Operarũ ratio vnũ modum tenere non potest in tanta diuersitate terrarum, & ideo soli, & prouinciæ consuetudo facile ostendit, qui numerus vnanquamq́ rem faciat, siue in surculis, siue in omni genere satorum. Quæ florent constat non esse tangenda. Bene eligi serenda non possunt, nisi hoc officium prius eligens assumat. In rebus agrestibus maxime officia iuuenum congruunt, imperia seniorum. In vitibus putandis tria consideranda sunt, fructuum spes, successura materies, locus qui seruet, ac reuocet. Vitem si maturius putes, plura sarmenta, si serius, fructus plurimos consequeris. De locis deterrimis, sicut arbores, ita vites conuenit ad meliora transferre. Post bonam vindemiam strictius, post exiguam latius puta. In omni opere inferendi, putandi, ac recidendi, duris & acutis vtere ferramentis. In vite vel arbore quæ facienda sunt, perage ante apertionem floris, & gemmę. In vineis aratore prætermissa, fossor emẽdet. Locis calidis, siccis, apricis, pampinandum non est, cum magis vitis optet operiri. & vbi vineas vulturnus exurit, aut flatus aliquis regionis inimicus, vitem tegamus straminibus, vel aliunde quæsitis. Ramus lætus, viridis, & sterilis in media olea abscindẽdus est, velut totius arboris inimicus. Sterilitas & pestilentia æquo modo fugiendæ sunt. In pastinato solo inter nouellas vites, omnino nihil est cõferendũ Græci iubẽt exceptis caulibus. tertio anno quæ libebit iniungere. Omnia legumina Græcis authoribus, seri iubẽtur in sicca terra, faba tantummodo in humida debet spargi. Domino, vel colono confinia possidenti, qui fundum, vel agrum suum locat, damnis suis, ac litibus studet. In agro periclitantur interiora, nisi colantur extrema. Omne triticum in solo vliginoso post tertiam sationem in genus siliginis cõmutatur. Tria mala ęque nocent, sterilitas, morbus, vicinus. Qui terram sterilem vineis occupat, & laboribus suis, & sumptibus est inimicus. Campi largius vinum, colles nobilius ferunt. Aquilo vites sibi obiectas fœcundat, auster nobilitat. Ita in arbitrio nostro est, vtrum plus habeamus, an melius. Necessitas feriis caret. Quis temperatis agris serendum sit, tamen si siccitas longa est, semina locata tutius in agris, q̃ in horreis seruabuntur. Viæ malitia æque & voluptati & vtilitati aduersa est. Qui agrum colit, grauem tributis creditorem patitur, cui sine spe absolutionis astrictus est. Qui arando crudum solum inter sulcos relinquit, suis fructibus derogat, terræ vbertatẽ infamat. Fœcundior est culta exiguitas, q̃ magnitudo neglecta. Nigras vites omnino repudies, nisi in prouinciis, in quibus eius generis, quo acinaticium fieri cõsueuit. Longius adminiculum vitis incrementa producit. Teneram & viridem vitem ferri acie ne recidas. Omnis incisura sarmenti auertatur a gemma, ne eam stilla, quę fluere consueuit, extingat. Prom acie vel solidate vitium nutrienda sarmenta putator iniungat. Terra profunda (quod Græci asserũt) oleæ grandes arbores efficit, fructus minores & aquatos, ac feros, magisq́ amurcæ proximos. Aer oleas tepidus iuuat, & ventus mediocris sine vi & horrore perflabilis. Vitis quæ ad iugũ colitur, per ętatem ad hoc perducenda est, vt locis molestioribus quatuor pedibus a terra, placidiorib9 vero septem summitas eius insurgat. Hortus, qui cœlo clemẽti subiacet, & fontano humore percurritur prope est, vt liber sit, & nullã serendi disciplinã requirat. Subligatio acerbis vuis facienda est, qñ excutiendi, aut rumpendi acini nulla formido est. Ligatura in vitibus locũ debet mutare, ne vnũ semper assiduitas conterat vinculorum. Fossorem si apertus vitis oculus viderit, cæcabitur spes magna vindemiæ, & ideo, dum est clausus fodiatur. Terræ altitudinem cum fœcunditate, si ad frumenta duobus pedibus explora: quatuor vero, si ad arbusta, vel vites. Vitis nouella, vt facile incrementum culta consequitur, ita interitum celerem, si negligatur, incurrit. Modum tene æstimatis facultatibus tuis in assumptione culturæ, ne superatis viribus excedente mẽsura turpiter deseras, quod arroganter assumis. Semina plusq̃ annicula esse non debent, ne vetustate corrupta nõ prodeant. Frumentum collis quidem grano robustius, sed mensuræ minus refundet. Omnia, quæ feruntur, crescente luna, & diebus tepidis sunt serenda: nam tepor euocat, frigus includit. Si tibi ager est syluis inutilibus tectus, ita cum diuide, vt loca pinguia puras reddas nouales, loca sterilia syluis tecta esse patiaris, quia illa naturali vbertate respondent, hæc beneficio lætantur incẽdii. Sed sic vrenda destingues, vt ad incensum agrũ post quinquennium reuertaris, ita efficies, vt æqualiter vel sterilis gleba cum fœcunda contendat. Græci iubent oliuam, cum plantatur, & legitur, a mundis pueris, atq́ virginibus operandum, credo recordati arbori huic esse præsulem castitatem. Nomina frumentorum superfluum est præcipere, quæ aut loco subinde, aut ætate mutãtur. Hoc satis est, vt eligamus præcipua in ea regione, quam colimus, vel exploremus aduecta.

Crescẽte luna serendũ.

Olea a mũdis colenda.

Lupinus,& vitia pabularis,si virides succidantur,& statim supra sectas eorum radices aretur,stercoris similitudine agros fœcundant:quæ si exaruerint anteq̃ proscindas, in his terræ succus aufertur.Ager aquosus plus stercoris quærit,siccus minus.Calidis,maritimis,siccis,apricis, cāpestribus locis omne opus vinearum maturius inchoetur:frigidis,mediterraneis, humidis,opacis,mōtanis locis tardius.qđ nō solum de mensibus,aut diebus dixerim,sed etiam de horis operādi.Omne opus rusticum,cū fieri pręcipitur,neq; cito est,si ante quindecim dies:neq; tarde, si post quindecim fiat.Frumenta omnia maxime lætantur patenti campo,& soluto,& ad solem recliui.Spissa,& cretosa,& humida terra bene far,& triticum nutrit.Ordeū agro soluto delectatur, & sicco: nā in lutoso sparsum moritur.Trimestris satio locis frigidis,& niuosis cōuenit,vbi qualitas æstatis humecta est,cæteris raro respondet euentu.Semen trimestre locis tepidis melius respondebit, si feratur autumno.Si necessitas coget in salsa terra aliquid operari, extremo autumno plantāda est,vel conferenda,vt malitia eius hybernis imbribus eluatur.Aliquid etiam terræ dulcis,vel arenæ fluuialis subiiciendum est,si illi virgulta committimus Seminarium mediocri terra instituere debemus,vt ad meliorem quæ sata fuerint transferantur.Lapides,qui insupersunt,hyeme rigent, æstate feruescunt,iccirco satis,arbustis,& vitibus nocent.Terra,quæ circa arbores mouetur, ita est vicibus permutanda,vt ei,quæ in summo fuerat,ima succedat.In lætandis arboribus crates faciemus,terram prius trunco admouentes,& mox lætamen,vt sic opus naturæ beneficio alternāte cumuletur.Agri præsulem nō ex dilectis, & tenere educatis seruulis ponas,quia fiducia pręteriti amoris impunitatem culpæ præsentis expectat.

Frumēta. *Lętari,arbores.*

De agri electione,vel situ. T.VII.

IN eligendo agro,vel emendo considerare debebis,ne bonum naturalis fœcūditatis colentium deprauauerit inertia,& in degeneres surculos vber soli feracis expenderit,quod q̄uis emendari possit insitione meliorum,tamen harum rerum sine culpa melior vsus est, q̄ cum spe corrigendi serus euentus.In seminibus ergo frumentorum præsens emendatio poterit esse.In vineis maxime considerandum,atq; vitandū est,quod pleriq; fecerunt studendo famæ tantum,& latitudini pastinorum semina vitium statuentes,vel sterilia,vel saporis indigni.quod grandi tibi labore cōstabit, vt corrigas,si agrum compares vitiis talibus occupatum.Positio ipsius agri, qui eligendus est,ea sit,in frigidis prouinciis orienti,aut meridiano lateri ager esse debet oppositus,ne alicuius magni montis obiectu,his duabus partibus exclusis algore rigescat,aut per partem septentrionis remoto,aut per occidentis in vesperam sole dilato.In calidis vero prouinciis,pars potius septētrionis optanda est,quæ & vtilitati,& voluptati,& saluti æqua bonitate respondeat. Si vicinus est fluuius,vbi statuimus fabricæ sedem parare,eius debemus explorare naturam,quia plerūq; quod exhalat inimicum est,a quo(si talis sit)conueniet refugere conditorem. Palus tamen omni modo vitanda est,præcipue quæ ab austro est,vel occidente,& siccari consueuit æstate,propter pestilentiam ,vel animalia inimica,quæ generat.

Pal⁹ vitāda

De ædificio. T.VIII.

AEDIFICIVM pro agri merito,& pro fortuna domini oportet institui.Quod pleriq; immodice sumptum difficilius est sustinere,q̃ condere.Ita igitur æstimanda est eius magnitudo,vt si aliquis casus incurrerit,ex agro,in quo est,vnius anni,aut vt multum biennii pensione reparetur.Ipsius autem prætorii situs sit loco aliquatenus erectiore,& sicciore,q̃ cætera, & propter iniuriam fundamentorum,& vt læto fruatur aspectu.Fundamēta autem hoc modo ponēda sunt, vt latiora sint ex vtraq; parte semipedis spatio,q̃ parietis insup struendi corpus increscet. Si lapis,vel tofus occurrat,facilis causa est collocandi,in quo sculpi tantū fundamenti forma debebit vnius pedis latitudine,vel duorum.Et si solida,vel constricta inuenietur argilla, quinta vel sexta pars altitudinis eius , quæ supra terram futura est , fundamentis deputetur.Q; si terra laxior fuerit,modo maioris altitudinis obruātur,donec munda sine ruderum suspitione occurrat argilla. quæ si omnio desit, quartam mersisse sufficiet.Studendum prætereea vt hortis,& pomariis cingi possit,aut pratis.Sed totus fabricæ tractus vnius lateris longitudine,in quo frons erit, meridianam partem respiciat in primo angulo excipiens ortum solis hyberni, & paululum ab occidēte auertatur hyemali.Ita ꝓueniet,vt per hyemē sole illustreť,& calores ei⁹ æstate nō sentiat.

De hybernis,& æstiuis māsionibus,& pauimentis. T.IX.

FORMA tamen debet esse eiusmodi, vt ad habitationem breuiter collectas & æstati & hyemi præbeat mansiones.Quę hyemi parantur ita sint constitutę,vt possit eas hyberni solis totus propemodum cursus hilarare.In his pauimēta opportuna esse debebunt.Primū in fabricis

planis earum obseruandum est,vt ęqualis,& solida contignatio fiat,ne gradus ambulantium tremorem fabricę titubanti excutiat.Deinde vt axes quernę cum ęsculeis non misceantur. Nã quercus humore concepto,cum se cœperit siccare, torquebitur, & rimas in pauimento faciet:æsculus autem sine vitio durat.Sed si quercu suppetente ęsculus desit,subtiliter quercus siccetur, & transuersus,atq; directus duplex ponatur ordo tabularum clauis frequentibus fixus. De cerro, aut fago.aut farno diutissime tabulata durabunt,si stratis super paleis,vel filice,humor calcis nusq̃ ad tabulati corpus accedat.Tunc super statumina bis rudus.i.saxi contusi duas partes,& cũ vna calcis temperatæ constitues.Hoc cum ad sex digitorum crassitudinem feceris, & regula exploraueris æquale,si loca hyemalia sunt,tale pauimentum debebis imponere,in quo vel nudis pedib⁹ stãtes ministri hyeme non rigescant.Inducto itaq; rudere,vel testaceo pauimento, congestos, & calcatos spisse carbones cum sabulone,& fauilla,& calce permisces, & huius impensę crassitudinem sex vnciis iubebis imponi.quod exęquatum nigra pauimenta formabit,& si qua fundãtur ex poculis,velociter rata desugent.Sed si æstiuę mansiones sunt,orientem solstitialem,& partem septẽtrionis aspiciant:& vel testaceum(sicut supra diximus)accipiant pauimentum,vel marmora,vel tesseras,vel scutellas,quibus ęquale reddatur angulis lateribusq; coniunctis.Si hęc deerunt,supra marmor tusum cernatur,aut arena cum calce inducta lęuigetur. Quercus & æsculus. Tesserę & scutulæ.

De calce & arena. T.X.

PRETEREA scire est necessarium construenti, quæ calcis & arenæ natura sit vtilis. Arenæ ergo fossicię genera sunt tria, nigra,cana,rufa.Omnium pręcipue rufa melior,meriti sequẽtis est cana, tertium locum nigra possidet.Ex iis,quæ compressa manu edit stridores,erit vtilis fabricanti.Item si panno,vel linteo candidæ vestis inspersa, & excussa nihil maculæ reliquerit aut sordis,egregia est.Sed si fossilis arena non fuerit,de fluminibus,aut glarea, aut littore colligetur. Marina arena tardius siccatur,& ideo non continue,sed intermissis temporibus construenda est, ne opus onerata corrumpat:camerarum quoq; tectoria salso humore dissoluit.Nam fossiles arenæ cementiciis parietibus,& cameris celeri siccitate vtiles sunt. melioresq;,si statim cum effossæ sunt,calci misceantur,nam diutino sole,aut pruina,aut imbre vanescunt. Fluuiales tectoriis magis poterunt conuenire.Sed si vti necesse sit maris arena,erit commodum prius eam lacuna humoris dulcis immergi,vt vitium salis aquis suauibus elota deponat. Calcem quoq; ex albo saxo duro vel tiburtino,aut columbino fluuiali coquemus,aut rubro,aut spõgia,aut marmore.Postremo quæ erit ex spisso,& duro saxo,structuris conuenit,ex fistuloso vero,aut molliori lapide tectoriis adhibetur vtilius.In duabus arenæ partibus calcis vna miscẽda est. In fluuiali vero arena si tertiam partem testæ cretę addideris,operum soliditas mira pręstabitur. Arenę gña. Calcis gña.

De latericiis parietibus. T.XI.

QVOD si latericios parietes in prętorio facere volueris,illud seruare debebis, vt pfectis parietibus in summitate,quæ trabibus subiacebit,structura testacea cum coronis prominẽtibus fiat sexquipedali altitudine,vt si corruptæ tegulæ,aut imbrices fuerit,parietem non possint stillicidia penetrare per pluuiã.Deinde prouidẽdum est,vt siccis, & asperatis parietibus latericiis inducatur tectorium,quod humidis, ac læuibus adhærere nõ poterit,& ideo tertio eos prius debebis obducere,vt tectorium sine corruptione suscipiant.

De lumine & altitudine. T.XII.

IN primis studendum est in agresti fabrica,vt multa luce clarescat.deinde vt partes temporib⁹ diuisas,sicut supra dixi,congruis partibus offeramus,id est æstiuas septentrioni,hybernas meridiano,vernas & autumnales orienti.Mensura vero hæc seruanda est in tricliniis, atq; cubiculis vt quanta latitudo,& longitudo fuerit,in vnũ cõputet,& eius medietas in altitudinẽ conferatur.

De cameris canniciis. T.XIII.

CAMERAS in agrestibus ædificiis ex ea materia vtilius erit formare, quæ facile inuenietur in villa.Itaq; aut tabulis faciemus,aut cannis,hoc genere. Asseres ligni gallici,vel cupressi,directos & ęquales constituemus in eo loco,vbi camera facienda est,ita ordinatos,vt inter se sesquipedalis mensura sit vacua.Tũc eos cathenis ligneis ex iunipero,aut oliua,aut buxo, aut cupresso factis ad contignationem suspendemus,& binas inter eos perticas dirigemus tomicibus alligatas.Postea palustrem cannam,vel hanc crassiorem,quæ in vsu est,contusam, facta & strictim iuncta crate subnectimus,& per omne spatium cum ipsis asseribus,& perticis alligamus. Dehinc primo impensa pumicea induemus,& trulla ęquabimus,vt inter se cannarum membra constringat. Post arena & calce coæquabimus. Tertio tusi marmoris puluerem mistum cum calce ducemus, Cathenę lig.

& poliemus ad summum nitorem.

De opere albario. T.XIIII.

OPVS quoq; albarium sæpe delectat, cui calcem debebimus adhibere, cum multo tempore fuerit macerata. ergo vt vtilem probes, ascia calcē quasi lignū dolabis. Si nusq̄ acies eius offenderit, & si quod asciæ adhęret, fuerit molle, atq; viscosum, constat albariis operib⁹ cōuenire.

De tectoriis. T.XV.

PARIETVM vero tectura sic fiet fortis, & nitida. Prima trullis frequentetur inductio. Cum siccari cœperit, iterum inducatur, ac tertio. Post hæc tria coria ex marmoreo grano cooperiatur ad trullam. Quæ inductio ante tandiu subigenda est, vt rutrum, quo calx subigitur, mundū leuemus. Hęc quoq; marmoris grani inductio cum siccari cœperit, aliud corium subtili⁹ oportet imponi, sic & soliditatem custodiet, & nitorem.

De vitanda valle. T.XVI.

VITANDVM est autem, quod pleriq; fecerunt aquæ causa, villas in infimis vallibus mergere, & paucorum dierum voluptatem præferre habitatorum saluti. Quod etiam magis metuemus, si prouincia, quam colimus, de morbis æstate suspecta est. Cui fons desit, aut puteus, cisternas construere conueniet, quibus omnium conduci possit aqua tectorum. Fiunt autem hoc modo.

De cisternis, & maltha frigidaria. T.XVII.

SIGNINIS parietibus magnitudo ea, cui delectaris, & sufficis, construatur longior magis q̄ latior. Huius solum alto rudere solidatum relicto fusoris loco testacei pauimenti superfusione lęuigetur. Hoc pauimentum omni cura cędendum est ad nitorem, & lardo pingui decocto assidue perfricandum. Quod vbi deducto humore siccatum est, ne rimis in aliqua parte findat̄, etiā parietes simili corio velentur obducti, & ita post diuturnam, & solidam siccitatem, aquæ prębeatur hospitium. Anguillas sane, piscesq; fluuiales mitti in his, pasciq; conueniet. vt horum natatu aqua stans agilitatem currentis imitetur. Sed si aliquando in quocunq; loco pauimenti, vel parietis tectura succumbat, hoc genus malthæ adhibebimus, vt humor in exitum nitens possit includi. Rimas, & lacunas cisternarum, & piscinas, vel puteos sarciemus hoc genere, & si humor per saxa manabit, picis liquidæ quantū volueris, & tantundem sumes vnguinis, quod vocamus axungiam, vel sæuum. Tunc in olla vtrunq; miscebis, & coques donec spumet, deinde ab igne remouebis. Cum fuerit eadem refrigerata permistio, calcem minutim superadiicies, & ad vnum corpus omnia mista reuocabis. Cumq; velut strigmentum feceris, inseres locis corruptis, ac manantib⁹, & pressum summa densitate calcabis. Salutare erit aquas illuc per tubos fictiles duci, & opertis immeare cisternis. Nam cœlestibus aqua ad bibendum omnibus antefertur, vt & si fluens adhiberi possit, quę salubris non est, lauacris debeat, & hortorum vacare culturæ.

Maltha.

De cælla vinaria. T.XVIII.

CAELLAM vinariam septentrioni debemus habere oppositam frigidam, vel obscuræ proximam longe a balneis, stabulis, furno, sterquiliniis, cisternis, aquis, & cæteris odoris horrendi, ita instructam necessariis, vt non vincatur a fructu, sic autem dispositam vt basilicæ, ipsius forma calcatoriū loco habeat altiore constructū. Ad quod inter duos lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi sint, gradibus tribus fere, aut quatuor ascendatur. Ex his lacubus canales structi, vel tubi fictiles circa externos parietes currant, & subiectis lateri suo doliis per vicinos meatus manantia vina defundāt. Si copia maior est, mediū spatium cuppis deputabitur, quas ne ambulacra prohibeant, basellis altioribus impositas, vel supra obruta dolia possumus collocare spatio inter se largiore distantes, vt (si res exigat) curantis transitus possit admitti. Q̄ꝫ si cuppis locum suum deputabimus, is locus ad calcatorii similitudinem podiis breuibus, & testaceo pauimento solidet̄, vt etiā si ignorata se cuppa diffuderit, lacu subdito excipiātur nō peritura vina, quę fluxerint.

Calcatoriū. Podia.

De horreis. T.XIX.

SITVS horreorum q̄uis ipsam septentrionis desideret partem, & superior, & lōge ab omni humore, & lætamine, & stabulis ponendus est, frigidus, ventosus, & siccus, cui prouidendum structuræ diligentia ne rimis possit abrumpi. Solum igitur omne bipedis sternatur, vel minoribus laterculis, quos suffuso testaceo pauimento debemus imprimere. Tunc diuisas cællas (si magnus separabitur seminum modus) grano cuiq; tribuemus, & si terræ pauperies minora promittit, vel craticiis podiis erunt discernenda granaria, vel vimineis vasculis reditus tenues colligemus. Sed factis granariis amurca luto mista parietes linuntur, cui aridi oleastri, vel oliuæ folia pro paleis

adiiciuntur.quo tectorio ficcato,rurfus amurca refpergitur.quæ vbi ficcata fuerit,frumenta con dentur.Hæc res gurgulionibus,& cæteris noxiis animalibus inimica eft.Aliqui coriãdri folia fru mentis mifcent ad feruandum profutura. Nihil tamen diu cuftodiendis frumentis commodius erit q̃ fi ex arcis in alterum locum vicinum tranffufa refrigeretur aliquantis diebus,atq; ita,hor reis inferantur.Negat Columella ventilanda effe frumenta,quia magis mifcentur animalia totis aceruis.quæ fi non moueãtur,in fummitate intra menfuram palmi fubfiftent. & hoc velut cor rupto corio cætera illæfa durabunt. Afferit idem noxia animalia vltra prędictam menfuram non poffe generari.Herba coniza ficca(vt græci afferunt) fubftrata frumentis addit ætati. Ab hor reis tamen aufter debet effe auerfus. Coniza.

De olei factorio. T.XX.

OLEARIS cælla meridianis fit obiecta partibus,& contra frigus munita,vt illi per fpecula ria debeat lumen admitti.Ita & operas,quæ hyeme futuræ funt, nullus algor impediet,& oleum,cum premetur,adiutum teporibus,frigore non valebit aftringi.Trapetis,& rotulis, & pre lo †nata eft forma,quam cõfuetudo dictauit.Receptacula olei femper munda fint,ne nouo fapore infecta,veteri rancore corrumpantur.At fi quis maiori diligentiæ ftudet,fubiectis hinc inde cuni culis pauimenta fufpendat,& ignem fuggerat fornace fuccẽfa.Ita purus calor olei cællam fine fu mi nidore vaporabit, quo fæpe infectum,colore corrumpitur,& fapore. †notã

De ftabulis equorum,vel boum. T.XXI.

STABVLA equorum vel boum meridianas quidẽ plagas refpiciant, nõ tamen egeant fepte trionis luminibus,quę per hyemem claufa nihil noceant,per æftatem patefacta refrigerẽt.Ipfa ftabula,propter vngulas animalium,ab omni humore fufpenfa fint.Boues nitidiores fient,fi fo cum proxime habeant,& ignis lumen intendant.Octo pedes ad fpatium ftandi fingulis boum pa ribus abũdant,& in porrectione.xv.Plancæ roboreæ fupponãtur ftationibus equorum cum ftra mine,vt iacentibus molle fit,ftantibus durum.

De corte. T.XXII.

CORS ad meridiem pateat,& obiecta fit foli,quo facilius hyeme aliquem teporem concipiat propter ea quæ infunt animalia,quibus etiam ad æftatis temperandum calorẽ porticus fur cis afferibus,& fronde formari debent,quæ vel fcandulis,vel (fi copia fuppetit)tegulis,vel fi faci lius,& fine impenfa placuerit,tegentur caricibus,aut geniftis.

De auiariis. T.XXIII.

CIRCA parietes cortis extremos auiaria facienda funt,quia ftercus auium maxime neceffa rium eft agriculturæ,excepto anferum lætamine,quod fatis omnibus inimicum eft.Sed ha bitacula cæterarum auium maxime neceffaria funt. Lętamẽ anferũ fatis ini micum.

De columbariis. T.XXIIII.

COLLVMBARIVM vero poteft accipere fublimis vna turricula,in prętorio cõftituta,lęui gatis ac dealbatis parietibus, in quibus a quatuor partibus(ficut mos eft)feneftellæ breuif fimæ fient,vt columbas folas ad introitum,exitumq; permittant.Nidi figurẽtur interius. A mu ftellis tutæ fient,fi inter eas frutex virgofus fine foliis afper,vel vetus fpartea proiiciatur,qua ani malia calciantur,vt eam fecreto non videntibus aliis vnus attulerit, non pereunt. Et neq; locum deferunt,fi per omnes feneftras aliquid de ftrangulati hominis loro,aut vinculo,aut fune fufpen das.Inducunt alias,fi cumino pafcantur affidue,vel fetofi hirci alarum balfami liquore tangan tur.Fœtus frequẽtant,fi ordeum torrefactum,vel fabã,vel†herbum,fępe confumant.Triginta au tem columbis volantibus diurni tres fextarii tritici fufficiant,aut creturæ, ita vt†herbum fœtus gratia menfibus prębeamus hybernis. Rutæ ramulos pluribus locis oportet contra animalia ini mica fufpendere. †eruum †eruum

De Turturibus. T.XXV.

SED colũbarii cęllæ duo fubiecta cubilia fiãt.Vnũ breue,& prope obfcurũ,quo turtures clau di poffint,quos nutrire facillimũ eft.Nã nihil expetũt,nifi vt ęftate,qua fola maxĩe pinguefcũt, triticũ,vel milium mulfa maceratũ femper accipiãt.Semodius vn⁹ diurnus centũ viginti turturi bus fufficit.Aqua fane eis frequenter mundior debet offerri.

De turdis. T.XXVI.

ALIVD vero cubiculum turdos nutriat.qui fi alieno tempore fagineníur,& voluptatem ci bi,& reditum maximum præftant,parcitati beneficium miniftrante luxuria. Sit autem lo cus mũdus,& lucidus,& vndiq; lęuigat⁹.Trãfuerfę in hoc ptıcę figũtur,quibus poffint poft iclu fum volatũ federe.Rami etiã virides fæpe mutentur.Caricę tunfę miftis pollinibus largiffime prę

beantur. Myrti etiam, si facultas est, lentisci, oleastri, ederæ, arbusti semina interdum ad excludēda fastidia, & maxime aqua munda præbeatur. Claudentur illæsi, & recenter capti mistis aliquibus ante nutritis, quorum societate ad capiendos cibos pauidam nouæ captiuitatis mœstitudinem consolentur.

De gallinis. T. XXVII.

GALLINAS educare nulla mulier nescit, quæ modo videatur industria. Hoc de his præcepisse sufficiat, vt fumo. puluere vtantur, & cinere. Sint præcipue nigrę, aut flaui coloris, sed albæ vitentur. Vinaceæ cibo sterilescunt, ordeo semicocto, & parere sępe coguntur, & reddunt oua maiora. Duobus cyathis ordei bene pascitur vna gallina, quæ sit vaga. Supponenda sunt his semper oua numero impari, luna crescente, a decima vsq; in quintamdecimam. Pituita his nasci solet, quæ alba pellicula linguam vestit extremam. Hæc leuiter vnguibus vellitur, & locus cinere tāgitur, & allio trito plaga mundata conspergitur. Item allii mica trita cum oleo faucibus īseritur. Staphisagria etiam prodest, si cibis misceatur assidue. Si amarum lupinum comedant, sub oculis illis grana ipsa procedunt, quæ nisi acu leuiter apertis pelliculis auferantur, extingūt. Oculos portulacæ succo forinsecus, & mulieris lacte curemus, vel hammoniaco sale, cui mel, & cyminū ęquale miscentur. Pediculos earum perimit staphisagria, & torrefactum cyminū pari pondere, & pariter tunsa cum vino, & amari lupini aqua, si penetret secreta pennarum.

De pauonibus. T. XXVIII.

PAVONES nutrire facillimum est, nisi fures, aut animalia inimica formides, qui plerunq; p agros vagantes sponte se pascunt, pullosq; educāt, & altissimas vespere arbores petūt. Vna vero his cura debetur, vt incubantes per agrum fœminas, quæ hoc passim faciunt, a vulpe custodias. Ideo in insulis breuibus meliori sorte nutriuntur. Vni masculo fœminæ quinq; sufficiunt. Masculi oua, & pullos suos persequuntur velut alienigenas prius q̄ illis cristarum nascatur insigne. Ab idibus Februariis calere incipiunt. Faba leuiter torrefacta in libidinem prouocantur, si eis quinto quoq; die tepida præbeatur. Sex cyathi vni sufficiunt. Cupidinem coeundi masculus confitetur, quoties circa se amictum caudæ gemmātis incuruat, & singularum capita occulta pennarum locis suis exerit cum stridore procurrens. Si oua pauonum gallinis supponātur, excusatę matres ab incubatione tribus vicibus p annum fœtus edunt. Primus partus quinq; ouorum, secundus quatuor, tertius trium vel duorum esse consueuit. Sed electæ (si hoc placuerit) nutrices gallinæ sint, quę a primo incremento lunæ, nouem diebus habeant nouem oua supposita, quinq; pauonina, & cætera sui generis: decima die oua omnia gallinacea subtrahantur, & alia item gallinacea totidem recentia supponātur quot ablata sunt, vt trigesima luna, hoc est expletis triginta diebus, possint cum pauoninis ouis aperiri. Oua autem pauonum, quæ gallinæ subiecta sūt, sæpe manu cōuertantur, quia hoc ipsa facere vix valebit. Vnam partem oui notabis, vt te subinde cōuertisse cognoscas. Maiores tamen gallinas oportet eligere, nam minoribus pauciora suppones. Notos autem pullos, si ad vnam transferre a pluribus velis, dicit Columella vni nutrici viginti quinq; sufficere. Mihi vero, vt bene educi possint, videntur quindecim satis esse. Primis diebus far ordei consperſum vino, pullis dabitur, vel vndecunq; cocta pulticula, & refrigerata. Postea adiicietur porrū cōcisum, vel caseus recens, sed expressus, nam serum pullis nocet. Locustę etiā pedibus ablatis præbentur. Ita pascendi sunt vsq; ad sextum mensem. Deīde ordeum poteris præbere solēniter. Trigesimo quinto tamen die postq̄ nati sunt, etiam in agrum tuto eiici possunt comitāte nutrice, pascendi, cuius singultu reuocantur ad villam. Pituitas vero, & cruditates iis remediis submouebis, quibus gallina curatur. Maximum illis periculum est, cū incipit crista produci: nam patiuntur langores infantum similitudine, cū illis tumentes gingiuas denticuli aperire nituntur.

De Phasianis. T. XXIX.

IN phasianis nutriendis hoc seruandum est, vt nouelli ad creandos fœtus parentur, id est qui anno superiore sunt editi. Veteres enim fœcundi esse nō possunt. Ineunt fœminas mense Martio, vel Aprili. Duabus vnus masculus sufficit, quia cæteras aues salacitate non æquat. Semel in anno fœtus creant. Viginti fere ouis pariendi ordo cōcluditur. Gallinę his melius incubabunt, ita vt quindecim phasianina oua nutrix vna cooperiat, & cætera sui generis supponātur. In supponendo, de luna, & diebus, quæ sunt in aliis dicta, seruentur. Trigesimus dies maturos pullos in lumine mittet. Sed per quindecim dies discocto, ac refrigerato leuiter ordei farre pascentur, cui vini imber aspergitur. Post triticum fractum præbebis & locustas, & oua formicæ. Sane ab aquæ prohibeantur accessu, ne eos pituita concludat. Quòd si pituitam patiētur phasiani, allio cum

pice liquida trito rostra eorum debebis assiduus perfricare,vel vitium sicut gallinis fieri cõsueuit auferre.Saginandi hæc ratio est,vt vnius modii triticea farina in breuissimas offulas redacta clau so phasiano p.xxx.dies ministrata sufficiat.Vel si ordeaceam farinam præbere volueris, vnius,& semissis modii farina per prædictos dies saginam replebit.Obseruandum sane est,vt offulæ ipsæ oleo leuigentur asperso,& ita inserantur faucibus,ne sub infima linguę parte mergantur. Quod si euenerit,statī peribunt.Illud quoq; magnopere curemus,ne præbeantur noua alimenta,nisi di-gestis aliis,quia eos facillime onus cibi hærentis extinguit.

De anseribus. T.XXX.

ANSER sane nec sine herba,nec sine aqua facile sustinetur.Locis consitis inimicus est,quia sa tá & morsu lædit & stercore,pullos præstat,& plumas,quas & autunno vellamus & vere. Vni masculo tres fœminæ sufficiant.Si desit fluuius,lacuna formet. Si herba nõ suppetit,trifoli um,fœnum græcum,agrestia intiba,lactuculas feremus alimento. Albi fœcundiores sũt,varii vel fusci minus,quia de agresti genere ad domesticum transierunt.Incubant a Calẽdis Martii vsq; ad æstiuũ solstitium.Plus parient,si gallinis oua illarum supponantur.Extremũ partum matribus iã vacaturis educare permittimus.pariturae ad harã peducantur .Cum semel hoc feceris,consuetu-dinem sponte retinebunt.Gallinis sicut pauonina etiã anseris oua supponas.Sed anserina oua ne noceantur suppositis,subiiciatur vrtica.parui primis decem diebus intus pascendi sunt,postea se reno eos poterimus educere,vbi vrtica non fuerit,cuius aculeos reformidant. Quatuor mensib⁹ bene saginantur,nam melius pinguescunt in tenera ætate.Polenta dabitur in die ter. Large vagã di licentia prohibetur,loco obscuro claudentur & calido,sic maiores etiam secundo mense pin-guescũt.Nam paruuli sæpe die trigesimo moriuntur.Saginantur vero melius,si ad satietatẽ mili um præbeamus infusum.Inter anserum cibaria legumen omne porrigi potest,excepto eruo.Cauẽ dum est etiam,ne pulli eorum setas glutiant.Gręci saginãdis anseribus polentæ duas ptes,& fur furis quatuor aqua calida temperant,& ingerũt pro appetẽtis voluptate sumenda.tribus per diẽ vicibus potu adiuuant.Media quoq; nocte aquã ministrant.peractis vero.XXX. diebus si vt ie-cur his tenerescat optabis,tunsas caricas,& aqua maceratas in offas voluptatis exiguas,& per di es viginti continuos ministrabis anseribus.

Albi fœcundiores.

De piscinis. T.XXXI.

HIS ordinatis cætera exequenda sunt.Nã piscinæ duę vel solo impressæ, vel cęso lapide cir-ca villam esse debebunt,quas facile est aut fonte,aut imbre suppleri, vt vna ex his vsui sit pecoribus, vel auibus aquaticis. Alia madefaciat virgas,& coria,& lupinos,& siqua rusticitas cõ sueuit infundere.

De fœnili paleario,lignario. T.XXXII.

FOENI,palearum,ligni,cannarũ repositiones nil refert in qua parte fiant,dũmodo siccæ sint, atq; perflabiles,& lõge remoueantur a villa propter casum surripientis incendii.

De sterquilinio. T.XXXIII.

STERCORVM congestio locũ suum tenere debebit,q abundet humore,& ꝑpter fœtoris hor rẽda.a prętorii cõuertatur aspectu.Humor abundãs hoc pręstabit stercori, vt si qua insũt spi natũ semina putrefiant.Stercus asinorũ primum est maxime hortis, deinde ouillũ, & caprinũ, & iumentorũ,porcinũ vero pessimũ,cineres optimi.Sed columbinũ feruidissimũ,cęterarũq; auium satis vtile est,excepto palustrium.Stercus quod anno requieuerit, segetibus vtile est,nec herbas creat.Si vetustius sit,minus proderit. Pratis vero recentia stercora ꝓficient ad vber herbarum. Et maris purgamenta,si aquis dulcibus eluantur, mista reliquis vicem stercoris exhibebunt. Et limus,quem scaturiẽs aqua,vel fluuii incrementa respuerint.

De locis horti,& pomarii,& sepibus,& serendi tempore. T.XXXIIII.

HORTI,& pomaria domui ꝓxima esse debebũt.Hortus sit sterqlinio maxīe subiectus, cui⁹ succo spõte fœcũdet. Ab area lõge situs sit,nã puluerẽ paleaꝝ patit̃ īimicũ.Felix positio est cui leniter inclinata planicies cursus aquę fluẽtis p spatia discreta deriuat.Si fõs desit,imprimẽd⁹ est puteus:aut si neqas hoc,piscina supius cõstruenda est,vt illic aquas pluuia conferẽte hortus p ęstiuos rigetur ardores.Si hac oĩ facultate carueris,sẽper altius trib⁹ vel quatuor pedibus ad pastini similitudinẽ fodies hortulũ,qui sic cultus negligat siccitates.Sed huic q̃uis cõtra necessita tẽ mista stercore qlibet terra cõueniat,tñ hęc gña sunt in electiõe vitãda,creta,quã argillã dicim⁹ atq; rubrica.Illđ quoq; custodies ĩ hortis,quos humoris natura nõ adiuuat,vt diuidas p ptes,& hyeme ad meridiẽ,ęstate ad septẽtrionẽ spatia colẽda cõuertas. Debẽt ẽt horti eẽ clausi:sed muni tiõis mlta sũt gña.Alii luto ĩter formas clauso,pietes figuratos ex laterib⁹imitãt.Quib⁹copia sup petit,macerias luto & lapide excitãt.pleriq; sine luto cõgesta ĩ ordinẽ saxa cõponũt.Nõnulli fos-

Munitionũ genera.

sis spatia colenda præcingũt,quod vitandũ est quia horto subducit humores,nisi forte locus pa *Rub⁹ caninus.* lustris colatur. Alii spinarum plãtas,& semina in munitione disponũt. Sed melius erit rubi semina,& spinę,quæ rubus caninus vocatur,matura colligere,& cũ farina erui ex aqua macerata miscere,funes dehinc sparteos veteres hoc genere mistiõis sic inducere,vt intra funes semina recepta seruẽtur vsq; ad verni temporis initia. Tũc vbi sepes futura est,duos sulcos tribus a se pedibus separatos sesquipedis altitudine faciemus,& per vtrosq; funes cũ seminibus obruemus leui terra. Ita trigesima die procedunt sentes,quos teneros amminiculis opus est adiuuare,quibus inter se sentes per spatia vacua relicta iũgentur. Partes sane horti sic diuidẽdæ sunt,vt eæ,in quib⁹ autũno seminabitur,verno tempore pastinentur,quas seminibus vere cõplebimus,autũni tempore debebimus effodere. Ita vtraq; pastinatio decoquetur beneficio algoris,aut solis. Areæ faciẽdę sunt angustiores, & longæ,id est duodecim pedũ longitudine,& sex latitudine,vt sint ꝓpter spatia vtrinq; purganda diuisę. Margines vero earũ locis humidis,vel irriguis,duodus pedibus erigantur,siccis vno extulisse sufficiet. Inter areas(si humor consueuit effluere) spatia altiora ipsis areis esse debebunt,vt facilius ingrediatur aream de superiore parte humor admissus,& vbi sitientẽ saturauerit,in alias possit exclusus auerti. Serẽdi tempora licet per menses certa signemus, tamẽ secũdũ loci & cœli naturã vnusquisq; custodiat. Frigidis locis autũnalis satio celerior fiat, verna vero tardior. Calidis autem regionibus,& autũnalis serior fieri potest, & verna maturior. Quæcũq; serenda sunt,cũ luna crescit,seminentur:quæ secanda sunt vel legenda,cũ minuitur.

De remediis horti,vel agri. T. XXXV.

CONTRA nebulas & rubiginem,paleas & purgamenta pluribus locis per hortum disposita simul omnia,cũ nebulas videris instare,combures. *Cõtra grãdinem.* Contra grandinẽ multa dicũtur. Pãno roseo mola cooperitur. Item cruentę secures contra cœlũ minaciter leuantur. Itẽ omne horti spatium alba vite præcingitur. Vel noctua pennis patentibus extensa suffigitur. Vel ferramẽta,quibus operandum est,sepo vngũtur vrsino. Aliqui vrsi adipẽ cũ oleo tusum reseruãt,& falces hoc, cum putaturi sunt,vngũt. Sed hoc in occulto debet esse remedium,vt nullus putator intelligat. Cuius vis tanta esse perhibetur,vt neq; gelu,neq; nebula, neq; alio malo possit noceri. Interest etiam vt res profanata non valeat. *Cõtra culices.* Cõtra culices & limaces,vel amurcam recentem,vel ex cameris fuliginem spargimus. *Contra formicas.* Contra formicas,si in horto habent foramẽ,cor noctuæ admoueamus, si foris veniunt,omne horti spatium cinere aut cretæ candore signemus. *Contra erucas.* Contra erucas semina: quę spargenda sunt,semperviuæ succo madefiant,vel erucarum sanguine. Cicer intra olera propter multa portenta serendum est. Aliqui cinerem de fico super erucas spargunt. Item squillam vel in horto serunt,vel certe suspendunt. Aliqui mulierem mestruãtem nusq̃ cinctam, solutis capillis,nudis pedibus,contra erucas,& cętera,hortũ faciunt circũire. Aliqui fluuiales cãcros pluribus locis intra hortum clauis figunt. *Contra vites infestantes. Cantarides.* Contra animalia,quæ vitibus nocent, cantarides, quas in rosis inuenire consueuimus,oleo mersas resolui patieris in tabem,& cũ putandæ sunt vites, hoc oleo falces putatorias punges. *Contra cimices.* Extinguntur cimices amurca,& felle bubulo lectis aut locis punctis,vel foliis ederæ tritis ex oleo,vel incensis sanguisugis. Vt olera animalia infesta non generẽt, in corio testudinis oĩa semina,quæ sparsurus es,sicca,vel mentã locis pluribus maxime inter caules sere. hoc prętare ferẽ eruum aliquãtulum satum,præcipue vbi radices,& rapa nascũtur. Vel acre acetũ succo iusquiami mistũ,ferẽ olerũ pulices necare,si spargas. *Contra cãpas.* Campas fertur euincere, q̃ fusticulos allii sine capitibus p horti omne spatiũ cõburẽs nidorẽ locis pluribus excitarit. Si contra easdẽ vitibus voluerim⁹ cõsulere,allio trito falces putatoriæ ferũtur vngẽdę. Nasci quoq; ꝓhibenẽ,si circa arborũ,vel vitiũ crura bitumen & sulfur incendas. Vel si ablatas de horto vicino campas excoquas aqua,& per horti tui spatia vniuersa diffũdas. *Contra cantarides.* Ne cantarides vitibus noceãt, in cote,qua falces acuunẽ,ipsę sũt cõterendę. *Cancri flu. παγ8ροι.* Democritus asserit,neq; arboribus,neq; satis quibuslibet noceri posse a quibuscũq; bestiis,si fluuiales cãcros plurimos,vel marinos, quos græci παγ8ρ8ς nominãt,nõ minus q̃ decem fictili vasculo in aqua missas tegas,& sub dio statuas,vt decẽ diebus sole vapõrẽtur. Postea quęcũq; illęsa volueris esse,ea aqua ꝓfundas,& octonis diebus peractis hoc repetas,donec solide,quę optaueris,adolescãt. *Contra formicas.* Formicas abiges,si origano & sulfure tritis foramẽ aspges. Hoc & apib⁹ nocet. Itẽ cochleaꝝ vacuas testas si vsseris,& eo cinere foramẽ inculces. *Cont. culices & Pulices.* Culices galbano ĩfuso fugantẽ,aut sulfure. Pulices amurca p pauimẽtũ frequẽter aspsa,vl' cimino agresti cũ aqua trito,vel si cucumeris agrestis semẽ aqua resolutũ sępe infũdes, vel aquã lupinorũ psilotri austeritatibus iunctã. *Cõt. mures* Mures si amurcã spissã patinæ ĩfuderis,& ĩ domo nocte posueris adhęrebũt. Item necabũtur,si helleboro nigro caseũ,vel panem, vel adipes,vel polẽtã pmisceas,&

efferas. Et agrestis cucumeris,& coloquintidis suffossio sic nocebit. Aduersus mures agrestes Apuleius asserit semina bubulo felle maceranda anteq̃ spargas. Nonnulli rhododaphnis foliis aditus eorũ claudũt,qui rosis his,dum in exitu nituntur,intereũt. Talpas græci hoc genere persequũtur. Nucẽ perforari iubent,vel aliquod pomi genus soliditatis eiusdem. Ibi paleas,& ceram cũ sulfure sufficienter includi. Tũc omnes paruulos aditus,& reliqua spiramenta talparũ diligenter obstrui, vnum foramen,quod amplum sit reseruari,in cuius aditu nucem intus incensam sic poni, vt ab vna parte flatus possit accipere,quos ab alia parte diffũdat. Sic ĩpletis fumo cuniculis talpas vel fugere protinus,vel necari. Mures rusticos,si querneo cinere aditus eorum satures,attactu frequẽti scabies occupabit,ac perimet. Serpentes prope omni austeritate fugantur, & nocentes spiritus innocentia fumi graue olentis exagitat. Vramus galbanũ,vel cerui cornua,radices lilii, capræ vngulas. Hoc genere monstra noxia prohibentur. Opinio Græcorũ est,si nubes locustarum repente surrexerint,latentibus intra tecta cunctis hominibus eam posse transire. Quòd si inobseruantes homines sub aere deprehẽdant,nulli fructuum noceri,si continuo omnes ad tecta confugiant. Pelli etiam dicuntur amari lupini,vel agrestis cucumeris aqua decocta,si muriæ mista fundatur. Existimant aliqui locustas,vel scorpios fugari posse,si aliqui ex eis vrantur in medio. Campas nõnulli ficulneo cinere persequũtur,si permanserint,vrina bubula,& amurca æqualiter mista conferueant,& vbi refrixerint,olera omnia hoc imbre consperge. πρασοκουρίδας græci vocant animalia,quæ solent hortis nocere,ergo ventriculum veruecis statim occisi plenũ sordibus suis spatio, quo abũdant,leuiter debebis operire. Post biduum reperies ibi animalia ipsa congesta,hoc cum bis,vel tertio feceris,genus omne,quod nocebit,extingues. Grandini creditur obuiare,siquis crocodili pellẽ, vel hyænæ,vel marini vituli per spatia possessiõis circũferat,& in villæ,aut cortis suspẽdat ingressu,cũ malum viderit imminere. Item si palustrem testudinem dextra manu supinã ferens vineas perambulet,& reuersus eodem modo sic illam ponat in terra,& glebas dorsi eius obiiciat curuaturæ,ne possit inuerti,sed supina permaneat. Hoc facto fertur spatium sic defensum nubes inimica trãscurrere. Nonnulli vbi instare malũ viderint,oblato speculo imaginẽ nubis accipiũt,& hoc remedio nubẽ(seu vt sibi obiecta displiceat,seu tanq̃ geminata alteri cedat)auertunt. Item vituli marini pellis in medio vinearũ loco vni supiecta viticulæ creditur contra imminẽs malum totius vineæ membra vestisse. Oĩa semina horti,vel agri ferũtur ab omnibus malis ac monstris tuta seruari,si agrestis cucumeris tritis radicibus ante macerẽtur. Item equæ caluaria,sed nõ virginis intra hortum ponẽda est,vel etiã asinæ,creduntur enim sua præsentia fœcũdare,quæ spectãt.

Cõt. talpas. | Cõt. serpentes. | Cont. locustas & scorpios. | Cõtra cãp. & πρασοκουρίδας. | Cont. grãd.

De area. T.XXXVI.

AREA longe a villa esse non debet,& propter exportandi facilitatem,& vt fraus minor timeatur dñi,vel procuratoris vicinitate suspecta. Sit autem vel strata silice,vel saxo mõtis excisa,vel sub ipso trituræ tẽpore vngulis pecorũ,& aquæ admistione solidata,clausa deinde,& robustis munita cãcellis propter armenta,quæ,cũ teritur,inducimus. Sit circa hanc locus alter planus & purus,in quẽ frumenta transfusa refrigerẽtur,& horreis inferantur,quæ res in eorum durabilitate proficiet. Fiat deinde vndecunq; proximum tectum,maxime in humidis regionibus,sub quo propter imbres subitos frumenta(si necessitas coegerit)raptim,vel munda, vel semitrita ponantur. Sit autem area loco sublimi,& vndecunq; perflabili,longe tamen ab hortis,vineis atq; pometis. Nam sicut radicibus virgultorum prosunt lætamen & paleæ,ita insidentes frondibus eas perforant,atq; aere arere compellunt.

De apium castris. T.XXXVII.

APIBVS stationem non longe a domini ædibus in horti parte secreta, & aprica, & a ventis remota & calidiore locare debemus, quæ in quadratam constituta mensurã,fures,& accessus hoĩm pecudumq; submoueat. Sit abundans floribus,quos in herbis,vel in fruticibus, vel in arboribus procuret industria. Herbas nutriat,origanum,thymũ,serpyllum,satureiã,melispyllũ,violas agrestes,asphodillũ,citraginẽ,amaracũ,hyacinthũ,qui iris,vel gladiolus dicitur similitudine foliorum,narcissũ,crocum,cæterasq; herbas suauissimi odoris,& floris. In fruticibus vero sint rosæ,lilia,fabe,rosmarinus,hederæ. In arboribus ziziphus,amygdalus,psicus,pyrus,pomiferæq; arbores, quibus nulla amaritudo respondet flore, vel succo. Syluestria vero glandifera robora terebithus, lẽtiscus,cedrus,tilia,ilex minor,& cinus,sed taxi remoueãtur inimicæ. Primi saporis mella thymi succus effũdit. Secundi meriti,timbra,serpyllũ,vel origanũ. Tertii meriti,rosmarinus, & satureia. Cætera,vt arbutus,& olera saporẽ rustici mellis efficiũt. Sint aũt arbores a septẽtrionali pte disposite. Frutices,atq; virgulta ordĩes suos sub maceriis exequũtur. Herbas deĩde ĩ plano post frutices cõsterem. Fõs,vel riuus huc conueniat ociosus,q̃ hũiles trãseũdo formet lacunas,q̃s opiãt rara &

transuersa virgulta,sedes tutas apibus præbitura,cum sitient.Sed ab his apium castris lōge sint omnia odoris horrendi,balneę,stabula,coquinę,fusoria.Fugiamus pręterea animalia, quæ sūt apibus inimica,lacertos,blattas,& his similia.Aues etiā pannis,& crepitaculis terreamus.Purus custos frequens,& castus accedat,habens noua aluearia præparata,quibus excipiatur examinū rudis iuuētus.Vitetur odor cœni,& cācer adustus,& locus,qui ad humanā vocem falsa imitatione respondet.Absint & herbæ titimallus,helleborum,tapsia,absynthium,cucumis agrestis, & omnis amaritudo cōficiendę aduersa dulcedini.

De vasculis apium formandis. T.XXXVIII.

ALVEARIA meliora sunt,quę cortex formabit raptus ex subere,quia nō trasmittunt vim frigoris aut caloris.Possunt tamē & ex ferulis fieri,si hæ desint,salignis viminibus fabricentur,vel ligno cauatę arboris,aut tabulis more cuparum.Fictilia deterrima sunt,quę & hyeme gelātur,& æstate ferueſcunt.Sed inter ea loca,quæ muniri debere præcepimus,podia ternis alta pedibus fabricent̄ inducta testaceo,&albario opere lęuigata ꝓpter lacertarū,cęterorūq; aīaliū noxā, quibus est moris irrepere:& supra hęc podia aluearia collocētur,ita vt nō possint imbre penetrari spatiolis inter se patentibus segregata.Angustus tamē aditus admittat examina propter frigoris & caloris iniuriam.Sane ventis frigidioribus altus paries resistat,qui locum possit defensis sedib⁹ apricare.Aditus omnes soli opponantur hyberno, qui in vno corpore duo,vel tres esse debebūt, ea magitudine,quę apis formā nō possit excedere.Sic enim noxiis aīalibus ingressu resistetur āgusto,vel si apes obsidere voluerint exeuntes,alio vbi nō fuerint,vtentur egressu.

De apibus emendis. T.XXXIX.

APES si emendæ sunt,prouideamus vt plena aluearia comparentur,quam rem vel inspectio vel murmuris magnitudo,vel frequentia monstrat comeantis,ac remeantis examinis,& ex vicina potius q̄ ex longinqua regione,ne aeris nouitate tētentur.Si vero longius aduehendæ sūt, collo nocte portentur,nec collocare,nec aperire aluearia nisi vespere instante debemus. Speculemur deinde per triduum,ne omne ianuas suas egrediatur examen.Hoc enim signo fugam meditantur assumere.Contra hęc & cætera suo vnūquodq; mense reuidebimus.Tamen creduntur nō fugere,si stercus primogeniti vituli adlinamus oribus vasculorum.

De balneis T.XL.

NON alienū est,si aquæ copia potiatur, patremfamilias de structura balnei cogitare.Quæ res & voluptati plurimum confert,& saluti.Itaq; balneum cōstituemus in ea parte,qua calor futurus est,loco ab humore suspenso,ne id vligo fornacibus vicina refrigeret. Lumina ei dabimus a parte meridiana,& occidētis hyberni,vt tota die solis iuuetur & illustretur aspectu. Suspensuras vero cællarum sic facies.Aream primo bipedis sternis,inclinata sit tamē stratura ad fornacem, vt si pilam miseris, intro stare nō possit,sed ad fornacem recurrat.Sic eueniet, vt flamma altum petendo,cællas faciat plus calere.Supra hanc straturam pilæ laterculis argilla subacta,& capillo cōstructæ fiāt distantes a se spatio pedis vnius & semissis,alte pedibus binis semis. Sup has pilas bipedæ cōstituantur binæ in altum atq; his superfundantur testacea pauimēta,& tunc,si copia est,marmora collocētur.Miliarium vero plumbeum,cui ęrea patina subest,inter soliorum spatia forinsecus statuemus fornace subiecta,ad quod miliariū fistula frigidaria dirigatur:& ab hoc ad solium similis magnitudinis fistula procedat,quę tantum calidæ ducat interius,quātum fistula illi frigidi liquoris intulerit.Cęllæ aūt sic disponantur,vt quadrę nō sint,sed verbi gratia,si.xv. pedibus longę fuerint,x.latæ sint,fortius enim vapor inter angusta luctabitur.Soliorum forma ꝓ vniuscuiusq; voluntate fundetur.Piscinales cęllę in æstiuis balneis a septentrione lumen accipiāt in hyemalibus a meridie.Si fieri potest,ita constituantur balneæ,vt omnis earum per hortos decurrat eluuies.Cameræ in balneis si signinæ fiāt,fortiores sunt.Quę vero de tabulis fiunt,virgis ferreis transuersis,& ferreis arcub⁹ sustinent̄.Sed si tabulas nolis imponere,sup arcus,ac virgas,bipedas constitues ferreis anchoris colligatas capillo inter se,atq; argilla subacta cohęrentes, & ita impēsā testaceā subter inducis.deinde albarii opis nitore decorabis.Possum⁹ etiā,si cōpēdio studem⁹,hyberna ędificia balneis īponere,hic & habitationi teporē submittim⁹,& fūdamēta lucramur.

Pilę. Bipedę. Miliarium.

De malthis calidaria,& frigidaria. T.XLI.

SCIRE conuenit,quoniam de balneis loquimur,quę sunt malthę calidariæ,vel frigidarię, vt si quādo in soliis,scissa sunt opa.possit repente succurri.Calidarię cōpositio talis est.Picem duram,cerā albā ponderibus ęquis,stupā picis liquidæ totius pōderis dimidiā partē,testā minutā,florē calcis,oīa simul mista in pila cōtūdes,& iūcturis curabis īserere.Aliter.Ammoniacū remissū fi-

cum,stupam,picem liquidam tūdis pilo,& iuncturas oblinis. Aliter. Ammoniacū,& sulfur vtrūq; resolutum line,vel infunde iuncturis. Item picem durā, ceram albam, & ammoniacum super te-missum simul iuncturis adline,& cautere cuncta percurre. Item florem calcis cū oleo mistum iū-cturis illine,& caue ne mox aqua mittatur. Aliter. Sāguini taurino,& oleo florem calcis admisce & rimas coniunctionis obducito. Item ficum & picem duram,& ostrei testas siccas simul tūdes, his omnibus iuncturas diligenter adlines. Item malthæ frigidariæ, sanguinem bubulum, florem calcis,scoriam ferri,pilo vniuersa contundes,& ceroti instar efficies,& curabis adlinire. Item seuū liquefactū cribellato cineri admistum frigidæ aquæ inter rimas labēti,si allinatur,obsistet.

De pistrino. T.XLII.

SI aquę copia est,fusura balnearū debent pistrina suscipere. vt ibi formatis aquariis molis sine animalium,vel hominum labore frumenta frangantur.

De instrumentis agrestium. T. XLIII.

INSTRVMENTA vero hæc,quæ ruri necessaria sūt,præparemus. Aratra simplicia,vel si plana regio permittit,aurita,quibus possint contra stationes humoris hyberni,sata celsiore sulco attolli. Bidentes dolabras,falces putatorias,quibus in arbore vtamur, & vite. item messorias, vel fœnarias ligones,lupos,id est serrulas manubriatas minores, maioresq; ad mensuram cubiti,quibus facile est,quod per serram fieri non potest,resecando trunco arboris,aut vitis interseri, acus, per quas in pastinis sarmenta merguntur,falces a tergo acutas, atq; lunatas, cultellos item curuos minores,per quos nouellis arboribus surculi aridi,aut extantes facilius amputantur. Item falciculas breuissimas tribulatas,quibus filicem solemus abscidere, serrulas minores,vangas,runcones,quibus vepreta pſequimur,secures simplices,vel dolabratas,sarculos vel simplices, vel bicornes,vel ascias in auersa parte referentes rastros. Item cauteres,castratoria ferramenta, atq; tonsoria,vel que ad animalium solent pertinere medicinā. Tunicas vero pelliceas,cū cucullis,& ocreas manicasq; de pellibus,q̄ vel in syluis,vel in vepribus rustico operi & venatorio possint esse cōmunes. Expletis iis,quæ pertinent ad generale preceptum,nūc operas suas singulis mensibus explicabimus,& a mense Ianuario faciemus initium.

Aurita aratra.

PALLADII RVTILII

TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER SECVNDVS.

De ablaqueandis vitibus. T.I.

IANVARIO mense locis temperatis ablaqueandę sunt vites,quod Itali excodicare appellant,id est circa vitis radicem dolabra terrā diligenter aperire,& purgatis omnibus velut lacus efficere,vt solis teporibus,& imbribus prouocentur.

Ablaqueare excodicare.

De pratis abstinendis in locis macris. T.II.

APRICIS,aut macris,aut aridis locis prata iam purganda sunt,& a pecore vindicanda.

De proscindendis agris,& iungendis bobus,vel arādi disciplina. T.III.

PINGVES,& sicci agri proscindi,& apparari iā possunt. Sed boues meliꝰ collo q̄ capite iunguntur,quos,vbi ad versuram venerint,arator retineat,& iugū propellat,vt eorum colla refrigerentur. Sulcus autem in arationibus longior,q̄ centū viginti pedū esse nō debet. Seruādum vero est,ne inter sulcos nō mota terra relinquatur. Glebæ omnes dolabris dissipādæ sūt. Sed ęqualiter terram motā esse cognoscis,si transuersā per sulcos perticā mittas. Quæ res sæpius facta bubulcos ab hac negligentia submouebit. Obseruandū est,ne lutosus ager aretur,aut (quod sæpe fit) post longas siccitates leui imbre perfusus. Nā terra,quæ lutosa tractatur in primordio, fertur toto anno nō posse tractari. Quæ autē supra leuiter infusa est,& subter sicca si tunc aretur,asseritur per triennium sterilis fieri. Et ideo mediocriter infusus ager,vt ne lutosus, nec aridus sit,proscindi debet. Si collis est,trāsuersus p latera sulcetur. Quę forma tūc seruāda est,cū semē accipiet.

De ordeo gallatico serendo. T.IIII.

SI clemens fuerit hyems,ordeum gallaticū,quod graue,& cādidū est, circa idus ianuarias seramus locis temperatis. Octo modiis iugerum complebitur.

De Cicercula serenda T.V.

CICERCVLA hoc mense seritur loco læto, cœlo humido. Tres modii iugerum complent. Sed hoc genus seminis raro respondet, quia decipitur austro, vel siccitate dum floret, quod tunc prope necesse est euenire.

De vicia serenda cum disciplina sua. T.VI.

HOC mense vltimo colligendi seminis causa, non pabuli secandi, vicia seritur. Iugerum sex modii occupant. Serenda est in terra proscissa post horam secundam, vel tertiam, cum ros esse desierit, quem ferre non potest. Sed statim cooperienda est ante noctem. Nam si nuda manserit, noctis humore corrumpitur. Obseruandum est ne ante vigesimam quintam lunam seratur, quia sic satam limaces persequuntur.

De fœno græco serendo. T.VII.

FOENVM græcum in Italia colligendi seminis causa mense Ianuario vltimo circa februarias Calendas serimus. Sex modii iugero sufficiunt. Arandum est spisse, sed non alte. Nam si plus q̃ quatuor digitis obruatur, difficile nascitur. Iccirco quidam minimis aratris proscissa pri⁹ terra seminant, & sarculis statim sata cooperiunt.

De eruo serendo. T.VIII.

ERVVM seri & hoc mense nouissimò potest loco sicco, & macro. In iugero quinq; modii seruntur.

De sarriendis frumentis, & leguminibus. T.IX.

HOC mense serenis, & siccis diebus, dum gelicidium non est, sunt sarculanda frumenta. qđ opus pleriq; negant fieri debere, quia radices eorum detegantur, aut incidantur, & necentur frigore subsecuto. Mihi autem videtur herbosis locis tantum esse faciendum. Sed triticum, & far sarritur quatuor foliorum, ordeum quinq;, faba & legumina, cum supra terram quatuor digitis fuerint. Lupiuus vero, qui vnam radicem habet, si sarculetur, extinguitur, quod nec desiderat, quia herbas præter auxilium cultoris affligit. Faba autem si bis sarculetur, proficiet, & multum fructum, & maximum afferet, vt ad mensuram modii complendi fresa propemodum sicut integra respondeat. Si siccas segetes. sarculaueris, aliquid contra rubiginem præstitisti, maxime si ordeum siccum sarrietur.

De pastinandi generibus, & scrobibibus vitium. T.X.

PASTINVM fieri nunc tempus est. Quod fit tribus generibus, aut terra in totum fossa, aut sulcis, aut scrobibus. Terra tota debet effodi, vbi ager immundus est, vt syluestribus truncis & radicibus filicis, vel herbarum noxiarum spatia liberentur. Vbi autem mundæ sunt nouales, scrobibus pastinemus, aut sulcis. sed sulcis melius exit, quia humorẽ in tota spatia pastinata trãsmittunt. Fiunt ergo sulci tanta longitudine, quantam destinaueris tabulæ, latitudine pedum duorum & semis, vel trium, ita vt iuncti duo fossores designatum linea spatium bidentibus persequantur altitudinẽ trium vel duorum & semis pedum. Deinde si per homines vinea colenda est, tantum crudi soli relinquimus, & sic alter sulcus imprimitur. Si vero arandæ sunt vineæ, quinq;, vel sex pedum spatia, quæ non sunt fodienda, in medio relinquemus. Quod si scrobes fieri placeat faciemus tribus pedibus altas, duobus semis latas, tribus longas. siue fossoribus colantur vineta, seu bubus. eadem spatia, quæ inter sulcos sunt dicta, seruare debemus. Vltra vero tres pedes alti⁹ fodiendæ scrobes non sunt, ne laborẽt frigorore sarmenta, quæ pangimus. Latera scrobibus equaliter incisa sint, ne obliqua vitis sauciet ur alte nitentibus ferramentis cum fossor incumbet. Pastini vero, quod omne versabitur, trium vel duorum semis pedum altitudine terra vniuersa fodietur, in quo erit diligentia, ne crudum solum, fraude occulta, fossor includat. Quam rem subinde custos virga, in qua prędictæ altitudinis modus designatus est, per spatia, quæ fodiũtur, exploret. Radices omnes, & purgamenta, maxime rubi, & filicis in summum regeri faciat. Quæ cura in omni positionis genere, & vbiq; seruanda est.

De tabulis vinearum. T.XI.

TABVLAS autem pro domini volũtate, vel loci ratione faciemus, siue integrũ iugerum cõtinentes, seu medium, seu quartanariã tabulã, quæ quartã iugeri ptem quadrata conficiet.

De mensura pastini. T.XII.

MENSVRA vero pastini hæc est, vt in tabula quadrata iugerali, centeni octogeni pedes p singula latera dirigãtur, qui in se multiplicati trecẽtas vigĩtiquatuor decempedas quadratas per spatiũ omne cõplebunt. secundũ hunc numerum omnia, quæ volueris pastinare discuties. Decem & octo enim decempedæ, decies & octies supputatæ, trecentas vigintiquatuor explebunt. Quo exemplo doceberis in maiore agro, vel minore mensuram.

De solo, & cœlo, & loco pangendis vineis cõgruenti, & ea, quæ illuc pertinet, disciplina. T.XIII.

SED solũ vineis ponendis ne spissum sit nimis, nec resolutum, propius tamẽ resoluto: nec exile nec lætissimũ, tamẽ lęto proximum: nec campestre, nec præceps, sed potius edito cãpo: nec siccum, nec vliginosum, modice tamen rosidum: nec salsũ, nec amarũ, quod vitium sapore corrupto vina contristat. Cœlum mediocris qualitatis, tepidũ tamen magis q̃ frigidũ, siccum potius q̃ nimis imbridum. Sed ante omnia vitis procellas, ventosq́ꝫ formidat. Ad pastinandum rudes agros potius eligamus, vel maxime siluestres. Vltima conditio est eius loci, in quo fuerunt vetusta vineta. Q̃ si necessitas coegerit, prius multis arationibus exerceatur, vt abolitis radicibus prioris vineæ, & omni earũ carie, & squallore depulso, nouella vitis tutius possit induci. Tofus, & alia duriora, vbi gelu relaxantur, & solibus, pulcherrimas vineas ferunt refrigeratis æstate radicibus, & humore detento. Sed & soluta glarea, & calculosus ager, & mobiles lapides (si tamẽ hęc omnia glebis se pinguib⁹ miscuerint) & silex, cui terra superposita est, q̃a frigidus est, & humoris tenax, radices ęstate sitire non patitur. Item loca, ad q̃ de cacuminibus terra decurrit, vel valles, quas fluminũ saturabit aggestio, sed hoc in iis locis, quæ gelu, & nebulis infecta esse non possunt. Argillosa terra commoda est, argilla autem sola grauiter inimica, & cætera, quæ in generalibus dixi. Nã locus, qui misera virgulta produxerit, vel vliginosus, vel salsus, vel amarus, vel siticulosus, & arid⁹ reprobatur. Niger sabulo, & rubens vtilis est, sed cui fortis terra permista est. Carbũculus, nisi stercoretur, macras vineas reddit. In rubrica difficilius comprehendunt, q̃uis postea nutriãtur. Sed hoc genus terrę operibus inimicum est, quia paruo humore nimis madescit, & paruo sole nimis durescit. At maxime vtile solum est, q̃d inter oẽs nimietates temperamentum tenebit, & raro proximum, q̃ denso fuerit. Plagam cœli vinea spectare debet locis frigidis meridianã, calidis septentrionalem, tepidis orientem, si tamẽ austros, vel euros regio non habeat inimicos. Quod si hoc est vitium, melius in aquilonem, vel fauonium vineta dirigimus. Sed locus, qui pastinãdus est, prius impedimẽtis, & omnibus elisis liberetur arboribus, ne post calcatu assiduo terra effossa solidetur. Si campus est, duobus semis pedibus pastinetur: si cliuus, tribus: collis præruptus quatuor, ne citius terra decurrat vallis vero duobus pedibus. Sed ager vliginosus, qui humores altius fossus eructat sicut Rauẽnatis soli, non amplius q̃ in pedem semis effodiatur. Illud experimentis assiduis cõprehendi, vites melius prouenire, si vel statim fossæ terrę, vel non longe ante pangantur, cum tumor pastini nondum repetita soliditatę subsedit. Hæc quoq́ꝫ in faciẽdis sulcis, & scrobibus approbaui, maxime vbi mediocris est terra.

De hortis, in eo de lactuca, nasturtio, eruca, caulibus, allio, & vlpico T.XIIII.

MENSE Ianuario lactuca serenda est vel Decẽbri, vt planta eius Februario transferatur. Itẽ q́ꝫ Februario seritur, vt possit Aprili mense transferri. Sed certũ est eã toto ãno bene seri, si locus sit lætus, stercoratus, irriguus. Ante q̃ pãgatur, radices eius resecemus æqualiter, & liquido fimo linamus, vel quæ iam panctæ sunt, nudatę lætamen accipiant. Amant solũ subactũ, pingue, humidum, stercoratum. Inter has herba manu eleuanda est, nõ sarculo. Latior fit, si rara ponatur, vel cũ producere incipiet caulem, eo leuiter inciso gleba prematur, aut testa. Candidæ fieri putantur, si fluminis arena vel littoris freq̃ẽter spargatur in medias, & collectis ipsę foliis alligentur. Si vitio loci, vel temporis, vel seminis cito lactuca durescit, plãta eius auulsa, & denuo posita teneritudinem consequetur. Item multis seminibus condita nascetur, si caprini stercoris baccã subula subtiliter excauaueris, & in ea semẽ lactucæ, nasturtii, ocymi, erucæ, radicis immiseris. Tunc inuolutam fimo baccam terra optime culta breui scrobe demerseris. Raphan⁹ nititur in radicẽ, cætera semina in summo, lactuca pariter mergente, prosiliunt, singulorũ sapore seruato. Alii hoc ita assequũtur. Auulsæ lactucæ folia carpunt, quæ radicibus iuncta sunt, & in eisdẽ gradibus surculo punctis præter raphanum semina supradicta deponunt, ac fimo adliniunt. Sic obruta iterum lactuca prædictorum seminum caulibus ambietur. Lactuca dicta est, q́ꝫ abundantia lactis exuberet. Hoc mense nasturtium constat, & omni tempore esse ponendum, loco quali placebit, & cœlo. fimum non desiderat: humorem q̃uis diligat, tamen deesse non curat. Si cum lactuca seratur, nasci fertur egregie. Et nunc, & mensibus, quibus volueris, & locis, erucam serere nil moreris. Hoc etiam mense caules & toto anno seri possunt. sed melius aliis, in quibus ascriptum est. Hoc etiam mense allium, & vlpicum bene seritur, sed allio alba terra proficiet.

Lactuca bñ. Nasturtiũ. Eruca.

De pomis, in eo de sorbo amygdalo, nuce iuglande, & cæteris pomis. T.XV.

MENSE Ianuario, Februario, & Martio locis frigidis, calidis vero Octobri & Nouembri sorba feruntur egregie, ita vt matura in seminario ipsa poma pangantur. Ego expertus sum multas arbores ex pomis sponte progenitas; & in crescendo, & in ferendo extitisse felices. Plantas etiam si quis ponere voluerit, habebit arbitrium, dummodo calidis locis mense Nouembri, temperatis Ianuario vel Februario, frigidis Martio inclinante disponat. amat loca humida, montana, & frigidis proxima, & solum pinguissimum. cuius indiciũ certissimũ facit, si frequens vbicũq; nascatur. Planta est transferẽda robustior. scrobẽ desiderat altiorem, & spatia longiora, vt (quod maxime illi prodest) a ventis frequentibus agitata grandescat. Si vermes patietur infestos, qui in ea rufi ac pilosi, solent medullæ interna sectari, aliquos ex his sine arboris iniuria detractos vicino crememus incendio. Credũtur hoc genere vel fugere, vel perire. Si minus ferre cœperit, tedę cuneus eius radicibus inseratur, vel circa ptẽ vltimã fossa facta, cumulo ingesti cineris adæquet. Mẽse Aprili sorba inserũtur in se, in cydoneo, in spina alba, vel trunco, vel cortice. Sorba seruantur hoc genere. Lecta duriora, ac posita, vbi mitescere cœperint, fictilibus vsq; ad plenũ claudantur vrceolis, gypso desuper tectis, & bipedanea scrobe loco sicco sub sole merguntur ore puerso, & desup spissius terra calcatur. Item secta per partes siccãtur in sole, & seruantur in vasculis in hybernũ. Cũ voluerimus vti, aqua feruenti macerata reuirescunt sapore iucũdo. Aliqui cũ pediculis suis viridia lecta suspendunt locis opacis, & siccis. Item ex sorbis maturis sicut ex pyris vinũ fieri traditur, & acetum. Alii sorba in sapa afferunt diu posse seruari.

Plãtę q̃n ponendæ.

De amygdalo.

AMYGDALVS seritur Ianuario, & Februario. Item locis calidis Octobri, & Nouẽbri semine, & plantis, quæ de maiori radice tollũtur. Sed in hoc genere arboris nihil vtilius est, q̃ seminarium facere. Fodiemus ergo altam pede vno semis areã, in qua obruemus amygdala non amplius quatuor digitis, ita vt acumina figamus in terra spatio inter se binorũ pedũ separata. Amãt agrum durum, siccum, calculosum, cœlum calidissimum, & quia mature florere consueuerunt, ita statuendæ sunt, vt arbores ad meridiem spectent. Cum in seminario adoleuerint, relictis ibi quæ spatio sufficiant plantis, alias trãsferemus mense Februario. Sed ipsa amygdala ad ponendũ & noua legamus, & grandia, quę anteq̃ ponamus, pridie mulsa aqua, ita vt ne nimis maceremus, ne germẽ extinguat ex multo melle mordacitas. Alii prius fimo liquido per triduum nuces eas macerant. Deĩde die, & nocte esse patiũtur in mulsa, sed quæ suspicionẽ tantũ possit habere dulcedinis. Cũ in seminario amygdala disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mẽse rigem9, & herbis nascẽtib9 circũfodiẽdo sępe purgem9. Terra seminarii lætamẽ debet habere admistũ. Spatia ĩter arbores vigiti aut vigitiqnq; pedũ dedisse sufficiat. Putãdæ sũt Nouẽbri mẽse, vt superflua, & arida, & dẽsa tollamus. Seruãdæ sũt a pecore, quę si rodantur, amarescũt. Circunfodi nõ debẽt quoties florẽt, qa inde flos ei9 excutitur. In vetustate plus affert. Si ferax nõ est, tedę cuneũ terebrata radice mergamus, vel silicem sic inseramus, vt libro tegente claudatur. Locis frigidis, vbi metus est de pruina Martialis dicit hoc remedio subueniri. Anteq̃ floreant radices nudantur, & albi lapides minutissimi misti arenis congeruntur, & vbi iam tempus videbitur, vt debeant germinare, effossi iterũ lapides submouentur. Teneras nuces amygdalus creabit (vt dicit) si ante florem radicibus ablaqueatis per dies aliquot calida aqua ingeratur. Ex amaris dulces fiunt, si circũfosso stipite tribus digitis a radice fiat cauerna, per quam noxium desudet humorem, vel medius truncus terebret, & cuneus ligni melle oblit9 imprimatur, vel si circa radices suillũ stercus affundas. Amygdala ad legendũ maturitatem fatentur, cum fuerint spoliata corticibus. Hæc sine cura hominis seruant in longum. Si difficulter corium dimittent, paleis obruta continuo relaxabunt. Item decoriata, si aqua marina lauemus aut salsa, & candida fiunt, & plurimum durant. Mense decembri, vel Ianuario circa idus amygdalus inseritur, locis vero frigidis & Februario. Si tamẽ surculos condias anteq̃ germinẽt vtiles sunt, qui de summitate sumũtur. Inseruntur & sub cortice, & in trunco. Inseruntur in se, & in persico. Græci afferunt nasci amygdala scripta, si aperta testa nucleum sanum tollas, & in eo quodlibet scribas, & iterum luto, & porcino stercore inuolutum reponas.

De nuce iuglande T.XVI.

NVCEM iuglandem seremus extremo Ianuario, vel Februario, amat loca montana humida & frigida, plerũq; lapidosa. Potest tamẽ & locis temperatis iuuante humore nutriri. Serẽda est nucibus suis eo more, quo & amygdala feruntur, & iisdem mensibus. Sed quas Nouẽbri mẽse disponis, aliquatenus in sole siccabis, vt exiccetur noxium virus humoris. Quas vero mẽse Ianuario, vel Februario positurus es, aqua simplici pridie macerabis. Ponemus autem transuersas,

vt latus id est catina ipsa figatur in terra. Cacumen ipsum cũ ponimus nucem, in aquilonis partem dirigemus. Lapis subter, vel testa ponenda est, vt radicem nõ simplicet, sed repercussa respergat. Lætior fiet, si sæpius transferatur. In frigidis locis bima, in calidis trima transferri debet. Radices plantarũ (sicut in aliis arboribus solemus) in hoc genere resecare non debes. Fimo bubulo ima planta tingenda est, sed melius cinis aspergatur in scrobibus, ne calore stercoris aduratur. nã cinis creditur vel corticis teneritudinem procurare, vel fructuũ densitatẽ afferre. Altis scrobibus delectatur pro arboris magnitudine, & desiderat interualla maiora, quia stillicidiis foliorũ suorum proximis, vel sui generis nocebit arboribus. Debet aliquando circũfodi, ne caua fiat vitio senectutis, quæ si vitietur, canalis longus a summo trunco ad imum debet excudi, sic beneficio solis, & venti durescunt, quæ in putredinẽ transibant. Si dura nux erit, vel nodosa, cortex circũcidẽdus erit, vt vitium mali deducat humoris. Alii radicum sũma præcidunt. Alii terebratæ radici palum de buxo imprimunt, vel cuprinũ clauum, vel ferreum. Si tarentinam facere volueris, solam nucis carnem lana propter formicas obuolutam in seminario debebis obruere. Si ferentem iam in hoc genus velis mutare, lixiuo per annum continuũ ter rigabis in mense. Cortex in nuce dimissus, maturitatis indicium est qualis debet & poni. Nuces seruantur vel paleis obrutę, vel arena, vel foliis suis aridis, vel arca ex ligno suo facta inclusæ, & cępis mistę, quibus hanc vicissitudinem reddunt, vt eis acredinem tollant. Martialis se expertum dicit, virides nuces tantũ liberas putaminibus suis melle demergi, & post annum virides esse, & ipsum mel ita medicabile fieri, vt ex eo facta potio arterias curet, & fauces. Inseritur, vt pleriq; asserunt, mense Februario in arbuto, sed melius in trunco, vt alii, & in pruno, & in se.

De aliis pomis, quæ maxime per alios menses feruntur.

HOC mense tuberes inseruntur cydoneo. Nunc locis temperatis persicorum ossa ponũtur. & inseritur eadem persicus in se, in amygdalo, & in pruno, sed pruno armenia inseremus, & præcoqua. Nunc etiam prunus inserenda est ante q̃ gumminet, in se, & in persico. Et cerasus opportune inseretur agrestis.

De signandis animalibus, & lardi, & pernarum cõfectione, & echini, & rapis. T.XVII.

HOC mense (sicut Columella dicit) maturi agni, & animalia omnia minora atq; maiora, charactere signentur. Hoc tempore lardi, echini salsi, raporum condiendorum, & pernarum iusta confectio est.

De oleo myrtino. T.XVIII.

HOC mẽse ex baccis myrti oleum conficies hoc modo. Vnciam foliorum per olei libram vnã mittes, & per vncias.x.vini veteris stiptici heminam, & cum oleo bullire facies. Iccirco autem vino respergentur folia, ne frigantur ante q̃ decoquantur.

De vino myrtite. T.XIX.

ITEM eisdẽ baccis vinũ myrtite sic facies. In vini veteris sextariis vrbicis.x.mittis grana myrti confracta sextarios vrbicos.iii.quę sint decem & nouem diebus infusa. Postea expressis myrti granis colabis, & in eo vino medium croci scrupulum, & folii vnum scrupulũ mittis, & ex mellis optimi decem libris omnia temperabis.

De oleo laurino. T.XX.

ITEM ex lauri baccis oleũ cõficietur hoc modo. Lauri baccas q̃plurimas, & maturitate turgentes in aqua calida bullire facies, & vbi diu ferbuerint, olei quod ex se demiserint, supernatãtis vndam pennis leuiter cogentibus in vasa transfundes.

De oleo lentiscino. T.XXI.

LENTISCINI etiam olei matura confectio est, quæ fit taliter. Grana matura lentisci q̃plurima colligis, & vna die, ac nocte supra se aceruata esse patieris. Deinde sportam granis eisdem plenam cuicunq; vasculo superponis, & calida adiecta calcabis, & exprimes. Tunc ex eo humore, qui defluxerit, supernatans oleũ lentiscinum sicut laurinum colligetur. Memento autẽ (ne rigore possit astringi) aquam calidam sæpe suffundere.

De gallinarum partu. T.XII.

GALLINARVM partus fœcunditatem repetit hoc mense post brumalem quietem, & incipiunt ad educandos pullos oua supponi.

De cædenda materie. T.XXXIII.

HOC etiem mense cædenda materia est ad fabricam, cum luna decrescit, & ridicæ vel pali faciendi.

De horis. T.XXIIII.

HIC menſis in horarum ſpatio cū Decembri menſe conuenit,quarum ſic menſura colligitur.

Hora	I.	Pedes	XXIX.	Hora	VII.	Pedes	X.
Hora	II.	Pedes	XIX.	Hora	VIII.	Pedes	XII.
Hora	III.	Pedes	XV.	Hora	IX.	Pedes	XV.
Hora	IIII.	Pedes	XII.	Hora	X.	Pedes	XIX.
Hora	V.	Pedes	X.	Hora	XI.	Pedes	XXIX.
Hora	VI	Pedes	IX.				

PALLADII RVTILII

TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER TERTIVS

De pratis ſtercorandis,& lætamine ſaturandis T.I.

FEBRVARIO menſe locis temperatis prata incipient cuſtodiri,quę prius(ſi macra ſunt)ſparſo lętamine ſaturentur,quod eiiciendū eſt luna creſcente. Quanto recētius fuerit,tanto plus nutriendis herbis valebit, quod a ſuperiore parte fūdatur,vt ſuccus eius per totum poſſit elabi.

De proſcindendis collibus. T.II.

LOCIS tepidis,aut ſi clemens tempus,& ſiccū fuerit,colles pingues vel hoc mēſe proſcinde.

De ſatione trimeſtri. T.III.

HOC menſe ſerendum omne trimeſtrium genus.

De ſerenda lenticula,item cicercula. T.IIII.

HOC etiam menſe lenticulam ſeres ſolo tenui,& reſoluto,vel etiā pingui,ſed ſicco maxime, quia luxuria & humore corrumpitur . vſq; ad duodecimam lunam bene ſeminatur, quæ vt cito exeat,atq; grandeſcat,prius cum fimi ariditate miſcenda eſt, atq; vbi ita requieuerit quatuor,aut quinq; diebus,tunc ſpargitur.Iugerum modii vnius ſemen implebit. Hoc etiam menſe cicercula ſeritur,loco,& modo,quo ante deſcripſi.

De ſerendo cannabo. T.V.

HOC menſe vltimo cannabum ſeres terra pingui ſtercorata,rigua,vel plana, atq; humida,& altius ſubacta.In vno pede quadrato ſex eiuſdem ſeminis grana ponuntur.

De agris medicæ parandis. T.VI.

NVNC ager,qui accepturus eſt medicam,de cuius natura,cum erit ſerenda,dicemus, iterandus eſt,& purgatis lapidibus, diligenter occandus. Et circa Martias Calen.ſubacto ſicut in hortis ſolo,formandæ ſunt areæ latæ pedibus.x.longę pedibus quinquaginta,ita vt eis aqua miniſtretur,& facile poſſint ex vtraq; parte runcari.Tunc iniecto ātiquo ſtercore in Aprilem menſem reſeruentur paratæ.

De eruo ſerendo. T.VII.

HOC menſe toto eruum adhuc ſeri poteſt,quia martio ſerendum non eſt,ne paſtu ſuo pecoribus noceat,& boues reddat inſanos.

De procurandis vitibus,& arboribus,& ordeo gallatico ſerendo. T.VIII.

NVNC pomis,& vitibus vetus vrina ſi affundatur, & numero fructū præſtat, & formę.cui proderit,vt amurcā miſceamus inſulſam maxime in oleis.Sed hoc frigidioribus diebus āteq̄ feruor incipiat.Etiam nunc ordeum gallaticum,quod graue,& cādidum eſt, ſeretur locis frigidis circa Martias Calendas.

De ponendis vineis paſtino,vel ſcrobibus,aut ſulcis,& omni,quę illuc ptinet diſciplina. T.IX.

HOC menſe omnia genera paſtinati ſoli,ſeu ſulci, ſeu ſcrobes vitibus cōpleantur.Natura autem vitis cœlū omne, ſolūq; ſuſtētat,ſi genera conuenienter aptātur. Plano igitur loco ſtatues vitem,cuius genus nebulas ſuſtinet,& pruinas: collibus,qđ ſiccitatē durat,& ventos:pingui agro graciles,atq; infœcundas:macro feraces,& ſolidas:denſo vallidas,atq; frōdoſas:frigido,& nebuloſo,quę hyemē celeri maturitate pręueniūt,aut quæ duris acinis īter caligines ſecurius florēt: vētoſo ſtabiles,& tenaces:calido grani tenerioris,& humidi:ſicco eas,quę pluuias ferre nō poſſūt: & ne multa dicamus,eligēda ſūt genera,quę profeſſione vitiorū ſuorum cōtraria loca diligūt iis,

in quibus durare non poterunt. Placida sane regio, & serena tuto genus omne suscipiet. Vitiũ genera numerare non attinet, sed notum est maiores vuas pulchræ speciei, grani calosi, & siccioris ad mensam: feracissimas vero, & cutis tenerioris, & sapore nobiles, & maxime q̃ citius deflorescũt, vindemiis esse seruandas. Loca naturam plerisq; vitibus mutant. Sole animeæ vbicũq; sint, vinum pulcherrimũ reddunt. Calidum statum potius q̃ frigidum sustinebũt. De pingui ad macrũ transire non possũt, nisi stercus adiuuerit, Harum duo genera sũt, maior, & minor. Sed minor melius deflorescit, & citius, internodiis minoribus, & grano breuiore. Si arbori applicetur, pinguem terrã, si colatur in ordines, mediocrem desiderat. Imbres contemnit, & ventos, nam maior sæpe vitiatur in flore. Sunt & apianæ præcicipuæ. Satis est genera ista dixisse. Industrius vir probata deligat, & terris talibus mandet, quæ imitari eas possint, vnde sumũtur. Sic merita sua quæq; seruabit. Sed vitem, vel arborem melius erit de exili ad pinguem transferre. nam si a pingui terra ad solum exile trãsierint, vtiles esse non poterunt. Eligenda sunt sarmẽta, quæ pangimus de vite media, neq; de summa neq; de infima quinq;, vel sex gẽmarum spatio, a veteri procedẽtia, quia non facile degenerant, quæ de locis talibus transferuntur. Sumãtur autem de vite fœcũda, neq; putem⁹ brachia esse fertilia, quę vuas singulas, aut binas producũt, sed quæ multa vbertate curuantur. nã potest ferax vitis feraciores in se habere materias. Erit & hoc signũ fertilitatis, si de duro aliquo loco fructũ citabit, si fœtu impleuerit ramulos ex ima parte surgẽtes. Sed hoc signis positis per vindemias esse notandũ. Ad pangendum nouellus palmes debet eligi duri in se nihil habens, & veteris sarmenti, quia hoc putrescẽte sæpe corrumpitur. Sũma flagella repudiemus, ac surculos, qui licet bono loco nati sint, tamen feracitate caruerunt. Pampinarius, qui de duro nascitur, etiã si attulerit fructus, pro frugifero non est ponendus. in suo enim loco fœcũdatur a matre, translatus vero tenet sterilitatis vitium, quod nascendi conditione suscepit. Caput sarmẽti, cum deponitur, torquendũ non est, nec aliquo modo vexandum, nec demersa penitus fœcũdiore parte, quod sterili proximum est, supra terram relinquatur. deinde quoniam ipsa tortura vexatio est, & pars ea, de qua radix futura præsumitur, iniuriæ nulli subiicienda est, cũ qua contendere cogatur, ante q̃ teneat. Ponendæ sunt vites placidis diebus, ac tepidis. Curandũq; ne sarmenta sole vrãtur. Hoc mense ac deinceps toto vere vinea ponenda est regionibus frigidis pruinosis pinguibus cãpis, & humidis prouinciis. Sit autem mensura sarmenti cubitus vnus. Vbi pinguis est natura terrarum maiora inter vites spatia relinquemus, vbi exilis, angusta. Nonnulli itaq; in iis vitibus, quas toto solo pastinato disponunt, ternos pedes intra singulas vites quoquouersus dimittunt. Sed hoc genere diuisionis in iugerali tabula pangentur tria milia trecenta vicena vna sarmenta. Quòd si duos semis pedes inter vites relinqui placuerit, in eadem tabula ponẽtur vites quatuor milia septingentę quinquaginta tres. Sed ad ponendum vtemur hoc ordine. Lineam seruatis iis spatiis, quæ placuerit custodire, candidis signis, vel quibuscunq; notabimus. tunc tensa per tabulã linea, in eis locis surculos, vel calamos figemus, vbi vnaquæq; vitis ventura est. Ita spatiũ totius tabulæ surculis complebitur ad numerũ vitium futurarũ. atq; is qui pancturus est, proiecta circa surculos sarmenta sine vllo errore deponet. Præterea non est vno genere vitium omne pastinũ conserẽdũ, ne annus iniquus generi spem vindemię totius extinguat. Et ideo quatuòr, aut quinq; eximii generis sarmenta pãgemus. sed maxime expediet genera tabulatim disponi, & decimanis diuidi, nisi deterreat operis difficultas. Q₂ si est vetus vinea, singulorum generum surculis tabulatim poterimus inserere: & facile hoc genus colendi, quod est pulchrum, atq; vtile consequemur. Ita & maturitatis, & floris tempora, quæ in vite diuersa sunt, suis temporibus opportunius obtinere poterimus. Nec paruo constabit, si legatur maturitas cum acerbitate, dispendium, cum vnius tempestiuam vindemiam sequi, sit permista cruditate vitiosum, & alterius seras maturitates expectare damnificum. Huic commodo adiicitur, quod pro generum diuersitate per gradus accedente vĩdemia minor operarum numerus eam poterit expedire, & generatim condere, ac melius puros sapores sine luctamine alterius generis vnaquæq; vina seruare. Hoc si difficile videbitur, non alias simul conseras, q̃ quæ & sapore, & flore, & maturitate conueniunt. Sed hæc in pastinis, vel sulcis ratio erit, in scrobibus vero per angulos .iiii. sarmenta deponis. Sed (vt asserit Columella) vinaceã stercori mistam simul sparges, & si exile solum fuerit, pinguem terram scrobi inferes, vel aliunde portatam. Cum vero plantam, vel malleolum disponimus, modice humido solo, sed potius arido q̃ lutoso, duabus gemmis supra terram relictis sarmenta ponemus obliqua, & sic facilius comprehendent.

De arbustis vitibus, & plantis arborum vitiferarum. T.X.

QVOD si arbustum te habere delectat, plantam generosæ vitis prius in seminario nutrire debebis, vt inde radicata transferatur ad scrobem, cui arbor iniuncta est. Seminarium vero dicimus æque fossam tabulatam pedum duorum semis altitudine. In hac, quam pro numero ponendarum vitium, vel qualiumcunque plantarum protendis, aut contrahis, breuissimo spatio distantia inter se sarmenta depones. si vallis, aut humectus est campus, trium gemmarum exceptis minutis, quas habebit inferius. & vbi conualuerint, hinc post biennium radicatas vites, vel arbusculas transferas. quas cũ depones in scrobe, ad singulas materias rediges putatis omnibus, quæ scabra sunt, curtatis etiam radicibus, si quas potueris inuenire vexatas. In scrobe autem ad arbustũ faciendum duas radicatas vites deponis, hoc seruans, ne se in radice cõtingant. sed lapides quinũ prope librarum medios in vtramque constitues, & ipsas vites ad scrobis latera discreta coniunges. Magno asserit, scrobem non primo anno esse complendam, sed subinde coæquandam. quæ res vitem faciet altius fundare radices. sed hoc aridis prouinciis forte conueniet, humidis autem sata putrescent recepto humore, nisi statim terra cumuletur. Sed arbusta qui faciet, plantas arborum de his generibus ponat, si agro suppetit abundantia, opulo, vlmo, fraxino in montanis, & asperis, in quibus vlmus minus læta est. Has etiam Columella dicit, seminario debere nutriri. Mihi videtur, quod nulla prouincia sit, quæ non ex his quancunque spõte producat. Plantas etiam maiores de locis quibuscunque translatas, vel eorum generum truncos radicatos hoc tempore circa scrobem vitis oportere constitui. Sed si ager frumentarius fuerit, vbi arbusta disponis, quadragenos pedes inter arbores relinque, vt seri possit, in exili autem vicenos. In scrobe vero vitis ab arbore sua sesquipedis spatio distare debebit. Nam vitis multum subiecta arbori, incremento arboris opprimetur. Caueis etiam munienda est aduersum pecoris appetẽtis iniurias, & arbori suę protinus alligãda. Est & aliud de transferenda ex arbusto vite compendium. Fit ex vimine parua corbicula, quę mẽsura pedis, vel aliquanto minus circini spatio possit amplecti. Hæc ad arborem, cui vitis inhæret, fertur, & in fundi media parte pertunditur, quo sarmenti virgam possit admittere. Inducto itaque sarmento vitis eius, de qua transferre disponis, corbicula ipsa ex aliqua arboris parte suspenditur, & viua terra replet, vt sarmẽtũ terra possit includi, quod sarmentũ prius intorquet. Ita exacto ãnui temporis spatio, sarmentũ, quod clausum est, radices creabit intra prædictã corbiculã. Tunc sub fundo corbis incisum radicatũ sarmẽtũ cum ipsa corbe portabitur ad locum, quem vitibus arbustiuis destinabis implere, ibique obruetur circa arboris maritandæ radices. Hoc genere quantũ volueris numerum vitium transferes sine ambiguitate prehendendi.

De vineis prouincialibus. T.XI.

VINEÆ in prouinciis multis generibus fiunt. Sed optimnm genus est, vbi vitis velut arbuscula stat breui crure fundata. Hæc primo calamo iuuatur, donec solidetur. sed altior sesquipede esse non debet. vbi robusta fuerit, sola consistet. Aliud genus est, in quo cannis pluribus circa dispositis ipsa vitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur ipse sequentes. Vltimæ positionis vitis est, quæ per terram proiecta discumbit. Hæ omnes & scrobibus pouũtur, & sulcis.

De putandis vineis cõmunibus, altis, vel humilibus. T.XII.

HOC mense locis frigidis aliquatenus, & temperatis, vitium iusta putatio est. Sed vbi multæ sunt vineæ, diuidantur, & pars earum, quæ septentrionem respiciet, verno putetur. alia pars aduersa clementioribus plagis recidatur autumno. Sed in putatione semper nitamur, vt vitis fiat in crure robustior, neue debili viticulæ duo duramenta seruemus. Auferẽda sunt lata, intorta, debilia, malis locis nata sarmenta. Focaneus etiam, qui inter duo brachia medius nascitur, debet abradi. qui si pinguitudine sua brachiũ, quodcunque proximum debilitauerit, illi deciso ipse succedat. Erit tamen optimi putatoris, inferius sarmentum, quod bono loco natum fuerit, reparãdę vitis causa semper tueri, & ad vnã, vel duas gemmas relinquere. In locis clementioribus altius vitem licebit expandere, in exilibus, aut æstuosis, aut decliuibus, aut procellosis humilior est habenda. Loris pinguibus singulis brachiis vitium bina flagella dimitte. Sed erit sapientis æstimare vim vitis. Nam quæ altius tollitur, & fœcunda est, plus quam octo palmites habere non debet. ita vt cõseruemus semper in inferiore parte custodem. Circa crus quicquid nascitur, amputandum est, si nõ desideret vinea reuocari. Quòd si truncus vitis sole, aut pluuiis, aut noxiis aĩalibus est cauatus, purgamus quicquid est mortuum, plagasque eas amurca linimus, & terra: quod proderit aduersum prædicta. Cortex etiã recisus, & pẽdens a vite tollatur: quæ res minorem fecem reddit in vino. Muscus radatur vbicunque repertus. Sed plagæ, quas in duro vitis accipiet, obliquę, & rotũdæ esse debebũt. Decisis, sicut supra dixi, male natis oĩbus & veteribus, nouellos, & fructuarios serua-

Vngues etiam custodum siccos,& annotinos recide,& omnia,quæ vetera,vel scabra reperies.Illæ quæ altius coluntur,vt in iugo,vel pergula,vbi quatuor pedibus supra terram leuatæ steterint, quaterna brachia habeāt.Si macra vitis erit, in singulis brachiis singula flagella dimittimus,si pinguis,bina.Sed prouidendum,ne in ima parte sint sarmenta,quæ seruas. Quod cū fit,vitis tanq̃ si fulgure tangatur,arescit.Relinquenda sunt sarmenta neq; circa durū,neq; in summo,quia,hæc velut pampinaria minus afferunt.illa vitem nimietate fœtus onerant,& longius ducunt.Quare in medio loco seruanda sunt,quæ tuemur.Plaga non iuxta gemmam, sed aliquāto superius fiat, & auertatur a gemma propter lachrymam defluentem.

De putatione arbusti. T.XIII.

VITIS,quæ in arbore collocatur,prima eius materia ad secundam,vel tertiam gemmā præcidatur.Deinde omnibus annis aliquid per ramos crescere subinde patiamur,vnam materiam semper ad cacumen arboris dirigētes.Sed qui fructum volūt maximum,materias plures per ramos submittunt.qui vinum melius,sarmēta in cacumen extendunt. Fortioribus ramis arborū plures materiæ.debilioribus imponendæ sunt pauciores.Putandi autem ratio talis est,vt & vetera sarmēta,quibus primi anni fructus pependit,omnia recidantur,& noua circuncisis capreolis, & ramulis inutilibus dimittantur. Sed prouidendū est,omnibus annis vitem re solui,ac religari,qa refrigeratur.Ita formandi sunt rami arborum vitiferarum,ne alter sub alterius linea dirigatur, sed loco pingui vlmus a terra octo pedibus,gracili vero septem sine ramo relinquenda est.In solo roscido,& nebuloso rami arboris vitiferæ in orientem & occidētem putatione dirigantur, vt latera vacua solis radiis membra totius vitis ostendant.Agendum est autem,vt vitis spissa nō sit in arbore,& deficientibus primis arboribus substituēdę sūt aliæ.In loco cliuoso humilius rami arborū seruandi sūt,in plano & vliginoso altius.Palmites ad arborem nō duro vimine ligentur,ne eos vinculum recidat,aut atterat.Hoc autem noueris,quia palmes qđ extra ligaturam pendēs habuerit,fructum induet:quod infra ligaturā,materiæ sequentis anni deputabit.

De prouincialibus vineis putandis. T.XIIII.

VITES,quas prouinciali more velut arbusculas stare dixi,si instituere velis,ramos a quatuor partibus his relinques,& in eis brachiis sarmēta ꝑ vitis possibilitate seruabis.Vites aūt quæ cannis in orbem cinguntur,sic putentur,quemadmodū eæ,quæ nituntur ridicis,aut palis.Illę vero,quæ sine amminiculis iacent,quod pro sola indigentia faciendū est, vel necessitate ꝓuinciæ, primo anno duas gemmas,deinde plures habebunt.Sed huius generis vinea strictius est putāda.

De nouellæ vitis putatione. T.XV.

NOVELLAM vitem Columella dicit a primo anno ad vnam materiam esse formandā, nec recidendā totā, sicut Italiæ consuetudo est. Anno secūdo expleto,quia vel intereāt vites in totum recisæ,vel infœcunda sarmenta producant,quæ amputato capite velut pampinaria de duro coguntur exire,quare iuxta ipsam commissurā veteris sarmenti,vnā vel duas gemmas cēsem⁹ relinquendas.quod est merito in viticula fortiore seruādum,& sane excipiendā calamis nouellam vel exiguis palis,vt tertio anno robustiores possit accipere.Nā quadrima nouella,vbi lætum solum est,tres materias merito nutrire cogetur.Statim post putationem sarmēta decisa a vineis,& rubi,& impedimentum fossoris omne tollatur.

De propaginibus. T.XVI.

HOC etiam mense propagandæ sunt vites.sed vetus & exesa vinea,cuius duramenta longe processerunt, vt Columella dicit,mergis melius reparabitur,q̃ si infossione totius corporis obruatur.quod agricolis certum est displicere.Mergum dicimus quoties velut arcus supra terrā relinquitur alia parte vitis infossa.Nam(vt ait Columella)cum totę stratæ sunt,plurimis radicibus totius corporis fatigantur.Mergi vero post biennium reciduntur in ea parte,quæ supra est & in loco iustas vites relinquūt.Sed(vt agricolæ asserunt)post biennium si recidas, plerunq; infirmas habent radices,& repente simul pereunt. Mergus.

De insitionibus. T.XVII.

HOC mense calidis,& apricis locis optime celebratur insitio,quæ fit tribus generibus. Sed ex his duo nunc fieri possunt,tertium reseruatur æstati.Sunt autem genera inserendi hæc aut sub cortice,aut in trunco,aut emplastro.Inseremus ergo sic.Arborem,vel ramum in loco,qui nitidus est,& sine cicatrice,serra recidemus non læso cortice.Post serraturam plagam ferramētis acutis incidamus.Inde quasi cuneum tenuem ferreū,vel osseum maxime leoninum inter corticē & lignū tribus prope digitis cōsiderāter deponimus,ne corticis fascia dissipetur,& in eū modum

subducto cuneo.statim surculũ mergimus vna parte decisũ salua medulla,& cortice partis alteri us,qui supra arborẽ sex vel octo digitis emineat. Duos,vel tres,vel plures surculos pro trũci q̃litate constituimus,quaternis digitis vel amplius inter eos spatium relinquimus. tunc iunco,aut vlmo,aut vimine stringimus, & supra lutum musco tectũ ponemus, ac ligabimus, vt quatuor digitis super lutũ possit surculus eminere. Plerosq; delectat strictum primo sectæ arboris truncum vinculis arctioribus in medio findere,& ibi surculos ex vtraq; parte rasos in modũ cunei,vt integra sit medulla demergere pręmisso ante cuneolo.quo subducto depositus surculus redeunte in plagã materia possit astringi.Sed hoc vtrunq; genus vernum est,& fit crescente luna, vbi incipit gemma arborum turgescere.Surculi autem,qui inserendi sũt, sint nouelli, fertiles, nodosi,de nouo nati,ab orientali arboris decisi,crassitudine digiti minoris,bifurci,vel trifurci,gemmis pluribus vberati.Si arborem minorem desiderabis inserere,in qua sine dubio meliora incrementa prouueniunt,circa terram secato.& q̃d melius est,surculos inter lignum corticemq; depone,tunc stringe.Quidam rasum ex vtraq; parte surculum conuenientẽ soliditati arboris inserendæ sic in medio deponunt,vt cortex surculi vndiq; cortici arboris reddatur æqualis.Sed in nouella arbore terra mota vsq; ad ipsum insitum colligatur,quæ res eam a vento,& calore defendet.Michi asseruit diligens agricola omne insitum sine dubio comprehendere,si depositis surculis viscum non temperatum in ipsa plaga pariter mergamus,quasi glutino quodam succos materiæ vtriusq; mistură.De emplastratione suo mense dicemus.Quartũ genus Columella sic retulit.Gallica terebra vsq; ad medullã arborem perforãdã,plaga interius leuiter inclinata.Ibi educto omni scobe,vitẽ,vel ramũ ad modũ foraminis impressi delibratum,succidũ tamẽ,& humentẽ stricte imprimi vna aut duabus gemmis foris relictis tunc argilla , & musco locum diligenter operiri. Ita & vites in vlmo inseri posse commissas. Hispanus quidam mihi hoc genus nouæ insitionis ostendit, q̃d ex persico se asserebat expertum.Salicis ramũ brachii crassitudine,solidum,lõgum cubitis duobus,aut amplius terebrari iussit in medio,vt plantã persici in eodem loco,in quo consistit,spoliatã ramis omnibus solo capite relicto.per ipsum saligni manubrii foramen induci. tunc eundem salicis ramum terræ capite vtroq; demerso,in arcus similitudinem debere curuari,foramẽ luto,musco,vinculis stringi,anno deinde exempto,vbi infra medullam salicis caput plantæ sic cohæserit, vt vnitas sit ex duobus mista corporibus,plantam subter incidi,atq; transferri,& aggerari terram,quæ arcũ salicis cum persici cacumine possit operire.hinc persici poma sine ossibus nasci.sed hoc locis humidis conuenire,vel riguis,& salices aquationibus adiuuãdas, vt & natura ligni vigeat,quæ delectatur humore,& superfluentem copiam succi germinibus ministret alienis.

Surculi q̃liter iserendi.

De instituendis oliuetis. T.XVIII.

HOC mẽse locis temperatis instituemus oliueta,quæ vel pastinis conserenda sunt,vt extremas circa decimanũ tabulas cingant,vel suum locum tenebunt.Si ponuntur in pastino,radicatæ plantę decisis capitibus,& brachiis,& in truncum redactæ vsq; ad mensurã cubiti vnius & palmi in fermento terræ fossę defigantur,locum palo antea deprimente ordei grana subter iacientur,& amputetur iis quicquid putridi inuentum fuerit,aut arẽtis, & tunc amputata capita luto velentur,& musco,vlmeis vinculis,vel tenacibus quibuscũq; constricta.Sed maximũ beneficium est,vt proficiat incremento,si rubrica partes notentur,quibus obuersæ steterunt, & contra eas simili ratione ponantur.Sint a se discretæ pedibus quindecim,vel viginti. Oĩs subinde circa eas herba vellatur.& quoties imber se iufuderit,breuissimis,ac frequẽtissimis fossionibus solicitetur.Et subinde ducta a trũco terra,atq; pmista in aliquãto altiores cumulos congeratur.Quod si oliuetum suo loco facere volueris,hæc gñа terrarum sequeris.Terram,cui mista sit glarea,aut cretam sabulonis coniunctione resolutã,aut pinguem sabulonem,aut terrã naturæ densioris & humidę.Creta figuli oĩno repudianda est, & vliginosa,& in qua semp humor assistit, & sabulo macer.& nuda glarea. Quis enim cõpræhendat,non conualescit.Potest seri & vbi arbutus,aut ilex steterat.Nam cerrus,& æsculus excisa radices noxias relinquit,quarum virus oleã necat.Locis ęstuosis septẽtrionali colle,frigidis meridiano gaudet.Mediis cliuis delectatur. Neq; imũ locũ neq; arduũ patitur,magis modicos cliuos diligit.sicut est regio sabina,vel bætica. Baccarũ genus numerosum est,& plurĩũ vocabulorũ,sicut pausia,Orchis,Radius,Sergia,Licinia,Cominia,& cæteræ,quas noĩare nõ attinet.Pausia tñ oleũ,q̃d reddit,dũ viride est,optimũ est,sed cito vetustate corrũpit.optimũ Licinia dat,plurimũ Sergia.Sed de his hęc generaliter pręcepisse sufficiet,maiores baccas cibo,minores oleo pfuturas.Si frumẽtari9 ager est,quẽ cõserimus oliueto,quadragenis inter se pedibus distẽt,si macer vicenisquinis.Melius faciemus,si ordines in fauoniũ dirigam9.Cũ

deponẽtur, in scrobes siccas cõstituantur quaternis pedibus fossas. Glarea etiã vbi lapides defuerint, misceatur, & stercus. Si clausus locus est, modice supra terrã, quę ponũtur, emineãt. si pecora formidantur, altiores trũci esse debebũt. In siccis vero ꝓuinciis cũ pluuiæ desũt, rigare cõueniet. Si prouincia indiget oliuetis, & nõ est vnde plãta sumatur, seminariũ faciẽdũ est. i. tabula effossa, sicut superius dixi, vt ibi (sicut Columella dicit) rami serra incisi in modũ sesqpedalẽ deponãtur. Inde post qnquẽniũ poterit valida plãta trãsferri, & locis frigidis hoc mẽse plãtari. Scio plerosq; qđ facilius, atq; vtilius est, radice oleastri, quę in syluis plerũq; sunt, aut in locis desertis, in cubitalem mẽsuram recisas, aut in seminario, si placuerit, aut in oliueto solere disponere, & admistione stercoris adiuuare. Quare ꝓueniet, vt ex vnius arboris radicibus numerosa plãta nascatur.

De pomiferis, & spatiis earũ generale præceptum. T.XIX.

ETIAM pomiferas arbores possumus in pastinis a septẽtrionali regione disponere, de quib⁹ sigillatĩ dicem⁹, quæ specialiter sũt tenẽda. nã pomis eadẽ cõuenit terra, quę vitibus. Scrobes autem maiores facies, vt materiæ profit, & fructui. Si pomariũ facies, inter ordines tricenos pedes relinques. Plantas statues radicatas, qđ est melius sed seruabis, ne cacumina aut manu fracta, aut erosa non crescãt. Vnũquẽq; ordinẽ suo generi deputabis, ne infirmæ a valentioribus opprimãtur. Plantas similiter notabimus, vt ipsis, quibus steterãt cardinibus, opponamus. De cliuo sicco & exili, in planũ, pinguem, & humidũ transferemus. Si truncos ponere volueris, supra terram prope tribus pedibus erigantur. Vbi duas in vna scrobe plantas deponis, cauẽdum est, ne se contingant, nã vermibus interibunt. Sed (vt Columella dicit) feraciores sunt, quæ seminibus, hoc est nu ibus suis, quàm quę plãtis ponũtur aut ramis. Vbi regio siccior est, aquationibus adiuuẽtur.

De fodiendis, palandis, & ligandis vitibus, vel lętãdis arboribus. T.XX.

NVNC locis maritimis, & calidis fodiẽdę sũt vites, vel (si hæc prouincię cõsuetudo est) exarãdæ, & ĩ eisdẽ locis palãdę, aut ligãdæ sunt vineæ pri⁹, q̃ gẽma procedat, cuius cõcussione vel attritu incurritur grãde dispendiũ. Nũc oleæ, cęterę q; arbores lætamen accipiunt decrescẽte luna. Sufficiet autẽ maiori arbori vehes vna, minori media, ita vt subducta a radicibus terra, & fimo pmista, reuocetur. Tempore hoc siquæ sunt in seminariis plantæ, circunfodiendę sunt, & amputandi eis rami superflui, vel radiculæ, quas circa in superiore parte miserunt.

De rosis, liliis, croco, violis conserendis. T.XXI.

HOC mense rosaria cõseremus, quæ sulco breuissimo, aut scrobibus põnẽda sunt, vel virgul tis, vel etiã semine. Semina autem rosarũ non putemus medios, flosculos esse aurei coloris, quos rosæ ferũt: sed baccas nutriunt, quas in breuissimi pyri similitudinem plenas seminib⁹ post vindemiam reddunt maturas, quarũ tamẽ maturitas ex colore fusco, & mollicie poterit ęstimari. Si qua etiam sunt antiqua rosaria, hoc tẽpore circũfodiuntur sarculis, vel dolabris, & ariditas vniuersa reciditur. Nunc & quę rara sunt, possunt ducta virgarũ propagine reparari. Si rosam temperius habere volueris, duobus palmis ab ea in gyrũ fodies, & aqua calida bis rigabis in die. Nunc & liliorũ bulbos ponemus, vel lilia ante habita sarriemus summa diligẽtia, ne oculos circa radicẽ nascentes, & minores bulbulos sauciemus, qui a matre subtracti, atq; in alios digesti ordines noua lilieta formabũt. Itẽ violarũ plantę, & croci bulbi serendi sunt, vel subtiliter (si fuerãt añ) fodiẽdi.

Rosa. Lilia. Viola.

De lini semine serendo T.XXII.

HOC mense aliq lini semẽ lęto solo in iugerũ. x. modios spargunt, & lina consequũtur exilia.

De cannetis, & asparagis, & plantis salicũ, & genestę, & seminariis myrti, & lauri. T.XXIII.

TEMPORE hoc canneta ponenda sunt factis breuissimis scrobibus, & oculis cannarum per singulas scrobes obrutis, qui semipedis spatio inter se distare debebunt. Si calidæ, & siccę ꝓuinciæ studemus, valles humidas, vel irriguas opus est deputare cannetis. Si frigida regio est, locis mediis instituantur, sed succo villarum subbitis. Inter hęc asparagorum etiam semina spargere possumus, vt mista nascantur, quia & asparagi coluntur, & incenduntur eo more, quo cannæ. Sed si sunt antiqua canneta, hoc tempore sarrientur, recisis, quæ in radice purganda sũt, id est putribus male porrectis, & siqua gignendi oculos non habebunt. Nunc salicis plantas, & omniũ generum, quę arbusto applicandæ sunt, vel genestas (vbi deerunt) obruemus. Ex baccis etiam myrti & lauri seminaria faciemus, vel si fuerant, excolemus.

Canneta. Asparagi.

De hortis. T.XXIIII.

CIRCA Idus Februarias sepes hortorum ex congesto in funibus spinarum semine faciendæ sunt, sicut dictum est, cum de munimine loqueremur hortorum. Item Gręci dicũt de crassa rubi virga fieri debere particulas, & palmaribus scrobibus obrui, & quotidie (donec frondeant)

fossione,& rigatione nutriri. Hoc mense lactuca seritur, vt possit Aprili mense transferri. Itẽ carduus seretur,& nasturtiũ,& coriandrũ,& papauer, sicut mense Nouembri,& allium, & vlpicum.
Saturcia. Nunc saturcia seritur pingui agro nõ stercorato, sed aprico, vel melius mari ꝓximo,& cũ cepullis
Cepullæ. mista semināntur. Hoc etiam mẽse cepullas seris, sed constat & vere, & autumno esse seminandas. Si semen eius seueris, in caput crescit & minus reddit in semine. Si capitulum ponas, ipsum mace-
Cepæ. scit,& multũ semen educit. Terram sepæ desiderant pinguem, vehemẽter subactam, irriguam, stercoratam. Ibi areas faciemus omnibus herbis & radice purgatas. Seremus placido, & sereno die, maxime austro, vel euro flantibus. Si minuẽte luna serantur, tenues,& acriores proueniunt: si crescẽte, robustę,& saporis humecti. Rari⁹ sunt ponẽdę, rũcãdę, ac sarculãdæ sunt sępi⁹. Si capita voluerimus his esse maiora, folia omnia debemus auferre,& sic succus ad inferiora cogetur. De quibus vero semina colligenda sunt, iuuentur amminiculis, vbi caulẽ cœperint excitare. Cum niger color seminis fuerit, præferunt maturitatis indicia. Vellendi sunt thalli adhuc semisicci cũ semi-
Anetum. ne,& sic in sole siccandi. Hoc mense anetũ seres locis frigidis. Omnẽ cœli statum patit, sed tepidiore lætatur. Rigetur, si se imber abstineat. seratur rarius. Aliqui semen eius non obruũt, opinãtesq;
Sinapi. a nulla aue tangatur. Nũc & sinapi serere possumus. Hoc etiã mense caules seremus, qui & toto anno seri possunt. solũ pingue,& satis subactũ diligũt. argillã,& glareã timẽt, sabulone & arenis non delectãtur, nisi perennis vnda succurrat. Omnẽ cœli statum caulis patitur, frigidum magis. Contra austrum positi citius ferunt, contra septẽtrionem serius. Sed hic caulis & sapore & robore vincit. Cliuis delectatur,& ideo ponendæ sunt plantæ per puluinos areatũ. Gaudet stercore,& sarculatione. Rarius positus conualescit. Celerius coquitur virore seruato, si dum est trium vel quatuor foliorum nitrũ tritũ cribello desuper spargas,& speciem pruinę cãdentis imitetur. Columella dicit plantarum radices alga marina inuoluendas seruãdæ viriditatis causa fimo simul adhærente. Ponendæ sunt plantæ maioris incrementi, quia licet serius comprehendant, fortiores fient. Si hyems est, tepido iam die, si æstas, cũ sol in vesperã declinatur, planta pangẽda est. Vastior fiet, si terra operiatur assidue. Semen brassicæ vetustum mutatur in rapa. Hoc mense post Idus
Asparagi. spongias aspagorum vel nouas formare incipiemus ex semine, vel antiquas ponemus. Mihi etiã illud vtile videtur, ac diligens, vt asparagi agrestis radices plurimas in vnum locum congeramus cultum, vel certe saxosum, quæ statim fructum dent ex loco, qui aliud nil alebat,& has annis omnibus incendamus in scopis, vt fructus frequẽtior surgat,& fortior. Hoc autem genus est sapore
Malua & Menta. iucundius. Nunc etiã malua seri potest. Mẽtã quoq; seri plantis, vel radicibus potest loco humido vel circa aquas. Apricum solum nec pingue, nec stercoratum desiderat. Hoc mẽse fœniculũ seres
Fœniculum Pastinaca. loco aprico,& modice saxoso. seritur primo vere. Pastinaca & semine ponetur,& plantis loco pin-
Cunela. gui, soluto altius pastinato, rarã statues, vt robur accipiat. Cunela etiam nũc seritur,& colitur eo
Cęrefolium more, quo allium, vel cepulla. Nunc cærefolium locis frigidis post Idus seratur, desiderat agrum
Beta. lætum, humidum, stercoratum. Hoc mense betam seremus, q̃uis possit & tota æstate seminari. Amat agrum putrem, humidum, lætum. Transferenda est quatuor, aut quinq; foliorum radicibus
Porcus. Sectilis & fimo recẽti oblitis. Amat frequenter effodi,& multo stercore saturari. Hoc mẽse porrus serẽdus:
Capitatus. quem si sectilem velis, post duos menses, q̃ satus est, poteris desecare manentem in areis suis, q̃uis afferat Columella etiam sectiuum diutius duraturum, melioremq;, si transferatur,& quoties secabitur, aqua iuuetur,& stercore. Si capitatum facere velis, quod vere seueris, Octobri mense trasferre debebis. Serendus est loco læto,& maxime campestri, area plana pastinata alte, & diu subacta, & stercorata. Si sectiuum velis, spissius: si capitatum, rarius seris. Sarculo frequentandus est,& herbis liberandus. Cum digiti crassitudinem habuerit, a media parte præcisis foliis,& trũcatis radicibus trãsferatur, oblitus fimo liquido quaternis, vel quinis digitis separetur. Cũ radices aget, modice comprehendendus,& alleuandus est sarculo, vt suspensus a terra quod spatii vacuum subter inuenerit, capitis vastitate cogatur implere. Item plura semina in vnum ligata si deposueris, grandis porrus nascetur ex omnibus. Item si capiti eius rapę semen immittas sine ferro,& pãgas, multum fertur increscere. melius si frequenter hoc facias. Hoc mense inula seritur, quo cãueta po-
Inula. nuntur. Seritur oculis sicut calami, quos abscindere,& terra leuiter debemus obruere, terra fossa, & subacta, excitatis ad lineam puluinis, quibus eius oculos oportet infodere, trium pedum inter
Collocasiæ bul. se spatio separãtur. Hoc mẽse colocasię bulbos ponemus. Amãt humidũ locũ, pinguẽ, maxime irri-
Citreta. guũ. Circa fõtes lętantur,& riuos, nec de soli qualitate curãt, si ꝑpetuo foueantur humore. Frõdere ꝑpe semper possunt, si tanq̃ citreta tegumẽtis defendãtur a frigore. Hoc mense cyminũ,& anisum seritur loco bene subacto,& cui lętamẽ admisceas. Quod satum est, herbis purgetur assidue.

De pomis,& primo de pyro. T.XXV.

PLANTAS pyrorum mense Februario locis frigidis ponemus, calidis vero Nouẽbri.sed mẽse Nouembri pyra locis tepidis conserenda sunt,vt solo iuuentur irriguo, ita & florem plurimũ proferent,& magnitudinem pomi turgentis acquirent.Nasci tamẽ tali solo maxime diligunt,quale vinetis diximus conuenire,sed læto solo & validas arbores,& fructus plurimos cõsequemur. Lapidosi generis pyra vitium mutare creduntur,si terris mollibus cõserãtur. Sed pyrũ plantis serere ꝑpe tardus euentus est,tñ quibus hoc placuit,vt semina generosa nihil sibi de agresti asperitate permisceant.plantas bimas,aut trimas eo more,quo oleę ponũtur,radicatas magnis scrobibus ponãt,supra terrã tribus altas & quatuor pedibus. quarũ decisa cacumina argilla mista muscus debet operire.Nã siquis pyrorũ semen aspergat, nasci quidem necesse est, originem suam refouente natura,cuius æternitati nulla tarditas potest afferre fastidium. sed homini hoc expectare longinquum est,cum & sero veniãt,& de generis nobilitate decedãt.Melius ergo hoc mẽse Nouembri fiet,vt pyrorũ plantas radicatas seramus agrestiũ,subactis bene scrobibus, vt cum prehenderint,inserantur.Hoc autem interest,ꝙ quæ plantis suis serũtur,dulcedinem ac teneritatem seruant,diu tamen seruata nõ durant,insita vero moram tẽporis sustinebũt. Spatia inter pyros triginta pedũ mensura discernat.Genus hoc arboris(vt proficiat)frequẽti humore,& assiduis fossionibus est colendũ vsq; adeo vt tempore, quo florere cõsueuit,nihil perditura credatur de flore prolata,si eam tũc fossor adiuuerit.Multũ proficis si interiecto anno quale libet lætamẽ adiungas.sed bubulũ spissa & grauia poma generare fertur.Aliqui cinerem miscent,credentes hinc contrahi pomis argutos sapores.Generum varietates exequi superuacuũ puto,cum in ponendis vel excolẽdis nulla sit distãtia.Si languida arbor est pyri,vel ablaqueatæ radicem terebras,& ibi ligneum palum deprimis,vel in trũco similiter terebrato ex teda cuneum figis,vel,si hoc desit, ex quercu. Vermes eius arboris & nati necantur,& nasci prohibẽtur,radicibus felle taurino frequẽter infusis.Item fęces vini veteris recentes,si radicibus affundantur per triduũ, diutius arbores in floribus laborare nõ faciunt.Si lapidosa pyrus est,ab extremis radicibus terram priorẽ leuabis & secernes omnes lapillos,quibus diligenter remotis alteram terrã cribro cretam in loco eius infundes.sed hoc proderit,si rigare nõ cessas. Mense Feb.& Martio pyrus inseritur more,quo dictũ est,cũ de insitione loqueremur,sub cortice,& in trunco.Inseritur autem pyro agresti.malo, vt nõ nulli,amygdalo,& spino,vt Vergilius,orno,& fraxino,cydonio, vt aliqui, & punico, sed fisso ligno.Surculus pyri,q inseritur ante solstitium,anniculus esse debet, & prius q̃ figatẽ foliis,& omni tenera parte priuari.post solstitiũ vero eum figis,qui summum germen inclusit. Pyrus omni genere inseritur.Condienda sunt pyra ita,die placido decrescente luna a vigesima secũda vsq; in in octauam,Eadem poma sicca,& manu lecta ab hora secunda in quintam,vel a septima in decimam,a caducis diligenter electa integra,& prope dura,& aliquanto viridia in picato vase claudũtur,quod operculo tegitur,& deorsum os eius inclinatur,atq; breui scrobe obruitur in eo loco, circa quem perennis aqua decurrit.Item quæ dura sunt,in carne,& cute, prius in aceruo posita, vbi se mollire cœperint,in vas fictile bene coctum, picatumq; ponuntur,& operculo superueniente gypsantur. Vas breui scrobe demergitur in eo loco,qui quotidie sole tangatur.Plurimi pyra obruta inter paleas,aut frumenta seruarunt.Alii statim lecta cum tenacibus suis picatis vrceis condiderunt,& oribus vasculorum gypso vel pice clausis ipsa sub diuo obruta sabulone texerunt.Alii pyra,quæ se non contingerent,in melle seruarunt.Item pyra diuisa, & purgata granis, in sole siccantur.Aliqui aquam salsam,cum cœperit vndare calefacta,despumant, & ei post iã frigidæ pyra seruanda demergunt.Tũc exempta post tempus exiguum condunt vrceo, & eius litore conseruant.vel nocte & die in frigida salsa manere patiuntur, post in aqua pura biduo macerant,deinde in sapa,vel passo,vel dulci vino mersa custodiunt.

Vermes ne in pyris nascantur. *Lapidosa pyrus.* *Condienda pyra.*

Vinum pyri,& acetum.

VINVM de pyris fit,si contusa,& sacco rarissimo condita ponderibus comprimantur, aut prelo. Hyems durat,sed prima acescit æstate. Acetum sic fit de pyris.pyra syluestria,vel asperi generis matura in cumulo reseruantur per triduum.Deinde mittuntur in vasculo,cui fontana,aut pluuialis aqua miscetur,& opertum vas per.xxx.dies relinquitur,ac subinde quantum sublatum fuerit aceti ad vsum tantum redditur aquæ ad reparationem.

Liquamen ex pyris.

LIquamẽ de pyris castioniale sic fiet.Pyra maturissima cũ sale calcanẽ integra. Vbi carnes eorũ fuerit resolutę,vel ĩ cupellis,vel ĩ vasculis fictilib⁹ picatis cõdiunẽ.Post mẽsẽ tertiũ suspẽsæ

eæ carnes liquorem dimittunt saporis iucundi, sed coloris albiduli. Circa hoc illud proderit, vt tẽpore, quo saliuntur, pro aliqua parte vina nigella permisceas.

De malo.

MENSE Februario, & Martio mala seramus, si calida, & sicca regio est, Octobri & Nouẽbri. Eorũ plura sunt genera, quæ numerare superfluũ est. Amant pingue ac lætum solũ, & cui humorem nõ tam rigatio, q̃ natura suppeditet. Et si in arena, vel argilla sit, rigationibus adiuuet. Montanis locis debent ad meridiem versa constitui. Et frigido solo proueniunt, si cœli tepor adiuuerit. nec in asperis & humectis sedẽ recusant. Macrum & aridum solum poma vermiculosa efficit, & caduca. Seruntur omni genere, sicut pyri. neq; exarari, neq; effodi desiderãt. Iccirco eis magis prata conueniunt. Stercus ouillum tantum non exigunt quidem, sed libenter assumunt, vel si cineris pulueres misceantur. Amant modestas rigationes. Putatio illis apta est, sed maxime, vt arida, & male nata tollantur. Citius senescit hæc arbor, & in senectute degenerat. Si caduca sunt poma, fissæ radici lapis iniectus poma retinebit. lacertæ viridis felle si tangãtur cacumina, nõ putrescit. Vermes eius suillo stercore misto humanæ vrinę, aut felle bubulo extinguntur. qui si plures circa arborẽ sunt, ęreo scalpro semel rasi non vltra nascẽtur. si ea loca, vnde rasi sunt, bubulũ stercus obducat. Si spissa poma ramos onerabunt, inter legenda sunt quæq; vitiosa, vt alimentum cęteris succus æquiparet, & generosis abundantiam ministret, quã numerosa vilitate pdebat. Malus omni generi inseri potest, quo pyrus. Mense Februario, Martio, & aliis, quibus pyrus inseritur in malo, in pyro, in spino. pruno, sorbo, persico. platano, populo, salice. Diligenter legenda sunt mala, quæ volumus custodire. Ea in locis obscuris, vbi ventus non sit, stramentis prius in crate subiectis in cumulos secreta disponimus, qui cumuli frequẽti diuisione separentur. Aliqui diuersa dixerunt, vel singula in vasculis fictilibus picatis atq; oblitis claudi, vel argilla inuolui, vel solos pediculos creta ádlini, vel in tabulis substrata palea disponi, & stramẽtis de superiore parte cooperiri. Mala rotunda, quæ orbiculata dicũtur, sine cura toto anno seruare se possũt. Alii in puteo, vel in cisterna mergunt vasa fictilia, quibus diligenter picatis, & clausis mala cõmittuntur. Alii ex arbore mala illæsa sumpserũt, & pediculis eorum pice feruenti mersis supra tabulatũ per ordinem disponũt, nucum foliis supter expositis. Plerīq; scobem populi vel abietis inter mala diffundũt. Constat mala sic ponẽda, vt pediculorum partes deorsum facias, neq; ante q̃ vsui necessaria videatur esse, contingas. Vinũ, & acetum fit ex malis, sicut ex pyris ante præcepi. Cydoniis serendis pleriq; tempora diuersa dixerunt. tamen mihi vsu compertum est in Italia circa vrbẽ mense Februario, vel inchoante Martio plantas cydoniorũ radicatas in pastinato solo tenuisse adeo feliciter, vt sæpe sequentis anni fruge gauderent, si posita maioris status fuissent. Locis siccis, & calidis extremo Octobri, vel Nouembri inchoante ponãtur. Amant cydonii locum frigidum, humectum. Si in tepido statuuntur, opus est illis rigatione succurri. Ferunt tamen statum mediocris situs, inter naturam frigoris, & caloris, & in planis, & in decliuibus proueniunt, tamen magis inclinata, & deuexa desiderant. Serunt aliqui cacuminibus, & talea, sed tardus est in vtroq; prouẽtus. Ita ponendæ sunt largæ arbores cydonii, ne alteram quatiente vento stillicidiũ tangat alterius. Dũ minor est, vel quando ponitur, iuuetur stercore, maior vero cinere, vel cretæ puluere semel toto anno radicibus misso. Poma in his & cito matura, & maioris incrementi assiduus humor efficiet. Rigãdę sũt, quoties cœlestis negatur infusio, & circunfodiendæ locis calidis Octobri mense, & Nouembri: frigidis vero Februario, vel Martio. nisi enim circunfodiantur assidue, aut steriles efficiũtur, aut earum poma degenerant. Putandæ sunt, sicut probaui, & a vitiosis omnibus liberãdę. Si arbor egra est, amurca aquę ęqualiter mista radicibus debet affundi, aut calx viua temperata cum creta, vel resina locularis pici liquidę mista trunco arboris, adlini vel ablaqueatæ arbori circa radices imparis numeri poma cydonia pro magnitudine eius ponenda & obruenda firmãtur. quod annis singulis factum custodiet a vitiis, sed arboris longæ derogabit ætati. Mense Februario cydonia inseruntur melius in trunco, q̃ in cortice. Recipiunt in se surculos prope omnis generis punici, sorbi, omnium malorum, quæ meliora producunt. Inseruntur autem nouellæ arbores, quibus succus est in cortice si maior est: circa radicem melius inseretur, vbi cortex, & lignum beneficio soli adhærentis humescit. Legenda sunt matura cydonia, quæ hoc more seruãtur: vel inter binas tegulas posita si luto ex omni parte claudantur: vel si defruto incoquantur, aut passo. Alii quæ maiora sunt, fici foliis inuoluta custodiunt. Alii tantum locis siccis reponunt, a quibus ventus excluditur. Alii canna, vel ebore in quatuor partes diuisa, sublatis omnibus, quæ in medio sunt, in vase fictili melle obruunt. Alii melle sic integra dimittunt. In quo genere condiendi satis matura diliguntur. Alii milio obruunt, vel paleis separata demergunt. Alii plenis

Vermiculosa.

Si caduca.

Mali insitio.

Orbiculata

vino optimo vasculis mittunt, vel vini, & defruti ad seruanda cydonia, equum corpus efficiunt. Alii doliis musti mergunt, atq; ita claudunt, quod odoratum reddit & vinum. alii in patina noua sicco gypso obruunt separata cydonia.

Siliqua.

SILIQVA Februario mense seritur, & Nouembri & semine, & plantis. amat loca maritima, calida, sicca, campestria. tamen (vt ego expertus sum) in locis calidis fœcundior fiet, si adiuuetur humore. potest & taleis poni. scrobem desiderat largiorem. Inseri etiam posse mense Februario credunt aliq in pruno, vel amygdalo. Siliquę seruãtur diutissime, si expandãtur in cratibus.

Morus.

AMICA est morus, & vitis. Mori nascuntur ex semine, sed & poma, & virgulta degenerant. Serenda est taleis, vel cacuminibus, melius autem taleis sesquipedalibus, ex vtraq; parte leuigatis, ac fimo oblitis. Cum oleum palo ante fecerimus, immergimus, ac tegimus cinere terris admisto. non amplius q̃ quatuor digitis operimus. Seremus a medio Februario, & toto Martio, locis vero calidioribus Octobri postremo, vel Nouembris initio, sed verno maxime die nono Calendarum Aprilium. Amant loca calida, sabulosa, & plerunq; maritima. In tofo, vel argilla vix cõprehendunt. Humor assiduus moris prodesse non creditur. fossionibus lætatur, & stercore. Putria in his, & arida post triennium sunt putanda. Plantam si robustam, transferes mense Octobri, vel Nouembri si teneram, Februario, & Martio. Scrobes desiderant altiores, interualla maiora, ne altera vmbris prematur alterius. Feracem altioremq; arborem mori fieri aliqui tradiderunt, si perforato hinc inde trũco singulos cuneos inseramus terebinthi, hinc inde lentisci. Circa Octobris Calendas morus ablaquenda est, & radicibus eius vini veteris recentissimæ feces infundendæ. Inseritur autẽ in fico, & in se tantũm sub cortice. Vlmo insita cõprehendit, sed parturit magnæ infelicitatis augumenta.

Auellana.

AVELLANÆ ponendę sunt nucibus suis. non amplius supra terra ducenda est, q̃ crassitudine digitorum duorum. Plantis tamen & sobole expertus sum melius prouenire. Mẽse Februario, seu planta, seu semen exponitur. gaudent loco macro, humido, frigido, & sabuloso. Mense Iulio circa nonas auellana matura est locis tamen calidis.

Mixa.

NVNC seruntur mixa ex nucleis in aliquo vase positis, donec plãtæ induãt firmitatẽ, cœlo tepido, terra soluta, humore moderato. Inseruntur mense Martio sorbis, vel spinis.

De pomis aliorum mensium.

ETIAM nunc tuberes seruntur, & inseruntur, & ossa duracinorum, vel plantæ eiusdẽ generis ponuntur, & transferuntur, & inseri possunt. & mespilus inseretur, & ossa ponẽtur prunorũ. Ficus etiam locis tẽperatis nunc poni potest, & sorbus hoc etiã mense seri, & amygdali semina in areis obrui, & locis temperatis nunc inseri mense inchoante, frigidis vero exeũte, cõditis tamen surculis ante q̃ germinent. Et pistaciæ planta vel nunc statui, aut inseri potest, & castanearum semina spargi. Nuces quoq; iuglandes etiam nunc seminariis recondi, & ipsum genus inseri, & frigidis & humectis locis nunc poterunt pineta seminari.

De educatione porcorum. T.XXVI.

NVNC verres maxime fœminas inire debebũt. Legẽdi sunt vasti, & ampli corporis, sed rotũdi potius q̃ longi, ventre, & clunibus magnis, rostro breui, ceruice glandulis spissa, libidinosi annicul, qui vsq; ad quadrimos inire fœminas possũt. Scrofas vero longi lateris debemus eligere, & quibus ad sustinendũ fœturæ onus magnus se venter effundat, cętera verribus similes. Sed in regionibus frigidis densi, & nigri pili, in tepidis qualescunq; prouenerint. Fœmina ad creandum vsq; in annos septem partus onera gestare sufficiet, ad concipiendum, annicula debet incipere. Quarto exempto mense pariunt, vbi quintus incipiet. Incipiũt autem (sicut dixi) mense Februario, vt solidioribus herbis nati, & stipula succedẽte pascantur. Vbi facultas est transigendi, vendi tis q subinde nati sũt, celerior matrib⁹ fœtura reparat. Genus hoc oĩbus locis haberi potest, meli⁹ tamen agris palustribus q̃ siccis, pręcipue vbi arborũ fructuosarũ sylua suppetit quę subinde maturis fructib⁹ alterna p annũ mutatione succurrat. Maxĩe locis graminosis, & cannarum, vel iunci radice nutriunt. Sed deficientib⁹ alimẽtis p hyemẽ nõnunq̃ pbenda sũt pabula glandis castaneæ, vel frugũ vilia excremẽta cęterarũ, verno magis cũ lactẽt nouella virẽtia, q̃ porcis solẽt nocere. Neq; gregatĩ claudẽdę sũt porcę more aliarũ pecudũ, sed haras sub porticib⁹ faciem⁹, qbus mat vnaquęq; claudat, & alumnũ gregẽ tutior ipsa defẽdat a frigore. Quę harę a supiori pte detectę sint,

vt libere numerũ pastor exploret,& oppressis a matre fœtibus sæpe subueniat subtrahendo. Curabit autem vt fœtus ꝓprios cũ vnaquaq; procludat. Plus vero q̃ octo (sicut Columella dicit) nutrire nõ debet. Mihi vero vtilius ꝓbatur expto porca, cui pabula suppetunt, vt plurimum sex nutrire debere, quia licet plures possit educare, tñ frequẽtiore numero sucta deficiet. In porcis etiã illud est cõmodũ, q̃d immisci vineis necdũ turgẽtibus, vel exacta vĩdemia gramine ꝓsecuto diligẽtiam fossoris imitantur.

De vino myrtite aliter T.XXVII.

IN Huius mẽsis initio aliter myrtite sic facies. Mittis vini veteris decem sextarios in lagæna, & baccarum myrti libras.v.miscebis. Cum.xx.& duorum dierum spatium confusa transegerint, per quos vas quotidie conuenit agitari, tunc palmea sporta colabis, & prædictis.x. sextariis mellis optimi fortiter triti pondo.v.miscebis.

De vite thyriaca. T.XXVIII.

THYRIACAM vitem sic facies, cuius iste profectus est, vt vinum eius, vel acetum, vel vua, vel sarmentorum cinis proficiat contra morsus omnium bestiarum. Fit autem sic. Sarmentum, quod pangendum est, trium digitorum spatio in ima parte findatur, & sublata medulla ad eius vitem thyriacæ medicamen addatur. Tunc terræ mandetur vinculo diligenter astrictum. Aliqui eadem sarmenta iam medicamine satiata intra squillæ bulbum recondunt. & terris prædicta ratione committunt. Aliqui antidoti eius affusione radices vitis iufundunt. Sane sarmentum, si de hac vite sumatur ad transferendum, potentiam materni medicaminis nõ tenebit. Oportebit autem thyriacæ infusione assidua, vim succi senescentis iterare.

De vua sine seminibus. T.XXIX.

EST pulchra species vuæ, quæ granis interioribus caret. Hinc efficitur, vt summa iucunditate sine inpedimento sorberi possit, velut vnum omnium corpus vuarum. Fit autem Græcis authoribus hac ratione per artem succedente natura. Sarmentum, quod obruendum est, quãtum latebit in terra, tantum findere debebimus, & medulla omni sublata, ac diligenter excalpta, membra iterum diuisæ partis adunare, & vinculo constricta deponere. Vinculum tamen papyro asserunt esse faciendũ, & sic in humida terra esse ponendum. Diligentius quidã sarmentum reuinctum quantum excisum est, intra squillæ bulbum demergunt, cuius beneficio asserũt sata omnia comprehendere posse facilius. Alii tempore quo vites putant sarmentum fructiferum putatæ vitis in ipsa vite, quã possunt de alto sublata medulla excauant nõ diuisum, & calamo affixo alligant, ne possit inuerti. Tunc ὀπὸν κυρηναϊκὸν quod græci sic appellãt, in excauata parte suffundunt, ex aqua prius ad sapæ pinguedinem resolutum, & hoc transactis octonis diebus semper renouant, donec vitis germina nouella procedant. Et in granatis malis fieri hoc posse firmatur a Græcis, & in cerasis opus est experiri.

Opon Cyrenaicum.

De vite nimis lachrymosa. T.XXX.

VITES, quæ lachrymarum nimietate tabescunt, & deplorando vim roboris sui auertunt a fructu, trunco earum lacerato Græci sinũ fieri iubent. Si hoc minus proderit, radicũ robur pingue rescindi, vt afferat medicinã vulnus impressũ. tunc insulsa amurca ad medietatẽ decocta, & refrigerata plagæ excisio perlinetur, & sub hac acetum acre fundatur.

Myrtitis alia confectio apud Græcos. T.XXXI.

GRAECI item Myrtite sic præcipiunt temperari. Myrti baccas maturas in vmbra siccatas, & postea tusas vncias octo mittis in linteo, & suspendis in vino, & vas cooperies, ac linibis & cum plurimis dieb⁹ sic fuerit, auferes, & vteris. Aliqui myrti baccas sine pluuia collectas maturas ex locis siccioribus calcant, vel exprimunt, & vino miscent. VIII. cotularum mensurã per amphoram vini. quod vinum medicinæ quoq; proderit, vbi stipticis est vtendum, stomachum solidare titubantem solet, reiectiones sanguinis inhibere, fluorem ventris astringere, limum dysentericæ passionis medicabiliter asperare.

Vt propomata sponte nascantur. T.XXXII.

CONDITVM vel absynthiatum, vel rosatum, vel violatum procedere spõte fertur ex vitibus (vt natura suscipiat, quod procurare sueuit industria) si sarmenta in vas aliquod semiplenum supradictis potionibus mersa seruentur, & viuam terram simul resoluas ad lixiuii modũ donec oculi sarmentorum nitantur exire. tunc eadem sarmenta gemmãtia in quo volueris loco, vitium cæterarum more deponas.

Vt botryones varii nascantur. T.XXXIII.

VT Vitis botryones & albos afferre poſſit,& nigros,Græci ſic fieri debere iuſſerũt. Si vicinæ ſunt vites nigra,& alba,cum putantur,ſarmenta vtriuſq; inter ſe diuiſa ſic iunges,vt medios vtriuſq; generis oculos æquando reddere poſſis vnitati.Tunc papyro ligabis ſtricto, & molli,atq; humida terra curabis adlinire,& interiectis ternis diebus adaquare,donec germen nouæ frondes erumpat.Hinc exempto tempore,ſi libuerit,genus efficies per plura ſarmenta.

De horis. T.XXXIIII.

HIC Menſis in horarum menſura cum Nouembri menſe concordat,quas hac numeri ratione colligimus.

Hora	I.	Pedes	XXVII.	Hora	VII.	Pedes	VIII.
Hora	II.	Pedes	XVII.	Hora	VIII.	Pedes	X.
Hora	III.	Pedes	XIIII.	Hora	IX.	Pedes	XIII.
Hora	IIII.	Pedes	X.	Hora	X.	Pedes	XVII.
Hora	V.	Pedes	VIII.	Hora	XI.	Pedes	XXVII.
Hora	VI.	Pedes	VII.				

PALLADII RVTILII
TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER QVARTVS.

De putandis vineis,& inſerendis, & pangendis vitibus. T.I.

MARTIO Menſe locis frigidis putatio vinearum celebratur, de qua abunde Februario menſe locuti ſumus, vſq; quo incipit gemma eſſe ſuſpecta. Nunc oportet vineas inſerere,cũ vites non aquato,ſed ſpiſſo humore lachrymabũt. Seruabimus ergo,vt truncus,qui inſeritur,ſolidus ſit,& alimẽto humoris exuberet,neq; vlla vetuſtate,aut iniuria laceratus areſcat.Tunc deciſæ viti ſurculi qui inſerendi ſunt,ſint ſolidi,rotũdi,gemmis ſpiſſis,& pluribus oculati. Tres tamen oculi inſitione ſufficient.Radendum eſt ergo ſarmentum ad menſuram digitorũ duorũ, vt ab vna parte ſit cortex.Aliqui non patiũtur nudare medullam,ſed leuiter radunt,vt inciſura ſenſim poſſit in acumen exire,& vt corticata pars cortici nouæ matris aptetur. Infimus oculus ita infigendus eſt,vt trũco iunctus adhęreat,qui oculus exteriorem partẽ debet aſpicere vinculo ſalicis infuſo,& paleato luto deſuper alligari:tegumento quoq; aliquo a ventis,& a ſole defendi, ne hi quatiant,hic adurat.Vbi calor temporis cœperit, ligaturę ipſi pinnicillo circa veſperã tenuis debet frequenter humor affundi,vt hoc alimento contra vim cœli torrentis animetur. Cũ ergo germen ruperit,& aliquod cœperit incrementũ,calami adiutorio debet annecti, ne motus aliquis fragilem procedẽtis ſarmenti quaſſet ætatem.Vbi ſolidius quãtũcũq; proceſſerit,vincula oportet abſcindi,ne adoleſcentia molliſſimi germinis nodo durę conſtrictionis angatur. Aliqui infra terrã ſemipedis ſpatio effoſſæ viti ſurculos inſerũt,& beneficio congeſtionis accumulant, vt hoc quoq; nouis ſarmentis præter nutricis alimenta ſubueniat.Nonnulli circa terras melius aſſerunt inſerendũ,quia in altiori difficilius comprehendunt. Vſq; ad Idus,vel æquinoctiũ vites locis frigidis pangendæ ſunt,ſeu paſtinato,ſeu ſulco,ſeu ſcrobibus,more,quo dictum eſt.

De pratis purgandis in locis frigidis,& proſcindendis agris. T.II.

NVNC locis frigidis prata purgãda,atq; ſeruãda ſunt.Locis gelidis colles pingues,& agros vliginoſos ꝓſcidere,atq; exarare cõueniet. Veruacta etiã,q̃ Ianuario mẽſe ſũt facta,repetere.

De panico,& milio ſerendo cum ordine ſuo. T.III.

CALIDIS & ſiccis regionibus panicum ſeremus,& milium,leuem, & ſolutam terram deſiderant.Nec in ſabulone ſolum,ſed in arena quoq; proueniunt,dummodo cœlo humido,& ſolo ſerantur irriguo,quia ſiccum & argilloſum agrum reformidant. Hęrbis liberantur aſſidue, quinq; ſextariis ſpatium iugeri complebitur.

De cicere ſerendo cum ordine ſuo. T.IIII.

NVNC cicer vtrũq; ſerere debemus loco lætiſſimo,cœlo humido,macerandũ eſt pridie, vt poſſit citius naſci.Iugerũ tribus modiis conſeretur.Cicer grande naſci Græci dicũt,ſi infundatur aqua tepida pridie,amare etiã loca maritima,tẽperius prouenire,ſi ſeratur autumno.

De cannabo. T.V.

HOC etiam menſe cannabum ſerimus vſq; in æquinoctium vernum hac ratione, qua in Februario diſputatum eſt.

De cicera. T.VI.

NVNC cicera feritur,quæ diftat a cicercula folo colore,quo fordet,& nigrior eft.primo ful co,vel fecũdo,folo lęto.Iugerũ quatuor,vel tribus,vel etiã duobus modiis implebimus.

De nouellis pulucrandis,& fodiendis,vitibus palandis,ac ligandis. T.VII.

HOC menfe nouella vinea incipiat pulueari,qđ nũc,ac deinceps per omnes Calendas vſq; ad Octobres faciendũ eft,nõ folũ propter hęrbas,fed ne tenera adhuc femina,folidata terra conftringat.Graminũ radices,quę plurimũ vitibus nocent,extirpãdę funt. Nũc locis frigidis vinearũ foffio celebranda eft,& palãdę,atq; ligãdę funt vites,fed nouellã mollibus vinculis alligemus,quia eã tenerã vincula duriora pręcidũt.Palus maioribus vitibus folidus,minoribus ponat exilis.Propter vmbrę moleftiã ftatuatur ab aquilone,& plaga frigida fpatio quatuor digitoꝝ,vel femipedis remotus a vite,vt poffit ex omni parte circũfodi.

Vt vetus vinea reparatur.

VINEAS veteres nũc aliqui a terra altius truncant ftudentes reparationi,fed vitiofum eft. Nã plerũq; vaftior plaga fole putrefcit,& roribus. quare hoc genere reparetur.Prius ablaqueabitur altius,donec eius nodus appareat. deinde infra terrã fupra nodũ recidatur,vt operta de frigore & fole nil timeat.Hoc faciendum eft,fi optimi generis vitis fit,& alte pofita, alioquin generofis melius erit inferenda farmentis.Omnia fupradicta locis calidis primo menfe,frigidis vero poft Idus ipfius exequemur.

Ægras vites refouere.

ÆGRAS vites,vel quibus fructus arefcit,circũfodies,& vrinam veterem fuffundes.Item cinerem farmenti,vel querci aceto miftum fubiice,aut incifas circa terram lætamine refoueto,& quæ germinant fortiora dimitte.

Læfas bidente curare.

CVM vitis bidente lędit,aut ferro,plagã,fi terrę iũcta eft,adline ftercore ouillo vel caprino: tũc terra mifta circũfoffa ligare curato.Si in radice lęfa eft,operiẽs liquidũ lętamẽ admifce.

De oleis amurca fignandis,& cętera earũ cura. T.VIII.

Infulfa amur.

NVNC oleis laborãtibus circũ radices infulfa amurca fundetur. Maximis arboribus (qđ Columella dicit) fex congij,mediocribus,quatuor,cęteris ꝓ æftimatione fufficiũt.Alij paleas fabę binos ꝑ maiorẽ arborẽ qualos:Alij veteris vrinę humanę trũco,quãtũ fatis videt,affundũt,& arbori mortariũ ftatim faciũt,maxime locis ficcis trũco ante cooperto. Oleã fterilẽ terebra gallica perforabis.Tũc duos frugiferę arboris ab auftrali parte ramos eiufdẽ magnitudinis tollis,& ftricte in foramen vtrũq; coniicies,vel lapidẽ,vel pini,vel querci palos,& abfciffo eo,qđ fuperabit,luto paleato curabis occulere. Sed fi fine fruge luxuriãt,oleaftri palũ radicibus ei⁹ infige.Nũc etiã qbus moris eft,frumenta iterũ farrire cõueniet.Nunc locis frigidis feminaria,quæ Februario menfe dicta funt,baccarũ,& feminũ,fiunt,& rofaria in menfis initio percolantur.

De hortis. T.IX.

Carduus.

NVNC horti optime fumũt cultionis initia.Menfe Martio carduus feritur. Terrã ftercoratã,& folutã diligit,ꝗuis in pingui poffit melius ꝓuenire.Et hoc illi cõtra talpas prodeft fi pangatur in folido,ne terra ab inimicis animalibus facilius perforet.Serendi funt cardui luna crefcente in area iam parata femina fpatio femipedis difcreta.Cauendũ eft,ne femina inuerfa ponãtur: nã debiles incuruos & duros creabũt. Nõ alte imprimẽda funt,fed tribus digitis cõprehenfa mergãtur,donec ad primos articulos terra perueniat.Tũc leuiter operiãtur,& hęrbis liberẽtur affidue,donec plantaria folidẽtur,& rigẽtur,fi æftus interuenit.Si cacumina feminũ confringas,fpinis carebũt.Item fi femina eoꝝ madefeceris per triduũ laurino oleo, vel nardino,vel opobalfamo,vel fucco rofæ, vel mafticino, & poftea ficcata depreffleris eiufdẽ faporis oriẽtur, cuius vnguentũ femina cõbiberũt.Singulis fane annis a codice auferẽdæ funt plantę,vt nec matres fatigentur,& foboles per alia fpatia digeratur,cum aliqua tamẽ radices parte vellendę funt. Quos referuabis ad femina colligenda,liberatos omnibus pullis tefta fuptegere debebis,aut cortice.Nã folent femina fole,vel imbribus interire.Cõtra talpas prodeft catos frequẽter habere in mediis carduetis.Muftellas habẽt pleriq; mãfuetas.Aliqui foramina earũ rubrica,& fucco agreftis cucumeris impleuerũt.Nõnulli iuxta cubilia talparũ plures cauernas aperiũt,vt illę territæ fugiãt folis admiffu.Pleriq; laqueos in aditu earũ fetis pẽdẽtibus ponũt. Hoc etiã menfe vlpicũ bene,& allium feremus,& cepullas,& cunelam locis frigidis,& anetũ. Nunc & finapis, & caules optime feruntur,vel plantantur, & malus feritur, & armoracea, & origani planta transfertur. Lactuca,& beta,& porrus,& capparis feri poffunt,& colocafia,& fatureia,& nafturtium.Intiba.

Contra talpas.

etiā,& raphanos nunc aliqui serunt,quibus vtantur æstate.Nunc melones serendi rarius.Distēt inter se semina pedibus duobus locis subactis,vel pastinatis,maxime arenis. Semina eius mulso, & lacte per triduū maceranda sunt,& tunc iam siccata ponenda,hinc suaues efficiētur.Odorati autem fiunt,si eorum semina multis diebus inter rosæ folia sicca mergantur. Nūc & cucumeres seminantur rare sulcis factis altitudine sesquipedali,latitudine pedum trium. Inter sulcos. VIII. pedum spatium crudū relinquas,vbi possint vagari.Hęrbis iuuantur,ideo sarculo,& runcatione non indigent.Semina si ouillo lacte,& mulso maceres,dulces nascentur,& candidi. Longi,& teneri fiunt,si aquam in patenti vasculo sub eis ponas duobus palmis inferiorem,ad quā festinādo tales efficientur. Sine semine nascentur,si prius eorum semina oleo sabino perungantur,& hęrba ea,quæ culex dicitur,trita confricentur.Aliqui florem cucumeris cum viticulę suæ capite cannę inserunt,cui prius omnes nodos perforauerint, ibi cucumis nascetur in nimiam longitudinem tensus.Oleum sic metuit,vt si iuxta posueris,velut hamus plicetur.Quoties tonat,velut timore perterritus conuertitur.Si eius florem sicut in sua vite est,in forma fictili clauseris, ac ligaueris, qualem vultum forma vel hominis vel animalis habuerit,talem cucumis figuram prętabit.Hęc omnia Gargilius Martialis asseruit.Columella dicit,loco aprico & stercoroso si rubos habeamus, aut ferulas post autumni æquinoctium,his iuxta terram recisis,& excauatis ligno stylo,inter medullas lętamen immittamus,& cucumeris semen addamus. hinc nasci fructus,qui possint & inter frigora non necari.Hoc mense asparagos seremus circa Apriles Calen.pingui loco,humido, subacto,ita vt minoribus fossulis ad lineā directis bina aut terna grana semipedis spatio discreta ponantur.Dehinc stercore solum tegatur,& hęrbę subinde vellantur,vel per hyemē supra stramina iaciantur primo vere tollenda. Hinc post trienniū nascentur asparagi. Sed expeditior ratio est, si asparagorum spongias ponas, quæ cito fructum ministrent.Hæ sic fient.Semina asparagi quanta tribus digitis comprehēdere possis,post Idus Februarias pingui, & stercorato solo in singulis fossis ponis,& leuiter obruis.His coeuntibus radix connexa nascetur,quæ appellatur spongia.Sed & hęc moras habet.Nam per bienniū in seminario suo est stercore & assidua runcatione nutrienda.Deinde post æquinoctiū autumni trāsferetur,& vere asparagum dabit.Has erit vtilius cōparare,q̄ longa expectatione nutrire.Eas tamen,in sulcis disponemus,si loca sicca sunt inter medios sulcos,si humida,in summitate sulcorū.Humor spongias asparagorū transitu suo debet tātū rigare,non sistere. Asparagum,quē primo protulerint,confringere debemus,nō auellere,ne adhuc inualidam moueamus spongiam. Cęteris annis auellendus est,vt oculos suę germinationis aperit,quia si deinceps refringas,loca,quę fœcunda esse consueuerūt,remanēte asparagi radice,claudentur.Ministrabūt autē vere,& autumno reseruabis eum, de quo sumpturus es semina,postea scopas eius incendes,tum circa hyemem spongiis adiicies stercus & cinerem. Hoc mēse ruta seritur locis apricis, solius cineris inspersione contēta.Loca desiderat altiora,vnde humor elabitur.Si ponas semina eius adhuc clausa folliculis,singulatim manu debebis affigere. Si iam minuta sunt,sparsa iactabis,& rastro obducta cooperies.Caules eius,qui inclusis seminibus nati fuerint,fortiores erūt,sed sero nascētur.Ramuli eius cū aliqua corticis parte cōuulsi verno tēpore pro plantis tenebūt. Tota vero translata morietur.Nōnulli ramulos eius pertusę fabæ inserunt,vel bulbo,atq; ita obruūt alieno vigore seruādos.Prosequūtur etiam maledictis,& maxime in terra soluti lateris ponūt,qđ prodesse certissimū est.Sed (vt asserūt) melius furtiua prouenict.Sub fici arboris vmbra libentius acquiescit.Non effodi hęrba,sed optat auelli. Immūdę mulieris formidat attactū.Ab hoc mense vsq; in Octobrem totū coriandrum seritur.Amat terram pinguē,sed & macro solo nascitur.Semen melius putatur,qđ vetustius fuerit. delectat humore. Satum bene,cū olere quocūq; nascetur.Hoc mense cucurbita serenda est. Amat solum pingue, humidū,stercoratum,solutū.Hoc in cucurbitis insigne est,q longas pariūt & exiles semina,quæ in earū ceruice nascūtur:quæ in ventre fuerant,cucurbitas faciunt crassiores:quę in fundo,latas, si inuersis cacuminibus obruantur. Vbi adolescere cœperint,amminiculis adiuuentur. Quę seruantur ad semina, vsq; ad hyemem in sua vite dependeant,deinde sublatę in sole ponantur,aut fumo,aliter semina putrefacta depereūt.Hoc mense blitus seritur solo qualicūq;,sed culto. Olus hoc neq; runcandū est,neq; sarculandum.Cum semel natū fuerit,ipsum se per multa secula seminis sui deiectione reparabit,vt etiā si velis,vix possit oboleri. Nunc etiam serpyllum seritur plātis,& semine, sed vetustate meliori.Lętius frondebit, si iuxta piscinam,vel lacum,vel putei margines conseratur. Anisum quoq; & cyminū nūc bene seritur. Locis lętioribus melius prouenit, itemq; cæteris, si humore iuuetur,& stercore.

Melones. Cucumeres. Culex Asparagi. Spongia aspar. Ruta Coriādrū Cucurbita. Blitus, Olus Serpyllum Anisum Cyminum

De pomis,& malo punico. T.X.

Malum puni. LOCIS temperatis mense Martio,vel Aprili mala punica serem⁹,calidis vero & siccis Nouembri.Amat hęc arbor solum cretosum,macilentũ,sed in pingui etiã prouenit.Regio illi est apta,quę calida est.Seritur plãtis de matrum radice deuulsis. Sed q̃uis multis generibus seratur,melius tamẽ ramus eius cubitalis incisus manubrij crassitudine, & capite vtroq; acuta falce lęuigatus,scrobi velut obliquus immergitur.prius tamẽ porcino stercore & in capite & in parte, quæ ima est,oblinatur. vel in crudo solo malleo cogatur ad inferiora defigi.Melius proueniet,si ponẽdus ramus gẽmata iam matre sumatur.Sed qui in scrobe deponit,si tres lapillos in ipsa radice constituat,prouidebit,ne poma findantur.Curandũ ne virgulta inuersa deponas. Credũtur acida fieri,si rigentur assidue,nã siccitas in his & suauitatẽ pręstat & copiã: cuius tamen nimietati aliq̃d debet humoris opponi.Circũfodi autumno debet & verno.Si acida nascãtur,modicũ laseris cũ vino tritũ per summa arboris cacumina oportet infundi,vel ablaqueatis radicibus tedę clauus infigi.Alii algam marinã obruũt ad radices,cui nõnulli stercus miscent asininũ atq; porcinũ. Si florem nõ cõtinet,vrinam veterẽ cũ pari mensura aquæ tẽperabis,& ter per annũ in radicibus infundes.Vni arbori amphora ingesta sufficiet,vel amurcam mittes insulsam,vel algam radicibus iunges,& bis rigabis in mense,vel arboris florentis truncum plumbeo circulo debebis includere,vel corio anguis inuoluere.Si crepant poma,lapidem in media arboris radice supponis,vel squillam circa arborẽ seris. Et si,dũ pendent poma,tenacibus, sicut in arbore habẽtur,intorseris,in totũ annũ sine corruptione seruabis.Si vermibus laborãt,tangis radices felle bubulo, & continuo moriũtur,aut clauo æneo si vermes eosdẽ punges,difficile nascentur,vel asini vrina stercori admista porcino vermibus obuiabit. Cinis cũ lixiuo circa punici truncũ frequẽter infusus,lęta,& fructuosa reddit arbusta. Asserit Martialis candida in his grana fieri,si argillæ & cretæ,quartã partẽ gypsi misceas,& toto triennio hoc genus terrę radicibus eius adiũgas.Idẽ dicit miræ magnitudinis fieri,si olla fictilis obruatur circa arborẽ punici,& in ea ramus cũ flore clau datur,ne resiliat ligatus ad palum.Tunc cooperta olla cõtra aquæ muniatur incursus. Autũno patefacta suæ magnitudinis poma redhibebit.Multa in punico ipse asserit poma procedere,si titimalli, & portulacæ succus æqualiter mistus anteq̃ germinet, trunco arboris adlinatur. Inseri posse affirmat,de ramorũ connexione,vt medulla vtrinq; diuisa se iungat.In se tãtũ inseri potest circa Apriles Calen.mense Martio vltimo.Sed secto trunco surculus recentissimus statim debet inseri,ne mora exiguũ,qui inest,siccet humorẽ.Punica mala seruantur,si picatis pẽdiculis ordinata suspendas. Aliter. Lecta integra in aqua marina,vel muria feruente mergantur,vt combibant.Post triduũ sole siccẽtur,vt sub dio nocte nõ maneant. post in loco frigido suspendãtur.Cũ volueris vti,aqua dulci pridie macerabis.Ferũtur hęc pomis recẽtibus æmulari.Item si tactu inuicẽ separata paleis obruãtur.Itẽ fossa fit lõga,& cortex eiusdẽ magnitudinis paratur, cui mala acutis surculis suis affigũtur.Tũc inuersus coxtex supra fossam ponitur,vt mala sine terrę tactu subterpendẽtia ab humore defendat. Item si induantur argilla,& eã siccata loco frigido pẽdeãt. Item si seriola sub dio obruatur,quæ habeat arenas vsq; ad mediũ,& mala cũ tenacibus lecta imprimãtur cannis singulis,vel sambuci virgulis,& ita separata in arenis figantur,vt ipsa quatuor digitis emineãt ab arena. Hoc & sub tecto in scrobe bipedanea fieri potest.& vtilius est ad seruãdum,si cũ ramo longiore tollantur.Aliter.In seriola,cui ad mediũ aqua mittatr,suspẽdũtur mala, ne humorẽ tangãt, & seria claudit,ne vẽtus irrũpat.Itẽ in dolio intra ordeũ sic ordinantur, ne se inuicẽ tãgant,& doliũ desuper operitur. Vinũ de malis granatis cõficies hoc modo. Grana matura purgata diligẽter in palmea fiscella mittis,& in coclea exprimis,& lente coques vsq; ad medietatẽ. cũ refrixerit,picatis & gypsatis vasculis claudes.Aliqui succũ nõ excoquũt, sed singulis sextariis libras mellis singulas miscent,& in p̃dictis vasculis ponũt,& custodiunt.

Ne findant (margin) · Si crepent. (margin) · Ne vermib⁹ laborẽt. (margin) · Vt seruent (margin) · Vinum de granatis. (margin)

De citreo.

MENSE Martio citri arbor quatuor modis seritur,semine,ramo,talea,claua. Amat terram rarioris naturę,cœlum calidũ,humoremq; continuũ.Si granis velis serere,ita facies.Terram in duos pedes fodies,cinerẽ miscebis,breues areas facies,vt vtrinq; per canales aqua discurrat.In his areis palmarẽ scrobem manibus aperies,& tria grana deorsum verso acumine iuncta cõstitues,& obruta quotidie rigabis.Citius procedẽt,si beneficio aquę tepẽtis vtaris. Natis germinibus semper proxima hęrba rũcetur.Potest hinc trima planta trãsferri. Si ramũ velis ponere non amplius sesq̃pede debebis immergere,ne putrescat.Claua seri cõmodius est,quę fit manubrij crassitudine,lõgitudine cubitali ex vtraq; parte lęuigata,nodis,& aculeis recisis,sed integra sũmi-

Claua seri. (margin)

tate gēmarum, per quas ſpes futuri germinis intumeſcat. Diligentiores & fimo bubulo adlinunt vtrinq;, qđ ſummū eſt, vel marina alga veſtiunt, vel argilla ſubacta, partis vtriuſq; extrema coope riunt, atq; ita in paſtinato ſolo deponūt. Talea & gracilior, & breuior eſſe poteſt, quę ſimiliter vt claua mergetur. Sed talea palmis duobus ſuperſit, claua omnis obruitur. In ſpatio non deſiderat interualla maiora. Alijs arboribus non debet annecti. Calidis locis, ſed irriguis, & maritimis maxi me gaudet, quibus humor exundat. Sed ſiquis hoc genus, vt in regione frigida nutriatur, extor quet, loco vel parietibus munito, vel in meridianam partem verſo diſponat hanc arborem. Sed hybernis menſibus tectum ſtramine velet agreſti. Vbi ęſtas refulſerit, aeri arbor nuda, & ſecura reddatur. Talea, ſiue claua eius calidiſſimis regionibus, & p autumnū ponitur. Frigidiſſimis Iulio & Auguſto poſitas, & quotidianis rigationibus animatas, ipſe vſq; ad poma, & magna incre menta perduxi. Citreū iuuari creditur, ſi cucurbitæ vicinis locis ſerantur, quarum vites etiam cō buſtæ vtilem citri arboribus cinerem prębent. Gaudet aſſidua foſſione, hinc proueniūt poma ma iora. Niſi quę arida ſunt, rariſſime debemus abſcindere. Inſeritur menſe Aprili locis calidis. Maio frigidis, non ſub cortice, ſed fiſſo trunco circa ipſas radices. Inſeritur & pyro, vt quidam volūt, & moro. ſed inſiti ſurculi qualo deſuper omnino muniendi ſunt, vel fictili vaſculo. Aſſerit Martia lis apud Aſſyrios pomis hāc arborem non carere. Qđ ego in Sardinia, & in territorio Neapolitā no in fundis meis comperi (quibus ſolū, & cœlū tepidū eſt, & humor exundās) per gradus quoſ dam ſibi ſemper poma ſuccedere cū maturis ſe acerba ſubſtituāt, acerborū vero ætatem florentiā cōſequantur, orbē quendā continuę fœcunditatis ſibi miniſtrante natura. Feruntur acres medul las mutare dulcibus, ſi per triduū aqua mulſa ſemina ponenda macerent̄, vel ouillo lacte, qđ præ ſtat. Aliqui menſe Februario truncū obliquo foramine ab imo terebrant, ita vt altera parte non exeat: ex hoc humorē fluere permittunt, donec poma formentur. tunc foramen luto replent, ſic qđ eſt mediū fieri dulce confirmant. Citreū & in arbore poteſt per totum annū propemodum cuſto diri. Melius ſi vaſculis quibuſcūq; claudatur. Si velis legere, atq; ſeruare, nocte luna latente debe bis cū ramis foliatis carpere, & ſecreta diſponere. Alij ſingula vaſis ſingulis claudūt, vel gypſo ad linunt, & opaco loco ordinata cuſtodiunt. Pleriq; in cedri ſcobe, vel in ſtraminibus minutis, vel in paleis tecta ſeruant.

Meſpilum.

MESPILA locis calidis maxime gaudent, ſed irriguis tñ. frigidis quoq; proueniūt, magis ſa bulone pingui, aut glareoſa terra, cui arena pmiſta eſt, vel argilla cū ſaxis. Serenda eſt taleis menſe Martio, vel Nouēbri, ſed ſolo ſtercorato, & ſubacto, ita vt vtrūq; caput taleæ ſtercus obdu cat. Sunt eius incrementa tardiſſima. Amat putari, atq; circūfodi, & parco humore inter ſiccita tes ſępe refoueri. Seritur & ſemine, ſed in longiorem ſperatur ętatem. Si vermibus occupatur, ſty lo æreo purgandi ſunt, & amurca, vel humana vetere vrina, vel viua calce pfundendi, ſed parcius propter arboris noxā, vel aqua decocti lupini. Si putatur hinc arbor ſterilis fieri, fimus, & cinis vi tiū ſimul ſi radicibus infundant̄, fertilē reddunt. Si formicæ moleſtę ſunt, rubrica cū aceto & cine re temperata necabuntur. Si poma labuntur, fruſtū de eius radice præciſum in media trūci parte figatur. Inſeritur menſe Februario in ſe, & in pyro, & in malo. Surculus tñ eius ex arbore media debet aſſumi, nā de ſummitatibus vitioſus eſt. In trūco fiſſo inſerenda eſt, nā corticis macies ieiu na nil nutriet. Meſpila ad ſeruandū legūtur necdū mitia, quę & in arbore diu durabunt, vel in vr ceolis picatis, vel in ordinē ſuſpenſa, vel vt quidā, puſca, vel ſapa condita. Die ſerena legantur, ac media, & paleis obruātur diſcreta, ne ea viciſſim tactus afficiat. Vel cum pediculis lecta ſemima tura, & ſalſa aqua per dies quinq; macerata, poſtea ſępe infundantur, vt enatent. Seruant̄ & mel le, ſed ſi minus matura collegeris.

De ficu.

CALIDIS locis fici planta radicata Nouembri mēſe, tēperatis, Februario, frigidis melius Mar tio, vel Aprili ponēda. eſt. Si taleā. vel cacumē ponas, vltimo Aprili cū ei ſe viridior ſuccus in fuderit. Plantæ in ſcrobe depoſitę lapides ſubſtituendi ſunt, ad radicē fimo terra miſcenda eſt. Si loca frigida ſunt, plantarū cacumina diuiſis cānę internodijs defendantur a frigore. Si cacumen velis ponere, triſulcū ramū bimū, vel trimū ab auſtrali parte decidas, & ſic obrues, vt diuiſa cacu mina terra interiacēte velut tres ſurculos reddant. Taleā ſic ponemus, vt cętera, cui leuiter ab in fima parte diuiſę lapidē mergemus in fiſſo. Ego mēſe Februario vltimo, vel Martio in Italia plan tas grādes ficorū p paſtinatū ſolū diſpoſui, & eo anno poma peperere ſupra cōprehēdendi felici tatē, velut tributa reddētes. Legēdę ſunt plātę, in quibus frequēs nodus extuberat. Steriles credū

tur,quę nitidę sunt,& oculos suos p longa internodia distulerunt. Si plantam fici prius nutrias in seminario,& maturã transferas in scrobẽ, poma generosiora producet. Aliqui multũ prodesse cõfirmant,si plantã fici diuiso squillæ bulbo intersitã,strictãq; vinculis collocem⁹. Scrobes amat altas,interualla maiora,terrę genus durũ & gracile, & siccũ pro vtili sapore pomorũ. Prouenit & petrosis,atq; asperis,tñ potest locis prope oĩbus seri. Quę in mõtanis,& frigidis locis nascuntur, q̃a minus lactis habent,ad siccitatẽ durare nõ possunt. vsus illis in viridi est, melioris magnitudinis,& saporis arguti. Quę nascũtur in cãpis,& locis calidis & pinguiores sunt,& in siccitate durabiles. Si genera numerare velimus,immẽsum est. sufficit,q̃d oĩbus æqua cultura est. Illa distantia est,q̃ in caricis melius alba seruatur. In locis nimie frigidis pręcoquas ficus seramus,quæ cito veniãt,vt ante imbres genus hoc possit occurrere:calidis vero & æstuosis eas,quæ sero maturãt. Gaudet assidua fossione. Per autũnũ proderit,si stercus admoueas, præcipue de auiarijs. Recidenda sunt in ea,quę aut putria,aut male nata repereris.& ea ratione putãda est,vt inclinata per latera possit expandi. In locis humectis ficus saporis obtusi est, cui circũcisis cõtra hoc radicibus aliquãt⁹ cinis debet affundi. Aliq̃ inter ficarias caprifici arborẽ serũt,vt nõ sit necesse p singulas arbores p remedio eadẽ poma suspendi. Mense Iunio circa solstitium caprificãdę sunt arbores fici, id est suspẽdendi grossi ex caprifico,lino velut serra pertusi. Si hoc desit,abrotani virga suspenditur,aut callũ,q̃d in vlmeis folijs inuenitur,aut arietina cornua circa radices arboris obruũtur,vel trũcus arboris,quo loco turget,scarificandus est,vt possit humor effluere. Ne vermes patiatur,ramũ terebinthi,vel lentisci,taleã cũ plãtis fici cacumine ponemus inuerso. Vncinis æreis tollendi sunt vermes ex fico: alii amurcã , alii veterẽ vrinã ablaqueatis radicibus miscent. alii bitumen,& oleũ,aut solã calcem viuã latebris vermiũ linũt. Si formicę molestę sunt,rubrica, butyro, & pice liquida mista circa truncũ debet induci. Alii coracinũ piscẽ cõtra formicas in arbore suspendẽdũ esse confirmãt. Si fructus suos velut ægra proiiciet,alii rubrica, aut amurca insula mista aqua arborẽ liniũt,vel cancrum fluuialẽ cũ ramo rutę suspendũt. vel algam marinã, vel fascem lupinorũ, vel radici terebratę cuneũ figunt,vel securi arboris coriũ sępe pscindũt. cũ folia incipiũt producere fici,vt fructũ multũ,& pinguem ferant,in principio germinis cacumina summa decutim⁹,vel illud tantũ cacumen,q̃d ex arboris medietate pcedit. Si maturã ficũ vis serotinã facere,incipientes grossos decute,cum illis fabę fuerit magnitudo. Vt ficus cito maturet, succo cepæ longioris cũ oleo,& pipere misto vnge poma,q̃n grossi incipiũt subrubere. Aprili mense ficũ debemus inserere inter corticẽ. vel si nouellæ arbores sunt,fisso ligno,q̃d statim operiendũ est,& ligandũ,ne vẽtus introeat. Melius cõprehendũt,si circa terrã recisa inserantur arbusta. Aliqui & Iunio mẽse inserũt. Surculus legẽdus est anniculus,inutilis eñ credit maioris,vel minoris ætatis. Inoculari ficus locis siccis Aprili,humidis melius Iunio mediãte poterit. Octobri mẽse locis tepidis. Propagari ficus ramis potest. Inseritur aũt in caprifico,in moro, in platano,& oculis, & surculis. Ficus virides seruari possunt,vel in melle ordinatæ,ne se inuicẽ tangant,vel singulę intra viridẽ cucurbitã clausę,locis vnicuiq; cauatis,& itẽ tessera,quę secatur,inclusis,suspensa ea cucurbita vbi non sit ignis,vel fumus. Alii missas ficus recẽtes minus maturas in nouo vase fictili lectas cũ pediculis,& a se separatas recludũt,& in dolio vini pleno vas natare pmittũt. Martialis dicit,caricas per genera multa seruari,cũ ratio vna sufficiat. Ergo hoc gñe,quo Cãpania tota custodit, seruare debemus,in cratibus ficus expanditur vsq; ad meridiẽ, & adhuc mollis in qualũ refunditur. Tunc calefacto furno ad panis coquendi modũ suppositis tribus lapidibus, ne ardeat qualus includit, & clauso furno vbi discocta ficus fuerit, sicut est calida interpositis folijs suis in vas fictile conditur bene picatũ densius pressa,& operculo diligenter obducitur. Si pluuijs abundantibus crates nõ possis expãdere,sub tecto eas ita ponas, vt semipede erigantur a terra,& eas ad vicẽ solis cinis calidus subiectus vaporet,& subinde ficus,sicut est diuisa, vertatur, vt ficorũ coria siccentur,& pulpę tũc duplicatæ in cistellis seruent aut loculis. Alij maturas mediocriter ficus, & diuisas in cratibus expandũt toto sole siccandas,& recipiũt eas nocte sub tecta. Nũc ficulnea cacumina obruunt vtiliter,cũ tumescũt,vt plantas faciant,si earũ copia nõ abũdat. Vt etiã varios fruct⁹ vna ficus exhibeat,ramos duos nigrę,& albę arborũ inter se ita vinculo stringis,ac torques,vt germina miscere cogantur,sic obruti,& stercorati,& humoribus iuti,vbi prodire cœperint, germinãtes oculos aliqua inter se annexione conglutina. Tunc germen adunatum parturiet duos colores,quos vnitate diuidat,diuisione coniungat.

Caprificare ficus

Ficus virides seruari.

De pomis aliorum mensium.

NVNC & pyrus,vel malus inseri,ac seri potest, & cydonia, & prunus inseritur,& sorba po-

nūtur,& morus.nono Calēdarū Apriliū die & īserunt pistacia,& locis frigidis pini semē aspergit.

De bobus,tauris,& vaccis. T.XI.

HOC mense cōparādi sunt boues,q tñ siue de nostris capiant armentis,siue emantur,icciгco nūc cōparabūtur vtilius,quia necdū sagina tēporis pleni aut celare possunt fallaciā vēditoris,& vitia sua,aut repugnando domituræ cōtumacē pleni roboris exercere fidutiam. Hæc tñ signa spectanda sunt in bobus,seu de nostro,seu de alieno grege fuerint cōparandi, vt sint boues nouelli,quadratis,& grandibus mēbris,& solidi corporis,musculis ac toris vbiq; surgentibus,magnis auribus,latę frontis & crispę,labris oculisq; nigrantibus,cornibus robustis, ac sine curuaturę prauitate lunatis,patulis naribus & resimis,ceruice torosa atq; cōpacta,palearibus largis,& circa genua fluentibus, pectore grandi,armis vastis,ventre nō paruo, porrectis lateribus, latis lūbis, dorso recto & plano,cruribus solidis neruosis & breuibus,vngulis magnis,caudis longis,ac setosis,pilo totius corporis denso ac breui,rubei maxime coloris,aut fusci. Melius aūt boues de vicinis locis comparabimus,qui nulla soli,aut aeris varietate tētent. Aut si hoc deest, de locis similibus ad similia trāsferamus. Illud ante vniuersa curandū est,vt viribus ad trahēdū cōparent ęquales,ne valētioris robur alteri ꝓcuret exitiū. In moribus hęc cōsiderāda sunt. Sint arguti,mansueti,timētes hortamē clamoris ac verberis,cibi appetentes. Sed si regionis ratio patit,nullus melior cibus est.q̄ viride pabulū. Vbi vero deest.eo ordine ministretur,quo pabuli copia,& laborū coget accessio. Nunc tauros quoq;(quibus cordi est armenta construere)cōparabit, aut his signis a tenera ætate summittet. Vt sint alti,atq; ingētibus mēbris,ætatis mediæ, & magis quæ iuuentute minor est.q̄ quæ declinet in seniū. Torua facie,paruis cornibus,torosa,vastaq; ceruice,ventre substricto. Vaccas etiā nūc maxime parabimus. Sed eligemus forma altissima,corporis lōgi,vteri capacis,& magni,alta fronte oculis nigris, & grandibus, pulchris cornibus, & p̄cipue nigris, aure setosa,palearibus,& caudis maximis,vngulis breuibus, & crurib⁹ nigris & paruis, ętatis maxime trimę,quia vsq; ad decēniū fœtura ex his procedet vtilior. Nec ante ętatē trimā tauros his oportet admitti. Sed erit studiū diligentis amotis senioribus,nouellas subinde conducere,& steriles aratro,ac laboribus deputare. Gręci asserunt,si mares creare velis,sinistrū tauri in coitu ligandū esse testiculū:si fœminas,dextrū:tamē tauros diu ante abstinēdos,vt cū tēpus est,acrius in causas dilati feruoris incūbant. Sed his armētis hyeme maritima,& aprica loca,æstate opaca paremus, ac frigida,mōtana maxime,quia melius frutetis,& his hęrba internascente saturantur, q̄uis circa fluuios recte,ꝓpter amœna loca,pascantur. fœtura tamen aquis tepidioribus adiuuatur, vnde magis vtilius habentur,vbi pluuialis aqua,tepētes format lacunas. Tolerat tamen frigus hoc armenti genus,& potest facile hybernare sub dio,quibus tamē septa fieri propter iniuriā grauidarū conuenit laxiora. Stabula vero vtilia sunt strata saxo,aut glareis,aut arenis,deuexa aliquaten⁹,vt humor possit elabi,parti meridianę obuersa ꝓpter flat⁹ glaciales,qb⁹ aliqs resistere debet obiectus.

Forma vaccę

De domandis bobus. T.XII.

HOC mense vltimo domādi sunt trimi boues, quia post quinquēniū bene domari non possunt ętatis repugnante duritia. Capti ergo statim domētur, qui quidē prius, cū teneri fuerint,frequenti manus attrectatione māsuescant. Sed stabulū noui boues largioribus spatijs habere debebūt,vt & ante stabulū loca nullis cōcludant angustijs, & ꝓducti nō aliqua vitiētur offensa. In ipso vero stabulo asseres trāsuersi a terra septē pedibus alti cōfigantur,ad quos boues legētur indomiti. Tūc eligis absolutā tēpestatibus & impedimētis oībus diem,qua capti perducātur ad stabulum. quorū si nimia fuerit asperitas,vno die,ac nocte inter vincula mitigentur ieiuniis. tūc appellationibus blandis & illecebris oblatorū ciborū, nō a latere,neq; a tergo,sed a fronte accedēs bubulcus admulceat,naresq; & terga ꝑtractet, mero subinde conspergēs: hac tñ cautione,ne aliquē calce cōtingat,aut cornu. qđ vitiū,si in primordiis effectui sibi cessisse senserit,obtinebit. Tūc mitigatis,os & palatū salibus fricabis,& in gulā demitte p̄sulsi adipis librales offas, & vini sextarios singulos cornu infundente per fauces. quæ res intra triduū totius sæuitiæ irā resoluet. Aliq eos inter se iungunt,ac docent onera tentare leuiora,& qđ vtile est,si arationi parantur, subacto prius solo exercendi sunt,vt nouus labor tenera adhuc colla non quasset. Expeditior autem ratio est domandi,vt asperū bouē mansueto,& valido boui coniungas,quo ostendente facile ad omnia cogetur officia. Si post domituram decumbit in sulco,non afficiatur igne,vel verbere,sed potius cum decumbit,pedes eius ita ligentur vinculis,vt non possit progredi, aut stare, vel pasci. Quo facto,siti ac fame lassatus carebit hoc vitio.

De equis,equabus,& pullis. T.XIII.

HOC mense saginati ac pasti ante admissarij generosis equabus admittendi sunt, & repletis fœminis, ité ad stabula colligendi. Neq; tamē æqualem numerū omnibus debemus adhibere, sed ęstimatis viribus vniuscuiusq; admissarii, submittenda sunt pauca, vel numerosa coniugia, quę res efficiet admissarios nō parua ętate durare. Iuueni tamē equo, & viribus, formaq; constanti nō amplius q̄ duodecim vel quindecim debemus admittere, cæteris pro qualitate virium suarū. Sed in admissario quatuor spectāda sunt, forma, color, meritū, pulchritudo. In forma hoc sequemur, vastū corpus, & solidū, robori conueniēs altitudo, latus longissimū, maximi. & rotūdi clunes pectus late patens, & corpus omne musculorū densitate nodosum, pes siccus, & solidus, & cornu concauo, altius calciatus. Pulchritudinis partes hę sunt. vt sit exiguū caput, & siccū, pelle ppemodū solis ossibus adhęrente. Aures breues & argutę, oculi magni, nares patulæ, coma, & cauda profusior, vngularum solida & fixa rotunditas. Colores hi pręcipui badius, aureus, albineus, russeus, murteus, ceruinus, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger, pressus. Sequētis meriti, varius cū pulchritudine, nigro, vel albineo, vel badio mistus, canus cū quouis colore, spumeus, maculosus, murinus, obscurior. Sed in admissarijs pcipue legamus clari, & vnius coloris: cęteri vero despiciendi, nisi magnitudo meritorū culpā coloris excuset. Eadē in equabus côsiderāda sunt, maxime vt sint longi & magni ventris, & corporis. sed hoc in generosis seruetur armētis. Cęteræ passim toto anno inter pascua, dimissis secū maribus impleantur. Equarū natura est, partū spatio duodecimi mēsis absoluere. Illud in admissarijs seruandū est, vt mediis aliquibus spatiis separent, ppter noxā furoris alterni. sed his armētis pascua legamus pinguissima, hyeme aprica, frigida, & opaca puideamus æstate, nec adeo mollibus locis nata, vt vngularū firmitas de asperitate nil sentiat. Si equa marē pati noluerit, trita squilla naturalia eius infecta libidinē concitabūt. Deinde grauidę nō vrgeant, nec famē, vel frigus tolerēt, nec iter se loci cōprimant angustijs. Generosas equas & quę masculos nutriunt, alternis annis submittere debebimus, vt pullis puri & copiosi lactis robur infundant, cęteræ passim replendę. Ætas incipiētis admissarij quinti anni initio esse debebit. Fœmina recte & bima concipiet, quia post decēniū iners ex ea soboles, & tarda nascet. Pulli equarū nati manu tangendi nō sunt, qa eos tactus lędit assiduus. quantū ratio patit, defendant a frigore. In pullis p ætatis merito ea sunt consideranda, quę signū bonę indolis mōstrāt, quę in patrib⁹, vel matribus spectanda pcepi. dabit & hilaritas, & alacritas, agilitasq; documentū. Nūc domandi sunt pulli, vbi tēpus bimę ętatis excesserint. Cōsiderāda sūt magna, lōga, musculosa, & arguta corpora, testiculi pares, & exigui, & cętera, quę in patribus dicta sunt. Mores, vt vel ex summa quiete facile cōcitētur, vel ex incitata festinatione nō difficile teneant. Ætatis cōsideratio talis est. Bimo & sex mensiū dentes medij superiores cadūt. Quadrimo canini mutātur. Infra sextum annū molares superiores cadūt. Sexto anno quos primo mutauit, exęquat. Septimo anno omnes dētes ei⁹ explentur. Latēt abhinc ętatis notę. sed prouectioribus tēpora cauari incipiūt, supercilia canescere, dētes plerūq; pminere. Hoc mēse oīa quadrupedia maxime equos castrare debemus.

Color i eqs
Badius
Russeus
Murte⁹ &c.
De ęquab⁹
De pullis

De mulis, & asinis. T. XIIII.

SI QVEM mulorū genus creare delectat, equā magni corporis, solidis ossib⁹, & forma egregia debet eligere. In qua nō velocitatē, sed robur exquirat. Ætas a quadrima vsq; in decennē huic admissurę iusta cōueniet. Si asinus equā fastidit admissus, ostensam prius asinā (donec coeūdi voluptas solicitetur) adhibemus. qua subducta, equā libido incitata non spernet, & raptus illecebris generis sui in pmistionē cōsentiet alieni. Si morsu furens lædit obiectas, aliquatenus labore mitescat. Creantur ex equa, & asino, vel onagro, & equa. Sed generosius nullū est huiusmodi animal, q̄ qd asino creāte nascet. Vtiles tñ admissarij nascent ex onagro, & asina. Qui post in sobole secutura agilitatē, fortitudinēq; restituāt. Admissarius tñ asinus sit hmōi, corpore amplo, solido, musculoso, strictis & fortibus mēbris, nigri vel murini maxime coloris, aut rubei. Qui tñ si discolores pilos in palpebris, aut auribus geret, colorē sobolis plerūq; variabit. Minor trimo, maior decēni non debet admitti. Annicula mula debet a matre depelli, & p mōtes asperos pasci, vt itineris laborem in tenera ętate solidata contēnat. Minor vero asellus maxime agro necessarius est, qui & laborem tolerat, & negligentiā propemodū nō recusat.

De apibus. T. XV.

HOC mense maxime apibus solet morbus incūbere. nā post hyberna ieiunia titimalli, & vlmi amaris floribus, qui prius nascuntur, auidius appetitis solutionē ventris incurrunt, & pereunt, nisi affueris velocitate remedij. Pręebis ergo mali granati cū vino amineo, grana cōtrita, vel vuę passę cū rore syriaco, & austero vino, vel simul oīa lęuigata, & incocta vino aspo. Quæ

HOC mense locis apricis apes quæremus.sed loca mellifica indicant apes,si circa fontes frequentissimæ pascantur.nã si rariores videbuntur,in his locis mellificari vtiliter nõ potest. Ac primo q̃ longe φ si frequẽtes aquant,vbi sint examina earum,hoc genere possumus inuenire.Ac primo q̃ longe sint,exploremus,aut proxime rubricam liquidam breui vasculo infusam geramus,& obseruem⁹ fontes,aut aquas vicinas.tunc dorsa apum bibentium tãgamus illo liquore tincta festucula,atq; ibidẽ moremur.Si cito reuersæ fuerint,quas tinximus,hospitia earum proxima esse noscemus: si tarde,spatio longiore summota,quod pro mora temporis æstimamus.Ad proxima facile venies, ad longinqua hoc genere perduceris.Cânnæ vnum internodium cum suis recidas articulis,& in latere aperies.ibi mel exiguum,vel defrutum mittes,& iuxta fontem pones. cum ad eum conuenerint apes,atq; ingressæ fuerint post odorem,foramen pollice claudis apposito, & vnam tãtùm patieris exire,cuius fugam psequere.ea tibi partẽ demõstrat hospitii.cum ipsam cœperis non videre,alteram continuo dimittes,& sequeris.ita singulæ subinde dimissæ te facient vsq; ad locum examinis peruenire.Aliqui mellis breuissimũ circa aquã vasculum ponunt, de quo cũ apis aquã degustauerit,ad commune pabulum pgens,alias exhibebit.Quarum frequẽtiam subinde crescentem,notata reuolantium parte vsq; ad examina persequeris. Quòd si est examen in spelunca recõditũ,fumo eiicitur,& cum exierit,æris sonitu territum in frutice,vel in aliqua syluæ se parte suspendet,& ita admoto vasculo recipiet.Si vero in cauæ arboris ramo fuerit,acutissima serta idem ramus supra infraq; decisus,& munda veste coopertus poterit afferri, & inter aluearia collocari. Vestigantur aũt mane,vt tota dies sufficiat ad sequẽdum, nam vespere peracto opere ad aquam plerũq; non redeunt. Vasa autem,quibus recipiuntur,pfricanda sunt citreagine,vel herbis suauibus,& conspergenda imbre mellis exigui.quod,si verno fiat,& circa fontes aluearia sic tincta ponantur locis quibus apum frequentia est,multitudinem sibi spõte conducent,si tñ seruari a furibus possunt.Hoc etiam mẽse,sicut supra,purganda sunt aluearia sordibus,& necandi papiliones, qui maxime abundant florentibus maluis,quos hoc genere intercipiemus. Vas æneũ miliario simile,id est altum,& angustum vespere inter aluearia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accensum.Illuc papiliones conueniant,& circa lumen volitabunt, & ãgustia vasculi ab igne proximo interire cogentur.

De horis. T.IX.

HVIVS mensis horæ,horis mensis Septembris æquantur hoc genere.

Hora	I.	Pedes	XXIIII.	Hora	II.	Pedes	XIIII.
Hora	III.	Pedes	X.	Hora	IIII.	Pedes	VII.
Hora	V.	Pedes	V.	Hora	VI.	Pedes	IIII.
Hora	VII.	Pedes	V.	Hora	VIII.	Pedes	VII.
Hora	IX.	Pedes	X.	Hora	X.	Pedes	XIIII.
Hora	XI.	Pedes	XXIIII.				

PALLADII RVTILII
TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER SEXTVS

De panico,& milio,de florentibus satis,de recidendo fœno. T.I.

MAIO mense locis frigidis,& humectis panicũ seremus & miliũ,more, quo dixi. Nũc omnia ꝑpe,quę sata sũt,florẽt,neq; tãgi a cultore debebũt.Florent autem sic.Frumẽta,& ordeũ,& quę sunt seminis singularis octo diebus florebũt.& deinde per dies.XL.grandescẽt flore deposito vsq; ad maturitatis euentũ.quę vero duplicis seminis sũt,sicut faba.pisũ,cæteraq; legumina. XL.diebus florẽt, simulq; grãdescunt.Hoc mẽse in locis siccis,calidis, siue maritimis fœna recidãtur,prius tamen q̃ exarescant.Quòd si pluuiis infusa fuerint, conuerti ante non debent, q̃ pars eorum summa siccata sit.

De nouellæ sarmentis relinquendis,& pampinandis vitibus. T.II.

NVNC cõsideremus nouellæ vitis sarmẽta.quę protulit,& ei pauca & solida relinquamus, & adminiculis firmemus,donec brachia prolata durescant.Nõ autẽ amplius resectæ & pullulãti viticulę,q̃ duæ vel tres materiæ relinquãtur,& alligẽtur propter iniuriã vẽti. Ideo aũt tres materias dixi debere dimitti,ne dissipatib⁹ vẽtis nulla remeat,si in primordio reliq̃ris pauciores. hoc mẽse pãpinari cõueniet.sed tũc est opportuna pãpinatio,cũ teneri rami digitis strigentibus

cta,herbis liberentur,& leuiter circūfodiantur. Nunc locis mediocriter siccis milium serimus, & panicum. Hoc mense pingues cāpi,& agri,q̄ diu aquam tenent,proscindantur post idus,cū & oēs herbas protulerint,& earum semina nondum maturitate firmata sint.

De hortis. T.III.

Brassica. Apium. HOC etiam mense vltimo,& prope vere transacto brassicam serere possumus,quę cauli seruiet,quia cymæ tēpus amisit. Nunc apiū bene seritur locis calidis,& frigidis terra quali volueris,dummodo ibi sit humor assiduus,q̄uis nasci,si necesse fuerit. & in siccitate nō deneget. Et prope omnibus mensibus,a primo vere vsq; ad autumnū seratur extremum. Ex ipsius genere est

Hipposeliō. Helioselinō Petroselinō hipposelinō durius tamen,& austerius,& helioselinon molli folio, & caule tenero,quod nascitur in lacunis,& petroselinon maxime locis asperis. Hæc omnia genera possūt habere diligētes. Apios maiores facies,si semen quantum tribus digitis comprehēdi potest,linteolo clauseris rariore, & breui fossa obrueris. Ita omniū seminū germē capitis vnius soliditate nectetur. Crispi fiunt, si semina ante tundantur,vel si super areas nascentes aliqua pondera volutentur, aut pedibus proculcētur enata. Apii semina vetustiora citius nascūtur,quæ nouella sunt,serius. Hoc mense atri-

Atriplex. plicem seremus,si rigare poterimus,& Iulio,& cæteris vsq; ad autumnum, mensibus. Amat assiduo humore satiari. Semen statim,cum spargitur,obruendum est,herbæ ei subinde vellātur. Trāsferri necessariū non est,cum bene seritur,tamen potest melius adolescere, si spatio rariore pangatur.& iuuetur succo lætaminis,& humoris. Ferro tamen rescindendū semper est, quia ita pullula

Ocymum. re nō cessat. Nunc ocymum seritur. cito nasci dicitur,si statim,cū seueris,aqua calida pfūdas. Rē miram de ocymo Martialis affirmat,q̄ modo purpureos,modo albos flores, modo roseos pariat: & si ex eo semine frequēter serat,modo in serpyllum,modo in sisimbriū mutetur. Hoc etiam mense melones,& cucumeres seruntur,& porrus,& in primordio capparis,& serpyllum,& colocasiæ plantaria ponemus,& lactucas ,& betas,& cepullas,& coriandrum seremus,& intiba secūda satione,quibus vtamur æstate,& cucurbitas,& mentam radice,vel planta.

De zizipha cum disciplina sua. T.IIII.

LOCIS calidis Aprili mense ziziphū conseremus,frigidis vero Maio, vel Iunio. Amat loca calida,aprica. Seritur ossibus,& stipite,& planta. Crescit tardissime. Sed si plantā ponis, Martio magis in terra molli. si ossibus seras,in scrobe palmari,ita vt terna grana per scrobē cacuminibus ponantur inuersis. Quibus in imo,& in summo affūdatur lætamen,& cinis,& herbis adnascētibus manu planta liberetur erumpens. Cum pollicis soliditati similis fuerit,transferatur in locū pastinatum,vel in scrobem. Terram diligit nō nimis lætam,sed proximā tenui,atq; ieiunæ. Per hyemem prodest illi,vt circa codicem lapidū cumulus aggeretur,qui æstate debet auferri. Si arbor hæc tristis est,ferrea strigili subrasa hilarior fiet,vel si fimū bubulū radicib⁹ modice,& freq̄nter affundas. Zizipha collecta matura in longo vase fictili seruantur oblito,& loco sicciore composito. Vel recēter lecta poma si guttis vini veteris perfūdas,efficitur,ne ea rugarū deformet attractio. Seruantur etiā decisa cum ramis suis,aut fronde sua inuoluta,atq; suspensa.

De pomis aliorum mensium. T.V.

HOC etiam mense locis temperatis mala granata ponūtur,ea ratione,qua dictum est,& inseruntur. Nā circa Calendas Maias persicus inoculari potest, quo more emplastratur ficus, sicut diximus,cum de insitione loqueremur. Hoc mense calidis locis citri arbor inseritur,sicut supra memoraui. Nunc locis frigidis fici plantaria disponemus,seruantes eā,quę supradicta est,disciplinam. Nunc etiam ficus debemus inserere in ligno,vel sub cortice,sicut ante pręcepi,& eam locis siccis inoculare. Nunc planta palmarum,quam cephalonem vocamus, locis apricis, & calidis est ponenda. Hoc mense sorbum poterimus inserere in se,in cydonio,in spina alba.

De oleo,& vino violaceo. T.VI.

TOT violæ vncias infundas,quot olei libras miseris,& diebus.xl.sub dio habere debebis. Violæ purgatæ,vt de rore nihil habeant,libras quinq; vini veteris.x.sextariis debebis infūdere,& post.xxx..dies.x.mellis ponderibus temperare.

De armentis. T.VII.

HOC mense vituli nasci solent,quorum matres abundantia pabuli iuuētur, vt sufficere possint tributo laboris,& lactis. Ipsis autē vitulis tostum, miliūq; molitum cum lacte misceatur saluiati more præbendū. Nūc locis calidis tondeātur oues,& serotini fœtus hoc mēse signētur. Nūc etiā prima est admissura,quę excellit,arietū,vt agnos iā maturos hybernū tēpus inueniat

De apibus. T.VIII.

HOC mense locis apricis apes quæremus. sed loca mellifica indicant apes, si circa fontes frequentissimæ pascantur. nā si rariores videbuntur, in his locis mellificari vtiliter nō potest. q̃ si frequētes aquanē, vbi sint examina earum, hoc genere possumus inuenire. Ac primo q̃ longe sint, exploremus, aut proxime rubricam liquidam breui vasculo infusam geramus, & obseruem⁹ fontes, aut aquas vicinas. tunc dorsa apum bibentium tāgamus illo liquore tincta festucula, atq; ibidē moremur. Si cito reuersæ fuerint, quas tinximus, hospitia earum proxima esse noscemus: si tarde, spatio longiore summota, quod pro mora temporis æstimamus. Ad proxima facile venies, ad longinqua hoc genere perduceris. Cānnæ vnum internodium cum suis recidas articulis, & in latere aperies. ibi mel exiguum, vel defrutum mittes, & iuxta fontem pones. cum ad eum conuenerint apes, atq; ingressæ fuerint post odorem, foramen pollice claudis apposito, & vnam tātùm patieris exire, cuius fugam ꝓsequere. ea tibi partē demōstrat hospitii. cum ipsam cœperis non videre, alteram continuo dimittes, & sequeris. ita singulæ subinde dimissæ te facient vsq; ad locum examinis peruenire. Aliqui mellis breuissimū circa aquā vasculum ponunt, de quo cū apis aquā degustauerit, ad commune pabulum ꝑgens, alias exhibebit. Quarum frequētiam subinde crescentem, notata reuolantium parte vsq; ad examina persequeris. Quòd si est examen in spelunca recōditū, fumo eiicitur, & cum exierit, æris sonitu territum in frutice, vel in aliqua syluæ se parte suspendet, & ita admoto vasculo recipiet. Si vero in cauæ arboris ramo fuerit, acutissima serra idem ramus supra infraq; decisus, & munda veste coopertus poterit afferri, & inter aluearia collocari. Vestigantur aūt mane, vt tota dies sufficiat ad sequēdum, nam vespere peracto opere ad aquam plerūq; non redeunt. Vasa autem, quibus recipiuntur, ꝑfricanda sunt citreagine, vel herbis suauibus, & conspergenda imbre mellis exigui. quod, si verno fiat, & circa fontes aluearia sic tincta ponantur locis quibus apum frequentia est, multitudinem sibi spōte conducent, si tn̄ seruari a furibus possunt. Hoc etiam mēse, sicut supra, purganda sunt aluearia sordibus, & necandi papiliones, qui maxime abundant florentibus maluis, quos hoc genere intercipiemus. Vas æneū miliario simile, id est altum, & angustum vespere inter aluearia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accensum. Illuc papiliones conueniant, & circa lumen volitabunt, & āgustia vasculi ab igne proximo interire cogentur.

De horis. T. IX.

HVIVS mensis horæ, horis mensis Septembris æquantur hoc genere.

Hora	I.	Pedes	XXIIII.	Hora	II.	Pedes	XIIII.
Hora	III.	Pedes	X.	Hora	IIII.	Pedes	VII.
Hora	V.	Pedes	V.	Hora	VI.	Pedes	IIII.
Hora	VII.	Pedes	V.	Hora	VIII.	Pedes	VII.
Hora	IX.	Pedes	X.	Hora	X.	Pedes	XIIII.
Hora	XI.	Pedes	XXIIII.				

PALLADII RVTILII
TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER SEXTVS

De panico, & milio, de florentibus satis, de recidendo fœno. T. I.

MAIO mense locis frigidis, & humectis panicū seremus & miliū, more, quo dixi. Nūc omnia ꝓpe, quę sata sūt, florēt, neq; tāgi a cultore debebūt. Florent autem sic. Frumēta, & ordeū, & quę sunt seminis singularis octo diebus florebūt. & deinde per dies. XL. grandescēt flore deposito vsq; ad maturitatis euentū. quę vero duplicis seminis sūt, sicut faba. pisū, cæteraq; legumina. XL. diebus florēt, simulq; grādescunt. Hoc mēse in locis siccis, calidis, siue maritimis fœna recidātur, prius tamen q̃ exarescant. Quòd si pluuiis infusa fuerint, conuerti ante non debent, q̃ pars eorum summa siccata sit.

De nouellæ sarmentis relinquendis, & pampinandis vitibus. T. II.

NVNC cōsideremus nouellæ vitis sarmēta. quę protulit, & ei pauca & solida relinquamus, & adminiculis firmemus, donec brachia prolata durescant. Nō autē amplius resectæ & pullulāti viticulę, q̃ duæ vel tres materiæ relinquātur, & alligētur propter iniuriā vēti. Ideo aūt tres materias dixi debere dimitti, ne dissipātib⁹ vētis nulla remeat, si in primordio reliq̃ris pauciores. hoc mēse pāpinari cōueniet. sed tūc est opportuna pāpinatio, cū teneri rami digitis strigentibus

crepabũt sine difficultate carpẽtis. Hęc res vuas efficit pinguiores, & maturitati cõsulit solis admissu.

De proscindendis, & aperiendis nouis agris. T.III.

NVNC quoq; pingues agri, & herbosi ꝓscindãtur, sed si agros incultos volueris aperire, cõsiderabis, siccus, an humidus sit ager, syluis, aut gramine, fruteris vestitus aut filice. Si humidus erit, fossarum ductibus ex omni parte siccetur. Sed aptæ fossę notæ sũt, cęcæ vero hoc genere fiũt. Imprimũtur sulci per agrum transuersi altitudine pedũ ternũ, postea vsq; ad medietatẽ lapidibus minutis replẽtur, aut glarea, & super terra, quã egesseramus, ęquatur. Sed fossarũ capita vnam patentẽ fossã petant, ad aquã decliues decurrãt. ita & humor deducetur, & agri spatia nõ peribunt. Si defuerint lapides, sarmentis vel stramine subiecto cooperiantur, vel quibuscunq; virgultis. sed si nemorosus est, extirpatis, aut raro relictis arboribus excolatur. Si lapidosus, ꝓ maceri as saxorum a turba collectas & purgari poterit, & inde muniri. Iuncus, & gramẽ, & filices frequẽti aratiõe, vincẽtur. Sed filicem, si sæpe fabam conseras, vel lupinos, & si subinde nascẽtem mucrone falcis incidas, intra exiguũ tempus absumes.

De occandis vitibus, arboribusq;, & rude cędẽda, fodiẽdis seminariis, putãdis oleis, & lupino vertendo. T.IIII.

HOC mense arbores, & vites, quæ ablaqueatæ fuerant, occare, hoc est operire iam conuenit. Nũc ad rudem faciendam sylua cædatur, qñ omni frõde vestitita est. Cædẽdi aũt hic modus est, vt optimus operarius in alta sylua modii spatiũ, mediocris vero tertia minus possit abscidere. Nũc & seminaria fodiũtur assidue, & locis prægelidis, & pluuiosis oleę putãtur, & eis muscꝰ abraditur. At siqs lupinũ stercorãdi agri causa seminabit, aratro illum nunc debebit euertere.

De hortis. T.V.

HORTORVM spatia, quę per autumnũ seminibus implẽda destinãtur, aut plãtis, nũc conueniet pastinare. Hoc mẽse apiũ bene seritur, sicut iã añ dictũ est, vel coriandrũ, & melones & cucurbitę, carduꝰ, & radices, & ruta pãgent. Porri quoq; plãta trãsfertur, vt rigationibꝰ animet.

De pomis. T.VI.

LOCIS calidis nunc mala punica florere incipiunt. Ramus ergo cũ flore (sicut Martialis dicit) si obruto circa arborẽ fictili vase claudatur, & ne resiliat, ligetur ad palũ, ꝓ vasculi magnitudine pomum reddit autumno. Hoc etiã mense locis calidis emplastrari persicus potest. Locis frigidis nunc citri arbor inseritur, & ea, quę dicta est, disciplina seruetur. nunc frigidis locis ziziphum conseremus, & ficum inserimus. Hoc etiam mense palmæ planta disponitur.

De armentis, in eo de castrandis bobus. T.VII.

NVNC castrandi sunt vituli, sicut Mago dicit, tenera ætate, vt fissa ferula testiculi comprimantur, & paulatim confracti resoluantur. Sed hoc luna decrescente verno, vel autũno fieri debere præcipit. Alii ligato ad machinam vitulo, duabus angustis regulis stagneis, sicut forcipibus ipsos neruos apprehendunt, qui græce κρεμαστῆρες dicuntur. His comprehensis tentos testiculos ferro resecant, & ita recidunt, vt aliquid de his capitibus neruorum suorũ dimittatur hęrere, quæ res & sanguinis nimietatẽ prohibet, & nõ omnino iuuẽcos subducto robore virilitatis effœminat. Nec admittẽdum est, quod pleriq; faciunt, vt statim castratos coire compellant, nã certum est ab eis generari, sed ipsos fluxu sanguinis interire. vulnera vero castraturæ cinere sarmentorũ, & spuma linentur argenti. Castratus abstineatur a potu, & cibis pascatur exiguis, & sequẽti triduo præbeãtur ei teneræ arborum sũmitates, & fruteta mollia, & herbæ viridis coma, dulciora sagina roris, aut fluminis. Pice etiã liquida misto cinere, & modico oleo post triduũ vulnera diligenter vnguenda sunt. Sed melius genus castrationis sequẽs vsus inuenit. alligato enim iuuenco, atq; deiecto testiculi stricta pelle clauduntur, atq; ibi lignea regula premente, decidũtur ignitis securibus, vel dolabris, vel, quod est melius formato ad hoc ferramento, vt gladii similitudinẽ teneat. Ita enim circa ipsam regulã ferri acies ardẽtis imprimit, vnoq; ictu & morã doloris beneficio celeritatis absumit, & vstis venis, ac pellibus a fluxu sanguinis strictis, plagam cicatrix quodammodo cum ipso vulnere nata defendit.

De tõsuris ouium. T.VIII.

LOCIS tẽperatis nũc ouiũ celebrãda tõsura est. Sed tõsas oues hoc vnguine medicemꝰ. Succum decocti lupini, feces vini veteris, & amurcã pari mensura miscebis, & in vnum corpus omnia redacta curabis adlinire. Post triduũ deinde, si mare vicinũ est, littori mergantur extremo. si in mediis terris pascimus, aqua cœlestis cũ sale paululũ decocta sub dio debebit pecorũ tonsa & vncta membra diluere. Hoc enim modo curatum pecus toto anno, nec scabrum fieri dicitur, & prolixas lanas creare fertur ac molles.

De caseo faciendo. T.IX.

HOC mēse caseum coagulabim⁹ syncero lacte coagulis vel agni,vel hœdi, vel pellicula,quę solet pullorū vētribus adhęrere,vel agrestis cardui floribus,vel lacte ficulno, cui serū debet omne deduci,vt & pōderibus vrgeatur. Vbi solidari cœperit,loco opaco ponatur,aut frigido,& pressus subinde adiectis pro acquirenda soliditate ponderibus,trito,ac torrefacto sale debet asper gi,& iā durior vehementius premi.Post aliquot dies soliditatę iā formulę per crates ita statuātur ne inuicē se vna quęq; contingat.Sit autem loco clauso,& a ventis remoto, vt teneritudinem ser uet,atq; pinguedinē.Vitia casei sunt,si aut siccus sit,aut fistulosus.qđ eueniet,aut si parū prema tur aut sales inimicos accipiat,aut calore solis vratur. In recenti caseo cōficiendo aliqui nucleos virides pineos terunt, atq; ita misto lacte gelant.Aliqui thymū tritū,& frequēter colatum conge lant.Qualemcūq; etiā saporem velis,efficere poteris,adiecto,qđ elegeris,cōdimēto,seu piperis,seu cuiuscūq; pigmenti. De apibus. T.X.

HOC mense incipiunt augeri examina,& in extremis fauorū partibus maiores creanť apicu læ,quas aliqui reges putant.sed græci eos οἴστρους appellant,& necari iubent, quia requiē cō cutiūt quiescentis examinis.Nūc papiliones abūdant,quos necemus,more,quo dixi.

De pauimentis,& solariis. T.XI.

NVNC circa extremū mēsem pauimenta in solarijs fiūt, q̄ in frigidis regionibus,& vbi prui nę sunt,glacie suspenduntur,& pereunt.Sed si hoc placuerit,sternemus duplices ordines ta bularū transuersos,atq; directos,& paleā, vel filicem supra constituemus, & ęqualiter ęquabimus saxo,qđ manū possit implere. Pedaneū super rudus inducimus, & assiduo vecte densamus. tunc anteq̄ rudus siccetur,bipedas,quę per omnia latera canaliculos habeāt digitales,iungemus,ita vt calce viua ex oleo tēperata,bipedatum canales,qui inter se connectēdi sunt,impleantur,& earū cō iunctione rudus omne cooperiatur.nā siccata omnis materia vnū corpus efficiet, & nullū trans mittet humorem.Postea sex digitorū testaceū superfundemus,& frequenter virgis verberabim⁹, ne rimis possit aperiri.Tūc tessellas latiores,vel tabellas qualescūq; marmoreas,aut paginas impri memus,& hanc constructionem res nulla vitiabit.

De lateribus faciendis. T.XII.

HOC mense lateres faciendi sunt ex terra alba,vel creta,vel rubrica.Nā qui æstate fiunt,ce leritate feruoris in summa cute siccantur interius humore seruato.quę res scissuris eos fa ciet aperiri.Fiunt autē sic. Terra creta diligenter, & omni asperitate purgata mista cū paleis diu macerabitur,& intra formā lateri similē deprimetur.Tunc ad siccādū relicta, subinde versabitur ad solis aspectum.Sint vero lateres longitudine pedū duorū,latitudine vnius,altitudine quatuor vnciarum. De rosato. T.XIII.

QVINQVE libras rosæ pridie purgatę,in vini veteris.x.sextarios mergis,& post.xxx.dies. x.dispumati mellis libras adijcies,& veteris.

De oleo liliaceo. T.XV.

PER olei libras singulas dena lilia curabis infundere,& vas vitreū. xl. diebus locare sub dio.

De oleo roseo. T.XV.

IN olei libras singulas rosę purgatę singulas vncias mittis,&.vij.dieb⁹ in sole suspēdis,& luna.

De rodomelli. T.XVI.

IN succi rosæ sextarijs singulis libras singulas mellis admisces,& diebus.xl. sub sole suspendis.

De rosis viridibus seruandis. T.XVII.

ROSAS nondum patefactas seruabis,si in canna viridi stante, fissa,recludas ita, vt fissuram coire patiaris.& eo tempore cannā recidas, quo rosas virides habere volueris. Aliqui olla rudi conditas,ac bene munitas sub dio obruunt,ac reseruant.

De horis. T.XVIII.

IN horarum mensuris Maius respondet Augusto.

Hora	I.	Pedes	XXIII.	Hora	VII.	Pedes	IIII.
Hora	II.	Pedes	XIII.	Hora	VIII.	Pedes	VI.
Hora	III.	Pedes	IX.	Hora	IX.	Pedes	IX.
Hora	IIII.	Pedes	VI.	Hora	X.	Pedes	XIII.
Hora	V.	Pedes	IIII.	Hora	XI.	Pedes	XXIII.
Hora	VI.	Pedes	III.				

PALLADII RVTILII TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER SEPTIMVS.

De area paranda. T.I.

IVNIO mense area paranda est ad trituram, cuius primo terra radatur, deinde effossa leuiter mistis paleis, & amurca ęquatur insulsa. Quę res a muribus, & formicis frumenta defendit. Tunc premenda est rotundo lapide, vel columnæ quocunq; fragmento, cuius volutatio possit eius spatia solidare. Dehinc sole siccet. Aliqui mundatis areis aquā spargunt, & minuta ibi pecora diu spatiari, ac pculcare cōpellunt. Et cū terra vngulis stricta fuerit, spectāt solidam siccitatem.

De messibus. T.II.

NVNC primo ordei messis incipitur, quę consumanda est anteq̄ grana arefactis spicis lapsa decurrant, quia nullis, sicut triticum, folliculis vestiuntur. Quinq; modios recidere potest pleni agri opera vna messoris experti, mediocris vero tres, vltimi etiā minus. Sed ordei culmos iacere in agris aliquantulum sinamus, quia fertur hoc more grandescere. Nunc etiā mense postremo locis maritimis, & calidioribus, ac siccis tritici messis abscinditur. Quā paratā esse cognosces, si ęqualiter spicarū populus maturato rubore flauescat. Pars Galliarū planior hoc cōpendio vtitur ad metendū. & pręter hominū labores vnius bouis opera spatium totius messis absumit. Fit itaq; vehiculū, qd duabus rotis breuibus fertur, huius quadrata superficies tabulis munitur, quę forinsecus recliues in summo reddant spatia largiora. Ab eius fronte carpenti breuior est altitudo tabularum. Ibi denticuli plurimi ac rari ad spicarū mensuram constituuntur in ordiné, ad superiorē partē recuruι. A tergo vero eiusdem vehiculi duo breuissimi temones figurantur, velut amites basternarū. Ibi bos capite in vehiculū verso iugo aptatur, & vinculis, mansuetus sane, qui non modū compulsoris excedat. Hic vbi vehiculū per messes cœpit impellere, omnis spica in carpentū denticulis comprehensa cumulatur, abruptis ac relictis paleis, altitudinē vel humilitatem plerūq; bubulco moderante, qui sequitur, & ita per paucos itus ac reditus breui horarum spatio tota messis impletur. Hoc campestribus locis, vel æqualibus vtile est, & ijs, quibus necessaria palea non habetur.

De agris proscindendis, de vineis occandis, fodiendis, vicia, fœno græco recolligendis. T.III.

NVNC frigidissimis locis, quæ Maio sunt prætermissa faciemus. Agros æque proscindemus herbosis & gelidis partibus. Vineta occabimus. Colligemus viciam, fœnū græcum resecabimus ad pabulum. Hoc mense locis frigidis peragenda est leguminū messis, itaq; lenticulam collectam, cineri mistam, bene seruabimus, vel vasis olearijs, aut salsamentarijs, repletis statimq; gypsatis. Nunc & faba luna minuente velletur. Ante lucem sane, & anteq̄ luna procedat, excussa, & refrigerata ponatur. Ita gurguliones non patietur infestos. Hoc mense lupinus colligitur, & si placuerit, statim separetur ex area. sed longe ab humore est ponendus in horreis. Sic enim diutissime custoditur, maxime si granaria eius afflauerit fumus assiduus.

De hortis. T.IIII.

HOC mense circa solstitium brassicam seremus, quā inchoante transferemus Augusto, vel irriguo loco, vel pluuia initiante madefacto. Apium quoq; bene serere poterimus, betas, & radices, & lactucas, & coriandrum, si rigemus.

De pomis. T.V.

HOC etiam mense ramus punici (sicut supra diximus) poterit intra fictile vasculum claudi, vt ad eius magnitudinem poma restituat. Nunc pyra, vel mala, vbi ramos multa poma deflabunt, interlegenda sunt quæcunq; vitiosa, vt succus, qui ingrate his posset impédi, ad meliora vertatur Hoc etiam mense locis frigidis ziziphum serere poterimus. Nunc caprificandæ sunt arbores fici, sicut in eius narrauimus disciplina. Aliq eas & hoc mēse inserūt. Locis frigidis pſic⁹ inoculatur, palmę plāta circunfodit. Hoc mēse, vel Iulio celebrat insitio in pomis, q̄ emplastratio dicit. Solis arborib⁹ cōuenit, qb⁹ pinguis succ⁹ in cortice est, vt ficis, & oleis, ac similibus, vt Martialis dicit, & pſico. Fit aūt sic. Ex nouellis ramis, & nitidis, ac feracib⁹, gēmā, q̄ bn̄ apparebit sine dubio pceſſura, duob⁹ digitis quadratis circūsignabis, vt ipsa statuat in medio, & ita subtiliter corti

cē leuabis acutiſſimo ſcalpro,ne gemma lędatur.Item ex ea arbore,cui velimus inſerere, ſimiliter cum gẽma tolletur emplaſtrũ,nitido tamẽ,atq; vberi loco.Tunc ibi cõuenienter aſtringit,& preſſum circa gemmã vinculis cogitur ſine germinis lęſione cohęrere,vt ea,quę appoſite redditur,locum gẽmę prioris includat.tunc luto ſuperlinis,& liberam gemmã relinques. Ramos ſuperiores eius arboris ſecabis,ac ſtirpes,& ab vno & viginti diebus exactis reſoluto vimine vinculorum re periesexterni ſeminis gemmam mire in arboris alienæ membra tranſiſſe.

De armentis,in eo de caſtratura,de caſeo,de tonſura. T.VI.

HOC etiam menſe vituli recte,vt dictũ eſt ante,caſtrantur.Nunc etiam caſeum iure conficimus,& oues in frigida regione tondemus.

De apibus,aluearijs,& reliquis. T.VII.

HOC menſe aluearia caſtrabũtur,quę matura eſſe ad mellis reditũ ſignis ꝗpluribus inſtruimur.Primũ,ſi plena ſunt,apũ ſubtile murmur audim⁹:nã vacuę ſedes fauoꝝ, velut cõcaua ędificia,voces,quas acceperint,in maius extollũt.Quare cũ murmuris ſonus magn⁹,& raucus eſt agnoſcimus nõ eſſe idoneas ad metendũ crates fauorũ.Item cũ fucos a ſedibus ſuis,qui ſunt apes maiores,grandi intentione deturbant, matura mella teſtantur.Caſtrabuntur aũt aluearia matutinis horis,cum torpẽt alpes,nec caloribus aſperant.Fumus admouet ex galbano, & arido fimo bubulo,quẽ in pultario factis carbonibus cõuenit excitare. Qđ vas ita figuratũ ſit, vt velut inuerſi infundibuli anguſto ore fumũ poſſit emittere,atq; ita cedentibus apibus, mella recidentur. Ad examinis pabulum hoc tempore pars fauorũ debet quinta dimitti. Sane putres ac vitioſi faui de aluearijs auferantur.Nũc mella conficimus congeſtis in mundiſſimũ ſabanum fauis,ac diligenter expreſſis.Sed anteꝗ premamus,partes fauorũ corruptas,vel pullos habentes recidem⁹,nã malo ſapore mella corrũpũt.Mel recẽs paucis diebus apertis vaſculis habendũ eſt,atq; in ſummitate purgandũ,donec refrigerato calore muſti more deferueat.Nobilius mel erit,qđ ante expreſſionem ſecundã,velut ſponte profluxerit.Hoc etiam menſe ceram conficimus, quæ in vaſe æneo feruenti aqua pleno minute conciſis fauorũ reliquijs mollietur, & deinde in alijs vaſculis ſine aqua reſoluta digeretur in formas.Nũc ſi mẽſe vltimo,noua egrediuntur examina, cuſtos eſſe debebit attentus,quia nouellę apes vagantibus animis iuuentute,niſi ſeruentur,effugiunt.Exeũtia in adi tu ſuo morant vno aut duobus diebus,quę ſtatim nouis aluearijs excipienda ſunt.Obſeruabit au tem cuſtos aſſiduus vſq; in octauã, vel nonã horã,quia poſthęc tẽpora nõ facile fugere,aut emigrare conſueuerunt,ꝗuis aliquę ſtatim & procedere,& abire nõ dubitent.Signa futurę fugę hæc ſunt.Ante biduũ,vel triduũ acrius tumultuant,& murmurãt. Qđ vbi appoſita frequenter aure explorator agnouerit,ſolicitior aduerſum hęc eſſe debebit.Solẽt hęc ſigna & cũ pugnaturę ſunt, facere.Quarũ pugnã cõpeſcit puluis,aut mulſę aquę imber aſperſus.Ineſt illi ad originis ſuæ reparandam concordiam,dulcis authoritas.Sed cũ ſe agmina ſic pacata,in ramo,aut loco quocũq; ſuſpẽderint,ſi vnius vberis eductione pendebunt,noris aut vnũ regẽ eſſe vniuerſis,aut reconciliatis omnibus manere concordiã.Si vero duo, vel plura vbera ſuſpendens ſe populus imitatur, & diſcordes ſunt,& tot reges eſſe,quot velut vbera videris, confitentur. Vbi globos apiũ frequentiores videris,vncta manu ſucco meliſophylli,vel apij reges requiras.Sunt autem paulo maiores, & oblongi magis ꝗ cęterę apes,rectioribus cruribus,neq; grandibus pennis,pulchri coloris,& nitidi,lęues,ſine pilo,niſi forte pleniores,quaſi capillum gerunt in ventre, quo tamen non vtuntur ad vulnus.Sunt alij fuſci,atq; hirſuti,quos oportet extingui,& pulchriorẽ relinqui,qui ſi frequẽter vagatur cum examinibus,exſectis alis reſeruetur.hoc enim manẽte nulla diſcedet. Sed ſi nulla naſcantur examina,duorum vel trium vaſculorum multitudinem in vnum conferre poſſum⁹, dulci tamen liquore conſperſas apes atq; incluſas per triduũ tenebimus , appoſito cibo mellis, & exigua tantũ ſpiracula relinquemus in cælla. Qꝫ ſi velis aluearĩũ,cui per aliquã peſtem multitudo ſubducta eſt,populi adiectione reparare,cõſiderabis in aliis abundantibus, ceras fauorum , & extremitates quę pullos habent,& vbi ſignum naſcituri regis iueneris,cum ſobole ſua recides,& in id aluearĩũ pones.Eſt aũt hoc futuri regis ſignum.Inter cętera foramina, quę pullos cõtinent, vnum maius ac longius velut vber apparet.Sed tunc transferendi ſunt,quando eroſis cooperculis ad naſcendum maturi capita nituntur exerere,nam ſi immaturos tranſtuleris,interibũt.Si autem ſe ſubitum leuabit examen,ſtrepitu æris terreatur,aut teſtulę,tunc ad aluearium redibit,aut in proxima fronde pendebit,& inde in nouum vas herbis conſuetis , & melle conſperſum manu attrahatur,aut trulla,& cum in eo loco requieuerit,veſpere inter alia collocetur.

De pauimentis,& latere. T.VIII.

Fuci.

Mel.

Cera

Fuga apũ.

Pugna apũ

HOC etiam mense pauimenta faciemus sub diuo,& lateres more,quo dixi.

Qualiter fructuum venturorum experimenta sumantur. T.IX.

GRÆCI afferunt Ægyptios hoc more prouentum futuri cuiusq; seminis experiri. Aream breuem loco subacto,& humido nunc excolunt,& in ea diuisis spatiis omnia frumenti,vel leguminũ semina spargunt.Deinde in ortu caniculę,qui apud Romanos quartodecimo Calendarum Augustarum die tenetur, explorant quæ semina ortum sidus exurat, quæ illęsa custodiat. His abstinent,illa procurant,quia indicium noxę aut beneficij,per annũ futurum generi vnicuiq; sidus aridum pręsenti exitio, vel salute præmisit.

De oleo chamæmilleo. T.X.

PER olei libras singulas chamæmillæ herbę florẽtis,aureę medietatis,proiectis albis folijs,quibus flos ambit,vnciarũ singularũ põdus infundis,& quadraginta diebus in sole constitues.

De œnanthe. T.XI.

SYLVESTRES vuas,cum florent,sine rore colligimus,& expãdimus in sole, nequid restet humoris,& flos ad excutiendũ siccior appareatur.Tũc cribello spisso cernimus,vt grana nõ trãseant,sed flos solus decidat.Hunc in melle seruamus infuso.& cũ dieb⁹.xxx. fuerit conditum,temperamus eo genere,& more quo rosatum moris est temperare.

De alica. T.XII.

ORDEVM seminaturũ,cui adhuc superest aliqd de virore per manipulos ligabis & torrebis in furno,vt facile mola possit infringi,& in modio vno salis aliquantum,dum molitur,miscere curabis,ac seruabis.

De horis. T.XIII.

IVNIVS, ac Iulius horarum sibi æqua spatia contulerunt.

Hora	I.	Pedes	XXII.	Hora	VII.	Pedes	III.
Hora	II.	Pedes	XII	Hora	VIII.	Pedes	V.
Hora	III.	Pedes	VIII.	Hora	IX.	Pedes	VIII.
Hora	IIII.	Pedes	V.	Hora	X.	Pedes	XII.
Hora	V.	Pedes	III.	Hora	XI.	Pedes	XXII.
Hora	VI.	Pedes	II.				

PALLADII RVTILII
TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER OCTAVVS.

De iterandis agris,de messe triticea,de extirpandis vepribus,& filicetis,de arboribus operiendis nouellis. T.I.

IVLIO mense agri,qui Aprili proscissi fuerant,circa calendas iterentur. Nũc locis tẽperatis tritici messis expletur,more,quo dictum est, syluestres agri vtilissime extirpabuntur arboribus,atq; virgultis,cũ luna decrescit,desectis radicibus atq; combustis.Hoc mense arbores,quę in messe steterant,sectis messibus obruãtur aggestione terrarũ ꝓpter nimios solis ardores,opera vna.XX.maximas obruet.Nũc & nouellæ vites mane,& vespere iam calore deposito effodi debẽt,& auerso gramine pulueraři.Hoc mẽse vtiliter vel ante caniculares dies filices extirpabis, & caricẽ.

De hortis. T.II.

HOC etiã mense cepullas serimus irriguis,ac frigidis locis,& radicẽ,& atriplicẽ,si rigare possumus,& ocymũ maluas,betas,lactucas,& porros rigandos.Hoc mẽse loco irriguo napos seremus,& rapa solo putri,& soluto nec spisso.Locis humidis lętanẽ,& cãpis. Sed napos in sicco, & prope tenui,atq; deuexo,& sabuloso melior nascitur. Loci ꝓprietas vtrũq; semẽ in alterũ mutat.Nã rapa in alio solo ꝑ bienniũ sata mutanẽ in napos,alio vero napus transit in rapũ.Subactũ solũ stercoratũ versatũq; cõquirũt,qđ & ipsis,& segetibus ꝓderit,quæ ibi anno eodẽ seruntur.Iugero raporũ quatuor sextarij,napi aũt quinq; sufficiunt.Si spissa sunt,interuelles aliqua,vt cętera roborẽtur.Vt vero semina maiora redigantur,eruta rapa,foliis omnibus purgas,& ad dimidij digiti crassitudinem in caule succides.Tunc in sulcis diligenter subactis,octonis digitis separata obrues,& iniicies terram,& calcabis,ita magna nascentur.

De pomis. T.III.

HOC etiã mẽse emplastratio celebrari potest,sicut ante demõstraui,& pyrus, vel malus locis

humidis nunc insita me explorante processit. Hoc etiam mense in pomis serotinis, quæ vbertate nimia ramos onerauerunt (sicut prædixi) interlegenda sunt, si qua vitiosa repereris, vt arboris suc cum vertamus ad meliorū nutrimenta pomorum. Nūc citri taleam loco irriguo frigidis regionibus me plātasse memini, & quotidianis animasse liquoribus, quæ & nascēdo, & afferendo votum felicitatis æquauit. Hoc tempore locis humidis inoculari ficus, & inseri citrius potest. Mēse iā me dio palmæ plāta circūfodi. Nūc locis temperatis, amygdala matura sunt ad legendum.

De armentis. T.IIII.

HOC tempore maxime tauris submittendæ sunt vaccę, quia decē mensium partus sic poterit maturo vere cōcludi, & certum est eas post vernā pinguedinē gestientes veneris amare lasciuiā. Vni tauro quindecim vaccas Columella asserit posse sufficere, curandūq; ne cōcipere nequeant nimietate pinguedinis. Si abūdātia pabuli est in regione, qua pascimus, potest annis oībus in fœturam vacca submitti. Si vero indigetur hoc genere, alternis tēporibus onerādæ sunt, maximeq;, si eædē vaccæ alicui operi seruire cōsueuerūt. Hoc mense arietes candidissimi eligendi, & admittendi sūt mollibus lanis, in ꝗbus nō solū corporis cādor cōsiderandus est, sed etiam lingua, quę, si maculis fuscabitur, varietatē reddit in sobole. De albo plerunq; nascitur coloris alterius. De fuscis nunꝗ (sicut Columella dicit) potest alb⁹ creari. Eligemus arietē altū, procerū, vētre promisso, & lanis candidis tecto, cauda longissima, velleris dēsi, fronte lata, magnis testibus ætatis primæ qui tñ vsq; in octo annos potest vtiliter inire. Fœmina debet bima submitti, quę vsq; in quinquēnium fœturæ necessaria est, anno septimo deficit. Eligenda est vasti corporis, prolixi velleris, ac mollissimi, lanosi & magni vteri. Sed prouidēdum est in hoc genere, vt pabuli vbertate saturetur & longe pascatur a sentibus, q & lanā minuunt, & corpus incidunt. admittēdi sunt mēse Iulio, vt nati ante hyemē conualescant. Aristoteles asserit, si masculos plures creari velis, admissurę tēpore siccos dies, & halitū septentrionis eligendū, & cōtra eū ventum greges esse pascēdos. Si fœminas generari velis, austri captādos flatus, & in eū pascua dirigēda, ac sic ineundas matres, vt mortuarum, vel vitiosarū numerus nouella sobole reparetur. Autūno debiles quęq; precio mutentur, ne eas imbecillas hybernū frigus absumat. Aliqui duobus ante mensibus arietes a coitu reuocant, vt facem libidinis augeat dilatio voluptatis. Quidam coire sine discretione permittunt, vt hoc eis genere per annum totum fœtura non desit.

Tauri.

Arietes.

Oues vt mares vel fœmias generent.

De extirpando gramine. T.V.

HOC mēse, cū sol cancri tenebit hospitiū, luna sexta in capricorni signo posita, gramē ablatum gręci asserunt nihil de radicibus redditurū. Itē si bidētes cyprei fiāt, & sāguine tigant hircino, & post fornacis ardores nō aqua, sed eodē sāguine tēperētur, p eos erutū gramē extigui.

De vino scyllite. T.VI.

HOC mense vinū scyllite sic facimus. Scyllam de montanis, aut maritimis locis sub ortu canicularum lectam procul a sole siccam⁹. Ex hac in vini amphoram vnius libræ mensuram mittimus, incisis ante tamen superfluis, & abiectis foliis, quibus pars extrema vallatur. Quidam velamina ipsa filo inserta suspendunt, vt vino infusa mergantur, & non admista fecibus post XL. dierū spatiū serta, quę appensa sunt, auferātur. Hoc vini genus tussi resistet, ventrē purgabit, flegma dissoluet, spleneticis proderit, acumen prę stabit oculorum, concitabit digestionis auxilia.

De hydromelli. T.VII.

INCHOANTIBVS canicularibus diebus aquam puram pridie sumis ex fonte. In trib⁹ aquę sextariis vnum sextarium non dispumati mellis admisce, ac diligenter per carenarias diuisum quinq; horarum spatio continuo per inuestes pueros curabis agitare vasa ipsa concutiens. Tunc XL. diebus ac noctibus patieris esse sub cœlo.

De aceto scyllitico. T.VIII

SQVILLÆ albæ crudæ proiectis duris, atq; extrinsecus positis omnibus teneram medietatē ad libram & sex vncias per minutas partes recides, & in aceti acerrimi duodecī sextariis merges. Vas signatum. XL. dieb⁹ patieris esse sub sole. Post abiecta squilla acetum diligentius excolabis, & in bene picato vase transfundes. Aliud acetum digestioni & saluti accommodum. Squillæ dragmas. viii. aceti sextarios. XXX. mittis in vasculo, & piperis vnciam vnam, mentæ, & casiæ aliquantum, & post aliquod tempus vteris.

De sinapi. T.IX.

SINAPIS semē ad modū sextarii vnius & semis redigere curalis in puluerē, cui mellis pōdo. v. olei hispani vnam libram, aceti acris vnum sextariū misces, & tritis omnibus diligēter vteris

De horis. T.X.

IVLII & Iunii horas pari mensura Libra composuit.

Hora	I.	Pedes	XXII.	Hora	II.	Pedes	XII.
Hora	III.	Pedes	VIII.	Hora	IIII.	Pedes	V.
Hora	V.	Pedes	III.	Hora	VI.	Pedes	II.
Hora	VII.	Pedes	III.	Hora	VIII.	Pedes	V.
Hora	IX.	Pedes	VIII.	Hora	X.	Pedes	XII.
Hora	XI.	Pedes	XXII.				

PALLADII RVTILII TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER NONVS.

De agris exilib⁹ arãdis,de apparãda vindemia,de occatione vinearũ locis frigidis. T.I.

AVGVSTO mense vltimo circa Calendas Septembres ager planus, humidus, exilis incipiat exarari. Nunc maritimis locis vindemiæ apparatus vrgetur. Hoc etiam mense locis frigidissimis occatio vinearum fit.

De exili,& misera vinea reficienda. T.II.

Lætamen. HOC tẽpore,si terra exilis in vinea est,& vinea ipsa miserior,tres vel quatuor lupini modios in iugero spargis,atq; ita occabis. Quod vbi fruticauerit,euertitur,& optimum stercus præbet in vineis,quia lętamen propter vini vitiũ nõ cõuenit inferre vinetis.

De pãpinandis,& obũbrãdis vitib⁹,& extirpãdis carectis,atq; filicetis. T.III.

NVNC locis frigidis pãpinatur,locis vero feruentibus ac siccis obũbratur potius vua,ne vi solis arescat,si aut vineę breuitas,aut facultas operarũ pmittit. Hoc etiã mẽse extirpare possumus carecta,atq; filiceta.

De vrendis pascuis. T.IIII.

NVNC vrenda sunt pascua,vt & altorũ fruticum festinatio reprimatur ad stirpes, & incensis aridis noua lætius succedant.

De hortis. T.V.

Radices. HOC etiam mense vltimo siccis locis rapa & napus serenda sunt hac ratione, qua añ dictũ est. Hoc mense vltimo,locis siccioribus radices seruntur,quæ hyeme sui vsum ministrent. Amant terrã pinguẽ,solutã,& diu subactã,qualẽ rapa. Tofum & glaream reformidant. Gaudent cœli statu nebuloso. Serendę sunt spatiis grandibus ,& alte fossis. Meliores proueniunt in arenis. Serantur post nouam pluuiam,nisi possint forte rigari. Quod satum est statim debet operiri leui sarculo. Iugerum duo sextarii,vel vt quidam,quatuor,cum seruntur,implent. Lætamen nõ est ingerendum,sed potius paleæ,quia inde fungosæ sunt. Suauiores fiunt,si eas aqua salsa frequenter aspergas. Radices fœminini generis putantur,quæ minus acres sunt,& habent folia latiora, & leuia,& cum iucunditate virentia. Ex his ergo semina colligemus. Maiores fieri creduntur,si sublatis omnibus foliis,& solo tenui caule dimisso,sæpe terris operiantur. Si ex nimis acra dulcem fieri velis,semina die & nocte melle macerabis,aut passo. Raphanũ tñ, sicut brassicã, cõstat esse vitib⁹ inimicum. nã si circa se serantur, natura discordante refugiũt. Hoc etiã mẽse pastinacas seremus.

Raphanũ brassicãq; viti inimica.

De pomis. T.VI.

ETIAM nũc emplastrãtur arbusta. Pyrũ nũc pleriq; inserunt,& locis irriguis arborẽ citri.

De apibus. T.VII.

HOC mense crabrones molesti sunt alueariis apum,quos persequi,ac necare debemus. Nũc etiam quæ Iulio non excurrimus,exequamur.

De aqua inuenienda. T.VIII.

Aquã ex q̃litate terræ iudicari. NVNC,si deerit aqua,eã quærere ac vestigare debebis,quã taliter poteris inuenire. Ante ortum solis iis locis,quibus aqua quęrenda est,æqualiter pronus mento ad solum depresso iacens in terra spectabis oriẽtẽ. & in quo loco crispũ subtili nebula aerẽ surgere videbis, & velut rorem spargere,signo aliquo vicinę stirpis,aut arboris pręnotabis. Nã constat siccis locis, vbi hoc fiet,aquam latere,sed terrarũ genus cõsiderabis,vt possis vel de tenuitate, vel de abũdãtia iudicare. Creta tenues,nec optimi saporis venas creabit. Sabulo solut⁹ exiles,insuaues,limosas,& spatio

altiore submersas. Nigra terra humores, & stilicidia non magna ex hybernis imbribus, & liquore collecta, sed saporis egregii. Glarea mediocres, & incertas venas, sed suauitate præcipuas. Sabulo masculus, & arena, & carbunculus certas, & vbertate copiosas. In saxo rubro bonæ, & abundantes sunt. Sed prouidendum est, ne inuentæ inter rimas refugiant, & per interuenia dilabātur. Sub radicibus montium, & in saxis, silicibus vberes, frigidæ, salubres. Locis campestribus salsæ, graues, tepidę, insuaues: quarum sapor si optimus fuerit, noueris eas sub terris exordium de mōte sumpsisse. Sed in mediis campis montanorum fontium suauitatē consequentur, si vmbrantibus tegantur arbustis. Sunt & hæc signa vestigandæ aquæ, quibus tunc credimus, si neq; lacuna est, neq; aliquis ibi ex consuetudine humor insidet, aut præterit. iuncus tenuis, salix syluatica, alnus, vitex arundo, edera, cæteraq;, siqua humore gignuntur. Locus ergo, vbi suprascripta signa repereris, fodiatur latitudine pedibus tribus, altitudine pedibus quinq;, & proxime solis occasum mundū vas ibi ęreum, vel plumbeum interius vnctū inuersum ponatur in solo ipsius fossionis. Tūc supra fossæ labra crate facta de virgis, ac frondibus, additaq; terra, spatium omne cooperiatur. Sequēti die aperto loco, si in eodem vase sudores intrinsecus inueniantur, aut stillę, aquas ibi esse nō dubites. Item si vas figuli siccū, neq; coctum eadem ratione ponatur, ac similiter operiatur, altero vero die, si aquarum vena est, in præsenti vas cōcepto humore soluetur. Itē vellus lanæ ęque positum, vel coopertum, si tantum colligit humoris, vt alia die fundat expressum, copias inesse testabitur. Item lucerna oleo plena, & accensa, si ibi similiter tecta ponatur, & secuto die inueniatur extincta superantibus alimentis, aquas idē locus habebit. Item si in eo loco focū feceris, & terra vaporata humidum fumū, nebulosumq; ructauerit, aquas inesse cognosces. His itaq; repertis certa signorum firmāte notitia, puteum fodies, & aquæ caput requires. Vel si plura sunt, in vnū colliges. Tamen maxime sub radicibus montium in septentrionali partæ quærendæ sunt aquæ, quia in his locis magis abundant, vtilioresq; nascuntur.

Aquarū discrimina secūdū loci situm.

De puteis. T.IX.

SED in fodiendis puteis cauendū est fossorum periculū, quoniam plerumq; terra, sulfur, alumē bitumen educit. Quorū spiritus misti anhelitum pestis exhalant, & occupatis statim naribus extorquent animas, nisi quis fugæ sibi velocitate succurrat. Prius ergo, q̄ descendatur ad intima, in eis locis lucernā ponis accensā, quæ si extincta non fuerit, periculum non timebis. Si vero extinguetur, cauendus est locus, quē spiritus mortifer occupabit. Quòd si alio loco aqua nō potest inueniri, dextra leuaq; puteos fodiemus, vsq; ad aquæ ipsius libramentum, & ab his foramina hinc inde patefacta, velut nares intus agemus, qua nocens spiritus euaporet, quo facto, latera puteorum structura suscipiat. Fodiendus est autem puteus latitudine octo pedum quoquouersum, vt binos pedes structura concludat. quæ structura vectibus ligneis subinde densetur, & structa sit lapide tofacio, vel silice. Si aqua limosa fuerit, salis admistione corrigatur. Sed dum foditur puteus, si terra non stabit vitio generis dissoluti, aut humore laxabitur, tabulas obiicies directas vndiq;, & eas transuersis vectibus sustinebis, ne fodientes ruina concludat.

Fossorum periculum.

De aqua probanda. T.X.

AQVAM vero nouam sic probabis. in vase æneo nitido spargis, & si maculam non fecerit, probabilis iudicetur. Item decocta æneo vasculo, si arenam, vel limū nō relinquit in fundo vtilis erit. Item si legumina cito valebit excoquere, vel si colore perlucido carēs musco, & omni labe pollutionis aliena. Sed q in alto sunt putei, perforatis vsq; ad infimam partē terris ad loca inferiora, possunt vice fontis exire, si vallis subiectæ natura permittat.

De aquæ ductibus. T.XI.

CVM vero ducenda est aqua, ducitur aut forma structili, aut plumbeis fistulis, aut canalibus ligneis, aut fictilibus tubis. Si per formam ducetur, solidandus est canalis, ne per rimas aqua possit elabi. Cuius magnitudo pro aquę mensura facienda est. Si per planum veniet, inter sexagenos, vel centenos pedes sensim reclinetur structura in sesquipedem, vt vim possit habere currendi. Si quis mons interiectus occurrerit, aut per latera eius aquam ducemus obliquā, aut ad aquæ caput speluncas librabimus, per quarum structuram perueniat. Sed si se vallis interserat, erectas pilas, vel arcus vsq; ad aquæ iusta vestigia construemus, aut plumbeis fistulis clausam deiici patiemur, et explicata valle cōsurgere. Sed, quod est salubrius, & vtilius, fictilibus tubis cum ducitur, duobus digitis crassi, & ex vna parte reddantur angusti, vt palmi spatio vnus in alterū possit intrare. quas iūcturas viua calce oleo subacta debem9 illinire. Sed anq̄ in iis aquę cursus admittat, fauilla p eos mista exiguo liq̄re decurrat, vt glutinare possit, siqua sūt vitia tuboꝝ. Vltima ratio

est plumbeis fistulis ducere,quę aquas noxias reddũt. nã cerusa plũbo creatur attrito,quę corporibus nocet humanis.Diligẽtis erit aquarũ receptacula fabricari,vt copiã,vel inops vena pcuret.

De mensuris,& ponderibus fistularum. T.XII.

MENSVRA vero fistularum plumbo seruetur huiusmodi.Centenaria.x. pedum mille ducentas libras habeat. Octogenaria nonaginta.xl. Quinquagenaria similiter.x. pedum põdo sexcenta. Quadragenaria pondo quadraginta.lxxx.Tricenaria põdo trecenta sexaginta. Vicenaria pondo ducenta.xl.Octonaria pondo nonagintasex.

De omphacomelli. T.XIII.

IN vuæ semiacerbæ succi sextariis sex,mellis triti fortiter duos sextarios debebis infundere, & sub solis radiis diebus.xl.decoquere.

De horis. T.XIIII.

AVGVSTVM Maius per solis cursus æquauit.

Hora	I.	Pedes	XXIII.	Hora	II.	Pedes	XIII.
Hora	III.	Pedes	IX.	Hora	IIII.	Pedes	VI.
Hora	V.	Pedes	IIII.	Hora	VI.	Pedes	III.
Hora	VII.	Pedes	IIII.	Hora	VIII.	Pedes	VI.
Hora	IX.	Pedes	IX.	Hora	X.	Pedes	XIII.
Hora	XI.	Pedes	XXIII.				

PALLADII RVTILII

TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER DECIMVS.

De agris pinguibus tertiandis,vel implendis exilibus,de stercorandõ. T.I.

SEPTEMBRI mense ager pinguis,& q diu tenere consueuit humorem,tertia vice arabitur.quis humido anno possit & antea tertiari.Nũc ager humid⁹,plan⁹, exilis,quẽ primo Augusto arari diximus,inseretur,& seritur. Graciles cliui nũc primum arandi sunt,& serendi statim circa æquinoctium.Agri nunc stercorandi sunt,sed in colle spissius,in campo rarius,lætamina disponentur,cum luna minuitur:quę res,si seruetur,herbis officiet. Vni iugero asserit Columella.xxiiii. stercoris carpenta sufficere.In plano vero.xviii.Sed iidem cumuli tot dissipandi sunt,quot ea die poterunt exarari,ne stercora exiccata nihil prosint.Eiiciuntur quidẽ lætamina, & qualibet hyemis parte.Sed si tempore suo eiici aliqua ratione nõ poterunt.ante q̃ seras,more seminis p agros puluerem stercoris sparge,vel caprinum manu proiice,& terram surculis misce. Nec prodest nimiũ stercorare vno tempore,sed frequẽter,& modice. Ager aquosus plus stercoris,siccus vero minus requirit.Sed si lætaminis copia nõ abundat,hoc pro stercore optime cedit,vt sabulosis locis cretam,vel argillam spargas,cretosis ac nimium spissis sabulonem.Hoc etiã segetibus proficit,& vineas pulcherrimas reddit,nam lętamen in vineis saporem vini vitiare consueuit.

De serendo tritico & adoreo in locis frigidis,& opacis. T.II.

HOC mense vliginosis locis,aut exilibus,aut frigidis,aut opacis circa æquinoctium triticũ, & adoreũ seretur, dum serenitas constat,vt radices frumẽti ante hyemem conualescãt.

De remedio,salsi humoris,& diuersis remediis ad sationẽ pertinentibus. T.III.

SOLET terra humorem salsum vomere,qui segetes necat.Vbi hoc fit,columbinũ stercus,aut cupressi folia oportet inspergere,& ita,vt eadem misceãtur,inarare.Melius tamen omnibus remediis erit,si aquarius sulcus noxiũ deducat humorem.In mediocris agri iugero.v.tritici modios & adorei totidem cõseremus,nam quatuor ager pinguis accipiet.Si modium,quo seretur,hyenæ pelle vestieris,& ibi aliquandiu quod serendum est,esse patieris,sata bene prouenire firmant. Item quoniam quædã animalia subterranea sectis radicibus necant plerũq; frumenta,contra hęc proderit,si herbæ,quæ sedũ dicitur,succus aquæ mistus vna nocte madefaciat quæ spargẽda sũt semina,vel agrestis cucumeris humor expressus,& eius radix trita,si aqua diluatur,& eodẽ quæ serenda sunt,macerentur humore. Aliqui,vbi hæc segetes suas perferre senserint, inter initia vitiorum insulsa amurca,vel prædicta aqua sulcos & aratra perfundunt.

De serendo ordeo canterino. T.IIII.

NVNC gracili solo ordeum seritur canterinum modiis.v. per iugerũ.Post hoc genus agros cessare patieris,nisi forte lætamen aspergas.

De lupino ſerendo. T.V.

NVNC,vel maturius aliquanto,lupinus ſeritur in qualicunq; terra, vel crudo ſolo. cui hoc proderit,vt ſeratur ante q̃ frigus incipiat.Limoſo agro nõ naſcitur.cretã reformidat.Amat exilem terram,atq; rubricam.x.modiis iugeri menſura completur.

De piſo ſerendo. T.VI.

HOC menſe poſtremo piſum ſeremus,terra facili,& ſoluta,loco tepido,cœlo delectatur humecto.Iugero quatuor modios,vel tres ſparſiſſe ſufficiet.

De ſiſamo ſerendo,& proſcindendis agris ad medicam. T.VII.

NVNC ſiſamum ſeritur putri ſolo,vel pinguibus arenis,vel terra congeſtitia.Iugero quatuor,vel ſex ſextarios ſeuiſſe conueniet.Hoc menſe poſtremo prima vice agros proſcindemus qui habituri ſunt medicam.

De vicia,fœno græco,& farragine ſerendis. T.VIII.

NVNC viciæ prima ſatio eſt,& fœni græci cum pabuli cauſa ſeruntur.Viciæ.vii.modii iugerum æque & fœni græci ſemen implebit.Farrago etiam loco ſterili ſtercorato ſeritur.ordei canterini in iugero.x.modios ſpargimus circa æquinoctium, vt ante hyemem conualeſcat. Si depaſci ſæpius velis,vſq; in Maium menſem eius paſtura ſufficiet.quod ſi ex ea ſemen etiam redigere,vſq; ad Martias Calendas,& dehinc pecora prohibebis.

De lupino ſerendo. T.IX.

HOC menſe,vt loca fœcundentur exilia,lupinus circa idus ſeritur.Et vbi creuerit, vertitur vomere,vt putrefiat exciſus.

De pratis nouellis formandis,vel veteribus excolendis. T.X.

NVNC prata ſi libuerit,poſſumus nouella formare.Si eligendi facultas eſt,locum pinguem, roſidum,planum,leniter inclinatum, vel huiuſmodi vallem deputabimus, vbi humor nec ſtatim præcipitari cogitur,nec diu debet inhærere.Poteſt quidem & ſoluto,& gracili ſolo prati forma,ſi rigetur,imponi.Extirpãdus eſt itaq; locus hoc tempore,& liberandus impedimentis omnibus,vel herbis latioribus,& ſolidis,atq; virgultis.Deinde cũ frequẽter exercitatus fuerit,ac multa aratione reſolutus,ſubmotis lapidibus,& glebis vbiq; confractis, ſtercoretur luna creſcẽte recẽti lætamine.Ab vngulis iumentorum ſũma intẽtione ſeruetur intactus,præcipue quoties humeſcit,ne inęquale ſolum reddant multis locis impreſſa veſtigia.Sed ſi prata vetera muſcus obduxerit,abradendus eſt,& ſcalptis iiſdem locis fœni ſpargenda ſunt ſemina, & quod ad necandũ muſcum prodeſt, cinis ſæpius ingerendus. Quòd ſi ſterilis factus eſt locus carie incuria,vetuſtate, exaretur,ac de nouo rurſus æquetur.Nã prata ſterilia plerũq; arare conueniet. Sed in nouo prato rapa conſerere poſſumus,quorũ meſſe finita,cætera,quę dicta ſunt, exequemur. Viciam tamẽ fœni ſeminibus miſtam poſt hęc ſpargemus.Rigari vero ante q̃ durum ſolum fecerit,nõ debebit, ne eius cratem minus ſolidam vis interflui corrumpat humoris.

De vindemia celebranda. T.XI.

HOC menſe locis tepidis,maritimiſq; celebranda vindemia eſt,frigidis apparanda. In doliis picandis hic modus erit, vt dolium ducentorum congiorum.xii.libris picetur.deinde pro minoris æſtimatione ſubducas.Sed maturitatem vindemiæ cognoſcimus hoc genere.Si expreſſa vua,vinacia,quæ in acinis celanť, hoc eſt grana,ſint fuſca,& nõnulla propemodum nigra . quam rem naturalis maturitas facit.Diligentiores optimæ ceræ in decem picis libras, vnam libram miſcent,quę & odori proficit,& ſapori,& picẽ lenitate permulcens frigoribus eam non patitur diſſilire.Picis tamẽ guſtu exploranda dulcedo eſt,quia ſæpe vina eius amaritudine vitiantur.

Vindemiæ maturitas.

De panico,& milio metendis,& faſelo ad eſcam ſerendo,& apparandis aucupiis. .T.XII.

NVNC quibuſdã locis panicũ metetur,& miliũ.Tẽpore hoc faſelus ad eſcã ſerať.Nũc in amitibus appareť aucupiũ noctuę,cęteraq; inſtrumẽta capturę,vt circaCalẽ.exerceať Octobris.

De hortis. T.XIII.

NVNC papauer ſeritur locis ſiccis,& calidis,poteſt & cũ aliis oleribus ſeminari.Fertur vtilius prouenire,vbi virgæ,& ſarmenta cõbuſta ſũt.Tempore hoc braſſicã ſeres vtilius, vt plãtas eius Nouẽbri inchoante tranſponas,de quibus & hyeme olus, & vere poſſit cyma produci. Hoc mẽſe ſpatia hortorũ,quę per vernũ ſeminibus impleturus es,alte tribus pedibus paſtinare debebis,& luna decreſcẽte his ſtercus inferre.Hoc mẽſe vltimo thymum ſeremus, ſed melius plãtis naſcitur,q̃uis poſſit & ſemine.Agrum diligit apricum,macrum maritimum.Nũc circa æquinoctium ſeres origanum.ſtercorari,ac rigari,donec conualeſcat, appetit. Amat loca aſpera, atq;

Papauer. Braſſica.

Thymus.

Capparis. saxosa. Hisdem diebus seritur capparis, late serpit, succo suo terris nocet. Serēdum est ergo, ne pcedat vlterius, circumueniente fossato, vel luto structis parietibus, solo sicco, & gracili, herbas spōte persequitur, floret æstate. Sub occasu vergiliarum capparis arescit. Gith hoc mense vltimo bene seritur. Hoc mense nasturtium seremus, & anethum locis temperatis, & calidis, & radices locis siccis, & pastinacas, & cærefolium circa Octobres Calendas, & lactucas, & betas, & coriandrum, & primis diebus rapa, & napos.

Gith.
Nasturtiū

De pomis. T.XIIII.

MENSE Septembri circa calendas Octobres, vel Februario tuberes seremus sobole, vel nucleis, cuius tenera diligenter nutriri debet infantia. Sumatur cum radicibus plāta diuulsa, bubulo fimo linatur, ac luto, statuatur pingui terra, & subacta subditis cōhis, & marina alga, terris magna sui parte condatur. Alii pomis statim grana decussa, & sole siccata, pingui, & ppe cribrata terra autumno tria simul ponunt, quæ feruntur in vnum coire virgultum, quod assidua rigatione iuuandum est, atq; fossura, quæ solum leuiter scalpens teneritudini robur inducat. Post annum deinde, vel aliquanto tardius quę fuerit de semine plāta transfertur. & hoc genere fruct⁹ efficit dulciores. Mense Ianuario vltimo, vel Februario tuberum surculus mirabiliter proficit cydonio insitus. Inseritur autem malis omnibus, & pyris, & prunis, & calabrici, melius trunco fisso, q̃ cortice. desup qualo, vel fictili vase munitur repletis vsq; prope summitatem surculis, terra subacta cum stercore. Prosunt tuberibus, quę malis prodesse memoraui. Tuberes seruabuntur, si obseruantur in milio, vel vrceolis picatis, & oblitis.

De pauimentis solariorum, & latere. T.XV.

HOC etiā mense pauimenta in solariis, & lateres faciemus eo more, quo Maio mēse descripsi.

De diamoro. T.XVI.

SVCCVM mori agrestis paululum facies deferuere. Tunc succi ipsius duas partes, & vnam mellis admisces, & mista curabis ad pinguedinem mellis excoquere.

De seruandis vuis. T.XVII.

VVAS, quas seruare volumus, legamus illæsas, neq; acerbitate rigidas, neq; maturitate defluentes, sed quibus est & granum luce penetrabili splendidum, & tactus cū molli iucunditate callosus. Siqua sunt corrupta, vel vitiosa, resecemus, nec patiamur interesse, quib⁹ inexpugnabilis acerbitas contra blandimēta æstiui caloris indurruit. Tūc incisos botryonum tenaces calida pice oportet amburi, atq; ita in loco sicco, frigido, & obscuro sine luminis irruptione suspendi.

De vite, cuius fructus humore putrescit. T.XVIII.

VITIS, cuius fructus humore putrescit, per latera pampinanda est ante trigesimū vindemię diem, & sola frōs illa seruanda est, quæ in summitate posita solem nimiū defendit a vertice.

De Horis. T.XIX.

SEPTEMBRIS & aprilis dies horis similibus conferuntur.

Hora	I.	Pedes	XXIIII	Hora	II.	Pedes	XIIII
Hora	III.	Pedes	X.	Hora	IIII.	Pedes	VII.
Hora	V.	Pedes	V.	Hora	VI.	Pedes	IIII.
Hora	VII.	Pedes	V.	Hora	VIII.	Pedes	VII.
Hora	IX.	Pedes	X.	Hora	X.	Pedes	XIIII.
Hora	XI.	Pedes	XXIIII.				

PALLADII RVTILII
TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER VNDECIMVS.

De adoreo, tritico, ordeo, lupino, & piso, & sisamo, & faselo serendis. T.I.

OCTOBRI mense adoreum seremus, ac triticum. Iusta satio est a decimo Calēdarum Nouēbriū, vsq; ad sextum idus Decēbris regionibus temperatis. Nunc etiam lætamen effertur, ac spargitur. Hoc etiam mense seremus ordeum, quod dicitur canterinum. Seritur macra, & sicca terra, vel multum pingui. Nam qa hoc semine macescunt arua, pingui vincitur agro, alteri nō habet qđ amplius nocere possit, cum propter macritatē semen aliud ferrę nō valeat. Lęto agro nō

est serendum etiam nunc eruũ,lupinus,& pisum,& sisamum.Seremus(vt dixi)sisamũ vsq; ad id^9 Octobres,& faselũ,tamen terra pingui,ac restibili agro.quatuor modiis iugerum complebimus.

De lini semine serendo. T.II.

HOC mense,lini semen seremus,si placet,quod pro malitia sui serendum non est,nam terræ vber exhaurit.Sed si velis,loco pinguissimo & modice humido seretur in iugero. VIII. modiis.Aliqui macro solo spissum serunt,ita assequuntur,vt linum subtile nascatur.

De notanda vitium fertilitate,quam prouidebimus panctioni. T.III.

NVNC opportuna videmia est,cuius tempore notanda est fœcunditas vitium,& notis q̃bus cunq; signanda,vt ex his ad ponendum sarmenta possimus eligere. Asserit autem Columella explorari fœcũditatẽ vno ãno nõ posse,sed quatuor,quo numero cognoscitẽ vera generositas surculorum.

De ponendis vineis,vel propagãdis,reparãdis,putãdis,& arbustis. T.IIII.

HOC mense postremo,vbi calidi ac sicci aeris qualitas est,vbi exilis,& aridus est cãpus, vbi collis præruptus,aut macer,vites vtilissime ponuntur,de quibus satis mense Februario disputaui.Nunc locis siccis,calidis,exilibus,macris,arenosis,aridis,quęcũq; de pastinis,de vitibus ponendis,putandis,propagandis,reparandis,vel arbusto faciendo,ante dicta sunt,rectius fiũt,vt cõtra exilitatem glebę hybernis imbribus adiuuentur.Sic & humorem sitientibus conserunt, & recisa,vel mersa glacie non adurũt,quia talibus locis pruinarum vis,& natura nescitur.

De ablaqueanda nouella. T.V.

POST Idus Octobris ablaqueanda est omnis nouella vinea seu in pastino,seu in scrobibus,aut sulcis,vt amputentur radices superuacuę,quas produxit æstate,quæ si cõualuerint,inferiores radices faciunt interire,& ita remanebit vitis in summitate suspensa,quæ res eã frigori obnoxiam faciet,& calori.Sed hæ radiculæ nõ ad siccum debent recidi, ne aut plures inde nascantur, aut noua plaga corpori vitis impressa vi secuturi algoris vratur.Recidemus autem relicto digiti spatio. Et si placida ibi hyems est,apertas relinquem^9 vites:si violenta,ante Decembres Idus operiemus:si præfrigida,aliquantun columbini stercoris sub ipsa hyeme circa viticularũ vestigia largiemur,quod contra frigus nimium Columella dicit toto faciendum esse quinquennio.

De vtilitate propagandæ nunc vineæ. T.VI.

HOC tempore iccirco locis, quibus dixi,propagatio melior est,quia firmandis radicibus vitis incumbit,cum proferendi palmites,eam cura non permouet.

De arboribus inserendis,vel vitibus. T.VII.

Hoc mense aliqui vites,& arbores locis calidissimis inserere consueuerunt.

De oliuetis instituendis,& colẽdis,vel remediis eorũ,vel oliuis condiendis,vel fossis,riuisq; purgandis. T.VIII.

NVNC etiam locis calidis,& apricis olíueta instituemus more,vel ordine,quem Februarius mensis ostendit.Seminaria quoq; olearum locis talibus faciemus hoc tempore, & omnia, quæ ad oleã pertinebũt.Oliuas quoq; albas cõdiemus,sicut postea referetur. Hoc tempore ablaqueandæ sunt arbores oleæ prouinciis siccioribus ac tepidis,ita vt eis a superiori pte humor possit induci.Omnẽ sobolẽ conuelli Columella præcipit,mihi autem videtur paucas dimitti semper, ac solidas,ex quibus vel vetustate,matris loco delecta succedat,vel melius nutrita,& aggestæ terræ beneficio,& iam suas habens radices ad oliuetum faciendum sine cura seminarii transferatur arbuscula.Nũc,si suppetit,intermisso triẽnio stercorãda sunt oliueta locis maxĩe frigidis,caprini stercoris sex libræ vni arbori,vel cineris modii singuli sufficiẽt.Muscus tamẽ semp radatur arboribus.Et putentur(sicut Columella dicit)octo annorum ætate transacta. Videtur mihi vnoquoq; anno sicca & infructuosa cũ aliqua debilitate nascentia debere recidi.Quòd si fructus arbor lætos nõ afferet,terebretur gallica terebra vsq; ad medullã foramine impresso,cui oleastri informis talea vehementer arctetur,& ablaqueatæ arbori amurca infusa,vel vetus vrina fundatur. Hoc enim velut coitu steriles arbores vberantur,quas tamen durante malitia oportebit inserere.Hoc mense fossas riuosq; purgabimus.

Remedium,si vua compluta est. T.IX.

GRAECI iubent,si vuam nimius imber infuderit,posteaq̃ mustum eius primo ardore feruebit,vt ad alia vascula transferatur.Ita propter naturæ grauitatem remanẽs aqua subsidet, & translatum vinum pure seruabitur,relicto quicquid illi ex imbre miscuerat.

De oleo viridi faciendo,& laurino. T.X.

NVNC oleum viride faciemus hoc genere.Oliuã q̃recentissimã,cũ varia est,colligis, & si diebus aliquot collegeris,expãdis,ne caleflat.Siqua ibi putris aut sicca est, remoues. Vbi vero

compleueris modũ factorii, sales tritos, vel nõ tritos, qđ est melius, in oliuam eandẽ mittis per decem modios, tres salis, & molis primo, & sic salitam in nouis canistris esse patieris, vt pernoctet cũ salibus, & ducat in se eosdẽ sapores. ac mane premi incipiat, olei meliorem fluxũ redditura, salis sapore concepto. canales sane, & omnia receptacula olei calida aqua prius lauabis, vt nihil de anni præteriti rancore custodiant. Focos etiã nõ propius admouebis, ne olei saporẽ fumus ĩficiat. Nũc mense postremo locis siccis, & calidis ad oleũ faciendũ lauri baccas legemus.

Lauri oleũ

De hortis. T.XI.

MENSE Octobri serenda sunt intiba, quæ hyeme seruiant. Amant humores, & terram solutam. Arenosis, & salsis locis, atq; maritimis summa prouenıunt. Area his planior apparetur ne radices eorũ terra fugiente nudẽtur. Quatuor foliorum transferantur ad locum stercoratum. Nunc plantæ cardui ponũtur, quas cum ponemus, radices earũ summas ferro resecamus, ac fimo tingimus, ternũ pedum spatio separamus incrementi causa, pedali scrobe depositas binas, aut ternas. Cinerem sępe sub hyeme diebus siccis, fimũq; miscebimus. Hoc mense sinapim seremus. terrã diligit aratam, & si fieri poteſt, congestitiam, q̃uis vbicũq; nascatur. sarculari debet assiduo, vt tespergatur puluere, quo fouetur. nõ minus gaudet humore. de quo semen legere disponis, suo loco esse patieris. quod ad escam parabis, robustius facies transferendo. In sinapi vetus semẽ inutile est vel sationi, vel vsui. quod dentibus fractum si intus viride videtur, nouũ est, si album fuerit, vetustatem fatetur. Hoc mense malua serenda est, quæ occursu hyemis ab incrementi longitudine reprimetur. Loco pingui delectatur, & humido gaudet lætamine. Transferũtur plantæ eius, cũ cœperint folia quatuor habere vel quinq;. Melius comprehendit eius plãta, quę tenera est, maior enim translata languebit. Sapor illis est melior, si non transferantur. sed ne cito erigantur in caulẽ, in medio earum glebulas constitues, aut lapillos. Rara ponenda est. sarculo delectatur assiduo. sic liberãdæ sunt herbis, ne motum sentiant in radice. Si transferendis plãtis nodum facias in radice, sessiles fient. Nunc etiã locis temperatis, & calidis anethum seremus. Cepullæ seruntur etiã hoc mẽse, vel menta, & pastinaca, thymum, & origanũ, & cappar mensis initio. Item betam locis siccioribus nec nõ armoraceam seremns, vel transferemus ad culta, vt melior fiat, nam hęc agrestis est raphanus. Nunc porrũ verno satũ transferre debemus, vt crescat in caput. Sane sarculis circunfodiatũ assidue, & comprehensa porri planta velut tenacibus alleuetur, vt inanitas spatii, quæ radicibus suberit, incremento capitis suppleatur. Ocymũ quoq; etiam nunc seremus, quod citius nasci fertũ hoc tempore, si aceti imbre leuiter spargatur infusum.

Intiba.
Cardui.
Sinapis.
Sinapis se.
Malua.
Anethum.
Armoracea
Porrum.
Ocymum.

De pomis. T.XII.

CVI placet curas agere seculorum, de palmis cogitet conserendis. Hoc igitur mẽse dactylorũ non veterũ, sed nouarũ, ac pinguiũ recentia ossa debebit obruere, terræ cinerẽ miscere. Si plãtam velit, ponenda est Aprili mense, vel maio. Locis delectatur apricis, & calidis. Fouẽda est, vt crescat humore. Terrã solutam, vel sabulonẽ requirit, ita tamẽ, vt quando planta deponitur, circa eã vel sub ea pinguis terra fundatur. Annicula transferatur, aut bima Iunio mense, vel Iulio incipiẽte. Circũfodiatur assidue, vt rigatione continuos æstatis vincat ardores. Aquis palmæ aliquatenũ salsis iuuantur, quæ infici debent salibus, etiam si tales eas natura nõ præbuit. Si ęgra est arbor, feces vini veteris ablaqueatæ oportet infundi, vel radicum superuacua capillamenta decidi, vel cuneum salicis interfossis radicibus premi. Constat autem locum prope nullis vtilẽ fructibus, in quo palmæ sponte nascũtur: Pistacia serũtur autũno, & mense Octobri sobole, & nucibus suis. Sed melius ipsa pistacia iũcta ponuntur mas, ac fœmina. Marẽ dicunt, cui sub corio velut ossei longi videntur latere testiculi. Qui diligentius facere voluerit, pertusos caliculos, & stercorata terra repletos parabit, & in his pistacia terna constituet, vt ex omnibus germen quodcunq; procedat. quod vbi conualuerit planta, hinc facilius transferatur mẽse Februario. Amat locũ calidum, sed humectum, & rigatione gaudet, & sole. Inseritur terebintho mense Februario, vel Martio. at alii amygdalo inseri posse firmarũt. Cerasus amat cœli statũ frigidũ, solũ vero positionis humectæ. In tepidis regionibus parua ꝓuenit. Calidũ nõ poteſt sustinere. Mõtana, vel in collibus cõstituta regione lętatur. Cerasi plantã syluestrẽ transferre debemus mẽse Octobri vel nouẽbri, & eã primo Ianuario, cũ cõprehendit, inserere. Plãtaria vero creari possũt, si ꝑdictis mensibus spargãtur poma, quæ summa facilitate nascẽtur. Ego sic huius arboris facilitatẽ ꝓbaui, vt virgulta ex cęraso ꝓ paminicu lis ꝑ vineã posita ĩ arborẽ ꝓfiluisse cõfirmẽ. Et Ianuario mẽse seri poteſt. Inserit mẽse nouẽbri melius. Vel si necesse sit, extremo Ianuario. Alii & Octobri ĩserẽda esse dixerũt. Martialis in trũco ĩseri iubet. Mihi inter corticẽ & lignũ feliciter semper euenit. Qui in trunco conserunt, sicut Martialis

palmę satio
Dactylorũ ossa.
Capillamenta rad.
Pistacia.
Cerasus.

dicit,omnẽ lanuginẽ,quę circa est,auferre debebũt,quæ si remanserit,insitis nocere manifestat. In cerasis hoc seruandũ est,& in omnibus gummatis,vt tũc inferãtur,quãdo bis vel non est,vel desinit gummi effluere. Cerasus inseritur in se,in pruno,in platano,vt alij in populo. Amat scrobes altas,spatia largiora,assiduas fossiones. Putari in ea putria,& sicca debebũt,vel quę dẽsius arctata protulerit,vt rarescat. Fimũ non amat,atq; inde degenerat. Cerasa vt sine osse nascant,fieri Martialis hoc dicit. Arborẽ tenerã ad duos pedes recides,& eã vsq; ad radicẽ findes,medullam partis vtriusq; ferro curabis abradere,& statim vtrasq; partes in se vinculo stringis,& oblinis fimo, & summã partẽ,& laterũ diuisuras. Post annũ cicatrix ducta solidatur. Hãc arborẽ surculis,qui adhuc fructũ nõ attulerũt,inseris,& vt asserit,ex his sine ossibus poma nascentur. Si cerasus concepto humore putrescit,in trunco foramen accipiat,quo possit educi. Si formicas patitur, succum portulacę debebis infundere,cũ aceti media parte permistũ,vel vini fecibus truncũ arboris florẽtis adlinire. Si æstu caniculariũ fatigatur, triũ fontiũ singulos sextarios sumptos post solis occasum radicibus arboris iubeamus influere sic,ne remediũ luna deprehendat,vel herbam symphoniacam circa arboris truncũ torquebimus in coronã,vel ex ea iuxta imũ codicẽ cubile faciemus. Cerasa non aliter,q̃ in sole vsq; ad rugas siccata seruãtur. Mense Octobri aliqui mali arborem calidis & siccis regionibus ponũt,& cydonia circa Nouẽbres Calendas,& sorbum,vel amygdala in seminariis obruunt,& pini semen aspergunt. Hoc mense poma condienda sunt atq; seruanda eo more,quo in singulorũ titulis continetur,velut quęq; matura processerint.

Cerasus inseritur.

Cerasa vt sine osse.

Symphoniaca.

Cerasa siccari.

De apibus. T.XIII.

HOC etiam mense aluearia castrabũtur more,quo dictũ est,quę tamẽ oportet inspicere,& si abũdãtia est,demere: si mediocritas,partẽ mediã relinquere pro hyemis inopia: si vero sterilitas apparet in cellis,nil prorsus auferre. Mellis vero,& ceræ superius est demõstrata confectio.

Quę Gręci,vel alij super vina condienda,curandaq; dixerunt. T.XIIII.

NE lecta prętereã,quę Gręci sua fide media de condiendi vini genere disputarũt,demõstrare curaui,qui vini naturã tali ratione discernũt,& hanc in eo volũt esse distantiã,vt qđ dulce est,grauius dicãt: qđ albũ,& aliquatenus salsum,cõuenire vesicę: qđ croceo colore blanditur,digestioni accõmodũ: qđ albũ,& stipticũ prodesse stomacho laxiori. Transmarinũ pallorẽ facere & tãtũ sanguinẽ nõ creare. Vuis nigris fieri forte,rubeis suaue,albis vero plerũq; mediocre. In cõdiendo ergo vino aliqui Græcorũ mustũ decoctũ ad medietatẽ, vel tertiã partẽ vino adijciunt. Alij Græci ita iubent aquã marinã mundã de puro & quieto mari, quã anno ante cõpleuerint, reseruari: cuius talẽ esse naturã,vt & salsedine,vel amaritudine per hoc tẽpus careat,& odore, & dulcis fiat ætate. Ergo eius octogesimã partẽ musto admiscent,& gypsi quinquagesimã. Post tertiã deinde diem fortiter cõmouent,ac pollicentur non ætatem solũ vino, sed splendorem quoq; coloris afferre. Oportet autem nona quaq; die vinũ moueri,atq; curari: vel si tardius, vndecima. Frequens enim respectus faciet iudicare vtrũ vendenda sit species,an tenenda. Quidã resinę siccę tritæ vncias tres dolio immergũt,& permouẽt,& vina diuretica sic fieri posse persuadent. Mustũ vero,qđ per pluuias frequentes leue est,sic curari debere iusserũt, qđ probari gustu ipsius poterit. Omne mustum decoqui iubent,donec pars eius vigesima possit absumi. Melius quoq; fieri,si centesimã partẽ gypsi adijciat. Lacedæmonij vero eousq; decoquere,donec vini quinta pars pereat,& quarto anno vsibus ministrare. Suaue vinũ de duro fieri docẽt,si ordeaci pollinis cyathos duos simul cũ vino subactos mittas in vini vasculo,& hora vna ibi esse patiaris. Aliq feces vini dulcis admiscent. Aliqui addunt glycirizæ siccę aliquãtulũ,& vtũtur,cũ diu vasorũ cõmotione miscuerint. Vinũ quoq; inter paucos dies optimi odoris effici,si baccas myrti agrestis mõtanas, siccas,& tunsas mittis in cadũ,& decẽ diebus requiescere patiaris, tũc coles,& vtaris. Vitis etiã flores arbustiuę collectio in vmbra siccare curabis. Tunc diligenter tunsos, & cretos habebis in vasculo nouo,& cũ volueris tribus cadis vnã floris mẽsurã, quã Syri choenicam vocãt,adiicies, & superlines dolium,& sexta,vel septima die aperies & vteris. Vinũ fieri ad potandum suaue ita dicũt. Fœniculi,vel satureiæ singulorũ congruũ modũ vino immergi,atq; turbari. Vel fructum quẽ duę nuces pineæ produxerint,torrefactum,& linteo ligatũ mitti in vasculo,ac superliniri,& vsu esse quinq; diebus exactis. Vinũ autẽ velut vetus effici de nouello,si amygdala amara,absynthium pini frugiferi gumen fœnũ græcum cũ simul frangas quãtũ sufficere æstimaris, & pariter tundas,& ex his vnũ cyathum per amphoram mittas, & magna vina conficies. Si vero sensẽris peccatura,huic confectioni aloen,myrrham,crocomagma singula modis æqualibus tunsa,& in puluerem redacta cũ melle miscebis,& vno cyatho vnam amphoram condere curabis. Anni-

Mustum.

Vinum suaue.

Vinum odorif.

Vinum suaue.

Vinum vetus facere de nouello.

Vina si defic.

Vinum vt ætatē simulet. culum quoq; vinū vt longam simulare videatur ætatē,melliloti vnciā vnā,glycirizę vncias tres, nardi celtici tātūdem,aloes epatici vncias duas,tundis,& cernis,& in sextariis quinquaginta cocleariα sex reconde, & vas ponis in fumo.In albū colorē vina fusca mutari asserūt, si ex faba lomentum factū vino quis adiiciat,vel ouorū triū lagenæ infundat alborem,diuq; cōmoueat,sequēti die candidū reperiri. q si ex afra pisa lomentū adiiciatur,eadē die posse mutari.Vitibus quoq; hanc esse naturam,vt alba,vel nigra si redigantur in cinerē,vinoq; adiiciātur,ei vnāquāq; formā sui coloris imponere,vt ex nigra fuscū,candidū vero reddatur ex alba,eā ratione scilicet vt cōbusti sarmenti cineris modij vnius mensura mittatur in dolium,qđ habebit amphoras.x. & triduo sic relictū post operietur,ac lutetur. Albū vel (si ita visum fuerit) nigrum reperiri quadraginta diebus exactis.Vinū quoq; asserūt ex molli forte sic fieri.Altheę, hoc est,ibisci folia, vel radices, aut eius caulem tenerum decoctū mitti,aut gypsum,aut ciceris cotulas duas,aut cupressi pillulas tres,aut buxi folia quantū manus ceperit,aut apij semen, aut cinerem sarmentorum, cui vis flammæ corpus reliquit exile,omni soliditate detracta.Vinū vero eadē die ex austero lympidum, atq; optimū fieri,si grana piperis decē,pistacia viginti adiecto modico vino simul conteras, & in sex vini sextarios mittas,diu omnibus ante cōmotis,tūc requiescere patiaris,& coles vsui mox futurum.Item feculentū statim in lympidum reddi, si.vij.pini nucleos in vnū vini sextariū mittas, diuq; cōmoueas,& paululum cessare patiaris,mox sumere puritatem,colariq; debere,& in vsum referri.Item qđ cretensibus oraculū pythij Apollinis monstrasse memoratur,fieri sic cādidum,& sumere vetustatis saporem, si squinantos vncias quatuor,aloes epatici vncias quatuor, masticis optimi vnciam vnā,cassiæ fistulę vnciam vnā,piperis vnciā vnā,spicę indicę semunciā, myrrhæ optimę vnciā vnā,thuris masculi non rancidi vnciā vnam.tundis vniuersa,& in tenuissimū pulucrem cribro excutiēte deducis.Cum vero mustum ferbuerit,dispumabis,& omnia vuarū grana, quæ feruor in summū reiecit,expelles.Tunc gypsi triti,atq; cribrati tres Italicos sextarios mittis in vini amphoras decem, prius tamen partem quartam vini condiendi in alia vasa transfundis, & ita gypsum adiicies,& dolium viridi ac radicata canna per biduū fortiter agitabis.Tertia vero die ex suprascriptis pulueribus quaterna coclearia completa modestius in denas vini amphoras mittis,& vini,sicut supradictum est,quartā partem,quā alibi diffuderas,superadiicies, & dolium replebis,& item diu agitare curabis,vt specierum vis omne musti corpus inficiat.Tūc operies,atq; adlines relicto breui foramine,quo æstuantia vina suspirent. Sed exemptis quadraginta diebus,& hoc spiraculum claudis,& deinde vt libuerit gustas.Illud memento seruare præ cęteris,vt quoties vinū mouetur,inuestis puer hoc,aut aliquis satis purus efficiat.Linimētum quoq; dolij non gypso,sed sarmentorū cinere debebis inducere. Item vinū,qđ salutare contra pestilentiam sit,& stomacho prosit,fieri hoc genere fertur. In optimi musti metreta vna anteq̄ ferueat, tunsi absynthij octo vncias linteo inuolutas demittis,& exactis .xl. diebus,curabis auferre. Id vinū refundis lagænis minoribus,& vteris.Nunc condiunt,primo amne musti spumātis egesto, quibus moris est gypso vina medicari.Sed si natura leuius vinū est,& saporis humecti, in congijs centum,duos gypsi sextarios misisse sufficiet.Qđ si vinū nascitur virtute solidius,medietas abunde prędictis poterit satis esse mensuris.

Vinū colorē mutare.

Vitiū cinis.

Vinū forte Althea.

Vinum lympid.

Vinū quomō cād.& vetustum.

Vinū cōtra pestilent.

Rosatum sine rosa fieri. T.XV.

NVNC rosatum sine rosa facies sic.Folia citri viridia sporta palmea missa in musti nondum feruentis vase depones,& claudes,& exemptis quadraginta diebus melle addito, ad modū rosati,cum placebit,vteris.

De vinis pomorum. T.XVI.

HOC mense,omnia,quę locis suis leguntur,ex pomis vina conficies.

De œnomelli. T.XVII.

MVSTVM de maioribus & egregiis vitibus post.xx.dies,q̄ leuatum fuerit ex lacu,quantū volueris sumis,& ei mellis non dispumati optimi quintam partem prius tritam fortiter, donec albescat,admisces,& agitabis ex canna radicata vehementer.Mouebis autē sic per dies.xl. continuos,vel,qđ est melius,quinquaginta,ita vt cum moueris,mundo linteo tegas,per qđ facile confectio æstuabunda suspiret.Post dies autē quinquaginta mūda manu purgas quodcūq; supernatabit,& in vasculo gypso diligēter includis,& ad vetustatem reseruas.Melius tamen si in minora,& picata vascula proximo vere transfundas,& gypsata diligenter operias, & in terrena, & frigida cęlla recondas,vel arenis fluuialibus,vel eodem solo,vascula ex aliqua parte summergas. Hoc nulla vitiatur ætate,si tam diligenter effeceris.

De defruto, carœno, sapa. T. XVIII.

NVNC defrutum, carœnum, sapam conficies. Cum omnia vno genere conficiantur ex musto, modus his & virtutem mutabit, & nomina. Nam defrutum a deferuendo dictum, vbi ad spissitudinem fortiter dispumauerit, effectum est. Carœnum, cum tertia perdita, duæ partes remanserint. Sapa, vbi ad tertias redacta descenderit, quam tamen meliorem facient cydonia simul cocta, & igni supposita ligna ficulnea. Defrutũ. Carœnũ. Sapa.

De passo. T. XIX.

PASSVM nunc fiet ante vindemiã, qđ Africa sueuit vniuersa conficere, pingue, atq; iucũdũ: & quoad conditũ, si vtaris mellis vice, ab inflatione te vindices. Leguntur ergo vuæ passę q̃ plurimę, & in fiscellis clausæ iunco factis aliquatenus rariore contextu, virgis primo fortiter verberantur. Deinde vbi vuarum corpus vis contusionis exoluerit, cochleę supposita sporta cõprimitur. Hinc passum est quicquid effluxerit, & conditum vasculo, mellis more, seruatur.

De cydonito. T. XX.

ABIECTO corio mala cydonia matura in breuissimas ac tenuissimas particulas recides, & proiicies durũ, qđ habetur interius. Dehinc in melle decoques, donec ad mensuram mediã reuertatur, & coquendo piper subtile conspergis. Aliter. Succi cydoniorũ sextarios duos, aceti sextarium vnũ semis, & mellis duos sextarios misces, & decoques, donec tota permistio pinguedinem puri mellis imitetur. Tunc triti piperis, atq; zinziberis binas vncias miscere curabis.

De fermento musteorum seruando. T. XXI.

EX nouo tritico purgato farriculum facies, & ex musto de sub pedibus rapto curabis infundere, ita vt modio farris lagænam musti adiicias. deinde sole siccabis, & item similiter infundis, ac siccas. Hoc cum tertio feceris, panes ex eo breuissimos ad modũ facies musteorum, & in sole siccatos vasculis nouis fictilibus recondis, & gypsas. Pro fermento, quo tempore anni musteos facere volueris, hoc vteris.

De vua passa. T. XXII.

VVAM passam græcam sic facies. Melioris acini, & dulcis, & lucidi botryones in ipsa vite torquebis, & patieris sponte inarescere, deinde sublatos in vmbra suspendis, & vuam constrictam cum ponis in vasculis. substernis pampinos sicco algore frigentes, & manu comprimis, & vbi vas impleueris, item pampinos addis nihilo minus non calentes, & operculabis, ac statues in loco frigido sicco, quem nullus fumus infestet.

De horis. T. XXIII.

OCTOBER Martium similibus vmbris sibi fecit æquari.

Hora	I	Pedes	XXV.	Hora	VII	Pedes	VI.
Hora	II.	Pedes	XV.	Hora	VIII.	Pedes	VIII.
Hora	III.	Pedes	XI.	Hora	IX.	Pedes	XI.
Hora	IIII.	Pedes	VIII.	Hora	X.	Pedes	XV.
Hora	V.	Pedes	VI.	Hora	XI.	Pedes	XXV.
Hora	VI	Pedes	V.				

PALLADII RVTILII

TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA. LIBER VNDECIMVS.

De satione tritici, ordei, fabæ, cum disciplina, & de lenticula serenda, & de lini semine. Titulus. I.

NOVEMBRI mense triticum seremus, & far satione legitima, ac semente solenni. Iugerum vtriusq; seminis modiis quinq; tenebitur. Nunc & ordeum maturum adhuc seremus. In huius principio fabam spargimus, quę pinguissimũ, vel stercoratũ desiderat locum, vel vallem quã succus veniens a summitate, fœcundet. Primo seritur, deinde proscinditur, & tũc sulcatur. Occanda est large, vt tegi plurimũ possit. Aliqui locis frigidis dicũt in fabæ satione glebas nõ esse frãgẽdas, vt per eas gelicidiorũ tẽpore possint germina obumbrata defendi. Satione eius generis sicut opinio habet, nõ fœcundatur terra, sed minus lęditur. Nam Columella dicit, agrũ frumẽtis vtiliorẽ probari, qui anno superiore vacuus fuerit, q̃ qui calamos fabaceæ messis eduxit. Pingue iugerum sex modij occupant, mediocre amplius. Spisso bene prouenit. Macrum solum, nebulosumq; non Faba.

patitur. Curandum est præcipue, vt luna. xv. feratur, si adhuc ictum solis repercussa non sensit. Aliqui dicũt quartãdecimã potius eligendã. Sanguine caponis Græci asserunt fabæ semina macerata hęrbis aduersantibus non noceri. aqua pridie infusa citius nasci, nitrata aqua respersa cocturam nõ habere difficilem. Nunc seritur prima lenticula sicut Februario mense narratum est. hoc etiam toto mense poterit lini semen aspergi.

Caponis sang.

De pratis nouis instituendis, ponendis vitibus, & propagandis, & circũ fodiendis nouellis. T.II.

IN huius maxime mensis principio, possumus instituere noua prata, more, quo dictũ est. Hoc etiã toto mẽse locis calidis & siccis, vel apricis, erit vitiũ celebrãda positio. Nũc & ꝓpago iure ducetur & locis frigidis nouellas vites, & arborũ plantas circũfodere, atq; operire cõueniet, & ante Idus. Nũc mergus, hoc est propaginis curuatura post trienniũ, q̃ pressa fuerat, recidetur a vite.

De vinea veteri in iugo, vel pergula reparanda. T.III.

NVNC, ac deinceps vinea vetus, quę in iugo est, vel pergula, si robusto, & integro trũco sit, ablaqueata fimo satietur, & angustius putata inter quartũ, & tertiũ pedẽ a terra viridissima parte corticis acuto ferramẽti mucrone feriatur, ac fossa frequẽtius incitet. Nã (sicut asserit Columella) ex eo loco germẽ plerũq; ꝓducit, & veniẽte vere fundit materiã, qua vitis reparet antiqua.

De putandis vitibus, & arboribus locis tẽperatis, & reliquis. T.IIII.

NVNC putatio autũnalis celebratur in vitibus, & arboribus: maxime vbi inuitamur tempore prouincię, & putãtur oliueta, & oliua, cũ varia cœperit esse, colligitur, ex qua primũ fiet oleum. Nam cum tota nigrescet, qđ spei merito posterauit, fundendi vbertate compensat. est vtilis olearũ putatio, cęterarũq; arborũ, si loci patitur disciplina, vt decisis cacuminibus, rami fluẽtes per latera prona fundantur. Q; si regio insolens, & incustodita contigerit, agendum prius toto arboris corpore ab inferiore parte purgato, vt altitudine animalium supergressa modus transcẽdatur iniuriæ, & arbor iam spatio suo tuta curetur.

De oliuetis ponendis, & curandis ægris arboribus, & reliquis. T.V.

NVNC etiam locis calidis, ac siccis regionibus oliueta ponuntur, sicut Februario disputatũ est. Amat hęc arbor arduo locorum situ mediocriter ab humore suspendi, scalpi assidue lętaminis vbertate pinguescere, feracibus ventis clementer agitari. Hoc etiam mense oleis sterilibus quę supradicta sunt remedia faciemus. Nunc & corbes, & pali, & ridicę bene fieri possunt, etiam nunc locis temperatis, est laurini olei iusta confectio.

De hortis. T.VI.

Allium. Vlpicum. Capitatũ.

HOC mense alliũ bene seritur, & vlpicum terra maxime alba fossa & subacta sine stercore. Sulcos in areis facies, & semina in locis altioribus pones. IIII. digitis separata, neq; altius pressa. Sarculabis frequenter, inde plus crescent. Si capitatum facere volueris, vbi cœperit caulis prodire, proculca, succus reuertetur ad spicas. Fertur si luna sub terris posita feratur, & item sub terris luna latente vellatur odoris fœditate cariturũ. Vel paleis cõdita allia, vel fumo suspẽsa durabunt. Nũc & cepulla seri potest, & carduorũ planta disponi, & armoracea seritur, & cunela.

Vt boni odoris.

De pomis. T.VII.

Persicus.

HOC mense locis calidis, cęteris vero Ianuario persici ossa in pastinatis areis sunt ponẽda, binis a se pedibus separata, vt cũ ibi plantę excreuerint, trãsferãtur. Sed ossa ponãtur acumine deorsum verso. Et nõ amplius q̃ duobus aut tribus digitis obruantur. Ossa vero quę ponẽda sunt, aliq siccata prius paucis diebus cineris mistione terra soluta in qualis reseruãt. Ego vero vsq; ad serẽdi tẽpus sine vlla cura sępe seruaui. Locis qdẽ qualibuscũq; ꝓueniũt. Sed & pomis, & frondibus, & durabilitate ꝓcipua sunt, si cœlũ calidũ, solũ arenosum, & humidũ sortiãtur. Frigidis vero, & maxime vẽtosis nisi obiectu aliquo defendãtur, intereũt. Dũ tenera sunt germina, sępe hęrbis circũfossa liberẽtur. Bimã plantã recte trãsferemus scrobe breui. Nec a se longe statuẽdę sunt, vt inuicẽ se a calore solis excusent. Ablaqueãdę sunt ꝑ autumnũ, & suis stercorãdę folijs. Putãda persicus in autumno est, vt arida, & putrida tãtũ virgulta tollãtur. Nã si qd viride resecemus, arescit. Lãguẽti arbori veteris vini feces aquę mistas oportet infundi. Affirmãtibus Gręcis persicus scripta nascatur, si ossa eius obruas, & post dies. VII. vbi patefieri cœperit, apertis his nucleos tollas, & his cinnabari, qđ libebit inscribas. Mox ligatos simul cũ suis ossibus obruas diligẽtius adhęrẽtes. Genera eoꝝ sunt hęc, duracina, pręcoqua, persica, armenia. Si hęc arbor ardore solis inarescit, frequẽti aggestione cumuletur, vespertino iuuetur humore, obiectis defendatur vmbraculis. Iuuat in ea & spoliũ serpentis appendi. Nũc iã cõtra pruinas stercus ingerat ꝑsico, vel

Persicus scripta.

Gñã persici.

feces vini cũ aqua pmistę,vel qđ magis prodest,aqua,in qua faba decocta est. Si vermes persic⁹ patitur,cinis eos amurcę mistus extinguit,vel bouis vrina cũ aceti tertia parte confusa. Si poma caduca sunt,nudatę radici eius,vel trunco lentisci,aut terebinthi cuneus affigitur,vel terebratæ in medio palus salicis imprimetur.Si poma rugosa creabit,aut putrida,circa imũ truncũ cortex recidatur,& cũ inde modicus humor effluxerit,argilla,vel paleato luto plaga retegatur.Magna poma persicus affert,si florenti,p triduũ,ternos sextarios caprini lactis ingesseris. Contra vitia persici proficit spartũ ligatũ,vel spartea suspensa de ramis.Mẽse Ianuario,vel Februario locis frigidis Nouẽbri calidis persicus inseratur,maxime circa terrã surculis plenioib⁹, & prope arborẽ natis. nã cacumina vel nõ tenebũt,vel diu durare nõ poterũt.Inserit̃ in se,amygdalo, in pruno. sed armenia, vel prçcoqua prunis,duracina amygdalis melius adhęrescũt, & tẽpus ætatis acquirunt. Mense Aprili,vel Maio locis calidis,in Italia vero vtroq; exeũte,vel Iunio persicus inoculari potest,qđ emplastrari dicitur:prçciso super trũco,& emplastratis pluribus gemmis, more quo dictũ est persicus rubescit,si platano inserta figatur.Duracina seruantur cõdita muria, & oximelle,vel detractis ossibus ficorũ more in sole siccãtur,ac pẽdẽt. Item sępe vidi detractis ossibus duracina melle cõdiri, & saporis esse iucũdi.Item bene seruantur,si vmbilicũ pomi gutta calentis oppleueris,vt sic sapæ innatare cogantur vase concluso.

Si poma caduca

Vt magna.

Persi.insitio.

Inoculatio

Duracina

De pinus.

PINVS creditur prodesse oĩbus,quę sub ea serũtur.Pinũ serem⁹ nucleis suis calidis & siccis regionib⁹ mẽse Octobri,vel Nouẽbri,frigidis & humectis Februario,vel Martio. Amat locũ gracilẽ sępe maritimũ,inter mõtes & saxa vastior & procerior inuenit̃. Vẽtosis & humidis, arborũ fiũt incremẽta lętiora.Sed siue mõtes velis cõserere,seu spatia quęcunq;,hæc huic generi deputabis,quę alteri vtilia esse nõ possunt.Exarabis ergo ea loca diligenter,atq; purgabis, & frumẽti more semẽ aspergis,ac leui sarculo curabis operire,nec enim plusq̃ palmo debet abscõdi.Defendenda est tenera arbor a pecore,ne calcetur inualida.Proficiet, si nucleos aqua ante triduum macerabis.Aliqui dicũt fructũ pineũ trãslatione mitescere,sed plãtas hoc modo procurãt,vt pri⁹ multa semina in caliculis terra & fimo repletis obruãt,quę vbi ꝓcesserint, relicto eo, qđ solidius est,auferũt alia.vbi iustũ cœperit incrementũ,trimã plantã cũ ipsis caliculis transferũt,quib⁹ fractis in scrobe indulgent radicibus largitatẽ.Terrę tñ equę stercus admiscent,facientes straturam alterno ordine subinde crescentẽ. Seruãdũ est tñ,vt radix eitã,quę vna & directa est,vsq; ad summitatẽ suã possit integra & illęsa transferri.Putatio nouellas pini arbores tãtũ ꝓmouet (qđ expertus sum)vt quæ speraueras incrementa,duplicentur.Nuces pineæ,& vsq; in hoc tẽpus in arbore esse possunt & maturiores legẽtur.Prius tamẽ legendę sunt,q̃ patescãt.Nuclei nisi purgati durare nõ possunt:tñ aliqui in vasis fictilibus nouis,& terra repletis cũ testis suis missos asserunt custodiri.

De pruno.

PRVNA si ossibus serãtur autumno,mẽse Nouẽbri,solo putri,& subacto duobus palmis obruantur.Ossa eadẽ ponantur & mẽse Februario . sed tũc prius lixiuio sunt maceranda p triduũ,vt cito germinare cogãtur.Ponũtur & plantis,quas sumemus ex codice mẽse Ianuario exeunte,vel Februario circa idus radicibus fimo oblitis. Gaudẽt loco lęto, & humido, cælo tepido melius ꝓferũtur,tñ queũt & frigidũ sustinere.Locis lapidosis, & glareosis si iuuantur lætamine, excusant ne poma caduca,& vermiculosa nascant̃.Extirpandę sunt soboles a radice,exceptis rectioribus,quę seruabunt̃ ad plãtas.Si languida pruni arbor est,amurca cũ aqua ęqualiter tẽperata radicibus debet infundi,vel bubulũ lotiũ solũ,vel humanũ vetus cũ duabus aquę partibus mistũ,vel cineres ex furno,maxime sarmentorũ.Si poma decidãt,oleastri cuneũ terebratæ infige radici. Vermes eius,atq; formicas,rubrica cũ pice liquida si adlinatur,extinguet.Sed modestius ꝓpter arboris noxã,ne idẽ faciat remediũ,qđ venenũ.Iuuatur frequẽti humore, & assidua fossione. Mense Martio extremo,prunus inseritur melius trũco fisso,q̃ cortice,vel mẽse Ianuario,anteq̃ incipiat gumẽ lachrymare.Inseritur in se,& ꝑsicũ recipit,vel amygdalũ,vel malũ , sed eã degenerẽ reddit & paruã.Pruna siccãtur in sole p crates loco sicciore disposita.Hęc sunt,quę damascena dicuntur.Alij in aqua marina,vel in muria feruente recenter lecta pruna demergũt,& inde sublata aut in furno tepido faciunt,aut in sole siccari.

De castanea.

CASTANEA seritur & plantis,quę spõte nascunt̃,& semine.Sed quę plantis seritur,ita ęgra est,vt biẽnio de eius vita sępe dubitet̃.Serenda est ergo ipsis castaneis,hoc est seminib⁹suis mense Nouembri,& Decembri,itẽ Februario.Eligendę sunt castaneę ad ponendum recentes, grãdes,maturæ, quas si Nouembri mense seramus, facilẽ se præsentia fructus ipsius pręstat. Si vero Februario ponamus,vt vsq; tunc durent,ita faciendum est,in vmbra,castaneę siccentur expansę.

Tunc in angustū & siccū locū translatę cumulū faciunt, & eas omnes fluuialis arena diligenter operiat. Post dies. XXX. eas remota arena in aquam frigidā mittis. Quę sanę sunt, merguntur, supernatat quęcūq; vexata est. Itē quas probasti, similiter obrues, & post. XXX. dies ęque ꝓbas. Hoc cū tertio feceris, vsq; ad veris initiū, serere debebis quę manserint illibatę. Aliqui in vasculis seruant arena pariter mista. Amant solū molle, & solutū, nō tamē arenosum. In sabulone proueniūt, sed humecto. Nigra terra illis apta est, & carbūculus, & tofus diligenter infractus. In spisso agro, & rubrica vix ꝓuenit. In argilla & glarea non potest nasci. Diligit cœli statū frigidum, sed & tepidū non recusat, si humor assenserit. Delectaē cliuis, & opacis regionibus, ac maxime in septētrionē versis. Pastinari ergo locus debebit, qui huic destinatur arbusto altitudine pedis vnius semis, vel duorū. Vel totus aut sulcis in ordinem destinatis, aut certe aratris resolui hinc inde findentib⁹. Qui fimo satiatus, ac redactus in puluerē, castanearum semen accipiat non amplius pedis dodrāte demersum. Vnicuiq; semini propter notā surculus debet affigi. Ipsa semina singulis locis simul terna, vel quina ponantur, & inter se quatuor pedū spatio separētur. Quibus transferre placuerit, bimas plantas transferre debebunt. Locuş tamē deductoria liquoris accipiat, ne humor insidens limo germē extinguat. Cui placet, potest castaneæ in propaginē ducere ima virgulta, quę in radice nascuntur. Nouū castanetū circūfodi debet assidue. Mense Martio, & Septembri, incrementum maius acquirit, si putationibus adiuuetur. Castanea inseritur (sicut probaui ipse) sub cortice mēse Martio, vel Aprili, tamē genere vtroq; respondet. Potest & inoculari. Inseritur in se, & in salice, sed ex salice tardius maturat, & fit asperior in sapore. Castaneę seruantur vel in cratibus dispositæ, vel intra sabulonē, ne inuicem tangantur immersæ, vel in vasculis fictilibus nouis conditę, & loco ficciore defossę, vel inclusę virgeis ex fago receptaculis, & lutatę, vt spiracula nō relinquas vel ordei paleis minutissimis obrutę, vel palustri vlua figuratis densioribus sportis reclusæ.

De pomis aliis.

HOC mense locis calidis, ac siccis regionibus agrestiū pyrorum plantas ponimus, quas postea possimus inserere, & malorū, vel mali punici, & cydonij, & citri, & mespili, fici, sorbi, siliquæ, & plantas agrestis cerasi, post inserendas, & mori taleas, & amygdali semina, & nuces iuglandes, si in seminarijs (quo dictum est more) pangantur.

De apibus. T. VIII.

HVIVS mensis initio apes ex tamarisci floribus, reliquisq; syluestribus mella conficiunt. Quæ auferenda non sunt, quia seruantur hyberno. Eodem mense sordibus liberandi sunt aluei, ꝗa tota hyeme eos mouere, aut aperire nō decet. Sed hæc die aprico, tepidoq; facienda sunt, & pennis maxime auium maiorum, quæ habent rigorem, vel aliquo simili omnia interiora mundentur, quo manus non valebit attingere. Tum rimas omnes, quę sunt extrinsecus, luto, & fimo bubulo mistis linamus. & insuper genestis, vel alijs tegumētis similitudinem porticus imitemur, vt possint a frigore, & tempestate defendi.

Remediū vitibus, quę sine fruge luxuriant. T. IX.

LOCIS calidis, & apricis vites, quę fructu carent, fronde luxuriant, & pauperiē fœtuū compensant vbertate foliorū, nunc putare pressius cōueniet, frigidis vero mense Februario. Si permanebit hoc vitiū, circūfossas arena fluuiali, vel cinere debebimus aggerare. Quidam lapides inserunt inter flexuosa radicum.

Remedium sterili viti. T. X.

HISDEM temporibus & locis vitē, quæ sterilis fuerit, Græci ita præcipiunt esse curandam. Trunco eius fisso lapidem asserunt includēdum, & ibi vrinæ veteris humanę quatuor cotulas circa truncum debere suffundi, vt ad radices instillatio ipsa descendat. Tunc adijcienda est terra admista lætamine, & circa radices solum omne vertendum.

De rosario ex paucis virgultis instituendo. T. XI.

QVAMVIS mense Februario sint cōserenda rosaria, tñ locis calidis, apricis, atq; maritimis hoc etiā mēse poterimus instituere roseta. Quę si indigus plantarū, volueris ex paucis virgulis habere copiosa, quaternorū digitoꝝ surculos gēmātes cū geniculis suis debebis excidere, & in modū ꝓpaginis sternere, & stercore ac rigationib⁹ adiuuare. Vbi anni ætatē cōpleuerint, pedis spatio inter se transferre disiūctos, atq; ita solū, qđ huic generi deputabis, implere.

De vua, quæ vsq; ad ver reseruetur in vite. T. XII.

GRÆCIS asserētibus, vt vuā serues in vite vsq; ad veris initia circa ipsam vitem, quæ fructu plena est, loco vmbroso scrobē fodies, altitudine triū pedū, latitudine duorū, & mittis

sabulonem,& ibi calamos figis,in quibus retorques assidue sarmenta fructibus plena, & illęsis bo tryonibus alligabis,vt solũ nõ contingat,& cooperies,vt imber eo penetrare nõ possit.Itẽ Gręcis docẽtibus vuas in vite,aut poma in arbore si diu seruare volueris,vasculis clausa fictilibꝰ ab ima parte ptusis diligẽter a summo tecta suspẽde,q̃uis poma & gypso cooperta in lõgã seruent ętatẽ.

De gregibus ouilli generis & caprini. T.XIII.

HOC mẽse agnorũ genera prima generatio est. Sed agnus statim natus vberibus maternis admouẽdus est.Manu prius tñ exiguũ lactis,in quo spissior est natura,mulgẽdũ,qđ pastores colostrã vocãt,nãq; hoc agnis,nisi auferat,nocebit.Ac primo per biduũ natus cum matre claudat.Tũc septis obscuris seruet,& calidis,ita secluso paruulorũ grege,matrices mittant ĩ pascua.Sufficiet aũt prius q̃ pcedant matrices mane,& cũ saturę reuertunt ad vesperã,agnis vbera haurienda permittere.Qui donec firmentur intra stabulũ furfuribus vel medica hęrba, vel(si est copia)farina ordei pascantur ingesta,donec conceptũ paulisper robur ætatis,pascuum matribus possint habere commune.

De pascendi ordine.

PAscua ouillo genere vtilia sunt,q̃ vel in noualibꝰ,vel in pratis siccioribus excitant.Palustria vero noxia sunt,syluestria damnosa lanatis.Salis tñ crebra cõspersio,vel pascuis mista,vel canalibus frequẽter oblata,debet pecoris leuare fastidiũ.nã p hyemẽ,si penuria est, fœnũ,vel palea, vel vicia,vel facilior victus vlmi seruatis frõdibꝰ pbeat,aut fraxini.Aestiuis mẽsibus pascant sub lucis initio,cũ graminis teneri suauitatẽ roris mistura cõmẽdat.Quarta hora calescẽte potus puri fluminis,aut putei pbeatur,aut fontis.Medios solis calores vallis, aut arbor vmbrosa declinet. Deinde vbi flexo iã die ardor infringit,& solũ primo imbre vesptini roris humescit,gregẽ reuocemus ad pascua.Sed canicularibꝰ,& æstiuis diebꝰ ita pascẽdę sũt oues,vt capita gregis semp auertantur a solis obiectu.Hyeme aũt,vel vere nisi resolutis gelicidiis ad pascua pdire nõ debẽt. nam pruinosa hęrba huic generi morbos creabit,ac tunc semel adaquare sufficiet. Gręcas oues,sicut asianas,vel tarẽtinas moris est potiꝰ stabulo nutrire,q̃ cãpo,& ptusis tabulis,solũ,in quo claudentur,insternere,vt sic tuta cubilia,ppter iniuriã pciosi velleris,humor reddat elabẽs. Sed tribꝰ, per annũ totũ,diebꝰ aprico die lotas oues vngere oleo oportebit,& vino.Propter serpẽtes,q plerunq; sub psepibꝰ latẽt,cedrũ,vel galbanũ,vel mulieris capillos,aut ceruina cornua, frequẽter vramus.

De capris.

NVnc hirci admittẽdi sunt,vt fœtũ primi veris fouere possit exortus. Sed caper eligendus est,cui sub maxillis duę videtur pẽdere verruculę.Magni corporis,crassis cruribꝰ,breui, plenaq; ceruice,auribꝰ flexis,& grauibꝰ,paruo capite,nitido,spisso,& lõgo capillo.Ad ineũdas fœminas & ante anniculũ cõgruus.Nõ autẽ durat vltra sexenniũ.Capella similis corporis,sed magnis vberibus est eligenda.Non tamen ita multę caprę, vt oues vna statione claudantur, quã luto,& stercore,carere conueniet.Hœdis supra lactis abũdantiã,edera,& arbuti,& lentisci cacumina sunt sæpe præbẽda.Trimę educare optime possunt, qđ teneriores matres generãt trãsigendũ est. Sed vltra.VIII.annos seruãdę nõ sunt matrices,quia genus hoc longiore sterilescit ætate.

De glandibus colligendis. T.XIIII.

HOC tẽpore glandis legendę,ac seruandę cura nos excitet, qđ opus fœmineis, ac puerilibus operis celebrabitur facile more baccarum.

De materie cædenda. T.XV.

NVNC materies ad fabricã cędenda est,cũ luna decrescit.Sed arbores,quę cędentur vsq; ad medullã securibus recisas aliquãdiu stare patieris, vt per eas partes humor, siquis in venis cõtinet,excurrat. Vtiles aũt sunt hæ maxime,Abies,quã gallicã vocãt,nisi perluatur,leuis,rigida, Abies: & in operibus siccis perenne durabilis.Larix vtilissima,ex qua si tabulas suffigas tegulis in fronte Larix atq; extremitate tectorũ,pręsidiũ cõtra incendia contulisti.Neq; enim flammã recipiũt,aut carbones creare possunt.Quercus durabilis si terrenis operibus obruatur, & aliquatenus palis. Æsculus Quercus ędificijs,& ridicis apta materies.Castanea mira soliditate pdurat in agris,& tectis, & operibꝰ Aesculus cęteris intestinis,cuius solũ pondus in vitio est.Fagus in sicco vtilis, humore corrũpit. Populus Castanea. vtraq;,& salix,& tilia in scalpturis necessarię.Alnus fabricę inutilis,sed necessaria, si humidus lo- Fagus cus ad accipienda fundamẽta palãdus est. Vlmus,& fraxinus si siccent,rigescũt; ante curuabiles, Populus cathenis vtiles habent.Carpinus vtilissima.Cupressus egregia.Pinus nisi in siccitate non durãs, Alnus cui cõtra celerẽ putredinẽ cõperi in Sardinia hoc gñe puideri,vt excisæ trabes eius,aut in piscina qualibet anno toto mersę laterẽt,post operi futurę, aut arenis obruerent in littore,vt aggestionẽ,qua tectę essent alternis æstibus reciprocãs fluctus allueret. Cędrus durabilis,nisi humore tan Vlmꝰ, fraxinus Carpinus Cupressus. Pinus Cedrus

gatur. Quęcunque autem ex parte meridiana cędunt, vtiliores sunt: quę vero ex septentrionali, peciores, sed facile vitiant.

De serēdis arboribus maioris ætatis. T.XVI.

HOC mense locis siccis, calidis, & apricis maiores arbores transferemus truncatis ramis, illæsis radicibus, multo stercore, & rigationibus adiuuandas.

De oleo faciendo secundum Gręcos, & emēdando. T.XVII.

GRÆCI in cōficiendi olei pręceptis ista iusserunt. Tantū legendū esse oliuæ, quantū nocte veniente possimus exprimere. Molam primo oleo debere leuiter esse suspensam. Ossa enim confracta sordescunt. quare de solis carnib⁹ fit prima cōfectio, & de saliginis canistros fieri debere virgultis, quia genus hoc oleū dicit adiuuare. Nobili⁹ erit. qd̄ spōte defluxerit. Sales deinde, ac nitrū iubēt nouo oleo misceri, vt hæc res spissitudinē eius absoluat. Deinde cum amurca subsederit oleum purū. XXX. dieb⁹ exactis in vitrea vasa trāsferri. Secūdū simili disciplinę fieri, sed mola fortiore quassari.

Oleum liburnico simile. T.XVIII.

OLEVM primū liburnico simile fieri asserūt Gręci, si in optimo viridi oleo inulā siccā, & lauri folia, & cyperum oīa simul tusa, & subtiliter creta permisceas cū salibus torrefactis, ac tritis, & diu oleo iniecta pturbes. dehinc trib⁹, aut aliquāto ampli⁹ decursis dieb⁹, cū qeuerit vtaris.

Vt oleum sordidum purges. T.XIX.

SI sordet oleum frictos, & adhuc calentes sales inijci iubent, & diligenter operiri. Ita mundum reddi post tempus exiguum.

De oleo odoris horrendi. T.XX.

SI fuerit odoris horrēdi, virides oliuas sine ossibus tundi, & in olei metreta choenicas duas mitti. Si baccę defuerint, caules tenerrimos oleæ similiter esse tuēdos. Nōnulli vtraque pmiscēt adiecto etiā sale. Sed oīa intra linteū clausa suspēdūt, atque ita in vas olei demittunt. postea trib⁹ dieb⁹ exactis auferunt, & oleū in alia vasa transfundūt. Quidā mittūt vetustū laterē torrefactū. Pleriq; ordeaceos panes breuiter figuratos, & raro linteo inuolutos mergūt, & nouos subinde pmutant. vbi hoc bis, aut tertio fecerint, sales mittūt, & in alia vasa translatū, p paucos dies subsidere patiūtur. Qd̄ si aliquod aīal forte deciderit, & oleū putredine, ac nidore vitiauerit, iubēt Gręci coriandri manipulū in olei metreta suspendi, atque ita paucis dieb⁹ manere. Si nihil de nidore decusserit, mutandū est coriandrū, donec superet hoc vitiū. Sed maxime proderit, post senos dies in vasa mūda trāsferre, melius si acetū ante vexerūt. Quidā fœni gręci semē siccū tritūque pmiscet, vel incēsos oleaginos carbones in ipso oleo frequenter extingunt. Si acerbus odor fuerit, vuę excrementa, quę gręci γίγαρτα vocāt, pręcipiunt tusa, & in massam redacta mersari.

De oleo rancido curando. T.XXI.

OLEVM rancidū Gręci asserunt sic posse curari. Albā cerā mundo, & optimo oleo resolutā, & adhuc liquentē immitti oleo iubēt. Tūc sales frictos calētes, addi, operiri, atque gypsari. Sic fieri, vt oleū purgetur sapore, & odore mutato. Oleū tn̄ omne in terrenis locis esse seruandū, & eius esse naturā, vt sole, vel igne purget, vel aqua feruenti, si simul misceantur in vasculo.

De condiendis oliuis. T.XXII.

HOC etiā mense oliuas cōdiemus. Harū genera sunt diuersa. Colymbades oliuę fiunt sic. Alternis cratibus oliuarum puleium spargis, & mel, & acetum, & sales modice stratura intercedente suffundes. Item sternis oliuas supra surculos fœniculi, vel aneti, siue lentisci, & ramulis oliuæ subditis, aceti heminā, & muriā superfundis, & has cōstructiones vsque ad vasculi plenitudinē patieris insurgere. Aliter, Electas oliuas muria maturabis. post. xl. dies muriā fundis vniuersā. tunc duas defruti partes aceti vnā, mentā minute incisam vasculo adijcies & oliuis replebis, vt iusta infusione liquor supnatet. Aliter, Oliuas manu lectas, vna nocte integra, in balnei vapore esse patieris tabulæ vel crati superpositas: mane balneis exemptas, salibus tritis consperges, & veteris, quæ nō amplius, q̄. viij. dies poterunt custodiri. Aliter. Oliuas illęsas primo mittis in muria. post dies. xl. leuabis, atque intercides acuto calamo. Et si dulciores habere volueris, duas sapę partes, & aceti vnā, si acriores, aceti duas, & sapę vnā debebis infundere. Aliter. Passi sextarium vnū, cineris bene creti quantū manus vtraque gestabit, vini veteris vnum funiculū, & aliquantū cupressi foliorū mistis oībus oliuas infundis, inculcas & subinde crustā faciendo saturabis, donec ad vasculorum summa ora peruenias. Aliter. Oliuas, quas iacētes repereris, rugis contrahentibus crispas colligis, & salibus tritis respersas expandis, donec sole inarescant. Tūc substrato lauro alternas crates baccarū sępius ordinabis. Tūc defrutū cū satureię fasciculo duabus aut tribus vndis feruere patieris. Et postq̄ tepuerit, supra cōpositas baccas refundes admisto sale paululo, & origani fasce conie

cto,supra ius omne perfundes. Aliter. Lectas baccas ex arbore statim condies,rutam,& petrosilinũ sternes inter spatia structionis,& subinde ciminati salis aspersione cumulabis. Postremũ mel,& acetũ superfundes. Nouissime optimi olei quãtũcũq; miscebis. Aliter. Legis oliuas ex arbore nigras, & cõpositas muria diluis.tũc ollę adijcis mellis partes duas,vini vnã,defruti dimidiam. & vbi simul deferbuerint,deponis,ac permoues,& acetũ misces:cum refrixerit, super oliuas origani surculos sternis,& supra ius omẽ diffundes. Aliter. Oliuas manu lectas cũ pediculis aqua spargis tribus diebus,deinde mittis in muria,& post.xij.dies exẽptas in vase adijcis cũ musti & aceti æquis ponderibus. Et impletum vas ita operies,vt aliqua spiramenta dimittas.

De horis. T.XXIII.

NOVEMBREM & Februarium ratio temporis per horas dierum fecit æquales.

Hora	I.	Pedes	XXVII.	Hora	VII.	Pedes	VIII.
Hora	II.	Pedes	XVII.	Hora	VIII.	Pedes	X.
Hora	III.	Pedes	XIII.	Hora	IX.	Pedes	XIII.
Hora	IIII.	Pedes	X.	Hora	X.	Pedes	XVII.
Hora	V.	Pedes	VIII.	Hora	XI.	Pedes	XXVII.
Hora	VI.	Pedes	VII.				

PALLADII RVTILII TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER XIII.

De serendis frumentis,faba,& lini semine. T.I.

DECEMBRI mense seruntur frumenta,triticum,far,ordeum,quis ordei satio iam sera sit. Et faba circa septimũ Idus seri potest. Nam post exactam brumam male seminantur. Hoc etiã mẽse adhuc lini semen spargi poterit, vsq; ad.VII. Idus Decembris.

De fodiendis pastinis,& cædenda materie. T.II.

NVNC ad instituendas vites,sed post Idus pastina inchoemus effodere,sicut ante tractatum est. Et materiem bene hoc mense cędemus. Palos quoq;,& corbes faciemus,& ridicas. Et locis frigidis oleum faciemus ex lauro,& myrti baccas atq; lẽtisci in olei sui confectione quassabimus,& vinum myrtite,sicut dictum est ante,tetingemus.

De hortis. T.III.

HOC tempore serenda est lactuca, vt planta eius Februario transferatur. Etiã nunc alliũ,& vlpicũ,& cepullæ, & sinapi,& cunela seri poterũt,disciplina,& more,quo ante narratũ est.

De pomis. T.IIII.

HYPOMELIDES poma sunt(vt Martialis asserit) sorbo similia. Mediocri arbore nascuntur,& flore candidulo. Dulcedo huic fructui cum acuto sapore commista est. Seritur mense Decembri nucleis in vasculis positis. Mense autem Februario hypomelidis planta, sed pollicis magnitudine robusta transfertur breuissimo scrobe,soluta terra,plurimo stercore. Sed muniẽda est,quia cito arescit,si radices eius ventus afflauerit. Terram qualẽcũq; non respuit. Amat loca tepida,aprica,maritima,& sępe saxosa. Statum rigidum reformidat. Inseri non potest,exigua durat ætate. Poma eius aut in picatis,& minutis vrceolis,aut scobe populi, aut in ollis inter vuas vinaceis obruta seruabuntur.

De rapis condiendis. T.V.

NVNC rapa in partes minutas recisa,& leuiter cocta, & tota die diligentius exsiccata neqd reseruent humoris,& sinapi ex aceto(sicut moris est)temperato,mergere,& condire curabimus,& repleta vasa claudemus,ac post aliquantos dies gustibus explorata,pferemus vsuri. Quã rem Ianuario quoq;,& Nouembri mense poterimus efficere.

De echinis,& pernis,& lardo saliendis,& auium laqueis disponendis. T.VI.

NVNC etiam quib⁹ littus in fructu est,vbi lunæ iuuabit augmentum,quæ omnium clausorum maris animaliũ,atq; concharum iubet incremento suo membra turgere, echini carnes salibus condire curabunt. Qđ solito more conficitur. Hanc quoq; rem per omnes menses bene faciemus hybernos. Pernas etiam,& lardũ conficimus,nõ solum mẽse hoc,sed omnibus, quos hyemalis algor astringit. Tempore hoc per humiles syluas,& baccis fœcũda virgulta, ad turdos & cęteras aues capiẽdas laqueos expedire cõueniet. Hoc vsq; in Martiũ mensem tendet aucupiũ.

De horis. T.VII.

DECEMBREM Ianuario in horis causa dispar adiunxit, cum linea simili ille augeatur, iste decrescat.

Hora	I.	Pedes	XXIX.	Hora	VII.	Pedes	X.
Hora	II.	Pedes	XIX.	Hora	VIII.	Pedes	XII.
Hora	III.	Pedes	XV.	Hora	IX.	Pedes	XV.
Hora	IIII.	Pedes	XII.	Hora	X.	Pedes	XIX.
Hora	V.	Pedes	X.	Hora	XI.	Pedes	XXIX.
Hora	VI.	Pedes	IX.				

PALLADII RVTILII
TAVRI ÆMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE INSITIONE LIBER AD PASIPHILVM VIRVM DOCTISSIMVM.

HABES aliud indulgę fidei testimonium, pro vsura temporis hoc opus de arte insitionis adieci. Sed quod volumina hæc ruris colendi serius, quam iusseras, scripta sunt, librarij manus segnior fecit, cuius ego tarditatem nunquam maligne æstimo. Scio enim quo frequenter inclinet argutia famulorum. Malo operam eius expectare potius quam timere. Nescio vtrum commune sit dominis, mihi difficile contigit in seruilibus ingeniis inuenire temperiem. Ita sæpissime natura hæc vitiat commodum, si quod est, & miscet optanda contrarijs. Velocitas procurrit in facinus, segnicies figuram benignitatis imitatur, & tantũ recedit ab agilitate, quantum recessit a scelere. Diu tamen apud te pudorem meum distuli, sed hoc quasi bonus famulus feci. Verum nescio, si tuum ad has modo minutias inclinetur ingenium. Grande erit, & par desiderio suo, quod studij quęreret affectio. Et licet de his nugis fauorabiliter sentias, ego meas opes ęstimare nõ differo. Nõ est magni loci assibus intuendis oculos duxisse per puluerem, quia nescio quomodo notæ sunt quædã maximarum personarum minuta compendia.

PAsiphile ornatus fidei, cui iure fatemur,
Siquid in arcano pectoris vmbra tegit,
Bis septem paruos opus agricolare libellos,
Quos manus hæc scripsit, parte silente pedum,
Nec strictos numeris, nec Apollinis amne fluentes,
Sed pura tantum rusticitate rudes,
Commendas, dignaris, amas, & rustica dicta
Affectu socij sollicitante colis.
Nunc ideo modicum crescens fidutia carmen
Obtulit arbitrio lætificanda tuo.
Est nostræ studium non condemnabile musæ,
Vrbanum fari rusticitatis opus.
Sub thalami specie felices iungere syluas,
Vt soboli mistus crescat vtrinque decor.
Connexumque nemus vestire affinibus vmbris,
Et gemina partum nobilitare coma.
Fœderibus blandis dulces confundere succos,
Et lætum duplici fruge saporis ali.
Quæ quibus hospitium præstent virgulta docebo,
Quæ sit adoptiuis arbor onusta comis.
Ipse poli rector, quo lucida sidera currunt,
Quo fixa est tellus, quo fluit vnda maris,
Cum posset mistos ramis inducere flores,
Et varia grauidum pingere fronde nemus.
Dignatus nostros hoc insignire labores,
Naturam fieri sanxit ab arte nouam.
Non segne officium nostræ reor esse camœnæ,
Aut operis parui gratia fiet inops.
Si velocis equę pigro miscetur asello
Ardor, vt in sterilem res cadat acta gradum,
Fœcundumque genus productus deleat hæres,
Et sibi defectum copia prolis agat,
Cur non arbor inops pinguescat ab hospite gẽma,
Et decus externi floris adepta micet?
Incipiam, quicquid veteres scripsere coloni,
Sacraque priscorum verba labore sequar.
Principio multas species industria solers
Protulit, & doctam iussit inire manum.
Nam quæcunque virens alienis frondibus arbos
Comitur, his discit credita ferre modis.
Aut noua discreto figuntur germina libro,
Aut aliud summo robore fissa capit,
Aut virideis oculos extremi gemma tumoris
Accipit, & lento stringitur vda sinu.

De vite.

Primus echionij palmes se iungere Bacchi
Nouit, & externo tenditur vua mero.
Nexilibus gemmis fœcundos implicat artus
Vitis, & amplexum pascit adulta genus.
Degenerisque comæ vestigia mitis inumbrat
Pampinus, & pingui curuat onusta deo.

De oliua.

Robora Palladij decorat syluestria rami,
Nobilitat partus bacca superba feros.
Fœcundat sterilis pingues oleaster oliuas,
Et quæ non nouit munera, ferre docet.

De pyro.
Germine cana pyrus,niueo haud inuida flores
Commodat,& varium nectit amore nemus.
Nunc rapit hirsutis horrenda sororibus arma,
Et docet indomitas ponere tela pyros.
Nunc teretem pingui producit acumine malum,
Fraxineasq; nouo flectit honore manus.
Phyllida quin etiam grandi mitescere fructu
Instituens,duræ dat sua membra cuti.
Et steriles pinos,& inertem fœtibus ornum
Dotat,& ignotum cogit amare decus.
Huius & immissi vertere cydonia rami,
Pomaq; confusus blanda creauit odor.
Castaneæ septos aspro velamine fœtus
Exuit,& placido pondere mutat onus.
Mespilaq; exarmat pugnacibus horrida membris,
Et mala tranquillo cortice vota premit.
Creditur in Libycis sua germina nectere ramis,
Lætaq; punicee posse decore frui.
De malo punico.
Punica non alios vnq̃ dignata sapores
Mala,nec externis associata comis.
Ipsa suas augent mutato semine gemmas,
Et sibi cognato picta rubore placent.
De pomo.
Insita proceris pergit concrescere ramis
Et sociam mutat malus amica pyrum.
Seq; feros syluis hortatur linquere mores,
Et partu gaudet nobiliore frui.
Spiniferas prunos, armataq; robora sentes
Leuigat,& pulchris vestit adulta comis,
Exiguam sorbum dulci distendere succo
Nouit,& ad cupidas flectere poma manus,
Stipitibus gaudet nomen mutare salignis,
Et gratum nymphis spargere flore nemus.
Robora thyrsigero platani concordia Baccho
Fœtibus instituit plena rubore nouis.
Illius insolitas miratur persicus vmbras,
Populeæq; ferunt candida dona comæ.
Mespilus huic paret,lapidosaq; viscera mutans
Tenditur,& niueo plena liquore rubet.
Pro sudibus fœtis,& pro prægnantibus armis
Castaneæ fuluum dant noua mala decus.
De persico.
Ipsa suos onerat meliori germine ramos
Persicus,& pruno scit sociare genus.
Imponiq; leues in stipite phyllidis vmbras,
Et tali discit fortior esse gradu.
De malo cydonio.
Cum prestet cunctis se fulua cydonia pomis,
Alterius nullo creditur hospitio.
Roboris externi librum aspernata superbit,
Scit tantum nullo crescere posse decus,
Sed propriis pandens cognata cubilia ramis
Stat contenta suum nobilitare bonum.
De mespilo.
Æmula dura pyri despecti mala saporis
Mespilus admisso germine tuta subit.
Et geminis sese violentior inserit armis,
Atq; auidas terrent robora sæua manus.

De malo citrio.
Necnon & citrij patiuntur mutua rami
Pignora,quæ grauido cortice morus alit,
Pomaq; pasturi blando redolentia succo
Armatis mutant spicula nota pyris.
De prunis.
Pruna suis addunt felicia germina membris,
Donaq; cognato corpore læta ferunt.
Exarmat fœtus,sed brachia roboris armat
Castaneæ prunus iussa tenere larem.
De siliqua.
Assuescunt siliquæ viridi mollescere succo.
Et gremio pascunt cætera poma suo.

De ficubus.
Persuadet moris tetrum mutare colorem
Ficus,& inuasis dat sua iura comis.
Se quoq; miratur pingui grandescere succo,
Et solitum gaudet vincere poma modum.
Insignes folijs platanos felicia mensis
Brachia gaudentes vitis honore comas.
Ingrediens pingui se cortice maxime ficus
Seruat,& optatos implet adepta sinus.
De moro.
Mutua,quin etiam moris commercia ficus
Prestat,& oblatum robore germen alit.
Fraxinus huic auide confert sua membra sorori,
Et metuit fœtus sparsa cruore nouos.
Proceras fagos,& poma hirsuta virentis
Castaneæ, duris aspera mala comis
Inficiens,monstrat piceo nigrescere partu,
Et succo pascit turgida poma nouo.
Obsequitur moris blando terebinthus odore,
Et geminis veniunt munera mista bonis.
De sorbis.
Sorba suos partus merito maioris honestant
Seminis,& pulchro curua labore nitent.
Hæc arbos spinæ duros mucronibus artus
Exuit,ac libris mitibus arma tegit.
Aureaq; annexo miscere cydonia fœtu
Gaudet & externi dona coloris amat.
De cerasо.
Inseritur lauro cerasus,partuq; coacto
Tingit adoptiuus virginis ora pudor.
Vmbrantes platanos,& iniquam robore prunum
Compellit gemmis pingere membra suis.
Populeasq; nouo distinguit munere frondes,
Sic blandus spargit brachia cana rubor.
De amygdalo.
Phyllis odoratos primæuis floribus artus
Discissi pruni cortice fixa tegit.
Pomaq; permutat velamine persica misto,
Duriciemq; docet tegminis esse loco.
In modicam tornat siliqua tendente figuram,
Et frondes pulchro ditat odore feras.
Castaneamq; trucem depulsis cogit echinis
Mirari fructus leuia poma sui.

De pistacijs.
Quin & amygdaleos subeunt pistacia ramos
Et debitum maius de breuitate petunt.
Hæc & cognato cingens terebinthus amictu
Nutrit adoptiuis nobilitanda comis.

De castanea.
Flumineam salicem fœcundant ardua membra
Castaneæ,& multo pasta liquore vigent.

De nuce.

Arbuteas frondes vastæ nucis occupat vmbra,
Pomaq; sub duplici cortice tuta refert.
Cætera, quæ solers processu temporis vsus
Exprimet, exemplis instituere nouis.
Hæc sat erit tenui versu memorasse poetam.
Quem iuuat effossi terga mouere soli.
Carmina tu duros inter formata bidentes
Aspera, sed miti rusticitate leges.

FINIS.

ALDVS LECTORI . S.

IAm pridem decreui, quacũq; in re possum, prodesse studiosis. Quamobrem perq̃ vtile visum est futurũ, si hic de diebus & q in vigintiquatuor partes, & qui in duodecim diuidũtur: tũ de horis, quę sunt apud Palladium, nõnihil dicamus. Atq; eo magis, qđ a perq̃ paucis ætatis nostræ hominibus intelligantur. Dierũ duo sunt genera: alij naturales, alij ciuiles. Naturales, quibus nũc passim vtimur, constant quatuor & viginti partib⁹ æqualib⁹ ab occasu solis ad alterũ occasum, quę horę appellant, & Gręcę ἰσημερινὰι, latine æquinoctiales dicũtur. Ciuiles autẽ, ab ortu solis ad occasum cõstãt duodecim partib⁹ inæqualibus, quę grece καιρικαί, latine tẽporales, seu, qđ idẽ est, vulgares nominãtur. Atq; hę duodecim partes hybernis solstitijs breuissimę sunt, & tertia parte minores q̃ æquinoctiales: æstiuis autẽ lõgissimę, eadẽq; tertia maiores q̃ illę, &, qđ sequẽs est, vincũt hybernas duabus quartis, siue, qđ idẽ est, dimidio. id qđ significare voluit Virgilius eo versu, An ne nouũ tardis sidus te mensibus addas. id est Iunio, & Iulio, quib⁹ horę lõgissimę sunt. At Vere, sole Arietẽ, Autumno Librã ingrediẽte, pares sunt æquinoctialib⁹, eædemq; ab hyberno Solstitio ad æstiuũ cũ die crescẽte crescũt. ab æstiuo autẽ ad hybernũ cũ eodẽ decrescente decrescũt. Et quoniam singuli dies ciuiles, ac noctes totius anni, horis duodecim cõtinẽtur. Sexta diei hora semp est Meridies, & prima incipit oriẽte sole: Duodecima eodẽ occidẽte finitur. Verbi gratia, mẽse Martio cũ hę ipsę horę tẽporales fere pares sunt æquinoctialibus. Prima hora diei ciuilis est eadẽ cũ tertiadecima diei naturalis. Secũda, eadẽ cum quartadecima. Tertia, cũ quintadecima. Quarta, cũ sextadecima. Quinta, cũ decimaseptima. Sexta, cũ decima octaua. Septima, cũ decimanona. Octaua, cũ vigesima. Nona, cũ vigesimaprima. Decima, cũ vigesimasecũda. Vndecima, cũ vigesimatertia. Duodecima, cũ vigesimaquarta. Illud igitur in sacris literis. A sexta autem hora vsq; ad nonã tenebrę factę sunt super vniuersam terrã, intelligendũ est a Decimaoctaua hora, vsq; ad vigesimãprimã diei naturalis, vt nũc horæ agũtur. Nã apud veteres, Solaria in horas tã noctis, q̃ diei tẽporales nõ æquinoctiales diuidebãtur. Mense autẽ Iunio, cũ horę q̃longissimę sunt, prima hora tẽporalis, est eadẽ, quę nona cũ tertia parte decimę æquinoctialis: Secũda, qđ reliquũ decimę cũ duabus tertiis vndecimę. Tertia, quę duodecima cũ tertia parte vndecimę. Atq; ita singulę tres horæ temporales cõtinent quatuor æquinoctiales. Pari modo, quarta est eadẽ quę tertiadecima cũ tertia parte quartędecimæ. Quinta, qđ reliquũ quartędecimę cũ duabus tertiis quintędecimę. Sexta, qđ reliquũ quintędecimę cũ integra sextadecima. & est meridies. Item tres tẽporales Septima, Octaua, Nona, sunt eædẽ, quę quatuor æquinoctiales, videlicet decimaseptima, decimaoctaua, decimanona, vigesima. Item decima, vndecima, duodecima, eædẽ quę vigesimaprima, vigesimasecũda, vigesimatertia, vigesimaquarta. Non ab re hic visum est subiungere epigramma Martialis ad Euphemũ structorem Domitiani, vbi harũ horarũ temporaliũ meminit: est autem hoc.

Prima salutantes, atq; altera detinet hora.
Exercet raucos tertia causidicos.
In quintam varios exercet Roma labores:
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua Palæstris.
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima est Eupheme meorum:
Temperat ambrosias cum tua cura dapes.
Et bonus æthereo laxatur nectare Cæsar:
Ingentiq; tenet pocula parca manu.
Tunc admitte iocos, gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra Thalia Iouem.

Horæ autẽ, de quibus agit Palladius: sunt quę diẽ ab ortu solis ad occasum diuidũt, in partes duodecim, quę vmbris sic dephẽdũtur. Fiat planities quadrata ad regulã & libellã in loco apto, qui toto die illustret a sole, spectetq; vno latere Septẽtrionẽ, alio Meridiẽ, Solem alio orientẽ, occidentẽ alio. Deinde in medio quadrati collocetur indagator vmbrę, qui Gręce γνώμων seu σκιαθήρας dicitur, obserueturq; prima dies cuiusuis mẽsis. Verbi gr̃a Ianuarij, idq; coelo sereno: tũc tacto gnomone a solis radijs, vmbra gnomonis prima hora diei erit longa pedes 29. Secũda, 19. Tertia, 15. Quarta, 12. Quinta, 10. Sexta 9. atq; hac hora, semp (vt dixi) est Meridies, tũc enĩ sol altissimus facit vmbras breuissimas. Deinde incipit declinare, & descẽdere ad occasum, atq; vmbrę eadẽ, qua decreuerãt, mẽsura augẽtur: quo fit, vt septima hora, q̃ est prima post meridiẽ, vmbra gnomonis sit longa pedes 10. & respõdeat quintę antemeridianę (nã horę ante sextã, antemeridianę, post sextam pomeridianę appellãtur) octaua sit lõga pedes 12. & respõdeat quartę. Nona, 15. quãta fuerat tertia. decima, 19. quot pedũ erat secũda. Vndecima, 29. quot prima. Et quoniã in horarũ spatio Ianuarius cũ Decẽbri mẽse cõuenit, eędẽ erũt vmbrę singulis horis hoc mẽse, quę & Ianuario. Idẽ quoq; faciẽdũ est in cæteris mẽsibus, vt bini scilicet cõputẽtur, & Februarius in horarũ mensura cũ Nouẽbri mẽse cõcordet. Marti⁹ cũ Octobri. Aprilis cũ Septẽbri. Maius cũ Augusto. Iunius cũ Iulio: queadmodũ in fine cuiusq; mẽsis apud Palladiũ licet videre. Illud apud eũdẽ in fine postremi mẽsis his verbis. Decembrẽ Ianuario in horis causa dispar adiũxit: cũ linea simili ille augeatur, hic decrescat, intelligẽdũ est & de vmbris, q tã ante meridiẽ, q̃ post, pares, atq; eædẽ in singulis binis mẽsibus sint, idq; dispari causa: & de diebus, quos cõstat sex mensibus

augeri,& sex decrescere. Nā et si eadē quātitate sunt horę mēse Ianuario, qua & Decēbri, eadēq; mense Februa rio, qua & Nouēbri: & sic in reliquis paribus: queādmodū author ostēdit: tñ ex singulis paribus quātū au getur alter, tātū alter diminuitur. Ascēdēte eñ Sole a Capricorno ad Cancrū (vt supra diximus) dies semp augētur. Decrescūt cōtra descendēte illo a Cancro ad capricornū. Notādū pterea, crescētib⁹ diebus, decrescere semp vmbras gnomonis: cōtra decrescētibus illis, has semp augescere. & hinc est, qđ mēse Ianuario cū dies breuissimi sunt, & augētur, prima hora diei vmbra gnomonis est lōga pedes. XXIX. Februario, q̄ est lōgissi ma. XXVII. Martio, XXV. Aprili, XXIIII. Maio, XXIII. Iunio, XXII. Mense aūt Iulio, cū dies lōgissimi sūt, & decrescunt, prima hora diei vmbra gnomonis est longa pedes. XXII. quę est breuissima. Augusto, XXIII. Septēbri, XXIIII. Octobri, XXV. Nouēbri, XXVII. Decēbri, XXIX. Id qđ vt melius cognoscatur, subiūxim⁹ & eos mēses, qbus dies augētur, vmbris decrescētibus, & eos, qbus dies decrescūt, vmbris crescētibus. Incepi mus aūt ab Ianuario, & Iulio, quoꝝ altero dies sunt breuissimi, & semp augentur vsq; ad Solstitiū æstiuū, & vmbrę lōgissimę, sed decrescūt, q̄diu dies augent̄. Altero dies sunt lōgissimi, & semp decrescūt vsq; ad Sol stitiū hybernū, & vmbrę breuissimę, sed augent̄, q̄diu dies decrescunt. Et licet a Solstitijs incipiendū fuisset, quę Decēbri & Iunio fiūt: tūcq; dies vel augeri, vel decrescere incipiūt: tamē incremēta, vel diminutiones dierū cū diminutionibus, incremētisq; vmbrarū sic facilius dignoscūtur, qua quidē re cognita, & dispar illa causa cognoscet̄, qua in horarū spatio Ianuarius Decēbri, Februarius Nouembri, Martius Octobri, Aprilis Septēbri, Maius Augusto, Iunius Iulio adiūcti, linea simili, vt ait Palladius, augētur, vel decrescūt.

Ianuario augentur dies, & vmbræ decrescunt.

hora	1	ped. 29
hora	2	ped. 19
hora	3	ped. 15
hora	4	ped. 12
hora	5	ped. 10
❡hora	6	ped. 9
hora	7	ped. 10
hora	8	ped. 12
hora	9	ped. 15
hora	10	ped. 19
hora	11	ped. 29

Iulio decrescunt dies: & vmbrę augentur.

hora	1	ped. 22
hora	2	ped. 12
hora	3	ped. 8
hora	4	ped. 5
hora	5	ped. 3
❡hora	6	ped. 2
hora	7	ped. 3
hora	8	ped. 5
hora	9	ped. 8
hora	10	ped. 12
hora	11	ped. 22

Aprili dies augentur: & vmbrę decrescunt.

hora	1	ped. 14
hora	2	ped. 14
hora	3	ped. 10
hora	4	ped. 7
hora	5	ped. 5
❡hora	6	ped. 4
hora	7	ped. 5
hora	8	ped. 7
hora	9	ped. 10
hora	10	ped. 14
hora	11	ped. 24

Octobri dies decrescunt: & vmbrę augentur.

hora	1	ped. 25
hora	2	ped. 15
hora	3	ped. 11
hora	4	ped. 8
hora	5	ped. 6
❡hora	6	ped. 5
hora	7	ped. 6
hora	8	ped. 8
hora	9	ped. 11
hora	10	ped. 15
hora	11	ped. 25

Februario augētur dies: & vmbræ decrescunt.

hora	1	ped. 27
hora	2	ped. 17
hora	3	ped. 13
hora	4	ped. 10
hora	5	ped. 8
❡hora	6	ped. 7
hora	7	ped. 8
hora	8	ped. 10
hora	9	ped. 13
hora	10	ped. 17
hora	11	ped. 27

Augusto decrescūt dies, & vmbræ augentur.

hora	1	ped. 21
hora	2	ped. 13
hora	3	ped. 9
hora	4	ped. 6
hora	5	ped. 4
❡hora	6	ped. 3
hora	7	ped. 4
hora	8	ped. 6
hora	9	ped. 9
hora	10	ped. 13
hora	11	ped. 23

Maio augentur dies: & vmbrę decrescunt.

hora	1	ped. 23
hora	2	ped. 13
hora	3	ped. 9
hora	4	ped. 6
hora	5	ped. 4
❡hora	6	ped. 3
hora	7	ped. 4
hora	8	ped. 6
hora	9	ped. 9
hora	10	ped. 13
hora	11	ped. 23

Nouembri dies decrescunt & vmbrę augentur.

hora	1	ped. 27
hora	2	ped. 17
hora	3	ped. 13
hora	4	ped. 12
hora	5	ped. 8
❡hora	6	ped. 7
hora	7	ped. 8
hora	8	ped. 10
hora	9	ped. 13
hora	10	ped. 17
hora	11	ped. 27

Martio augentur dies: & vmbræ decrescunt.

hora	1	ped. 25
hora	2	ped. 15
hora	3	ped. 11
hora	4	ped. 8
hora	5	ped. 6
❡hora	6	ped. 5
hora	7	ped. 6
hora	8	ped. 8
hora	9	ped. 11
hora	10	ped. 15
hora	11	ped. 25

Septēbri decrescūt dies: & vmbræ augentur.

hora	1	ped. 24
hora	2	ped. 14
hora	3	ped. 10
hora	4	ped. 7
hora	5	ped. 5
❡hora	6	ped. 4
hora	7	ped. 5
hora	8	ped. 7
hora	9	ped. 10
hora	10	ped. 14
hora	11	ped. 24

Iunio dies augentur: & vmbrę decrescunt.

hora	1	ped. 22
hora	2	ped. 12
hora	3	ped. 8
hora	4	ped. 5
hora	5	ped. 3
❡hora	6	ped. 2
hora	7	ped. 3
hora	8	ped. 5
hora	9	ped. 8
hora	10	ped. 12
hora	11	ped. 22

Decembri dies decrescūt: & vmbrę augentur.

hora	1	ped. 29
hora	2	ped. 19
hora	3	ped. 15
hora	4	ped. 12
hora	5	ped. 10
❡hora	6	ped. 9
hora	7	ped. 10
hora	8	ped. 12
hora	9	ped. 15
hora	10	ped. 19
hora	21	ped. 29

SED Sciendum, primos quosq; dies mensis descriptos tantū a Palladio: nec tantas fore vmbras cæteris diebus cuiusq; mensis, quātę fuere primis, siquis eas describeret: sed semper vel minores, cū dies crescunt, vel maiores illis decrescētibus. quæ si describerētur oēs, magnū efficerent volumen: esset preterea opus multis annis, si id fieret in Europa. nā cū oporteat singulos quosq; dies totius anni ab ortu solis ad oc casum tūc esse serenos, nec id cōtingat vnq̄ in Europa, obseruādi forēt dies sereni multoꝝ annoꝝ, donec oēs describerētur. Qđ quia laboriosum est, & longi tędij plenū, nec Palladius fecit, nec alius quisq̄, nec forte erit vnq̄ qui faciat. Sed de his hæc satis. tu vero Lector carissime Vale: & me ama.

SEQVI

tur index alphabeticus rerum pręcipue annotatu dignarũ, in hiſce de Re RVSTICA libris: pro cuius facili cõprehẽſione noris lector, numero, qui ſolus aut primo ponitur loco, paginam indicari: c, vero litera, caput paginę. poſt quos numeros, ſi alij ſequantur, is, qui, &, coniunctione ſequetur, ſemper & vbiq; item paginam: q c, caput ſignificabit. Q; ſi quid in margine pagellæ non annotatum inueneris, titulos capitum in ea inſpicias, & offendes quod cupieris.

A.

D.

T

FINIS.

Ex officina Ascensiana pridie Calendas Maias.